BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
S
15 — E
44

V E 81 f 20

F. FRANCISCHINI VICEDOMINI FERRARIENSIS,

Conuentualis Minoritæ,

INSIGNISQVE HAC NOSTRA TEMPESTATE DIVINI VERBI PRAECONIS,

In Sacroſancta (quæ vocant) de Aduentu, & de Quadrageſima, Euangelia, Nec non, & in Catechiſmum Romanum:

HOMILIAE.

Nunc recens emendatiores in lucem editæ.

CVM PRIVILEGIO

Pertinet ad Conv.
S. Francisci
ad Vrbe.



E.III.2

VENETIIS,
Apud Hæredem Hieronymi Scoti.
MDXCI.

INDEX HOMILIARVM OMNIVM QVAE IN TOTO VOLVMINE

continentur.

Dominica prima Aduentus, pagina. 1
De eodem Dominica prima. 4
In feſto D. Andreæ Apoſtoli. 8
Dominica ſecunda Aduentus. 11
In feſto Conceptionis B. Virginis. 14
Dominica tertia Aduentus. 17
In feſto Sanctæ Luciæ Virginis. 20
Dominica quarta Aduentus. 23
In feſto D. Thome Apoſtoli. 27
De eodem feſto. 31
In vigilia Natiuitatis Domini. 33
In die Sancto Natalis Domini. 36
De eodem. 39
De eodem. 41
De eodem. 43
De eodem. 47
De eodem. 51
In feſto Sancti Stephani protomartyris. 60
De eodem. 63
In feſto Sancti Ioannis Euangeliſtæ. 67
In feſto Sanctorum Innocentum. 69
Dominica infra octauam Natalis domini. 73
In feſto Circunciſionis domini. 77
In vigilia Epiphaniæ domini. 82
In feſto Epiphaniæ domini. 84
In feſto Sancti Sylueſtri. 88
Dominica infra octauam Epiphaniæ. 90
In octaua Epiphaniæ domini. 95
Dominica ſecunda poſt Epiphaniam. 99
In feſto Sãcti Antonij Abbatis. 102
Dominica tertia poſt Epiphaniã. 106
Dñica quarta poſt Epiphaniam. 108
De eadem. 112
Dominica quinta poſt Epiphaniam. 117
In feſto Purificationis Beatæ Virginis. 120
Sermo funebris. 124
Dominica in Septuageſima. 130
Dominica in Sexageſima. 134
Dominica in Quinquageſima. 139
Feria quarta Cinerum. 143
De eadem. 147
Feria quinta Cinerum. 151
Feria ſexta Cinerum. 155
Sabbato Cinerum. 162
Dominica prima in Quadrageſima. 168
Feria ſecunda. 173
Feria tertia. 178
Feria quarta. 182
Feria quinta. 185
Feria Sexta. 189
Sabbato primæ dominicæ. 193
Dominica ſecunda in Quadrag. 198

Feria Secunda.	203	Feria quarta.	299
Feria tertia.	206	Feria quinta.	303
Feria quarta.	211	Feria ſexta.	309
Feria quinta.	214	Dominica in ramis Palmarum.	313
Feria ſexta.	221	Feria tertia.	317
Sabbato.	223	Feria quarta.	322
Dominica tertia in Quadrageſima.	230	Feria quarta.	326
Feria ſecunda.	234	Feria quinta.	330
Feria tertia.	238	Feria ſexta in paraſceue.	333
Feria quarta.	241	De eadem, Annotationes.	348
Feria quinta.	245	Sabbato Sancto.	361
Feria ſexta.	238	In die Sancto Reſurrectionis Domini.	365
Sabbato.	253	Feria ſecunda.	369
Dominica quarta in Quadrageſima. pagina	257	Feria tertia.	373
Feria ſecunda.	261	Feria quinta.	376
Feria tertia.	264	Sabbato in Albis.	380
Feria quarta.	268	Dominica in octaua Paſchæ.	382
Feria quinta.	273	Dominica ſecunda poſt Paſcha.	386
Feria ſexta.	276	Dominica tertia poſt Paſcha.	390
Sabbato.	281	Dominica quarta poſt Paſcha.	393
Dominica quinta in Quadrageſima: pagina.	285	Dominica quinta poſt Paſcha.	396
Feria ſecunda.	289	In feſto D. Matthiæ Apoſtoli.	399
Feria tertia.	293	In feſto B. Virginis Annunciatę.	401
		In feſto Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi.	407

FINIS.

INDEX HOMILIARVM EX CATECHISMO ROMANO.

HOmilia prima continens præfationem generalem. pag. 411

Homilia ſecunda continens præfationem ſpecialem. 415

Homilia tertia, in primam partem primi articuli: Credo in Deum patrem. 418

Homelia quarta, in ſecundam partem primi articuli, Patrem omnipotentem. 421

Homilia quinta, in ſecundum articulum. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum 425

Homilia ſexta, in articulum tertiũ; Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto. Pagina. 429

Homilia ſeptima, in articulum quartum; Paſſus ſub põtio Pilato. 432

Homilia octaua, in articulum quintum, Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit. 435

Homilia nona, in articulum ſextum, & ſeptimum. Aſcendit ad Cælos. pagina. 439

Homilia decima, in articulum octauum & nonum. Credo in ſpiritum ſanctum. 443

Homilia vndecima, in articulum decimum & vndecimum, Sanctorum communionem. 448

Homelia duodecima, in articulũ duodecimum. Carnis reſurrectionem. &c. 451

De Sacramentis in genere.

Homilia prima. 455

Homilia ſecunda, de Dignitate & Eßentia ſacramentorum. 460

Homilia tertia, de effectibus & numero ſacramentorum. 465

De Sacramento Baptiſmi.

Homilia prima. 472

Homilia ſecunda. 476

Homilia tertia, quæ ſit Baptiſmi neceſſitas, & quibus. 482

Homilia quarta, de Affectibus & Effectibus Baptiſmi. 485

Homilia quinta, de Ritibus & ceremoniis Baptiſmi 492

De Sacramento Confirmationis.

Homilia prima, de Nomine & eſſentia confirmationis. 498

Homilia ſecunda, A quo & quando

reſti-

reſtituta eſt. 501
Homilia tertia, quid efficiat in confirmatis. 504

De Sacramento Extremo vnctionis.

Homilia vna, de eſſentia, autore, miniſtro effectibus ſacramenti. 507

De Sacramento Ordinis.

Homilia prima, de Neceſſitate & Nobilitate ordinis. 512
Homilia ſecunda, de numero & pluralitate ordinum. 516
Homilia tertia, de maioribus ordinibus. 519
Homilia quarta, de gradibus Sacerdotij. 524

De Sacramento Matrimonij.

Homilia prima, de eſſentia eius ſecundum Nomen, & ſecundum rē. 532
Homilia ſecunda, quid ſit in Matrimonio ratio Sacramenti. 553
Homilia tertia, quæ ſint cauſæ Matrimonij. 539
Homilia quarta, quæ ſint leges Matrimonij. 542
Homilia quinta, quæ ſint Bona, & impedimenta Matrimonij. 548
Homilias de Sacramento pœnitētię, & eius partibus vide in priori volumine. 289
Homilias de Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento, vide. 332

In Decalogum.

Homilia prima, de primo præcepto: Non habebis Deos alienos. 553
Homilia ſecunda, de ſecundo præcepto: Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. 557
Homilia tertia, de tertio præcepto: Memento vt diem Sabbati ſanctifices. 560
Homilia quarta, de quarto pręcepto: Honora patrem tuum, & matrem. 462
Homilia quinta, de quinto pręsepto; Non occides. 565
Homilia ſexta, de ſexto, ſeptimo, nono, & decimo præceptis. 567
Homilia ſeptima, de præcepto octauo; Non loquaris falſum teſtimonium. 569

In Orationem Dominicam.

Homilia prima, quid ſit oratio, quā neceſſaria ſit & vtilis. 570
Homilia ſecunda, quot partes & gradus habeat oratio. 574
Homilia tertia, de præparatione ad orationem. 579
Homilia quarta. Pater noſter qui es in cœlis. 584
Homilia quinta, Sanctificetur nomē tuum. 589
Homilia ſexta, Panem noſtrum quotidianum, &c. 593
Homilia ſeptima, Dimitte nobis debita noſtra. 597
Homilia octaua, Ne nos inducas in tentationem. 601

FINIS.

IN HOMILIAS F. FRANCISCHINI VICEDOMINI.

Iacobus Roſſettus.

Edita quis vidit potiora exempla docendi
Res populos ſacras, quæq; tenere refert?
Aureus eſt prorſus liber hic, ſunt aurea nempe
Verba Dei, atque auro ſunt pretioſa magis.
Nã quæ Euãgelia, et quæ Eccleſia Sancta ſalutis
Præcipit, & vitæ, ſingula rite docet.
Suntq; animo recto, ſuntq; explanata fideli
Dogmate ſunt miris omnia dicta modis.
Mira eſt verborum breuitas, ſed lumine miro
Explicita, eſt ſeries ordine mira quoque.
Plurima turparant ſed verba abſurda, mõ illis
Sublatis mendis cuncta nitere damus.
Si tanti præclara viri doctrina legentes.
Allicit, alliciet nunc quoque pura magis.

F. FRANCISCI VICEDOMINI FERRARIENSIS

Ordinis Mino. Con.

HOMILIAE PER TOTVM ADVENTVM DOMINI.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

Leuate capita veſtra, ecce appropinquat redemptio veſtra.

REGIT, vertitque tenebras ſeculi huius inimicus Chriſti Satan, atque ita fraudibus ſuis accõmodat, auget, & condenſat: q̄ facile paupercula humanitas noſtra malis artibus irretita, in eis cubat, dormitque. Vbi? In cõ-
1.Rom.13. meſſationibus, inquit Paulus, & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicitijs, in contentione, & ęmulatione. Hæ ſunt plumæ, in quibus iacet & dormit infœlix mundus, & interim ſomniat quædam opera ſua, aut mortua, aut mortalia; ſicque perdit; vel tempus, vel ſemetipſum. Chriſtus ecõtra vera mũdi lux, conatur talpas has excitare lumine verbi veritatiſq; ſuæ; Iubetq; ſuos ſurgere: Nox præceſsit, dies appropinquauit, hora eſt iam de ſomno ſurgere. Abijciamus opera tenebrarum. Induamur arma lucis. Et tandem, induimini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, hic enim pellit tenebras omnes. Præuidet Satan aduentum lucis, atque ideo ruinam tenebrarum ſuarum, & regni ſui. quate omnia miſcet, cœlum, terram, ſacra, prophana, mores, fidem, vt turbet fidei lucem, eclipſet, atque etiã ſi põt ſubuertat & peſſundet. Hinc miſera iſta tragœdia qua Sol, Luna, Stellæ, deliquium patiuntur. In terris preſſura gentium &c. Hęc infirmos oculos offendunt, & confundunt: ſanos autem mirum in modum iuuãt, attolluntque. Primo vt videant & diſcernant ſigna. Secundo vt penetrẽt myſteria latentia & iudicia. Tertiò, vt fruantur ſignis, lætique omnia, & extrema ſubeant. Iſta enim, vt infideles ducunt ad ariditatem ſpiritus, & confuſionẽ, ita fideles extollunt, eleuantque in ſpem proximæ redẽptionis & libertatis, vt in medio harũ tẽpeſtatum lęti occurrant. d. Prope eſt

regnum Dei. Et hæc tandem eſt al-tiſsima illa ſpeculatio, de qua tam firmiter hodie tractat Chriſtus in Euangelio, vt negotium in hæc verba claudat, Cœlum & terra tranſibunt, verba hæc mea non tranſibunt. Nunc ſingula parumper obſeruemus:

Erunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis. Notabilia valde ſunt hæc ſigna. Primò ex ſitu, ſecundò ex qualitate, tertiò ex myſterio. Primò ex ſitu, quòd ſuperna, & cœleſtia ſunt in Sole, Luna, & Stellis. Secundò ex qualitate: nam explicat ſic. Matthæus. Sol obſcurabitur, Luna vertetur in ſanguinem, Stellæ cadent de cœlo. quis vnquam vidit tragœdiam miſerabiliorem? Tertiò ex myſterio. Nam vel eſt myſterium compaſſionis, in paſſione Domini, cui morienti, teſte D. Hieronymo, Omnis creatura compaſſa eſt: Atque ita cadẽti homini mundi Domino; omnis creatura compatitur, Sol, Luna, Stellæ, &c. Vel eſt myſterium iræ, & furoris Domini, qui ſic omnem creaturam armat contra hominem, tanquam iniuſtum Dominum, vt puniat eius ingratitudinem.

Sap. 5. Omnis creatura pugnabit pro eo. Contra quos? contra inſenſatos. Tales ſunt apud Dominum mundi ſapientes.

Sol obſcurabitur. Fons lucis eclypſabitur. quid triſtius tenebris? quid magis olim afflixit Aegyptios quã triduum tenebrarum? Thobias dicit, quale mihi gaudium eſſe poteſt,

Thob. 5. q in tenebris ſedeo? Si vero ex receſſu vel ecclypſi Solis huius viſibilis, in tantum triſtatur oculi carnis, vt planè ſine luce mortui ſint: quid facere opus eſt oculos mentis, vbi Sole Sancti Spiritus deſtituuntur? Si ne tuo numine, nihil eſt in homine, &c. Hic ſtatim caligant omnia, Eſa. 5. turbantur omnia, ſacra, prophana, mores, verba, facta. Auferam ſemen, & erit in direptionem. Hinc ſectæ, hinc bella iniuſta hinc initium Rom. 1. ſeditionũ: q veritas ſubtracta eſt, q euanuerunt in cogitationibus ſuis, & factum eſt inſipiens cor eorum. Luna; ſua natura argentea eſt, beneficio Solis, aurea, & ecce vertetur in ſanguinem. Sic tamen q pars vna illorum, qui in eccleſia ſunt, cum tamẽ de eccleſia non ſint, rubra eſt ſanguine Martyrum & ſeruorum Dei: Apoc. 17. vt de fornicaria illa teſtatur Ioan. in Apocal. Pars alia rubra eſt ſanguine proprio, quem pro ſui Solis honore profudit. Eſt itaque ſanguis vtrique ſignum. Sed filijs tenebrarum ſignum eſt furoris & dementiæ, filijs lucis ſignum eſt virtutis, & patiẽtiæ.

Stellæ cadent de cœlo. Miſerum ſpectaculum: ſunt ſtellæ oculi, & gemmæ cœli, ſcintillant, lucent, influunt è cœlo: vitam dant, motus regunt. Et ecce cadunt è cœlo ad terram, & fiũt terreſtres: atque aliquæ etiam in tantum dimittuntur, quòd vt Ioann. in Apoc. 6. Apoc. ad inferos etiam dimittuntur, & in puteo abyſsi ſepeliuntur. Stellæ in Eccleſia ſunt Principes, Prælati, Iudices, Doctores, &c. Dum in ſuo cœlo ſtant, ſua in eminentia, dum cœleſtia tractant, quàm pulchrum eſt intueri, quàm iucundum earum influxu perfrui? At vbi cadunt, vbi terram attingunt, vbi communes mores aſſumunt, vbi fiunt populorum fratres & domeſtici, vbi terrena curant: vbi communem vanitatem & faſtum ſequũtur; vbi principibus ſecularibus, Apoc. 8. eccleſiaſtici componi volunt: vbi regum fauores ambiunt &c. Vah quantum damni hinc refert Eccleſia: Vbi vero abſinthium fiunt, & malam imbuunt

buunt doctrinam, aut vitam ſcanda-
loſam præferunt, iam cadunt ad infe
ros, inficiunt flumina, & ſecum tra-
hunt in ruinam ſtellarum & populo-
rum partem. Exemplum diebus no-
ſtris in Rege Angliæ, Archiepiſco-
po Cātarienſi apud Britānos; Apud
Germanos in duce Saxoniæ & Lant-
grauio: Apud Gallos in infœlici illo
Card. Caſtellioneo, & paucis princi-
pibus: A nobis cecidit Epiſcopus
Vergerius. &c. Vbi verò cœlum & cę
li aſtra ſic ſunt male affecta: quid fit
in terris? ſi ſal euanuerit, in quo ſa-
lietur?

In terris preſſura gentium, prę cō
fuſione ſonitus maris, & fluctuum,
Miſcentur, premuntur, confundun-
tur omnia, æſtuant maria: commouē
tur regna, franguntur fœdera, pro-
phanantur ſacra, cędun tur populi, cō
currunt ſigna, peruertuntur leges &
iura Diuina, ſic enim Satan tenebras
ſuas contra Domini & lucis aduen-
tum his fracturis firmat, dum cōfun-
dit omnia, & veritatē aut turbat, aut
extinguit. Tragœdiam ſpectant om-
nes, & qui Satanæ, & q Domino ſer-
uiunt; quis enim adeo ſtupidus ſit, vt
tantam rerum nouitatem & confu-
ſionem non diſcernat, & admiretur?
Vident itaque omnes ſed vario cum
guſtu & fructu. Qui ſine ſpiritu Dei
ſunt, ad hæc areſcunt præ timore, frā
guntur & ipſi, & facile confundun-
tur. Sine robore, ſine vita ſpiritus
ſunt: ſternuntur itaque & cadunt ani
mo, atq; areſcunt. Qui olim in regno
tenebrarum videbātur magni, & am
pli, & pingues rerum Domini, Iam
nulli ſunt. Areſcit fides ſine operi
bus, Spes ſine meritis: Affectio ſine
charitate, mortua ſunt omnia, quare
Matth. 5 fatuæ illæ clamant. Date nobis de o-
leo veſtro, quia lampades noſtræ ex
tinguuntur, Sed vanus & aridus eſt
clamor, cui dicitur. Ite ad vendentes
& emite. His vero areſcentibus, filij
lucis & homines Chriſtiani, quid ſen
tiunt, quid faciunt, quid ex his fractu
ris percipiunt? Hoc tertium illud eſt,
quod Chriſtus ſuos docet dic. His
fieri incipientibus: filij tenebrarum
vt ſunt inepti, vt myſterium furoris
Domini in fine percipiunt. Omnia
enim accipiunt à cœlo, terra, mari,
carne, ſanguine, amicis, inimicis, &
omnia humanè interpretantur. Stul-
tos in culpa vix in maxima & diutur-
na pœna fit ſapiēs. At homines Chri-
ſtiani & filij lucis vix incipientibus re
bus admonentur, & à principio om-
nia interpretantur & fruuntur ſuo lo
co. Dum ergo premuntur illi & con
ſternuntur: quid hi?

Leuate capita veſtra. Culpa infle-
ctit capita peccatorum: Iniquitates Pſal. 37.
meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum,
& ſicut onus graue grauatæ ſunt ſu-
per me, Sedet iniquitas apud Zach. ſu- Zach. 5.
per talētum plumbi. Gratia ſubleuat
corda & capita: Animales illi, omnia
humanè, & de deorſum interpretan-
tur, & non niſi remedia humana adhi
bent. Spirituales hi, attollunt capita,
omnia de manu Dei accipiunt, bona
& mala: Ita Eſaias vocat ex ore Dei,
Cyrum Perſarum Regem, & Iudęo-
rum perſecutorem, ſeruum Dei. Ita Eſa. 45.
in Iob, Ignis à Satana immiſſus, voca
tur ignis Dei, qui è cęlo cecidit. Hoc
eſt leuare capita, in Dei manum re-
ſpicere, & tanquam Dei opus, & iu-
dicium venerari: hæc enim omnia im
mittit, aut permittit Deus ad excœca Iob 1.
tionem infidelium, quos ſic demen-
tat, & confundit Dominus huius ſe-
culi: ad probationem ædificationem
& redemptionem ſuorum. Ita quòd
mūdi ruina eſt impiorum captiuitas,

& piorum redemptio.

Appropinquat redemptio veſtra. Proprium culpæ eſt perdere animas: Proprium gratiæ eſt redimere: Nunquam venit Chriſtus niſi redemptor. Cum venit primum in carnem factus & paſſus homo redemit à culpa: Cum venit quotidie in ſpiritu & per gratiam in nobis redimit à reliquijs, à grauitate, à reatu: Cum veniet in maieſtate redimet ab omni pœna. Quamobrem læti occurrunt venienti redemptori: & ſublatis ſic capitibus in eius aduentum toti rapiuntur: atque interim in patientia poſsident & cuſtodiunt animas: ſcientes quòd veniente Domino omnia proſpera buntur. Ita in hyeme abſente ſole rigent, algent, nuda ſunt omnia, plena ventis, imbribus, niuibus: arbores ſine honore: Interim tamẽ radices ſub terra viuunt, & ſemina etiam cuſtodiuntur: quouſque redeunte Sole in vere, germinent frondes, flores, fructus emittant: quos demum maturet & colligat proxima æſtas. Horridam hyemem vidimus in Eccleſia, nuda omnia, ſine ſpiritu, ſine verbo, ſine vſu ſacramentorum, niſi ex quadam conſuetudine, ſine guſtu ſaltem, aut ſine fructu: Aduenit iterum Sol, atq; huius aduẽtus ſigna ꝓgnoſtica ſunt, tot mala quæ præcurrerunt: præuidit enim Satan ſua damna ex reditu Solis: & tamẽ ipſo inuito, fruimur lucis huius beneficio: Verbi puritate, ſacramentorum vſu, & frequentia: Prælatorum noſtrorum diligentia & pietate, Cleri reformatione, morum diſciplina. Et ſic dum impij Eccleſię hoſtes, aut carnales confunduntur & premuntur, læti venientem æſtatem præſtolamur. dic. Prope eſt regnum Dei cui regno ex Dei miſericordia coniuncta erit ſalus & fœlicitas noſtra. Iam iam itaque videbimus filium hominis venientem in nubibus cum poteſtate magna & maieſtate. Interim quaſi ſemina ſub terris, quaſi radices vitam ſeruamus, in humilitate & patientia, ſemper orantes. Adueniat regnum tuum. quam ſuſtinentiam & religionem ita probauit D. N. Ieſus d. Similes eſtote hominibus expectãtibus dominum ſuum quando reuertatur. Et iterum per exclamationem. Beati quos cum venerit Dominus inueniet ſic vigilãtes: Probauit & Paulus dicẽns. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ: Non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius. Hoc itaque loco ſtemus inter omnia ſigna Solis, Lunæ, Stellarum, preſſuras gentium, ſonitus maris, bella, ſectas, &c firma fide dicẽtes. Adueniat regnum tuũ: nã ex his fragoribus, prope illud eſſe iam diuinamus. Vbi aderit, læti excipiemus redemptorem, & laborum, & patientię noſtræ remuneratorem dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini. Amen. Luc. 21. Luc. 12. 2. Timo. 4.

Habita Romę apud Sanctam Catherinam die 28. Nouembris. 1568.

IN EADEM DOMINICA Prima Aduentus.

IAM male apti ſumus regno Dei: & illud ſpirituale eſt, tã nos carnales, ꝙ nullo modo poſſumus ſanctiſsimis eius iudicijs nos accommodare. Ita ꝙ in perpetua confuſione viuimus, & niſi ſuccurrat ille, in eadem facilè moriemur: dico hanc, ꝙ neque amare, aut frui eius miſericordia, neque timer

timere, aut declinare iuſtitiam ſci-
mus. Dat ille ſecundum iudicium mi
ſericordię innumera bona tempora
lia, promittitque ſi his recte fruamur
longe maiora, nempe æterna. Nos in
his ita confundimur abutimurque ꝙ
meremur ęterna mala: cogimuſque
eum iudicia commutare: & à miſeri-
cordia ad iudicium tranſire. Facit ſed
ægro animo: quare tardat, dolet, præ
dicit Prophetis, ſigna qat pronoſtica
futurorum malorum: tantũ vt ad pœ
nitentiam prouocet, vt cõuertamur,
& viuamus, nolens perire aliquos. Ita
in diebus Noe, & Loth. Sed illi neq;
amare, neque timere ſciuit, tantum
epulari, nubere, deſideria carnis im-
plere. Et ecce interitus. Ita in diebus
Rom.11. carnis Chriſti, prædixit ventura ma-
la, fleuit, ſigna dedit remota, proxima
potiſsima poſt aſcenſum Domini ad
cœlos, vt Ioſeph teſtatur. Illi neque
amant, neque timent, & ecce ſigna
ſunt verificata. Illis excſis, noſtra ſũt
ſigna, nos illa audire & obſeruare, &
intelligere debemus. nobis enim in-
cumbunt. Quod ſi naturalibus ramis
non pepercit, &c, Ad hanc ſignorum
obſeruantiam prouocat hodie Do-
minus Ieſus in Euangelio, tantum vt
doceat timere Dei iudicia: & in eo ti
more præparemur, & occurramus
venturo iudici. Atque ita à timore
cõcipiamus ſpiritum ſalutis. Obſer-
uemus ſingula; vt inſtructi, lætiores,
& tutiores venientem iudicem ex-
cipiamus.

Signa petierunt Apoſtoli in egreſ
ſu templi, tum ruinæ Hieruſalem, tũ
conſummationis ſeculi, & aduentus
Chriſti. De vtriſque reſpondit, & ſa-
tisfecit. Prima iam ſunt expedita, ma
gno, & tremendo iudæorum exem-
plo. De reliquis ad nos pertinet. De
duobus ſigna petunt, atque ita ſunt
diſpoſita, quòd vnum eſt immedia-
tum, & proximum ſignum alterius.
Sic enim ſibi inuicem opponuntur
ſtatus, & conditio ſeculi huius: ac re-
gnum, & aduentus Chriſti, vt ſimul
ſtare nequeant, quia proximum ſi-
gnũ aduentus Chriſti erit ſeculi hu-
ius cõſummatio. Ita & de ſuo ſeculo, Ioan. 11.
deque ſtatu Iudaiſmi, & aduentu Do
mini in carnem conſtitutum fuerat:
vt vſque ad eius aduentum ſtaret ſce Eſa. 8.
ptrum in domo Iuda, quod prædixe-
rat Iacob in benedictionibus Iuda,
ſignumque aduentus Meſsiæ foret,
cum ablatum fuerit ſceptrum. Sicque
per os Caiphæ prædixit Spiritus San-
ctus: Non poſſe ſimul ſtare Chriſtũ,
& Sinagogã. Si dimittimus eum ſic,
venient Romani, & tollent noſtrum
locum & gentem. Atque Simeon iã
prophetauerat. Hic erit in ruinam
multorum in Iſrael. Et multo antea.
Erit in petram ſcandali duabus do-
mibus Iſrael. Per aduentum itaq; Do
mini in carnem ſublatum eſt regnũ,
& ſacerdotiũ Iudaicum, atque ideo
& tolli debuit Hieruſalẽ ſedes illius
regni. Per aduentũ eiuſdem in Maie
ſtatẽ, tolletur hæc mundi facies, mun
duſque hic immutabitur & fiet alius.
Et hæc mundi immutatio, & cõſum-
matio proximum erit ſignum aduen
tus Domini.

Signum autem poximũ huius im-
mutationis erit alteratio quædam &
commotio partium eius & naturarũ,
cæleſtiũ, elementarium, rationaliũ, in
tellectualium. Vt in homine, mũdo
ſcilicet minore ſimiles partium com
motiones ſigna eſſe ſolẽt prognoſti- Eſa.65.
ca interitus, & eo proximiora ſigna, Apoc.21.
quo per magnas commotiones &
alterationes intenduntur. Ita pe-
riturus mundus hic, totus turbabi-
tur & alterabitur. Atque hanc gene- 2.Theſ.2.
ralem

ralem mundi febrem deſcribit Dominus in euangelio, Secundum tres paroxiſmos, qui tandem magnam hanc molem proſternent. vt det locum nouo Chriſti mundo. Ita dic. Creo cœlos nouos, & terram nouam. Et in apoc. ecce noua facio omnia. Primus igitur paroxiſimus erit in Religione. quæ tota ſubuertetur, Vt ita Indicetur impietas & incredulitas eorum. Inquit Apoſtolus, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati: & ſpreto Dei verbo, euanuerunt in cogitationibus ſuis, Ita ergo per apoſtatas & pſeudo pphetas tota commouebitur & innouabitur religio: eo vſque vt tandem filius perditionis, homo peccati audeat ſedere in templo & palam Chriſtú impugnare, quod non audent eius præcurſores hæretici, ſoluentes quidem, atque adeo debilitantes, inquantum poſſunt, ſed non negantes Ieſum. Vocant iſti ad deſerta, ad penetralia, ad varias ſectas, omnes tamen dicunt ecce hic, ecce Illic eſt Chriſtus, Ille autem palam eijciet Chriſtum & ſe pro Chriſto conſtituet: verbum nouum obtrudet, atque adeo ſignis & prodigijs firmabit: magno ſpectatorum periculo. Niſi quod Deus abbreuiabit ex miſericordia dies illos. Et tandé aduenients Dei filius, impiú interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduétus ſui. Dú igitur iſta fiút; quo magis ab hæreticis turbatur religio, quo plures in dies inſurgunt ſectæ: Vos qui Domini eſtis.

Leuate capita, diſcernite myſteriú eo magis appropinquat aduentus magni Antichriſti, cuius iſti omnes ſunt præcurſores, Aduentus autem illius proximú ſignú erit aduentus filij Dei in poteſtate & maieſtate: quare quo magis iſta confundunt bono animo eſtote, ná appropinquat redéptio veſtra. Ita proprium Chriſto eſt, ruinas inſtaurare, Soluite templum hoc, ego excitabo. & Secúdus eparxiſmus erit corporum cœleſtiú: elementariú commotio & alteratio. runt. n. Signa in Sole & Luna & Stellis. Non vt tollantur hæc: ſed immutetur. Sol inquit Matthæus, obſcurabitur: luna vertetur in ſanguiné: ſtellæ cadent è cœlo. & Iob. columnę cœli contremiſcunt, & pauent in aduentu eius. teſtatur d. Petrus, quòd elementa calore ſoluentur. Magna autem iſta corporum commotio, qua & virtutes cœlorú cómouebútur, in terris erit preſſurra: in mari ſonitus & confuſio: poteſt ad tria reſpicere, Primò ad immutandas, & innouandas naturas, non ſecundum ſubſtantiam: ſed ſecundum qualitatem. & faciem vt noua ſint omnia. Secúdò ad puniédas iniquitates impiorum, quia ſi concurrant omnia ad expugnandú impietatem pro Domino, & creatore ſuo. Tertio ad exercendam fidem, & patiétiam ſanctorum, qui interim in ea fornace probabuntur, vt digni inueniátur, qui nouo illo ſeculo fruátur, qui huius commotionibus non ſunt commoti. Tertius Paroxiſmus erit Hominum carnalium confuſio. Areſcent enim præ timore, & expectatione, futurorum neſcij, præſentibus confundentur, & areſcent. Dum timor potuit eos iuuare, & deducere ad ſapientiam, & obedientiam Dominiſtrum audaciſsimi fuerunt in culpa: tum omnia ſpreuerunt conſilia; omnia reiecerunt remedia. Inſtantibus his, timore ſoluentur & areſcét, quaſi terra ſine aqua, tanquam puluis, quam proijcit ventus à facie terræ, neque ſtare, neque fugere, nec tacere,

Io. 2.

Matth. 24.

Iob. 26.

2. Petrus 3.

Pſal. 1.

cere, nec loqui, nec viuere, nec mori
ſcient. Montibus dicet, cadite ſuper
nos: quærent mortem, & non inue-
nient. quæ lingua poſsit æſtum, atque
ardorem febris huius exprimere? Ad
hanc ariditatem iam peruenerunt ij,
qui ſcandalis fidei, bellorum ſtrepiti-
bus, principum exemplis, & artibus
eo deducti ſunt, vt iam neſciant quid
credere debeant, cui parere, quomo-
do viuere, timent, tremunt, quo loco
ſint neſciunt. Tantum quia fidei an-
choram, id eſt eccleſiæ catholicæ iu-
dicium deſeruerunt. Ita omnia con-
fundentur, gens contra gentem, re-
gnum aduerſus regnū, plena omnia
erunt cædibus, fœdationibus, rapi-
nis &c. quid tum? Leuate capita ve-
ſtra, Prope eſt regnum Dei.

Tunc apparebit ſignum filij homi
nis, ſignum proximum, ſignum iam
iam ſedentis iudicis; ſignum perpe-
tuum victoriæ & regni Chriſti Crux
eſt Sanctiſsima. quę tum tam fulgida
& ſplendida apparebit (vt dicit Chry-
ſoſtomus) quod eius fulgore, tanquā
maiori lumine, ſol iterum obſcurabi-
tur, & luna non dabit lumen, vt mox
quaſi nouo ſuſcepto lumine luceant
in nouo Chriſti mundo ſeptemplici
Iſa.30. ter. Ita ſemper Chriſtus regnat à li-
gno Deus. Ita lignum perpetuum eſt
illi vexillum, triumphi lignum. Eleua
to ſigno, Dux ſtatim aderit, Filius ho
minis in nubibus cœli cum poteſta-
te puniendi malos, & maieſtate coro
nandi bonos: & regnū ſuum immor
tale, cuius non erit finis, conſtituen-
Matth.15. di. Sedente Iudice, per Angelos ad
hæc myſteria cōmotos, quos D. Pau
lus uocat Angelos virtutis, congre-
gabuntur omnes ante eum, ſic tamen
quòd ſegregabuntur, & ab inuicem
ſeparabuntur quaſi oues ab hædis. Et
Matth.24. erit tā minuta ſegregatio, quòd duo
erunt in agro (Ita Matthęus.) duo in
mola, duo in lecto, Vnus aſſumetur,
& alius relinquetur: nulla ratio ſan-
guinis, nominis, coloris, profeſsio-
nis. Vna tātum erit ratio meritorum.
Tunc iterum plangent inconſolabi-
les tribus terrę: & terram ſapientes,
amantes, colentes, & in ſua terra, vt
eos tandem abſorbeat, remanentes:
plāgent miſerrime culpam commiſ-
ſam, pœnitentiam dilatam; remedia
ſpreta: gloriam amiſſam, pęnam com
meritam. Et tandem hos Angeli ve-
lut zizania inutilia mittent in cami-
num ignis ardentis. Patientes autem
illi, qui in hoc ſeculo à magnis illis gi
gantibus premebantur: deiectis illis:
aſſumentur. Vbi Domine? Vbi cor-
pus, ibi & aquilæ. Obuiam inquit Pau
lus, rapiemur cū Chriſto in aera. Et 1. Theſ.4
ſic ſemper cum Domino erimus.

His igitur fieri incipientibus, An
non incipiunt ætatę uoſtra? An non-
dum ſentimus turbas has vehemen-
tes? quid ergo nos? Leuate capita.
ſurſum corde reſpicite, & intelligite
myſteria; omnia de ſurſum accipite;
Appropinquat redemptio veſtra, &
quidem integra & perfecta; a culpa,
à pęna, à fomite, illectione ſenſuum, à
ſuggeſtione Dęmonum, à malorum
conſilio & exēplo, à ſollicitudine cor
poris, à timore, à periculis. Tunc vere
liberabit creatura à ſeruitute in glo-
riam. Mundi ruina, eſt ſanctorum re
demptio, qui ęgre fert illam, nō amat
iſtam, qui amicus eſt mundi, Chriſti
inimicus conſtituitur. Videte ficul-
neam &c. Hiemem ſequitur Ver, iā
hiems tranſijt, imber abijt, & receſ-
ſit: en flores, en folia indicia veris: Per
dei gratiam frigiditas illa, & nuditas
verbi Dei, ſacrorum ſpretus, morum
corruptio; magna ex parte ex eccle-
ſia noſtra Occidentali receſsit: Si tri

bus

bus terræ adhuc in hyeme ſunt; oremus pro illis, & interim vere hoc noſtro hic fruamur, vt æſtatem confidẽter expectare poſsimus, quæ nobis fructum patientiæ noſtræ vberẽ tribuat. Habuit Chriſtus in carne id eſt in regno humilitatis ſuæ ver infantiæ, æſtatem vitæ; autumnum mortis, hyemem ſepulturæ, iterum ver reſurrectionis in regno ſpiritus. Aeſtatem apoſtolorum & martyrum. Autumnum pœnitentium. Inde ſecuta eſt hyems quam & nos vidimus. Iterum en adeſt ver, flores verbi, & folia exẽplorum bonorum, quæ nobis adducta ſunt beneficio ſacri concilij tridentini, cuius præſcriptis, & præceptis confirmata eſt doctrina catholica, & reformata vita apud pleroſque. Vtinam ſequatur æſtas, qua & ſanguine ipſo noſtro ſi opus eſt, fructus matureſcant, gloriæ Domini noſtri, & redemptionis noſtræ: ſtate o chariſsimi ſuccincti lumbos; probate tẽpora, leuate capita, agnoſcite myſteria; Non tranſibit generatio hæc donec omnia fiant; Nobis dicuntur, noſtra ſunt, ad nos pertinent. Cœlum & terra tranſibunt, verba mea, inquit Chriſtus, non tranſibunt. Amen.

IN FESTO D. ANDREAE Apoſtoli.

GRande infortunium eſt noſtrum hoc. Spiritus Dei ſua natura bonus dulcis, & trahens eſt, ſicut mel: Potens etiam vbi ruit in hoſtes, velut torrens inundans. Verbum Dei, qui eſt quaſi ſpiritus flatus, & ſolis radius potens, eſt ſua natura igneum, vt vocat Deu. 33 Moyſes, penetrans vſque ad intima vt vocat Paulus Verbum vitæ vocat Petrus, Verbum gratiæ vocat Pſal. Dauid. Hoc vno Deus formauit cœlos, hoc vno condidit omnia: Hoc vno viri Dei omniũ ſeculorum tentarunt omnia, ſiccarunt maria, reuocarunt flumina: aperuerũt terram: firmarunt aſtra, ignem è cęlo traxerunt, domuerunt leones, & vrſos, ſtrauerũt gigantes. Et quod maximum eſt hoc vno animos hominũ immutarũt: hoc vno Moſes Iſraelem ab ollis ægyptiorum. Eliſeum Elias à bobus & aratro & parẽtibus retraxit. Hoc vno Chriſtus Apoſtolos a retibus nauibus parentibus: Hoc eodem Apoſtoli mũdũ vniuerſum Chriſto ſubiecerũt: philoſophos, potẽtes, reges, ſolo verbo uti piſces compræhenderũt, & ad Chriſtum duxerunt. Nos ſoli illi ſumus qui neque verbo, neque Spiritu, neque factis mouemur: Aut quòd ſpiritus debilitatus eſt: aut quod verbum immutatum: aut quòd Oſeæ. nos ſeculis omnibus duriores ſumus. Non eſt ſpiritus Dei alius, quia immutabilis eſt. Non eſt verbum mutatum: quin nobis innouatũ? & ſuę puritati reſtitutũ iuxta verũ Sanctæ catholicæ eccleſię ſenſum. Ergo nos ſtulti & tardi corde ſumus. Quid ergo fiet de Chriſti regno? Num cadet, ita vt perfidia, & hæreſes oĩa cõpleant? Minime. Num in hac noſtra pertinacia regnabit? Minime. qd ergo? Alterum horum neceſſe eſt fieri. Aut ille ſpretis nobis, regnum ſuum transferet ad alios, & vineam locabit alijs Agricolis. vt per Oſeam comminatus eſt Iudaiſmo: Vocabo non plebem meam, plebem meam. Cuius initia forte videmus apud indos orientales. Aut per Dei miſericordiam nos immutabimur, & dabitur nobis cor ad præcepta, vt gratiã

Dei

Dei oblatam recipiamus, & retineamus. hæc vna ſpes nobis remanet, quia Diuina miſericordia ſic alias ſeſe exhibuit, quòd inuentus eſt Deus etiam à non quærentibus &c. His initijs cœpta eſt Chriſti ſchola: his medijs aucta; his vnis retineri poteſt. Initia narrat hiſtoria euangelica, quæ fundamenta & primitias conſtituit nobis regni chriſtiani. Obſeruemus omnia. Conſtat enim quòd eiſdem modis & armis quibus natū eſt Chriſti regnum; eiſdem conſeruari, & retineri poteſt.

Ambulat Ieſus iuxta mare Galileę magna quædam primordia regni ſui meditans; quando iam ſilet Ioannes captiuus, qui de ipſo teſtabatur. Illi vni iam totum negocium remanet, quia cogitur & ſocios, & teſtes & miniſtros deligere, quorum opera, ſuo tempore vtatur ad promouendū cœli regnum. Hoc meditans quatuor hos vocat, de quibus in Euangelio: quorum duo piſcantur, duo reficiunt retia: & hos conſtituit columnas tanti regni. Mirabile dictu: Tot habet ſanctos Iudæa: Tot philoſophos Græcia; Tot potentes Roma, quorū opera magnifice vti poteſt: & ecce ad Piſcatores ſeſe vertit: conſideremus obſecro propius caſum hūc. Primo, qui qualeſque viri ſint hi vocati. Secundo, Ad quod munus vocati ſint, Tertio, Quomodo, qua ve arte vocati. Quarto, Quid ipſi vocanti reſponderint. De primo, Qui ſint vocati, exprimit euangeliſta per nomina propria, quòd Simon, Andræas, et filij Zebedei, Ioannes, ſcilicet, & Iacobus. Quales etiam non tacet: quòd honeſti viri, non ocioſi, ex labore victum quærentes, Fratres concordes. Et primi duo, viri ſatis religioſi, diſcipuli Ioannis: Reliqui patrem ſequentes, & colentes; Honeſta ſunt hæc: At quid ad cœli regnum? Extremæ fortunæ, pauperes, idiotæ, ſine verbo, ſine lingua. Et hoc regnum verbi eſt. cur igitur iſtos? Reſpondeo. Eſt cauſa ſuperior Dei prædeſtinatio, quos prædeſtinauit, inquit Paulus, hos & vocauit. De quibus & ipſe Chriſtus pater ſancte, quos dediſti mihi non perdidi. cauſa hæc prima eſt, vera eſt, certa eſt, & infallibilis: ſed occulta, & ſublimis, ſenſus enim, Domini eſt, quare potius adoranda quam quęrenda eſt. Eſt cauſa interior, quæ ſupra omnem naturæ ineptiam idoneos facit, gratia ſcilicet Dei, immutans corda, de qua dicit. Faciam vos fieri piſcatores hominum: Nos qui poſſumus vocare tantum, & non facere piſcatores; debemus idoneos vocare. vnde Paulus monet: Nemini cito manus impoſueris. At Chriſtus quoſcū que vocare poteſt; quia facere idoneos poteſt: Ita Moyſi dictum eſt. Ego ero tecum. Ita Ierem. Prophetam in gentibus dedi te. Et cum ille reſpueret. D. A. à, à Domine neſcio loqui. Dictum illi eſt, Ecce dedi verba mea in ore tuo. Et tetigit, inquit, os méum. Eſt cauſa exterior ſubſeruiens, & eſt paupertas: quòd magis. n. ſunt in hoc ſeculo pauperes eo faciliores ad ſequendum Chriſtum pauperem. Ita in parabola nuptiarum detinentur vocati, alij quòd villam, alij quòd iuga boum emerint &c. Ita Iuuenis ille vocatus ad vendenda omnia & ſequendum Chriſtum. Abijt triſtis, eo quòd diues erat: quia ſuper hoc hominum genere exclamauit Chriſtus, ò quam difficile eſt diuitē ingredi in regnum cœlorum: Tales igitur ſunt vocati. De Secundò. Ad quod munus vocati. Faciam inquit vos fieri Piſcatores hominum. A pro

Rom. 8.
Ioan. 17.
Mat. h. 4.
Timo. 4.
Exod. 3.
Iere. 1.
Matt. 19.

poſito non diſcedit, ſeſe accommo-
dat, calamum non conſtringens. Ma-
gos vocat per ſtellam. Samaritanam
per donum aquæ: quia inuenit apud
puteum. Piſcatores hos ad retia vo-
cat: rete verbum erit; mare, mundus
piſces homines omnium generum,
etiam Reges, & Monarchæ: finis fœ-
lix, piſcantur enim ad vitam. Piſcatio
Io. 20. iſta altiſsima eſt, quam ipſemet Dei fi-
Pſal. 44. lius exercuit. Sicut miſit me pater, ita
Matt. 6. mitto nos: vocat hos Dauid Princi-
Matt. 5. pes terræ: vocat ipſe Chriſtus. ſal ter-
1. Tim. 3. ræ, mundi lumina: vocat Paulus, Co-
lumnas & firmamenta, & duplici ho-
nore dignos iudicat. Eſt etiam piſca-
tio difficillima: Exigit homines dili-
gentes, & ſtudioſos: ſcrutamini ſcri-
pturas inquit Chriſtus. Et Paulus: At-
Io. 5. tende lectioni. Exigit homines fide-
Tim. 4. les, qui non palpent, non adulentur,
Zach. 3. non prodant veritatem. alioqui mina-
Matt. 10. tur Ezec. Sanguinem eius de manu
ibidem. ſua requiram. Exigit homines fortes.
Luc. 10. Veritas enim odium parit, eritis odio
omnibus hominibus propter nomē
meum. Mitto vos vt agnos inter lu-
pos. Rogate dominum meſsis vt mit-
tat operarios &c. Alioqui quotquot
venerunt (ſcilicet, non miſsi) fures
fuerunt & latrones. Vocatio fortes,
& idoneos facit. Vbi vocantur tan-
quam Aaron. De Tertio, quomodo,
qua ve arte vocati ſint. Præter æter-
nam vocationem, quam ſilentio ado-
ramus: duo genera vocis exercet. Eſt
vox ſenſibilis, verbum, beneficia, fla-
gella, miracula. Hæc vox vtilis eſt, &
gratioſa: qua vbi deſtituimur, facilè
bonis omnibus ſpoliamur. Ita de vi-
nea Eſa. Non putabitur; non fodie-
tur, qd ergo? Aſcendent ſuper eam ve-
Eſa. 5. pres. Non ſufficit tamen ad conuer-
tendum. Non.n.oēs credunt ſeu obe-
diunt euangelio. Eſt igitur alia vox in-

ſenſibilis gratia Dei præueniens mo-
uens corda, ad oſtiū pulſans: de qua
Luc. Aperuit Dominus cor Lydiæ Act. 16.
&c. Cor mundū crea in me Chriſtus: Pſal. 50.
Nemo venit ad me, niſi pater traxerit Io. 6.
Vox iſta non cogit: tamen ex no-
lente volentem facit, modo voca-
tus non ponat obicem. Vocaui & re-
nuiſtis, &c. quam poſtea aut trahat,
apparet ex quarto. De quarto igitur
quomodo vocati reſponderint Reli-
ctis, inquit, retibus & naui & patre
ſecuti ſunt eum. Hoc tandem illud eſt
quod ad nos pertinet, vbi gratiā & mi-
ſericordiā vocantis audiuimus, meri-
ta omnia ſuperātem, & vota, vbi no-
bilitatē vocationis, & muneris extimi-
mus: conſideremus quid nos econtra
facere debeamus. Duo in ſumma,
relinquunt omnia, & Chriſtum ſe-
quuntur. ſequela eſt feſtina, quòd
continuo relinquunt, ſat temporis
amiſſum: ſat circa maria Galileæ Gal. 1.
piſcatum, ſat mūdo huic ſeruitū eſt.
De ſe dicit Paulus, continuo non ac-
quieui carni, & ſanguini. Caro qui-
dē & humana prudētia reuocat duos
præſertim primos Simonem, & An-
dream. qui ſemel falſi ſunt in Ioanne.
Et tamen iterum periculo ſe cōmit-
tūt. Sequela eſt libera, & totalis Di-
mittunt omnia. Ecce reliquimus om-
nia. Pauca ſunt; ſed tamen ex his vi-
uunt, & oīa dimittunt, ſat danqui oīa
dat. Dimittunt ſua; dimittunt ſuos. di-
mittunt ſeipſos, & cor totū exhibēt
Greg. nil ditius offert deo bona vo-
luntate. Nil igitur ſibi de ſuis, aut de
ſe retinent. Sequela eſt conſtans,
magno, & firmo animo deliberata.
Primo allocuti ſunt Ieſum, mox re-
dierunt ad Ioānem magiſtrum, & cæ- Luc. 5.
tera. agnouerunt miraculo piſciū,
quo loco Petrus ſtupefactus eiecit
illū è naui. Secūdo, Nūc tandē miſ-

ſis

ſis omnibus hærent illi, non amplius receſſuri. Ita firmiſsime hæret Andræas, vt nõ modo ſequatur viuentẽ, loquentẽ, operãtẽ, morientẽ, reſurgẽtẽ: ſed & ſublatum ad cælos tenaciaio ſic ſequatur, quouſque ad eoſdem cælos per idẽ genus vitæ, & mortis rapiatur. Sequitur ergo Andræas Chriſtum in vita vſque ad extremos Scythias, pauper, inops, veritatis liberrimus prædicator. Sequitur in carcere, & paſſione, tam conſtans, quòd nec liberari vult à populo commiſerante: tantum vt Chriſtum ſuum ſequatur. Sequitur in Cruce, tanti animi alacritate, ꝙ à longe ſalutat & reueretur eam. O bona crux ſalue: iam diu deſiderata, & concupiſcenti animo præparata: ſecurus, & gaudens venio ad te, & tu exultans ſuſcipe me. Suſcipe me ab hominibus, & redde me Magiſtro meo. Huc. n. ſequor, hunc quæro vt per te me recipiat, qui per te me redemit. In te ille quæſiuit me: in te ego etiã quæro illum, per te ille datus eſt mihi in precium: tu me illi reſtitue victimam, & teſtem ſanctiſsimæ veritatis. Ita ſequitur eum Magnus Apoſtolus, & eum in cruce obtinet; dat illi corpus, & animam: ab illo recipit gratiam, & gloriam: in qua noſtri (vt optamus) memor viuit, & regnat cũ eo, per oĩa ſecula ſeculorũ Amẽ.

DOMINICA SECVNDA aduentus.

SEdet in viis, & compitis magnę huius Galileæ, miſera hæc noſtra Humanitas, plena morbis, & multis partibus læſa: et ſunt morbi tam prementes quòd non modo carnem terunt, oſſa contundunt, neruos oppilant, ſanguinem tabificant, ſed & animam ipſam penetrant: atque inficiũt: Hinc infelix iſta ſcena plena animarum cœcarum ſine iudicio, ſine ſenſu, ſine intellectu: Surdarũ ſine diſciplina ſine vlla ſpe profectus: Claudarum, titubãtium, inconſtãtium, inæqualium; leproſarum, quæ etiam contagione, & ſcandalo inficiunt. Mortuarum ſine conſcientia, ſine ſpiritu, ſine religione & ſine Deo. inter tot mala malum vnũ vix ſupereſt, ꝙ ſpem aliquam ſalutis retinet: Et eſt expectatio, & deſiderium ſanitatis, quo omnes in medicum naturali quadam religione reſpiciunt. Eſt & aliud quod melius eſt, quòd iſtis remedium à Dei miſericordia paratũ eſt, potens, commodum multis experimentis illuſtre, vt de illo dubitare, extrema iã ſit inſania & infidelitas, tot enim & tanta iam dedit ſui valoris teſtimonia, vt vndecũq; reſonẽt voces & opera in laudem Chriſti ſanatoris: Cœci vident, ſurdi audiunt, claudi ambulant &c. Ita in diebus carnis ſuæ D. N. Ieſus in ſua Galilea reperit montes cœcorum, ſurdorum &c. Omnes tamẽ expectabant Angelum mouentem Piſcinam; omnes Meſſiam & medicum inuocabant, & eius in aduentũ ſuſpirabant: Et hoc deſiderium mouit, vt ſequerentur modo thedidem, modo Iudam Galileum & modo Ioannem Zaccariæ, modo Ieſum Nazarenum ſequerentur. Vbicunque. n. apparebat aliquod virtutis ſpecimen eo ſtatim ferebãtur ex deſiderio ſaluatoris. Et huic deſiderio occurrit Dei filius, ad hoc datus, & natus, vt ſaluũ faceret, ꝙ perierat. In quo vno vera ſalus: extra quẽ, & ſine quo, nulla: Notificatus etiã eſt, varijs argumentis, cælo, terra, angelis

hominibus, dæmonibus, omnia teſtantur Chriſtum eſſe mundi ſanatorem & non alium expectandum: Et tamen multi fugiunt ab eo & nouũ quærunt: Alij ex odio quo doctrinam eius, & veritatẽ perſequuntur. vt ſinagogæ iſtorũ grauiſsima eſt inimicitia. hinc mala innumera hinc pſecutio, hinc mors Chriſti. Tales ſunt hæretici, & eorum fautores; crudeliſsimi regnorum etiam euerſores. Alij ex vanitate & odio quo vitã Chriſti pſequunt, Et ſunt carnales, & mũdi potentes, quibus placere non põt paupertas Chriſti. Ita Nazareni & Fratres inſtabant pro Chriſti maieſtate; Tranſi hinc vade in Iudæam: Manifeſta teipſum mundo &c. Ita parẽtes cæci: Ita multi diuites, vt Io. teſtatur agnouerunt Chriſtũ ſed nõ ſunt cõfeſsi. Quia dilexerunt gloriam hominum magis quã Dei. Ita dum altaria erant opulenta, menſę epiſcopales cõmodæ omnes ambibant: Nunc quod ex ſingularitate beneficiorũ factæ ſunt tenues, ex reſidentia incommodæ, nemo ex nobilibus dignat clericari. Alij ex craſſa quadam ignorantia. qua in Chriſto nihil intelligunt niſi commune. quod natus eſt, quòd prędicat, Baptizat, ſanat &c. quanti autem referat ſic ſanari; non conſiderant, quare neq; ad eius gratiam cõmouentur. ſcimus quod; in hac & illa eccleſia, vel ſchola, legit docetur, frequẽtant ſacramenta &c. quid vero hæc tribuant chriſtianis; quid iuuent nunquã cogitamus, quare & deſpicimus. Ita illi. Nũ cognouerunt principes quia hic eſt Chriſtus? ſed Chriſtus cum venerit nemo ſcit vnde ſit &c. Alij nõ ex odio, nõ ex vanitate non ex ignorantia Chriſtum deſpiciũt, ſed ex zelo quodã carnis quo alibi detinẽtur. Tã facile amor ſpiritus

Ioan. 7.

in carnalem cõuertitur niſi pręuideamus: De hoc carnis amore, ſpiritui præiudicãte dicit D. N. Ieſus Apoſtolis, expedit vobis vt ego vadã. Hoc zelo diſcipuli Ioannis refugiunt à Chriſto. Et non modo probare poſſunt eius doctrinam, & diſciplina, quin facile ex eius profectu ſcandalizantur & commouentur. Rabbi. qui tecum erat trans Iordanem, hic baptizat, & omnes veniũt ad eũ &c. tãtum ſibi complacent in Ioanne ſuo, quod Chriſtum non dignantur. Et tñ Ioannes in hoc totus eſt vt Chriſto viã paret, & eccleſiã illi formet tanquã legitimo ſaluatori. Amicus, Inquit, ſponſi vocem audit, & gaudet, quia amicus eſt: Ita & ſuos habet amicos Chriſtus, qui eius gratiam illuminati guſtarunt, donũque cæleſte eſſe experti ſunt. iſtis incumbit oĩa dicere & facere, vt mundum, & ſcenam infirmorum ad Chriſtum medicum verum deducant, qui cõuerti facit peccatorem inquit Iacobus, ſaluabit animam ſuã & operiet multitudinem peccatorum. Huc reſpicit ſtudiũ quo Ioãnes hodie delegat duos ex ſuis ad Chriſtũ iubetq; interrogari, Tu es qui vẽturus es, an aliũ expectamus? Atq; ad hoc exquirit tempus propriũ, & opportunũ ex omni parte. Ex parte ſua, nã in vinculis eſt, cito ad aliã eccleſiã vocandus p mortẽ nępe. ad patres in lymbo. Aurora iã occidit: lucet dũ põt ad dãdã ſciam ſalutis plebi ſuæ. ex parte diſcipulorũ? nam mox caro iſto præceptore priuabiuntur: iniquum eſſet relinquere oues ſine paſtore. Ex parte Chriſti, nam quam primum audiuit Ioannẽ captiuum facti totius conſcius: quaſi dominus harenę, in quem vnũ vota omnia reſpiciunt; ſablata aurora, ſplendet ſol: cœpit ergo multa ſigna facere &c.

Ioan. 3.

Iacob. 5.

Pul-

Pulchram itaque hanc nactus occaſionẽ. Ioannes iubet ex eo quæri: Tu es qui venturus es &c. Non certè quòd Ioannes de Chriſto, dubitet, ex odio, ex vanitate, ex ignorãtia, ex timore, Amicus ſponſi eſt, non habet odium. Illum oportet creſcere me autẽ minui. Seuerus eſt, viuit non manducans aut bibens: non ergo vanus: Propheta eſt & pluſquã Propheta, nõ ergo ignarus conſtantiſsimus eſt, non arundo vẽto agitata non mollibus indutus: quid timeat? Agnouit & expreſsit in ventre matris loquens ſine verbis. Agnouit & adorauit ad littora Iordanis. ego a te debeo baptizari tu venis ad me. Reuelauit digito, verbo, baptiſmo: Angelus (vt Malachias) miſſus ante faciem domini, parare vias eius. Ergo parat; ſtudetque hac interrogatione diſcipulos ſuos a ſe & ad Chriſtũ tãquã ad medicũ ablegare. Tu es qui vẽturus: &c. Magna & exquiſita eſt quæſtio, quæ certe continet ſingularem Chriſti gloriã & reputationẽ, vt reueletur & habeatur pro expectato illo mundi ſaluatore. ſingularem etiã mundi ſalutem, vt agnoſcat Chriſtũ qui vnus eſt expectatus; & poſt quem nemo alius. fundamẽtũ nemo ponat ꝑter id ꝙ poſitũ eſt &c. Hoc idẽ de Chriſto ſcire voluit Herodes, ſed malo aĩo. vt (inquit) & ego veniẽs adorẽ eũ: Hoc idẽ ciues Nazareth. Quãta

Luc. 4. audiuimus facta, fac, & hic in patria tua. Hoc ſinagoga. quouſque ani-

Io. 10. mã noſtram tollis. Dic palam &c. Hoc idem Herodes Rex. Hoc Cayphas, hoc Pilatus. Vt dicat ſi filius Dei eſt, ſi rex Iudæorum &c. Quid ad hæc deſideria Chriſtus? Reſpondet copioſe, factis & verbis: ita Chriſtus res viua eſt, habetque vitæ ſuæ teſtimonia duo vt gẽtibus, quibus veluti facibus ſplẽdet: Verbum & opera: Incredulis & perfidis nec verba, nec opera dat, vt phariſeis, ſinite illos &c. vt Herodi vulpi illi. Adultis ſufficiunt verba: fundamẽtũ enim veritatis eſt verbum. Ita eccleſia noſtra adulta, verbum habet ſufficiens ſine miraculis. Infirmis, quibus lacte opus eſt, dat opera & ſigna, quibus veritatem probat: ſi mihi non creditis, operibus credite. Tales diſcipulos habet hic: bonos viros, veri amantes, bene inſtitutos in ſchola Ioãnis, ſed infirmos ex zelo magiſtri.

Ideo inquit Lucas, in ipſa hora: multos curauit & multis donauit viſum: Iterum dico, viua res Chriſtus: & vitæ habet opera: ſi hæc non facit in te, ſi non illuminat, ſi non docet: non adæquat, nõ ſanat, non ſuſcitat: vide ne ſiue Chriſto ſis: ne teipſum fallas. Tum poſt illuſtria facta iubet de ſe formari iudicium, ſed ab ijs qui & ex officio, & ex peritia poſſunt, nõ à turbis, ſed à Ioanne omnium conſcio: ite renuntiate Ioanni. &c. Facilè Ioannes rem explicabit, & ex eis, quæ referent ſtatuet Chriſtum horum factorem eſſe mundi Meſsiam: Primo ex qualitate operum, quòd cœci vident, ſurdi audiunt &c. Sunt enim hæc illa opera de quibus prophetæ, præſertim Eſaias &c. Secundò ex modo operandi, quia in poteſtate, ſpiritibus imperat, & mari, & ventis, & obediũt ei. Tertiò ex tempore, quod illud eſt quo ab omnibus expectatur promiſſus: ſublato ſcilicet, ſceptro è domo Iudæ: iam non abſolutis & peractis ebdom. 70. Danielis. Quarto ex eius verbo, tot ſignis comprobato: quando enim ſe ſe expreſſe fatetur & prædicat Dei filium & Meſsiam: aut neceſſe eſt Meſsiam eſſe: aut acerbiſſimum Dei hoſtem, qui tam aperte

Dei-

Deitatem ſibi arrogat: fauet autem,
illi Deus, & in baptiſmo iam filium
ſuum è cœlo declarauit. ergo &c.

Beatus, qui non fuerit ſcandaliza-
tus in me. Fortunam hanc perpetuo
patitur Chriſtus, quod ſemper ali-
quos imò multos offendit. Ita illum
Eſa. 8. vidit Eſa. lapidem precioſum & tamē
Luc. 2. in ſcādalum duabus domibus Iſrael.
Ita Simeon in reſurrectionem, & rui
2. Cor. 2. nam multorum. Ita Petrus hono-
rem, & offenſionem. ita Paulus,
odorem, vitæ in vitam, & mortis
in mortem. Ideo beatos vocat eos
qui in ipſo non offendunt, ſcit enim,
quòd multa in ſe habet quæ offen-
dunt. Primo. Offendit inimicos
phariſeos potentia & maieſtas Chri
Io. 12. ſti. Ecce totus mūdus poſt eū abijt.
Quid facimus &c. Secundo, Offen-
dit hypocritas, comitas, & miſericor
dia Chriſti, erga peccatores publica-
Luc. 7. nos, & meretrices, ſi ſciret quę & qua
Io. 4. lis eſt mulier &c. Tertio, Offendit
carnales paupertas & ſolitudo Chri-
Luc. 18. ſti. Domine neque in quo haurias ha
bes. Non ne hic eſt fabri filius? &
Mariæ? &c. Quarto, Offendit in-
firmos Crux Chriſti, rigor diſci-
plinæ, præcepta patientiæ, humili-
tatis, paupertatis. Vende quæ habes
&c. Et Abijt triſtis. Fidem turbat mix
tio, id eſt, Vnio naturarum in eo: ſpē
æternorum, opes & conceptus tem-
poralium; charitatem ſpiritus, Affe-
ctio carnis. Vt hi Ioannis diſcipuli ex
amore Magiſtri, non poſſunt ei præ-
ferre Chriſtum. Et tamē hic vnus eſt
mundi ſaluator, hic medicus; & ſalus
omnium, in quo vno & Ioannes ipſe
reſpicit, & ſuos reſpicere vult. Non
enim eſt aliud nomen ſub cœlo, in
quo oporteat ſaluos fieri. Cæcos ſur
dos, claudos, mortuos mundi huius.
Vnus hic ſufficit omnibus; qui cre-
dit in illum non confundetur. Ege-
mus omnes, quia omnes tot mala pa
timur. optamus omnes, & expecta-
mus, ſi quid mentis eſt. omnibus ille
datus, natus, probatus eſt. Ad illum
prouocant omnes, & omnia dicta, &
facta teſtantur. Ergo ille vnus ſit no-
bis dux, & ſalus, & vita per omnia ſe-
cula ſeculorum. Amen.

IN F. CONCEPTIONIS
Beatæ Virginis.

Fluminis impetus Lætificat ciuitatem Dei.

STāte hac magna debilitate naturæ noſtræ humanæ, quæ per ſeipſam in primis attingere nō poteſt finē ſuū: quòd deinde ex culpa parentum ita infirmata eſt, vt ad quod-cunque meritum inepta ſit, & impotens. Nihil eſt, quod illi magis ſit neceſſarium quam Dei gratia; non ita cęlum, terra, aer, lac, panis, quam Dei gratia. Hac eget in principio vt ſit aliquid corā Deo: in medio vt creſcat, & adoleſcat, & viuat bene; in fine vt bene terminet curſum, vt Dei ſcilicet miſericordia præueniat, concomitetur, & ſubſequatur, iuſtificet, magnificet, glorificet. Ex his apparet quā fœlix fuit latro, qui gratiam Dei in fine habuit, fœliciores Apoſtoli qui in medio vitæ, vt poſſent, & bene mori, & bene viuere. Prius fœlices innocentes, qui vix nati in ortu ſolis in ſanguine ſuo abluti ſunt: Fœliciores Ieremias, Ioannes, qui in ventre matris. Feliciſsima omnium virgo Dei Mater, quæ & in ipſa conceptione, id eſt infuſione animæ in corpus, gratiam

Dei tantam habuit, quod ab omni peccato præſeruata eſt, & omni virtute repleta, & ad omne bonum habilitata, vt ſancta naſceretur, viueret moreretur. Ita de ea dicit Dauid in ſpiritu. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſsimus. Audiuit eam, quando? mane diluculo: natura ſua, vt Adæ filia, communi ſubijciebatur infirmitati, ſed per Dei gratiam adiuta eſt. cur? quia ſic Deo placuit ſanctificare tabernaculum ſuum, & influere in ciuitatem ſanctam ſuam. Fluxus hic explicat perpetua augumenta gratiarum in Maria: Ex ele his hodie nos in honorem almæ huius dici ea donante tractabimus.

Nobiliſsima creatura eſt Dei gratia, qualitas pulcherrima, & lucidiſſima, flumen puriſſimũ, quod à puriſſimo fonte manat, nempe ab amore Dei. quare & naturam ſpeciemque fontis refert; ideſt permanentiam quãdã, & perpetuitatem qua perpetuo ſcaturit, & currit. ſine pœnitentia ſunt Dei dona, inquit Apoſtolus. Fluxus hos gratiæ diuinæ in Maria meditamur. Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei. Fons huius fluminis altiſsimus eſt; Nempe æterna Dei prædeſtinatio, qua beatiſsimam hanc virginem elegit & prælegit &c. In ea voluntate & charitate manens Dei gratia in toto teſtamento veteri eam maturauit; pulchris ſcilicet imaginibus deliniauit, vt eam exprimerẽt. Nubecula exigua ſol facta, Rubus Moyſis, Virga Aaron, Vellũ Gedeonis: Thronus Dauid, Templum Salomonis, Porta Ezechielis. Vbi venit plenitudo tẽporis, quo imagines & vmbræ replendæ erant veritate, fluminis impetus læti. ciuit. Dei. In prima eius conceptione, id eſt infuſione animæ: & fuit gratia præſeruãs eam &c. Maturato fructu, nata eſt virgo ſancta corpore & ſpiritu, plena gratia; quæ & illam ſic exercuit in bono, vt tota eſſet humilis in ſe ipſa, & tẽperãs: religioſa erga dominum. charitatiua erga proximum. Tenera in primis erga populũ ſuum; cui ſi non impetrauit, certe orationibus maturauit & accelerauit incarnationem Dei ſaluatoris. Tum iterum fluminis impetus læti. ciuit. Dei. In conceptione filij Dei quem magnã illã & ſingulari humilitate in ſe comprehendit, tantum gratiæ amplioris accepit; quantam ſecum ducere ipſemet gratiæ, fons, creator, & dator debuit qua de ſua ſalute certificata eſt. Nouem menſibus in vtero illo beatiſſimo Dei filiũ clauſit. Dic tu quanto cum cumulo virtutũ, eſt. n. Deus virtutum hoſpes & filius eius. In partu iterum aucta gratia, quæ magno miraculo & matrem fecit & virginẽ conſeruauit, cõſidera hic exercitia ſpiritus, & gratiæ fœliciſsimæ matris huius, dum filium Dei parit pannis inuoluit, reclinat in præſepio, lactat; ſeruit &c. ſemper ex ea ſibi accumulans gratiam: dum eã circa ipſum ſemper exercet. Hic fides ſumma & ſingularis eſt quæ cor eius illuſtrat, & propendat in abditiſsima deitatis humanatæ miſteria. Et ex hac fide ſuperauit lumina quarumcunque reuelationum alijs creaturis præſtitarum, quare nullos extaſis ſtupores, confuſione ſpiritus paſſa eſt, vt Paulus, Petrus, Magdalena, Hieronymus Benedictus, Frãciſcus & alij. hæc paſsi ſunt ex magnitudine luminis ſuperni cui eorum mens non erat proportionata. Non ſic virgo, ſpe firmiſsima, quæ vno verbo totam ſe exhibuit in die, in negocio maxime arduo, Fiat mihi ſecundum verbũ tuũ. Conſeruabat omnia cõferens in corde ſuo.

O ij Charitas

Virgo prudentiſſima. Charitas ardentiſsima. Mater eſt. Prudentia ſingularis qua tacet, fert, confert in corde ſuo; mirum quòd vix quatuor eius verba referũt euāgeliſtæ. Iuſtitia ſumma, qua omnib' omnia dat vt conueniunt, Deo religionem; ſuperioribus obediẽtiā: æqualibus mãſuetudinẽ, minoribus charitatẽ. Fortitudo robuſtiſsima, qua fugiẽtibus omnibus vna ſtat iuxta crucem. Tẽperantiā & puritatẽ tãtam habuit, q; neq; angeli in cęlis talẽ habere poſſint. Puritas noſtra etiā vrginalis inquieta eſt, Angelorum ſterilis: Puritas virginis & quieta & fœcunda eſt, nam eſt virgo & mater.

Maternitas iſta ſuprema eſt virginis gratia & fęlicitas, qua fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Ex hoc enim quòd Dei Mater eſt, tria obtinuit. Primò maieſtatem & eminentiam, ſecundò Poteſtatẽ & authoritatem. Tertiò Seruitutem, & excellentem gratię exercitationem. Ex maieſtate & eminẽtia laudamus eā & veneramur excellẽti ſeruitute, & cultu hyperdulię, qa Mater Dei eſt fęlix & ſacra, & omni laude digniſsima ſaluis ſcripturis & patrum Orthodoxorum regulis, ſine periculo laudari poteſt virgo hæc in oĩbus, quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ, &c. Ex poteſtate maternitatis inuocamus, & imploramus eā ſine dubio: Nā filius, inquit Bernardus, oſtẽdit patri latus & vulnera. Mater oſtendit filio pectus, & vbera. quis inuocauit eā, inquit Innocentius, & non eſt exauditus ab ea? Mõſtra, inquit eccleſia, Mõſtra te eſſe matrẽ, &c. mater eſt inquit Ignatius martyr, Chriſti, & noſtri mater vera ſaluatoris, Mater adoptata inſtitutoris. Ex ſeruitute & exercitio gratiæ, quā vt Mater erga filiũ exhibuit: Imitamur & ſequimur eā vtcũque poſſumus. habet, n. excellẽtiſsima virtutis, & amoris exempla; quorum narremus aliqui, vt ex his cætera meditemini. Primò, Se ſe accommodat beata virgo ex humilitate ad cõceptionem filij Dei. ita nos hic incipiamus Chriſto ſeruire a deiectione & proſtratione cordis noſtri, vt vere dicat anima noſtra, ecce ancilla Domini. &c. Secũdo, A ſpiritu ſancto, & non aliunde concipit virgo filiũ. Ita nos à ſolo Dei ſpiritu, non carnis, aut mundi, concipiamus formam viuendi, &c. Tertio, Maturatum fœtum ſuo tempore protulit & peperit. Ita nos conceptum Dei ſpiritum & prudẽtia, & conſilio & deſcretione, & patiẽtia maturatum emittamus: neq; erubeſcamus Chriſto ſeruire. Quarto, Partũ ſuũ virgo circuncidit in manu ſacerdotis. Ita nos cultum noſtrum, & ſpiritum circuncidamus; Iudicio eccleſię catholicæ terminiſq; eius cõcludamus &c. Quinto, Circunciſum Deo patri præſentauit in templo. Ita & nos, quicquid boni facimus, à Deo acceptum, Deo referamus: nihil mundo aut carni, ſed quæ ſunt Dei Deo. Sexto, Perditum quandoque ſumma diligentia virgo quęſiuit. Ita nos vbi ſentimus ſpiritum frigeſcere: Eia feruentes quæramus, redeamus in Hieruſalem, quæramus in templo, in oratione, in frequentia ſacramentorum &c. Inuentum cuſtodiamus, quouſque creſcat, & proficiat ætate & ſapientia, & gratia; ſic enim & in nobis fluminis impetus, ex ſuæ bonitatis natura perpetuò curſu & fluxu lętificat ciuitatem Dei. Amen.

DOMINICA TERTIA
Aduentus.

SPargit optimus Pater, & Dominus noſter clariſsima lumina ſan-tiſsimæ veritatis ſuæ, vt mundum hunc cæcum illuminet, atque in viam virtu-tis, ſpemque ſalutis reuocet. vtque eſt Dei voluntas infallibilis, ita eſt eius veritas immutabilis; nõ.n.perſpicit in appetitus noſtros aut in huius mundi mores; ſed in regulas iuſtitiæ, in vias virtutis: in gloriam ſanctiſsimi nominis ſui, cui vni coniuncta eſt ſalus. Audit mundus ſic excitatus, atque ad lumina veritatis prædicatæ aperit oculos, & adhibet aures: ſed vt ſunt oculi pleni imaginibus carnis, aures imbutæ ſonis & cantilenis ſeculi huius, veritatem Dei non guſtant, quin vbi ſentiũt ex ea modos & mores ſuos dãnari, & confundi; ſtatim reſpuunt, & deſpiciunt. Spreto Dei vrbo, & reiecta veritate, cõſcientia angit, nequit enim ſtare ſine verbo, & regula: Hypocriſis etiam pro fitẽ ſe velle chriſtiane viuere, & ſaluari, quare huc, & illuc currit, vt quærat, & inueniat viam ſalutis aliquam, quæ ſuis moribus non ſit incompatibilis. Et Dei iudicio inuenit quod q̃rit: Corruptores, adulatores ſeductores, qui beatificãt, & ſeducũt, tam circa fidem quam circa mores, Prędicatores, confeſſores qui viam carnis docent, conſcientias accommodant in ſcelere, cæci cæcos, ducũt &c. Hæc illa querela eſt de qua Dominus apud Ierem. Dereliquerunt me fontẽ aquæ & foderũt ſibi ciſternas diſsipatas. De qua & Paulus. Erit tempus cum ſanam doctrinã nõ ſuſtinebunt. ſed ad ſua deſideria (en radix malorũ) coaceruabũt (tãtus eſt ſeductorum numerus) ſibi magiſtros pruriẽtes auribus: quid tum? A veritate auditum auertent, ad fabulas autem cõuertentur. quam miſera eſt commutatio; pro veritate fabulas.

Ierem. cap. 2. & 17.

2. Tim. 4.

Eundem ſpiritum diuinæ veritatis per Chriſtũ Ieſum prędicate. Eandem curioſitatem, & diligentiam in nouam doctrinam, nouumque Meſſiam quærẽdo. Idem tande & infortunium in ciſternis diſsipatis pro fonte aquæ viuæ, & fabulis pro veritate recipiendis, legimus in Sinagoga Iudaica. Et hoc eſt ſtudium ardens, quod hodie Ioannes euangeliſta deſcribit nobis, quo ſuprema Sinagoga deſtinat legatos ad Ioãnem, de tot capitibus inquirentes: Verum enim Meſsiam Chriſtum Nazarenum reſpuunt, tum ex humili fortuna: tum ex verbo nimis libero, quo contrarius eſt vijs eorum, & improperat eis peccata legis. Sine Meſsia eſſe nolũt. quando iam tempus appetere ſciunt: vt ergo habeant & nobilem, & propitium.

Miſerũt Iudæi ab Hyeroſolima &c ſolemnis eſt legatio ex oĩ parte. Primo ex mittentibus: nam ab Hyeroſolima id eſt ſuprema ſinagoga, cuius iudicium eminet, cuius poteſtas præualet, cui obedire neceſſe eſt, & propter cõſcientiam & propter iram. Secundo ex miſsis, ſunt enim Sacerdotes, & leuitę phariſei: Viri religioſi qui clauem ſcientiæ habent, qui & ex profeſsione ſunt zelatores: atque ideo facilius poſſunt latẽtem malitiã exercere. Tertio ex perſona ad quam mittunt. ad Ioannem, & ſanguine clarum, & vita ſeuerum, & verbo potẽtem, & baptiſmo celebrem. Quarto ex cauſa quam tractat: nempe de ſumma rerum: vt vel Ioannem habeant

beant propitium, & ita recipiát pro Meſsia, atque in eius lumine ſœlici-ter exultent: vel, Ioãnẽ ab officio prędicandi, & baptizandi deturbẽt; aliu-que, ſibi vtiliorẽ quęrát. Super his capitibus inſtituit dialogus pulcherrimus in euangelio, qui vtrinque habet perſonas grauiſsimas, & in ſuſcepto munere diligentiſsimas, vt ſunt iudæorũ legati in quærendo curioſiſsimi: Ioannes vero in reſpondẽdo conſtantiſsimus. Spiritus tamen in vtriſque differentiſsimus eſt. Nam Iudæi pleni ſunt ſeipſis, & in omnibus ſeipſos quærunt, gloriamque & commoda propria venantur. Ioannes autem ſeipſo prorſus vacuus eſt: vtque illi in quærendo & extollendo ſe laborant: ita Ioannes in perdendo, negando & demittendo, ſe, totus incumbit.

Inſtant igitur illi, quis es? Chriſtus es? Elyas es? Propheta es? quiſquis ſis; modo noſter ſis, nr̃amq; promoueas ſinagogam &c. hoc vnum quæ rit caro, vt ad ſua deſideria magiſtros habeat; quicunque tandem illi ſint ſteri, prophani, legitimi, intruſi, Monachi, apoſtatę; loquimini placentia, & audiemus. Hinc ſcholæ, hinc ſectæ, hinc baptiſmata tot ſpecierum, hinc hæreſes omnium ſeculorũ ſuſcitatę: & tamen omnes audiũtur, feruntur tamen, quia loquuntur placẽtia, blandiuntur carni &c. Contra ſtat Ioannes in ſua confeſsione perſeuerãs & pertinax, quam conſtantiam miro modo deſcribit, ornat, inculcat Euãgeliſta. Primò, Tum ex tempore, Hoc eſt teſtimonio Ioannis, quando Miſerunt Iudæi &c. quã do ſcilicet ſumma illi poteſtas delata eſt. Secundò, Tum ex loco frequenti ſcilicet, & illuſtri, magno cum teſtium numero, Hæc facta ſunt in Betània &c. Tertiò, Tum ex modo, & numero ſcilicet confeſsionum, quibus in ſua veritate immobilis perſeuerauit. Et cõfeſſus eſt & non negauit. & confeſſus eſt &c. Studet autem ac delectatur Euangeliſta in hac Ioannis cõfeſsione ſic præſcribenda, multis de cauſis. Primò vt fundamentum primariæ veritatis firmũ cõſtituat, nẽpe ꝙ ſolus Chriſtus eſt mũdi Meſsias Secundo, vt ſinagogam Iudaicam tot modis eruditam, & admonitam inexcuſabilem reddat. Tertiò, vt Ioãnis, tanquam idonei & veri teſtis grauitatem, & conſtantiá laudet, atque exaggeret pro meritis: Nempe, quod, in re tãti momenti, neque promiſsis vtcunque amplis allici; neque minis vtcunque vrgentibus, deterreri potuerit. Inſtant promiſsis, ſe recepturos pro Chriſto, pro Elya, pro propheta, quo nihil maius in eo populo optari poterat: ille reijcit omnia. Non ſum, non ſum, non ſum. Non mihi hæc debentur, non accipio, tam gaudet humilitas in ſui negatione, Tã ſapit hoc verbum non ſum: Vt ecõtra ſuperbia gaudet in ſe aſſerenda, etiam falſo; Putant, inquit Paulus, ſe aliquid eſſe, cum nihil ſint. Apoc. Nomen habes, ꝙ viuas, & mortuus es. Ezec. O paſtor, & Idolũ, quid tu hic, aut quaſi hic; Inſtãt authoritate maiorum, quis es? vt reſpõſum demus ijs qui nos miſerunt, quaſi dicat. Res hęc taceri nec debet, nec poteſt: ſummũ tribunal eſt à quo mittimur, ad ipſum ſpectat cura animarum, & iudicium religionis. Dic ergo quis es? Ad hoc intrepidus Ioãnes copioſius reſpondet, q̃ forte voluiſſent. Petunt vnum quis ſit: Ipſe vero abunde narrat tria, quis ipſe ſit, quid faciat, quid ipſi facere debeant. De Primo. Ego inquit ſum vox, ver

Gal. 6.
Apoc. 3.

bum

bum præcedens. Opus meũ non eſt ſaluare, ſed clamare, & vocare, vox illa apud Eſa. precedens liberatorem populi. Nihil in me obſeruetis niſi vocem, & quæ dico: ſit Apoſtolus Thuſcus, ſit lombardus, hoc ad nos pertinet, quòd vox Dei eſt. De Secũdo. Clamantis in deſerto. Munus hoc meum eſt, clamare, excitare, docere, mouere deſerta hæc loca, quando domeſtica veſtra non audiũt; Potens enim eſt Deus vni ſeruo de lapidibus his, & ſtirpibus, & truncis ſuſcitare filios Iſrael. De Tertio Dirigite viam domini. venit vtique dominus &, opportune quæritis. ſed parate viam venienti. date locum: ne ſenſum veſtrum illi opponite, tollite mõtes, eligite valles, complanate, omnia: adeſt quem quæritis, ne implicetis illi viam, ne ſemitas torqueatis. Ite & quę rite ſincero animo: non inuoluite, non confundite ſpiritum & carnem ſimul, Hoc ego clamo, hoc apud vos contendo: ſi quid à me exigitis, hoc tantum præſtare valeo, parare viam Domino tanquam Domini ſeruus. Inſtant tandem miniſterium illud vocis flocci pendentes: ipſi enim ſatis abundant vocibus, quibus mundum taxare ſolent.

Quid ergo baptizas ſi nõ es Chriſtus, neque Elyas, neque Propheta? ſcimus baptiſmũ futurum, ſcimus à Deo per Ezechielem promiſſum, & ſcimus ad tempora Meſsiæ baptiſmũ pertinere, ſcimus, & eiuſmodi ſacra ad Prophetas & homines Dei ſpectare, tanq̃ legitimos miniſtros, quid ergo ad te de his, ſi non es Propheta &c. Ad hęc fortiſsimus noſter Ioãnes Domini mei hoc vos torquet? baptiſmum meum miramini? Aqua iſta mea vos commouet? Non hic ille Baptiſmus eſt, qui ad Meſsiã pertinet, qui & per eius manus à Prophetis promiſsus eſt: Illa enim aqua apud Ezechiel. tantæ virtutis, & praxis eſt, quod emundat animam ab inquinamentis, Aqua hęc mea prępa ratoria tñ eſt, non remiſſoria pctõrũ. Promittit, nõ dat iuſtitiam: Proœmiũ & præparatio eſt: Ille ille Dominus eſt, q baptizat in ſpiritu ſancto; cuius aqua, & ſignificat & p̃ſtat gratiã. Illius introductio, & quidẽ debilis, eſt meus baptiſmus. Illius ego ſeruus, & miniſter ĩdignus ſoluere illi corrigiã &c. Hebræi, qui baptizãt, hunc ignorãt, neſciũt agnoſcere beneficiũ Meſſię, expectant reſtitutionem murorum Hieruſalem, & euaneſcunt in cogitationibus.

Neque vero expectat vt petãt illi. Vbi eſt? Quis eſt? &c. Ardet animus teſtificandi, quare addit: Ne currite huc, illuc; ne tempus, quærendo terite: ne fruſtra commouemini.

Medius Veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Stetit glorioſus verbo, & operibus. poſt me venit, & ante me factus eſt, baptizat & omnes veniunt ad eum. quam intempeſtiua ſollicitudo. iure infœlix: Habetis inter vos Chriſtum, vobis promiſſum, à vobis expectatum, vobis datum: inter vos natum: vobis reuelatum, à cælo, terra, angelis hoĩbus, dęmonibus à deo ipſo; verbo & operibus cõmendatũ. Et ecce adhuc neſcitis, adhuc aliũ q̃ritis, adhuc circa me, aut circa alios vane diſcurritis; A fonte ad ciſternas diſsipatas: à veritate ad ſabulas conuertimini. ſolem habetis, & auroram quæritis &c. Ignorantia iſta hebræorum, qua neque Chriſtum, neque patrem nouerũt, olim fuit culpa ſine vlla excuſatione, nunc culpa eſt & pœna. ex ſanguine illo qui cecidit ſuper filios eorum qui Chriſtum crucifi-

xerũnt: Ita olim Eſa. erit vobis vi-
ſio omnium ſicut verba libri ſigna-
ti, Miſcuit vobis Dominus vinum
Eſa. 29. ſaporis. Dabitur liber ſcienti literas
d. nõ poſſum: Vt innuat nõ tm̃ ex cul
pa ignorãtię, ſed ex Dei Iudicio me
ligãte eſt ſignatus. Vnde aũt iſtis hoĩ
bus, aliōqperitis, & eruditione, & reli
gione præſtantibus, in eſt tanta Chri
ſti Ignauia, ne ſciẽtia? Rationẽ dat, &
Ioannes, dicens. Qui miſsi fuerant
erãt ex Phariſeis, Ex illo ſcilicet homi
num genere, qui ſic ſeipſis, & ſuo
ſenſu pleni ſunt, quòd ne iota vnum
chriſtiani ſpiritus admittunt. Repu-
gnat è diametro ſpiritùs Chriſti qui
humilitatem, paruulitatem, ſincerita
tem amat, ſpiritui Phariſeorũ, de
quo Paulus tu Iudæus cum ſis requie
ſcis in lege: & gloriaris in Deo: con-
fidis te eſſe ducem cœcorum, lumen
eorum qui in tenebris ſunt. Diuites
hos Chriſtus dimittit inanes. Sa-
pientibus his non ſe reuelat, qua-
re in medio ipſorum eſt, loquitur
& operatur Meſsias, & tamẽ Domi-
ni hi neſciũt eum; eſurientes implet
bonis; Paruulis ſe ſe reuelat. &c.
Vtinam ò Chariſsimi Vt nobiſcum
Chriſtus eſt, nobiſq; tot modis ſe ſe
declarat: Ita nos dignoſcere eum, &
eius luce frui ſciamus. ne fluctuemus
amplius; nec huc illuc vane curramus
ne longius à veritate ad ſabulas con-
uertamur: ne aliũ Chriſtum, aut E-
lyam, aut Prophetã quæramus: Vana
enim ſunt oĩa ſine hoc. Pax Dei quæ
exuperat omnem ſenſum, quę affe-
ctiones ſenſuum mortificat, quæ in
ſolam Dei gloriã & ſalutem animę re
ſpicit, Inquit Paulus, Cuſtodiat cor
da veſtra, ne diſpergantur amplius,
ſtultis, aut vanis affectibus, Et intelli
gentias veſtras, ne vanis conceptibus
impleamur: ſed vniamur in vera luce
& toti hęreamus, ac perſiſtamus in
Chriſto Ieſu Domino noſtro. Amen.

IN FESTO S. LVCIAE Virginis.

NOn magnum aliquid
eſt, verbis laudare bo
num, aut damnare ma-
lum: ſcit enim hypocri
ſis facile vtrunque ſine
ſuo incommodo præſta
re, abſque vlla mutatione vitæ: õdicãs Rom. 2.
non furandum & furaris: abominaris
idola & ſacrilegium facis &c. Non
etiam multum eſt promittere bona,
magnamque ſpem ſui excitare in audi
toribus. Nos enim ſingulis annis
egregie profitemur &c. Magnum &
multũ eſt, declinare reuera à malo &
facere bonum: Et illud bonum, non
quod ſibi præſcribit caro, ſed quòd
præcipit Deus. Et facere opportune
Dum tempus eſt. Multos enim habẽ
mus & laudatores, & promiſſores, fa-
ctores paucos. Alios remoratur diſſi
dentia & puſillanimitas: ex magno
peccati ſenſu: de cuius remiſsione
deſperant, Et tamen dicit Chriſtus.
Non venit filius hominis perdere, ſed
ſaluum facere, quòd perierat. Et
per Ezec. Quacunque hora ingemue
rit peccator nõ recordabor amplius Ezech. 18.
iniquitatum eius, &c. Ea exẽpla ſunt
frequentiſsima, quod nullum vnquã
peccatum Dei miſericordiam ſu-
perauit. Alios remoratur vana ſpes
vitæ & præſumptio diuinæ miæ, ꝙ
vult oẽ ſaluos fieri, quòd non deerit
tempus, quòd ſat eſt ſemel ingemuiſ-
ſe: quibus dic. Paulus. Noli altum
ſapere ſed time. quibus Auguſt. indul Rom. 11
gentiam tibi deus promiſit, craſti-
nũ diem nemo promiſit, quibus ho
die Chriſtus in euangelio. vigilate
neſcitis

neſcitis diem neque horam. Vigilate. Alios, & plurimos remoratur tepiditas quædã, quæ in pauculis & mediocribus quibuſdam bonis delectatur, videntur enim ſibi facere ſatis, quibus
Matt. 23. dic. Chriſtus. Decimatis mẽtam, & anetum, & reliquiſtis quæ grauiora
Apoc. 3. ſunt legis. In Apoca. vtinam calidus,
Matth. 25. aut frigidus &c. Et parabola euãgelica, tam infœlices narrat lampades illas extinctas quibus fatuæ confidebant quod clauſa ianua, velut ineptæ excluduntur. Summa itaque parabolæ eſt, tria capita continẽs. Primũ vt bonum fiat. Secundũ vt tale fiat qđ placere poſſit ſponſo. Tertium vt fiat tẽpore opportuno, priuſquam clauſa ſit ianua. Habet parabola perſonas tres principales de quibus tractat. Eſt ſponſus qui venit ad nuptias. Eſt numerus virginum, ſapientum, quæ fœliciter occurrunt. Eſt numerus virginum fatuarum, quæ tempus vane conterunt. Finis eſt talis. ſponſus celebrat nuptias. ſapientes admittuntur, fatuæ excluduntur.

Sponſus eſt Chriſtus, Agnus ille
Ioan. 3. innocens qui facit nuptias in Apoc.
Ephe. 5. de quo Ioannes. qui habet ſponſam ſponſus eſt. Sponſa eſt eccleſia quam acquiſiuit ſanguine ſuo, & ex meretrice (vt Auguſtinus) virginem fecit, venuſtam, non habentem maculam & rugam, Cui bona ſua omnia communia fecit: Et cuius etiam infirmitates, quaſi dotem in ſe ſuſcepit, quæ ſunt ſponſi, ſponſæ ſunt, & econtra. Celebratę ſunt nuptiæ & inſtitutę in incarnatione verbi. Cõſummatæ in paſsione, In die iudicij pmulgabunt. Interim morã facit ſponſus: & ſponſa ſuſpirat d. Adueniat regnũ tuum. Virgines mixtę ſunt eccleſiæ corpus, in quo apud Salom. Lilia ſunt inter ſpinas, Rete in quo ex omni genere piſcium. Ager in quo zizania commixta tritico. Fatuæ cum ſapientibus ſic aggregatę: vt difficile ſit diſcernere, nam errante ſic Iudicio humano decipiente hypocriſi, ſæpe quę ſunt ſtultiores, pro ſapientioribus habent. et econtra, ſed dies dñi reuelabit abſcõdita: Interim facilè fallimur ex ſimili. omnes ſunt virgines chriſtiani omnes baptizati, ſacramẽtis initiati, militant omnes ſub vexillo Chriſti. Omnes exeunt & occurrũt ſponſo, verbis fauent, Vitæ imbecillitatem & vanitatem fatentur. Omnes lampades habeant: Nemo eſt qui bonũ aliquod familiare non habeat, orationes, elemoſynas. &c. At differunt etiam in multis. Sapiẽtes occurrunt ſponſo lęto animo & ardenti dolentes quòd tardat: Eheu quia incolatus meus prolungatus eſt &c. expectantes beatam ſpem & aduentum magni Dei, Pſal. 119.
Hi qui diligunt aduentum eius. Fatuæ vero triſti animo, inuitæ à natura, à religione, à debito, ab honore coguntur, vt aliquid boni faciãt: nollẽt vnquam mori, & inuenire ſponſum, quãdo nõ niſi per mortem occurratur illi. Sapientes habent lampades inſtructas oleo, & ardentes, ita vt quauis hora paratę ſint ſpõſum excipere. bona conſcientia nihil magis optat, quã vniri ſponſo; quã ex hac vita vbi aſsidue maculatur, in aliã tranſmitti, vbi ſemper cum domino erit. Fatuę lampades mortuas habẽt; opera mortua, vanas ſpes, qbus cum opus fuerit rationem reddere, deſtituentur. Quòd igitur virgines occurrunt. ſponſo, curſum indicat humanæ vitæ, quo omnes dilabimur quaſi aquæ ſuper terrã; atque ita ad faciem Domini ferimur: quo ibo à ſpiritu tuo? quo à facie tua fugiam?

quo

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

quo te proripis? Fatue? quò ibis tandem niſi ad ſponſum? A Deo placato, ad iratum & vultum ſponſi effugere nō potes. Quod lampades omnes habent, Cōe hoc viuendi, & operandi genus in eccleſia chriſtiana ſignificat: omnes audiūt miſſam, omnes quandoque abſtinent à carnibus, omnes ſicut ad proceſsiones, omnes aliquas dant eleemoſynas, loquimur enim de regno Dei, de credentibus, & baptizatis: Opera iſta ex ſuo genere, ſunt bona, ſunt lampades aptæ ad honorandū ſponſum; ſi debitis ornentur circunſtantijs. Oleum quo lampades nutriuntur, eſt pietas animi interior, fides, charitas, religio: ex his opera vitam, & lucem habēt coram Deo, & hominibus: alioqui mortua & inania, & ſine merito ſunt. Tales lāpades habēt fatuę, ſolis externis hærentes, & confidentes; quaſi ſponſus umbris & fœdis paſci poſsit. Et habent ſuos etiam laudatores, & conſultores, qui famas in ea ariditate malis cōſilijs, & exēplis detinent, ne ad meliora tranſeant; quorum cum ſic tempus vane terūt: Erūt qui beatificant populum iſtū ſeducentes & qui beatificantur præcipitati. Obſeruato finem rei: Dies domini declarabit.

Moram autē faciente ſponſo. Non eſt inutilis hæc mora. Moratur. n. ſpōſus dē multis cauſis, primò vt in hac mora, & patientia lucretur, nolens
1. Pet. vlt. inquit Petrus perire aliquos; ideo moram hanc vocat Paulus diuitias
Rom. 2. bonitatis, & longanimitatis. Suſtinet ergo ſic fatuas, & vaſa iræ in patiētia vt emendentur, ſi quis emundauerit ſe, erit vas in honorē. Secundò vt iniquitas mundi priusquā puniatur, ſuam habeat plenitudinem: ita dicit. Nondū enim letæ ſunt iniquitates Amorrhæo-

rum. Tertiò, vt interim etiam augeātur merita piorum, & virtutes ſeruorum exerceamur in gloriam ſuam & exemplum aliorum: vt de Thobia dicitur. Mora hac abutuntur fatui. dicit Moram facit Dominus meus, & Matth. 24
ſcandalis omnia replent .i. non fiet nō ita erit, non veniet &c. Contra ſapientes ſatagunt, ne tempus conterant; ſed reponant, ne imparatas offendat ſponſus.

Interim dormitauerunt omnes, & dormierunt: vere omnes mors vita fatigat, omnes claudunt oculos, omnes ſuos habēt cōſolatores; quantum ad ea, quæ foris ſunt æqua omniū eſt cōditio. Intus aūt lōgè melior eſt ſomnus ſapientium: nam iſtæ moriuntur in Domino & in eo quieſcunt; quare, & precioſa, & beatā mors dicitur: Occurrunt morti; mortem læte accipiunt; In morte quieſcūt a peccatis, & à laboribus, ſicq; dulci ſomno ſponſum expectant. Fatuę vero nihil minus: Et tn̄ iſtæ quoque quibus ſola memoria mortis tamen amara fuerat; quæ immortalem in culpa ſibi pollicebantur. Et iſtæ tamen dormierūt, atque infœliciter. Dies domini declarabit.

Media nocte clamor factus eſt. Hæc ſecunda pars parabolæ eſt, quæ omnia diſcernit, quæ & aliud ſeculum immutabile ſtatuit. Adeſt ſponſus, manifeſtatur Chriſtus vita noſtra ſicut fulgur ab oriente &c. Media nocte .i. cum non ſperatur, quaſi fur in nocte: Ecce clamor. Olim in ſilētio venit; Nunc manifeſte veniet, & non ſilebit. in ſonitu tubæ, & voce
Archangeli. Ecce ſponſus, ſurgite 1. Theſ. 4
mortui, venite ad iudicium, Ad vocem excitantur omnes: prudentes ſumunt lampades inſtructas, & ornant ex humilitate, hæc .n. vere oīa

opera

opera ornat: hęc gratiam dat: hęc dat ſecuritatem: ſpernere humilitatem, non poteſt ſponſus; Magiſter, & forma humiliū: ex hac illa reſponſio. Domine quando te vidimus eſurientem & pauimus? Humilitas enim obſcurat opera coram factore.
Matth. 25. Et illuſtrat coram oculo ſponſi qui dicit. Ego ſcio, ego vidi, ego expertus ſum: quod vni ex his feciſtis mihi feciſtis. Has igitur recipit ſponſus, ſecumque admittit ad nuptias, & cōſortes regni facit, Et clauſa eſt ianua quæ firmitatem illam, & perēnitatem ſignificat, qua Deus in bono ſeruos ſuos in cœlo ſic firmat, & immobiles reddit, vt exire amplius ad culpam, aut pœnam vllam non poſsint; Ita ſemen eorum in ſeculum & vſque in ſeculum dirigetur.

Fatuæ verò ſic excitatę, cum rē ſono geri intelligētiā, & ipſę ſapere, ſed ſero, incipiunt: Reſpiciūt lāpades, expēdūt opera facta: Et ecce iudicāt inania, & mox extinguēda. Currunt ergo huc & illuc, angit, cōſcīa, periculū imminet: ſeſe prudētibus cōmēdāt. Date nobis de oleo veſtro. Iuuate nos, orate pro nobis &c. ſed onus ſuū hic qſq; portat: hic ſuā quiſq; exhibet lampadē. ſuos olim habuerunt laudatores, vēdētes oleū vanum, & in operibus inutilibus detinentes: Nunc omnibus deſtituuntur. Ne forte ſufficiat nobis, & vobis. Nihil in eo Iudicio alicui ſupereſt, Nos, Auguſt. tantum olei, aut iuſtitiæ nō habemus, quod poſsit nobis & vobis ſufficere. Non parum fuerit ſi nobis ſufficiat, hic enim in ſeueriſsimo iudicio ponimur, vbi & de omni verbo ocioſo ratio reddenda eſt, vbi ſtellæ non ſunt mundæ.
Iob. 25. Vbi quis poteſt dicere ſe caſtum habere cor? vbi poſt bona omnia præſtita, Serui inutiles ſumus. Ite ad vendētes. Ite ite nūc ad laudatores. & vt Auguſtin. iuſtificatores veſtros, qui vt ſuo conſulerent vētri conſolabantur vos ſuper peccatis, & ex mortalibus venialia faciebāt &c. Ita huc illuc currunt, anguntur: vellent bona omnia facere. Chryſoſtomus, in articulo mortis, vocant notarios, Inſtituunt legata: omnia in puncto volunt bona facere: & quando amplius hoc mundo frui non poſſunt, conantur aliud ſeculum bene aptare. vtinam bono animo, utinam ex amore, & non ex timore: utinam in tēpore opportuno. Interim enim clauſa eſt ianua: Et redeuntibus ac inſtantibus fatuis. Domine Domine aperi nobis. Ieiunauimus, & fleuimus coram te &c. Reſpondet ſponſus. Neſcio uos. Alibi. ego nunquam noui uos. Ita mortuas illas lampades abominatur Chriſtus, quòd ne quidem reſpicit, quare, & fatuas à ſuis omnino nuptijs excludit; quòd opportune non uenerunt. Nunc tempus Iudicij eſt, prętērijt quod fuerat miſericordiæ. Non poſſunt (inquit D. Auguſtinus) confundit iſta tempora. Sic ergo remanet ſponſus in gloria ſua, qua & ſapientes fruuntur, excluſis fatuis, præſumentibus. Ergo, operandum eſt opera uiua iuxta domini uoluntatē; & operandum in tempore, quia neſcimus diem neque horam. Amen.

DOMINICA QVARTA *Aduentus.*

Sentit paupercula hæc uita noſtra, niſi prorſus extincta eſt, prorſusque, alienata à deo, & a ſeipſa, ut neque mala ſua diſcernat, neque bonorum ſpes curet: ſentit

tit ſe totam diuulſam & confractam in vtroque foro: in temporali quod ſpectat ad regimen mundi, honoris, facultatum, & fortunarum: ſpiritua li, quod ſpectat ad regimẽ animarum, ad cultum Dei, ad ſtudium virtutis: nihil eſt in ſe roboris, nil vere nobile, nil bene conſtitutum. In hac confra ctione, multa ſibi blandiri, & regimen, & honorem & conſolationẽ polliceri. In rei aũt veritate nõ præſtatur: nihil in toto mundo eſſe quod verè conſoletur; paſcere oculos, implere aures, ſouere carnẽ poſſunt, ſpiritũ paſcere, aut cõſolari nõ poſſunt. In hoc ergo apparenti ſolatio rerum mundanarum adhuc ſpiritus quærit conſolatorem: cumque intelligat vnũ Dei ſpiritum hoc præſtare poſſe per Ieſum Chriſtum, verum mundi pacificatorem, ad eum ſe vertit, Hinc frequentia illa ſuſpiria, hinc voces quotidianę ſacerdotum noſtrorum, qui omnes vnum hunc ſollicitant conſolatorem .d. Rorate cœli deſuper, &c. Excitare potentiam tuam & veni. &c. ô ſapientia, ô Rex gentium & conſolator earum &c. ô oriens, ô Adonai. veni ad ſaluandum nos &c. In ſimili confractione, & confuſione, duriſsimam vitam agebat infœlix Iudæa, ſic in vtroq; foro male tractabatur. Anno 15. Imperij Tiberij Cæſaris, vt narrat nobis Lucas Euangeliſta pulchra illa & ſignificãti ſua chronologia. Forus temporalis ita diuulſus erat, quòd Iudæa quatuor tyrannis ceu ſcorpionibus cędebatur, Pilato, Herode, Philippo, Liſania. Dic tu qua charitate populorum fortunas ſugebant &c. In foro ſpirituali ſedebant, regebant, quin potius ſeducebant, & damnabant animas pontifices duo Annas & Cayphas, duo illi Hipocritæ, ſanguinarij, qui primi damnarũt ceu mortis reũ filium Dei In tali ſtatu erat Iudęa, ſola ſpe ſaluatoris, & Redemptoris, quem inſtare ex ſcripturis intelligebat, in tot malis ducta: Etinterim clamabat, ſuſpirabat. Mitte Dñe quẽ miſſurus es &c. Tandem aduenit plenitudo tẽporis, quę fœlix reddidit imperium Octauiani, cuius anno 42. natus eſt Dei filius ex virgine. Anno autem ætatis eius xxx. qui fuit annus xv. Tiberij, fœlix eius imperium reddidit eiuſdem reuelatio, & apparitio, cuius myſteriũ proprie meditatur, & reueretur in hac Dominica ſancta Mater eccleſia. itaq; de eo tria potiſsimum capita ex euangelio Lucæ contemplatur. Primũ eſt: A quo ſit Dei filius reuelatus Secundum eſt: quomodo, quibus vocibus, & factis reuelatus. Tertium eſt, quo fructu, quave mundi vtilitate ſit reuelatus.

De Primo. Reuelari, & dignis teſtibus prædicari oportuit Dei filium: tamen quia ſic honorabatur, ac digne à mundo ſuſcipiebatur, vt tantum hoſpitẽ ſuſcipi decebat, ob hoc etiam tot annorum millibus fuit expectatus, inuocatus, maturatus in lege, promiſſus in prophetis, figuris expreſſus tantum vt in eius aduentus honoraretur. Vltima pompa fuit quã hodie exprimit euangeliſta. Prædicatio.ſ. Ioanniscirca regiones Iordanis. Atq; eo nobilior eſt: quod non eſt humana, aut volũtaria, ſed diuina legatio. Factũ eſt verbũ Domini ſuper Ioannem. De qua re Io. Euangeliſta.d. fuit homo miſſus à Deo, &c. Et quidem ſic miſſus eſt. vt Dei filiũ honoraret, quaſi Aurora ſolem, vox verbum Tum quia ſic fieri neceſſe erat: cum enim Dei filius adueniſſet in humilitate, ſub formis crucis: quaſi Deus abſconditus: ſub modis longe ab hu

manis

manis diſtãtibus, ſi cognoſci debuit, quãdo cognoſcentibus tantum, & in eum credentibus profuturus erat, eguit reuelatore. Sub illis autem ſormis humilibus venit, quia ſic Diuinæ glorię & humanę ſaluti multis de cauſis expediens fuit. Primò vt ſic in ſua humilitate, Superbiam & elationem primi parẽtis noſtri purgaret & expiaret. Secundò vt ſic ſub cruce ſua & paupertate dignitatẽ & theſaurum regni cœli precioſum celaret; modisque ſibi ꝓprijs promoueret. Tertiò, vt ſic Diabolo hoſti ſuo & noſtro ſecretum ſuæ Deitatis celaret: ſaltem in dubio poneret. Quartò, vt in hac paruulitate, eſurientes impleret bonis, pauperesque ad ſe bono animo quaſi ad ſimilem currẽtes bearet. Niſi Gigas, inquit Bernardus, Ille ſediſſet in terra, populus ad eu n non conueniſſet. Quintò, vt ſic exẽplo ſuo paupertatẽ, & humilitatem doceret quaſi ſalutis vias expeditiſsimas. q & ſua probatione ſacraret: vt in Dei regno ſtatus pauperum, & humilium non modo honorificus, ſed & perfectus, & beatus eſſet. Venit igitur pauper, & humilis, Dei tamen filius, & mundi ſaluator, (quare oportuit vt ad eum ſuſcipiendum, mundus admoneretur, non in eius humilitate falleretur. Ad tantum munus deſtinatus eſt Ioãnes Zachariæ filius: & ipſe pauperem, & humilem vitam profeſſus. Nõ enim maior eſt ſeruus Domino ſuo. De Secundo, quibus verbis, & factis demonſtrauit. De verbis teſtatur Lucas, ꝙ Prædicabat, ita verbũ verbo reuelari oportuit. De factis etia n, quòd prædicabat Baptiſmum pœnitentiæ, conſtat enim quòd vtrunque ſcilicet, Baptiſmum & pœnitẽtiam, nõ minus facto quam verbo expreſsit, nam & manu propria baptizauit, atque inter alios ipſum Dei filium: & totam vitam duxit in pœnitentia. Magno autem artificio deſcribit Lucas rem hanc his verbis. Primo quòd Prædicabat, agit rem verbo, vt vox illa de qua Eſaias dicit, Vox clamantis in deſerto, clamat vndique circa omnem regionem Iordanis, vt nullus Iudæorum non ſentiat. Secundo, quòd prædicabat baptiſmum. ſtat enim baptiſmus pro nobiliore, ſcilicet pro eo, qui dat in remiſsionem peccatorum, hunc dare nõ potuit Ioãnes, ſed prædicare & annuntiare tantum. Tertio, quòd prædicabat baptiſmum pœnitentiæ. cum adultis enim rem agebat: huius modi autem ſine pœnitentia malæ actæ vitæ non admittuntur. Sola impœnitentia excludit à regno Dei, cætera peccata tardare poſſunt: ſola impœnitentia tollit ſpem. quare & à Pœnitentia cœpit Chriſtus. Et incipere Apoſtolos iuſsit. Quarto quòd prædicabat pœnitentiam in remiſsionem peccatorum: alioqui infœlix eſt vt damnatorum; qui & ipſi pœnitentiã agunt, ſed rabioſam, quia ſine ſpe remiſsionis remiſsio aperit regnum Dei ſine hac nihil fit: oẽs.n. inuenit ſub peccato. Quinto quòd prædicabat ex Eſaia modum, ſeu modos quibus impetrari poteſt remiſsio, & ſunt omnes certæ ſpecies pœnitentiæ virtutis, quã infallibiliter ſequiẽ remiſsio peccatorũ: Modi ſunt quatuor, quaſi capita pęnitẽtiæ principalia. De primò. Quòd, Omnis humiliabitur. vt enim prima radix culpæ eſt ſuperbia, turris illa Nembroth quæ ædificat, & extollit amorem proprium vſque ad contemptũ Dei. Ita prima radix remiſsionis & iuſtitiæ eſt humilitas & demiſsio montium. Montes ſunt ſpiritus præſumentes. De dono quod

F. Franc. Viced. D habes

habes, ac ſi non acceperis, De dono quod nō habes ac ſi habeas. Aliquid eſſe, cum nihi ſis. De cōtemptu patrum quaſi tu omnibus maior ſis. De contēptu legū & maiorū; quaſi liceat pro voluntate viuere: Hi omnes colles, & montes Gelboę ſunt deponendi. De ſecundo, quòd omnis vallis exaltabitur. Magna & profunda vallis eſt deſolatio, deiectio animi: quæ nullam ſcit ſperare miſericordiam, Vallis eſt turpis vita, ſine cultu, ſine honore, ſine lumine ſolis, plena luto; Vallis profunda eſt ocium, ſemen malorū omnium, & tenebras & ſomnos amans. ſugiens hominum, & conſortia & iudicia, quicquid ſtatuit & conſulit mūdus: vallis eſt, indignū eſt, cōcupiſcētia carnis; cōcupiſcētia oculorum; ſuperbia vitę &c. hæ oēs valles extollēdæ, in ſpem Diuinæ gratiæ: In normam virtutis; in guſtum honoris; In oculos, & ante ora Dei & hominum. De Tertio. Quod erūt praua in directa: Praua, & tortuoſa ſunt quia omnia circa fidem, monſtra hæreticorum, articuli, inſtitutiones, præcepta, conſilia omnia, perfidiæ; Reducenda omnia ad verbum Dei, ad interpretationes ſanctorum patrum ad regulas ſanctæ catholicę eccleſiæ. Praua etiam ſunt opera carnis, & ſatanæ conſilia: reducenda omnia ad obedientiam legis Diuinę, canonum eccleſiaſticorū & Patrū ſpiritualium, qui animarum noſtrarum legitimi ſunt paſtores, & curatores. De Quarto: quod erūt aſpera in vias planas. Aſpera carni ſunt cōſilia oīa ſpūs, amor inimicorū, remiſsio iniuriarū, reſtitutio rei alienæ, patiētia, pęnitentia &c. Hæc omnia in regno Dei ſunt complanāda, & tanquam dulcia complectenda: complanat autem, & dulcia facit. Primo exemplum Chriſti: Diſcite à me Mitis ſum &c. Secundo. gratia Dei, quę adiuuat infirmitatem. Tertio. Spes præmiorum: beati eſtis cum maledixerint vobis &c. Quarto, vſus & habitus bn̄ agēdi, cū facilitate, & delectatione oīa facit. His oībus expeditis, q̄ omnia verbo declarat Ioann. dicit Pœnitentiam agite. hoc eſt in ſumma colles humiliare: valles exaltare: praua dirigere, & aſpera complanare: quid tum? De tertio dicit. videbit omnis caro ſalutare Dei. Hic fructus eſt pœnitentiæ prędicatę, & Saluatoris reuelati. quod Videbit: lucerna Ioannes eſt, lux vera Chriſtus, quare lumen facit: & ſplēdet verbo & opere vt videatur: promiſſus eſt in lege, & optatus, expectatus, inuocatus iam videbitur: quando os noſtrum & caro noſtra fit. Vidit Abrahā à longe, & gauiſus eſt, viderunt Magi iacentem in fęno & adorauerunt. vidit Symeō & mori voluit. Beati oculi qui vident &c. Vidit Stephanus inter ſaxa, & lapides torrentis dulces illi facti ſunt: quod ſi nos oculis carnis non videmus. Beati qui non viderūt, & crediderunt. Terminus fidei eſt viſio. Omnis caro. verbum hoc duo dicit: Primo. Gn̄alē quandā infirmitatē humanę naturę quare tota ex culpa caro fuerat, caro ex carne nata: ſicq; de carne in carnem propagata; caro autē & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt; Secundo. Generalem carnis fœlicitatē, ex hoc ꝙ Deus fit caro; & ecce omnis caro videbit, quando lux venit per carnem in tenebras, Ita ꝙ ſi abundauit in carne delictū; in carne ſuperabūdabit gratia. Et videbit excuſsis tenebris omnis caro.

Salutare Dei. Quid mirū ſi viſio beata & fœlix eſt? Nā eſt viſio Dei, neq; vltoris vt vidit Cayn: ſed ſalutaris il-

ſus inquam qui caro fit, vt carnem ſaluet, & ſaluet in ſemetipſo quando aſſumit ad ſeipſum. In hunc, vt verum conſolatorem reſpiciunt oculi, & corda noſtra, & vnum hunc præſtolantur. d, ò oriens, ò lumen, ò Rex gentium & conſolator earum. Veni domine, veni, noli tardare: Et quo propius accedit, fortius accla matur: Prope eſt iam Do inus, in qt Mater eccleſia, venite adoremus. Mox iam videbimus, & adorabimus dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini. Interim ſuſtinem, & obſecramus. veni domine. veni obſecro. veni. Amen: Excita potentiam tuam & veni &c.

IN FESTO D. THOMÆ Apoſtoli.

Dominus meus, & Deus meus

QVamprimum Spiritus noſter recedit è ſchola, & ſeſe retrahit à diſciplina Chriſti, vbi omnia ſunt ſalutaria: verba docent, & inflammant, opera inſtruũt & formãt, fides ſuadet, ſpes ſuſtinet, charitas exercet, humilitas cuſtodit: prudentia conſulit, iuſtitia regit, fortiudo exequitur, tem-
Matt. 17. perantia accommodat. De qua Pe-
Ioan. 6. trus: Bonum eſt nos hic eſſe: vitæ
Ioan. 1. æternæ habes. De qua Paul: Nihil iudicaui me ſcire niſi Chriſtum. Mihi viuere Chriſtus ẽ. de qua Ioãnes vnctio docet de om nibus, Pergit inſęlix quaſi ouis errans, neſciens quo vadat, ſecundũ ſua carnis deſideria huc illuc prouolutus: & ecce illi ſe ſe offert magnus inimicus Chriſti, mũdi ſeductor ſatan, ſub ſpecie Magiſtri & Rabini multam illi in ſua ſchola promittẽs inſtructionem. Eritis ſciẽtes bonum, & malum præcepta facilia, mores conſpicuos, negotia felicia, Philoſophiã ſentatan &c. Vbi aſſentitur homo, ſtatim illi ſgerit ſua principia æternę, vt ait, & infallibilis veritatis, quibus omnia fidei fundamenta euertit, omnemque religionem tollit. Ex nihilo nihil fit: Ergo nulla mundi, aut animarum creatio. A priuatione ad habitum non eſt regreſſus; ergo nulla reſurrectio, finiti ad infinitũ nulla ꝓportio, Ergo impoſsibilis verbi incarnatio: leges inde præbet honoris, quibus omnem tollit humilitatẽ, patientiam vltionis, quibus oẽs charitatis regulas polluit: Vtilitatis & lucri, quibus oẽm iuſtitiam ſubuertit, & confundit. Ta es diſcipulos facit in ſua ſchola ſatã. Dolet Chriſtus ſuper amiſſo grege, ſequiturque magnis laboribus contendens, vt ad ſe reuocet, Angelos, homines, dicta, facta, bona, mala immittit, vt ad cor redeant, ve itatis lumen appræhẽdant, atque e ſatanæ dolis explicentur: Inuenit multos perſuaſos, probe inſtructos, & doctos: iniquitate, multis rationibus, & argumentis a ſua veritate retractos quare cogitur multa patientia rem agere, contendere, diſputare ore & manibus cauſam tutari, vt pertinaces in ſuam ſententiam vel inuitos quodam modo pelliciat, ſic tamen vt nunquam cogat: liberos enim non decet niſi liberum de ſe diſponere. Diſputat igitur, & ſæpe tantam inuenit in ſchola Satanæ pertinaciam, quod cedere illi quodammodo cogitur, & cauſam quaſi perdere. Vt certe tot labores perdidit cum Chaym, Pharaone, Saule, Iuda, quos nunquã à concepta iniquitate potuit

reuocare. Quandoque tamen ſuperat,& ad ſe flectitur. Vt tandem poſt annos ſeptem fateatur Nabuchodonoſor, & glorificet regem cœli: Manaſſes in carcer reſipiſcat: Saulus clamet proſtratus. Quid me vis facere; Samaritana dicat. Domine da mihi hanc aquam. Illuſtriſsimũ exemplũ omnium horum eſt,quod hodie narrat nobis Euãgeliſta de reuocatione Thomæ Apoſtoli: cõtinet enim Primo.hominis huius receſſum à ſchola Chriſti,ita ut vltimũ redeat. Secũdò omniũ. Duram perſuaſionem ſuper Chriſto reſuſcitato, vt ſine infinitis experimentis credere nolit, quod iam cæteri omnes credunt. Tertiò. magnam, inſuperabilemque Chriſti charitatem & patientiam in hoc ſuo perfido & pertinace reſtituendo. Quarto. illuſtrem Chriſti victoriam in huius pertinacis expugnatione, quando ad vnicum tactum exclamat. Dominus meus & Deus meus. Ex quibus oĩbus in Chriſti ſchola, contra omnia Philoſophiæ experimenta format Chriſtus cõcluſioẽ æternæ veritatis d. Beati qui non viderunt,& crediderunt. longe enim firmius & certius eſt fidei lumen, quod infallibili hæret:quam oculorum quibus multipliciter imponi poteſt. Nunc ſingulas hiſtoriæ particulas expendamus:

De Primo, id eſt de receſſu diſcipuli chariſsimi, olim omnium audaciſsimi, qui cæteris formidantibus acceſſum in Iudæam auſus eſt dicere. & moriamur cum eo. Et ecce cum opus fuit Chriſtum ad mortem crucis vere comitari,non modo non eſt ſecutus, ſed tam lõge remotus, quòd ſuſcitato à mortuis Magiſtro, iamque per Angelos Mulieribus,& diſcipulis ita reuelato, quòd in eius ſcholam iterũ ſunt omnes regreſsi, & in eius nomine congregati: et tamẽ Thomas vnus ẽ X I I. non erat cum eis. In quibus verbis tria poſſumus obſeruare. Primo nomen, et cognomen,q dr Didimus, vt melius ſpecificet perſonã diſcipuli aberrantis, Didimus .i. gemelli:gemelli ſumus omnes quotquot Chriſti ſumus, nati in vno partu, inſerti in bonam oliuam, Paul. in eccleſia primogenitorum. quod dicitur Thomas et hic quiſque noſtrum ad ſuum nomen redeat, num in hoc cathalogo transſugarum à Chriſto Magiſtro conſcribi poſsit: Secundò gradum Diſcipuli, quòd erat vnus è duodecim illis primarijs Chriſti Diſcipulis quos à principio verbis, & factis cõtinuo docuit ad mũdi piſcationẽ elegit&c.qs iã ſibi non timeat;quis viribus ſuis cõfidat, quando iſti tam turpiter cadunt? Apoſtoli fugiunt à Chriſto, ego infœlix non timebo, qui vix attigi limina? Tertiò, damnum diſcipuli, quia non erat cum cæteris Non enim vidit dominum, v intelligamus pericula ſingularitatis, Tutum eſt cum Apoſtolis ſtare. nam cum his certè & ſine periculo cernitur Chriſti veritas. Qui ab his,& horũ regulis ſe ſequeſtrat,facile decipi poteſt, ſi dixerint, ecce illic eſt Chriſtus, nolite credere, non habitat in penetralibus aut deſertis,ſed ĩ eccleſia catholica. Quis hic ſatis conijcere, aut imaginari poſsit, quæ fidei ſcandala, quas mẽtis turbulentias, quos animi impetus, inſtante ſatana vt à Chriſto conuelleret,paſſus ſit pauper hic & vagus diſcipulus, tribus hiſce diebus, dum abfuit à Chriſti ſchola? quid de Magiſtro ſenſit; quid de præteritis ſtatuit;quid de futuris deliberauit? ſed ſuum nobis aperiet cor. Audiamus.

Ioan. 11.

De Secundo. Hæc hiſtoriæ pars tres

tres habet particulas omnes notabiles. Primò: quòd Thom. tametſi omnium poſtremus, redit tamen ad cæteros diſcipulos, indicium modicæ adhuc memoriæ, & paruulæ cuiuſdam religionis, & deuotionis erga ſcholam Chriſti. quòd poſt tot rerũ turbines ad eam redit, non ſine periculo. Hoc vero illud eſt, quod in omnibus peccatoribus velim, vt quãdo à Chriſto per culpam mortalem huc illuc feruntur, in hanc, & illam infirmitatem cadunt: non tamen à Chriſti & eccleſiæ memoria prorſus cadãt: non relinquant ſolitas deuotiones; nõ fugiant conciones, non dimittant ſacramenta: hoc enim eſt velle omnino damnari, quando infirmitas fugit remedia: Maneant hæc firma, vtere his: & horum memoria ac frequentia, quãdoque te reſtituet. Si offers munus ad altare, & recordaris, &c. relinque ibi munus, ne mutes ſentẽtiam, ne fugias à ſacrificio. Vade reconciliari fratri, & veniens offer &c. Redit igitur Th. ad Apoſtolos, & ecce reditus hic ipſum recuperat. Secunda. quòd redeunti occurrunt omnes iam congregati, ſic. n. decet firmiores læto viſu occurrere debilioribus, & ſuas illis narrare conſolationes, vt iſti omnes mira alacritate dicant. Vidimus Dominum, vox lætiſsima, quæ verbis exprimi nequit præ eius Iucunditate, quid enim fœlicius? Viſio Domini in terris lætos, & iucundos, facit. In cœlis beatos & glorioſos. Vidi Dominum inquit Iacob, & ſalua facta eſt anima mea, quã multa hac vna voce concludunt Apoſtoli? Vidimus Dominum. Iam læti. Iam tuti. Iam ſalui ſumus. Valeant iam Satanæ doli, & experimenta carnis. Valeant Iudæorum minæ. Vidimus dominum. quicquid tãdem ſequatur boni, aut mali; ferenda omnia bono animo, quia vidimus Dominum. Tertia, quod fratrum lætitias ſic excipit iſte, in ſuo ſenſu à ſatana ſic firmatus, & ꝑſuaſus. Niſi videro ĩ manibus eius &c. Quantum diſtat hic à ſenſu fidei: quã longè aberrauit à regulis ſcholæ Chriſti, quando, & videre & manu tangere vult obiecta fidei: quæ nullum debet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. quàm ſapiens & prudẽs hic eſt in ſchola carnis, & mundi, quæ omnia iuxta oculorum iudicium, & ſenſuum guſtum formare ſolet, fundamenta huius ſunt, omnis cognitio ortum habet à ſenſu, Nihil in intellectu eſt, quin prius in ſenſu, omnis doctrina, & omnis diſciplina ex præexiſtenti fit cognitione ſenſus, non decipitẽ circa proprium obiectũ. quàm vero ſtultus, & imprudens in ſchola Chriſti, & veritatis, quæ nõ modo oculos & ſenſus, ſed & intellectum & voluntatem captiuat in obſequium veritatis; Sed ſtultum ſuum, & imprudẽtem adhuc amat Chriſtus, cõpatitur infirmitati; quando ad ſcholam redit, hoc illi ſatis eſt; deſpicere nequit: vult omnino recuperare.

De Tertiò. Hæc hiſtoriæ pars, quinq; habet particulas omnes notabiles. Prima, explicat tempus, quòd Poſt dies octo. Ita ſuum habet Chriſtus tempus probationis, quo ſuorum hominum cõceptus ꝓbat: quo liberum illis facit de ſe aliquid ſtatuẽdi. Secunda explicat modum ingreſſus: quod venit ad eos Ianuis clauſis, non quod verum corpus non habeat, non quòd phantaſma ſit; ſed quod corpus habet glorioſum & immortale; quo ingreſſu incipit iã diſcipulum ſuum in ſui admirationẽ trahere. Tertia, explicat locum & ſitum. ſ. ſtetit in medio eorũ. Sic prorſus docet mediatorem in medio ſtare, vt

Deus

Deus in cęlo ſtat ab ęterno in medio deitatis inter patrē,& ſpūm ſanctum. Vt Chriſtus in terra ſtat in medio ecclesiæ:vt ſacerdos ſtat inter Deum,& hominem, Vt victima ſtetit in cruce in medio peccatorum. Vt Magiſter ſtat in medio diſcipulorum. Vt cor viuificās in medio cordis ſui. Quarta explicat cor, & aperit viſcera Chriſti erga eccleſiam ſuam dum dicit. Pax Vobis. Tam propria eſt Chriſto pax. quòd vere dicit Paulus Pacem Dei

Epſ.1.

eſſe, Deum pacis eſſe, Deum pacem eſſe, Ipſe eſt pax noſtra, Cum pace naſcitur, In pace viuit, cum pace moritur, cum pace redit; vbi pax, ibi Chriſtus. Pacem docet, pacem dat, pacem emit, pacem adfert diſcipulis, pacem per diſcipulos, diſtribuit. Proprium Chriſti ſymbolum eſt pax: non carnis; ſed ſpiritus. Quinta explicat & aperit cor Chriſti erga durum, & pertinacem Thomā dum ad eum ſe uertit dicens. Inſer digitum tuum huc &c. vide, tange, tracta, penetra carnem, oſſa, pectus, latus, cor, tantum vt credas. vt tuam iſtam philoſophiam confundas. Hoc autem facto Chriſtus tria

Myſterium intelligentiæ.

docet nos myſteria. Primū. quòd abſens corpore per octo illos dies, non tamen remotus ſpiritu fuerat, quia omnia Thomę ſui verba pręſenſerit; quod ſcilicet dixerat de viſu & tactu domini ſui. Ego ſum, Ego vidi. Secundum, quòd cor illud ſuum

Myſterium beniuolentiæ.

fert ita erga nos perpetuo adfectum, vt omnia facere, omnia fieri, omnia pati velit, tantum, vt nos iuuet. Tertium, quòd adhuc immortalis habet, & ſeruat in ſuo vero corpore glorioſo, vera vulnerū veſtigia: quę maxime illi, & nobis ſeruiunt. Illi ad aſſerendam veram identitatem corporis ſui, Patri, & obe-

Patientiæ.

dientiam animi ſui. Ad commendandam, fidelibus ſuis charitatem ſuam. Ad confundendam transfixorum ſuorum feritatem. Ad triumphum victoriæ ſuæ, qua morte ſua mortem deuicit. Ad conſtituendum ſymbolum crucifixis ſuis, vt ſui ſint ſimiles. Nobis, Ad placandam nobis ea vulnerum oſtentatione, patrem, Ad fidem noſtram ædificandam. Ad ſpem erigendā: Ad charitatem erga ipſum excitandam, Ad patientiam in aduerſis confortandam; Ad contēplationē & guſtū paſsionis ſuæ nobis ingerendū, Iſta igitur oblatione, & inculcatione, & guſtu merito eruditus, & excitatus Thomas, ad cor redit, aperit oculos, fidē inſtaurat.

De Quarto. Explicat hiſtoria vehementem motum, immo motuum, & affectuum cumulum quos è corde ſuo Thom. vno verbo excutit. d. Dominus meus, & Deus meus, quæ lingua hic exprimere queat, quid in ſe ſentiat concluſus & victus Thomas? Timorē ſpē, ruborē, gaudium oīa vrgent, ſed coram Chriſto ſuperat gaudiū, quo totū cor dilatat, atq; ita clamat in toto ſenſu, & guſtu. d. Dñs meus. Et Deus meus. Plura hic eſſent agenda; culpa & tarditas excuſanda. petenda venia: pax obſecranda: ſed omnia ſupplet confeſsio Domini & Dei ſui, Vna hæc continet omnia, Vna hęc ſufficit, ob vnum hanc venit Chriſtus non vt culpet. non vt arguat non vt cōfundat ſed vt Inſtruat; & recuperet diſcipulum ſuum. Ita olim Martha ad multa, quæ de ſe dixerat Chriſtus petente illo, Credis hoc; &c. Ego credidi, quia tu es Chriſtus &c. hoc continet omnia; Ita ex transfuga fit confeſſor: ex philoſopho fit ſummus Theologus Thomas noſter. quicquid de potentia,

quicquid

quicqd de bonitate Chriſti dici pōt duobus verbis complectitur. quòd Dominus eſt, cui omnis ſeruitus debetur, quod Deus eſt, cui omnis latria & ſuprema religo, Domini eſt Iubere. Dei eſt beare; Vtinam & cordi noſtro adhereat Confeſsio iſta; vt ſupra oēm tactum viſum, & ſensū agnoſcamus Dñm, & Deum noſtrū: ſicque vbicūq; eum eiuſue imaginē intuemur, his verbis contemplemur; & adoremus, in cruce in eucariſtia, cōtinuum ſit verbum in ore & corde noſtro. Dominus meus, & Deus meus: Ita aſſueſcamus in vitā, vt cum veniet extremum vitæ: paucula illæ reliquiæ ſpiritus in Imaginem crucifixi reſpicientes, imo in ipſum Chriſtum tibi cum Angelis occurrētem, vbi veniet ad iudicandum, vbi uocabit te ad dexteram ſuam, & regnum pátris, vbi cum eo comparebis in cœlo coram Deo patre, vbi in æterna ſecula debebis laudare Dei maieſtatē. Quod verbum aptius, quam vnum hoc vt ſemper dicas. Dominus meus, & Deus meus; Amen.

Romæ 1568.

IN EODEM FESTO D. Thomæ Apoſtoli.

De lapſu Sanctorum.

Mirum videtur quam plu ribus contemplatiuis, quòd tantam licentiā dat Deus hoſtibus ſuis Dæmonibus, & hominibus, vt omnia ſic ſubuertant, quaſi mundus verè ſit ſatanæ regnū, & vere dixerit. Hæc omnia mea ſunt. Corrumpunt mores, turbant pacem, inquietant regna, replent omnia vanitatibus, immunditijs luxu &c. Peius eſt, quod turbant fidē quòd in ſacrario, in ipſa religione, & cultu præuaricantur; ita vt magna mundi pars iam neſciat quid credere debeat. tollunt leges, cerimonias, ſoluunt vota, ſacramēta &c. Amplius dolendum, & certe magnum eſt argumentum diabolicę iniquitatis, quòd in his nonmodò carnales & ſeculares impetant: ſed & ex ijs qui arecam ſeruitutem, & amicitiam Chriſti. i. viam perfectionis profitentur, Religioſi cænobite, epiſcopi, ſic ſic ſtellæ de cœlo cadunt: ſic ſol ecclypſatur; ſic ſal infatuatur: Turbant hæc merito; pene, inquit Ille commoti ſunt pedes mei. Et Paulus. quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? Habent tamen ſpirituales, qui mundi ſunt iudices, vnde etiā in his fracturis, & lapſibus confortentur: vel ſaltem non confundentur, quod ſi foris, non tamen intus, ſi coram hominibus, non tamen coram Deo. Plura enim ſunt quæ conſolantur. Primum quòd infortunium hoc Dei non eſt res noua, ſic enim ſemper ab origine mūdi mixta ſunt mala bonis, quin ſæpe mala ſuperant bona. In domo Adam, Cayn, In domo Noe, Cham, In domo Abrahæ, Iſmael: Iſaac, Eſau: Dauidis Abſalon. Chriſti Iudas proditor, Petrus negator, cæteri omnes transfugæ: nec tam corpore quàm animo deſertores: Omnes ſcandalum paſsi, & carnis, & ſpiritus. Patientem derelinquerunt: ſuſcitatum vix credere voluerunt, teſtantibus mulieribus, demonſtrantibus Angelis. Tandem læti dicunt omnes Vidimus Dominum. Et tamen adhuc vnus Tho. pertinax eſt, quis non miſeretur laborum,

Matth. 4. — Pſalm. 72. — 2. Cor. 11.

ætunt: Ita olim Eſa. erit vobis vi-
ſio omnium ſicut verba libri ſigna-
ti, Miſcuit vobis Dominus vinum
Eſa. 29. ſaporis. Dabitur liber ſcienti literas
dinō poſſum: Vt innuat nō tm̄ ex cul
pa ignorātię, ſed ex Dei Iudicio me
ligāte eſt ſignatus. Vnde aūt iſtis hoī
bus, alioqperitis, & eruditióne, & reli
gione præſtantibus, in eſt tanta Chri
ſti Ignauia, ne ſciētia? Rationē dat, &
Ioannes, dicens. Qui miſſi fuerant
erāt ex Phariſeis, Ex illo ſcilicet homi
num genere, qui ſic ſeipſis, & ſuo
ſenſu pleni ſunt, quòd ne iota vnum
chriſtiani ſpiritus admittunt. Repu-
gnat è diametro ſpiritus Chriſti qui
humilitatem, paruulitatem, ſincerita
tem amat, ſpiritui Phariſeorū, de
quo Paulus tu Iudæus cum ſis requie
ſcis in lege: & gloriaris in Deo: con-
fidis te eſſe ducem cœcorum, lumen
eorum qui in tenebris ſunt. Diuites
hos Chriſtus dimittit inanes. Sa-
pientibus his non ſe reuelat, qua-
re in medio ipſorum eſt, loquitur
& operatur Meſsias, & tamē Domi-
ni hi neſciūt eum; eſurientes implet
bonis; Paruulis ſe ſe reuelat. &c.
Vtinam ò Chariſsimi Vt nobiſcum
Chriſtus eſt, nobiſq; tot modis ſe ſe
declarat: Ita nos dignoſcere eum, &
eius luce frui ſciamus. ne fluctuemus
amplius; nec huc illuc vane curramus
ne longius à veritate ad fabulas con-
uertamur: ne aliū Chriſtum, aut E-
lyam, aut Prophetā quæramus: Vana
enim ſunt oīa ſine hoc. Pax Dei quæ
exuperat omnem ſenſum, quę affe-
ctiones ſenſuum mortificat, quæ in
ſolam Dei gloriā & ſalutem animę re
ſpicit, Inquit Paulus, Cuſtodiat cor
da veſtra, ne diſpergantur amplius,
ſtultis, aut vanis affectibus, Et intelli
gentias veſtras, ne vanis conceptibus
impleamur: ſed vniamur in vera luce
& toti hęreamus, ac perſiſtamus in
Chriſto Ieſu Domino noſtro. Amen.

IN FESTO S. LVCIAE *Virginis.*

NOn magnum aliquid
eſt, verbis laudare bo-
num, aut damnare ma-
lum: ſcit enim hypocri-
ſis facile vtrunque ſine
ſuo incommodo præſta
re, abſque vlla mutatione vitæ: ōdicás Rom. 2.
non furandum & furaris: abominaris
idola & ſacrilegium facis &c. Non
etiam multum eſt promittere bona,
magnamque ſpem ſui excitare in audi-
toribus. Nos enim ſingulis annis
egregie profitemur &c. Magnum &
multū eſt, declinare reuera à malo &
facere bonum: Et illud bonum, non
quod ſibi præſcribit caro, ſed quòd
præcipit Deus. Et facere opportune
Dum tempus eſt. Multos enim habē
mus & laudatores, & promiſſores, fa-
ctores paucos. Alios remoratur diffi
dentia & puſillanimitas: ex magno
peccati ſenſu: de cuius remiſsione
deſperant, Et tamen dicit Chriſtus.
Non venit filius hominis perdere, ſed
ſaluum facere, quod perierat. Et
per Ezec. Quacunque hora ingemue
rit peccator nō recordabor amplius Ezech. 18.
iniquitatum eius, &c. Ea exēpla ſunt
frequentiſsima, quod nullum vnquā
peccatum Dei miſericordiam ſu-
perauit. Alios remoratur vana ſpes
vitæ & præſumptio diuinæ mīæ, ꝗ
vult oēs ſaluos fieri, quòd non deerit
tempus, quòd ſat eſt ſemel ingemuiſ-
ſe: quibus dic. Paulus. Noli altum
ſapere ſed time. quibus Auguſt. indul Rom. 11
gentiam tibi deus promiſit, craſti-
nū diem nemo promiſit, quibus ho
die Chriſtus in euangelio. vigilate

neſcitis

neſcitis diem neque horam. Vigilate. Alios, & plurimos remoratur tepiditas quædã, quæ in pauculis & mediocribus quibuſdam bonis delectatur, videntur enim ſibi facere ſatis, quibus dic. Chriſtus. Decimatis mẽtam, & anetum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis. In Apoca. vtinam calidus, aut frigidus &c. Et parabola euãgelica, tam infœlices narrat lampades illas extinctas quibus fatuæ confidebant quod clauſa ianua, velut ineptæ excluduntur. Summa itaque parabolæ eſt, tria capita continẽs. Primũ vt bonum fiat. Secundũ vt tale fiat qđ placere poſſit ſponſo. Tertium vt fiat tẽpore opportuno, priuſquam clauſa ſit ianua. Habet parabola perſonas tres principales de quibus tractat. Eſt ſponſus qui venit ad nuptias. Eſt numerus virginum, ſapientum, quæ fœliciter occurrunt. Eſt numerus virginum fatuarum, quæ tempus vane conterunt. Finis eſt talis. ſponſus celebrat nuptias. ſapientes admittuntur, fatuæ excluduntur.

Matt. 23.
Apoc. 3.
Matth. 25.

Sponſus eſt Chriſtus, Agnus ille innocens qui facit nuptias in Apoc. de quo Ioannes. qui habet ſponſam ſponſus eſt. Sponſa eſt eccleſia quam acquiſiuit ſanguine ſuo, & ex meretrice (vt Auguſtinus) virginem fecit, venuſtam, non habentem maculam & rugam; Cui bona ſua omnia communia fecit: Et cuius etiam infirmitates, quaſi dotem in ſe ſuſcepit, quæ ſunt ſponſi, ſponſæ ſunt, & econtra: Celebratę ſunt nuptiæ & inſtitutę in incarnatione verbi. Cõſummatæ in paſsione, In die iudicij promulgabunt. Interim morã facit ſponſus: & ſponſa ſuſpirat d. Adueniat regnũ tuum. Virgines mixtę ſunt eccleſiæ corpus, in quo apud Salom. Lilia ſunt inter ſpinas, Rete in quo ex omni genere piſcium. Ager in quo zizania commixta tritico. Fatuæ cum ſapientibus ſic aggregatę: vt difficile ſit diſcernere, nam errante ſic Iudicio humano decipiente hypocriſi, ſæpe quę ſunt ſtultiores, pro ſapientioribus habent. et econtra, ſed dies dñi reuelabit abſcõdita: Interim facilè fallimur ex ſimili. omnes ſunt virgines chriſtiani omnes baptizati, ſacramẽtis initiati, militant omnes ſub vexillo Chriſti. Omnes exeunt & occurrũt ſponſo, verbis fauent, Vitæ imbecillitatem & vanitatem fatentur. Omnes lampades habent: Nemo eſt qui bonũ aliquod familiare non habeat, orationes, eleemoſynas. &c. At differunt etiam in multis. Sapiẽtes occurrunt ſponſo lęto animo & ardenti dolentes quòd tardat: Eheu quia incolatus meus prolungatus eſt &c. expectantes beatam ſpem & aduentum magni Dei, Pſal. 119. Hi qui diligunt aduentũm eius. Fatuæ vero triſti animo, inuitæ à natura, à religione, à debito, ab honore coguntur, vt aliquid boni faciãt: nollẽt vnquam mori, & inuenire ſponſum, quãdo nõ niſi per mortem occurratur illi. Sapientes habent lampades inſtructas oleo, & ardentes, ita vt quauis hora paratę ſint ſpõſum excipere. bona conſcientia nihil magis optat, quã vniri ſponſo; quã ex hac vita vbi aſsidue maculatur, in aliã tranſmitti, vbi ſemper cum domino erit. Fatuę lampades mortuas habẽt; opera mortua, vanas ſpes, qbus cum opus fuerit rationem reddere, deſtituentur. Quòd igitur virgines occurrunt. ſponſo, curſum indicat humanæ vitæ, quo omnes dilabimur quaſi aquæ ſuper. terrã; atque ita ad faciem Domini ferimur: quo ibo à ſpiritu tuo? quo à facie tua fugiam? quo

Ioan. 3.
Ephe. 5.
Inſtit. 2.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quo te præcipis? Fatue! quò ibis tandem niſi ad ſponſum? à Deo placato, ad iratum? vultum ſponſi effugere nō potes. Quod lampades omnes habent, eſt hoc viuendi, & operandi genus in eccleſia chriſtiana ſignificat: omnes audiūt miſſam, omnes quandoque abſtinent à carnibus; omnes eũt ad proceſsiones, omnes aliquas dant eleemoſynas; loquimur enim de regno Dei, i. de credentibus, & baptizatis. Opera iſta ex ſuo genere, ſunt bona. ſunt lampades aptæ ad honorandũ ſponſum; ſi debitis ornẽtur circunſtantijs. Oleum quo lampades nutriuntur, eſt pietas animi interior, fides, charitas, religio: ex his opera vitam, & lucem habẽt coram Deo, & hominibus: alioqui mortua & inania, i. ſine merito ſunt. Tales lāpades habẽt fatuę, ſolis externis hærentes, & confidentes; quaſi ſponſus umbris & folijs paſci poſsit. Et habent ſuos etiam laudatores, & conſultores, qui fatuas in ea ariditate malis cōſilijs, & exēplis detinent, ne ad meliora tranſeant; quorum cum ſic tempus vane terũt: Erũt qui beatificant populum iſtũ ſeducentes & qui beatificantur præcipitati. Obſeruato finem rei: Dies domini declarabit.

Moram autẽ faciente ſponſo. Non eſt inutilis hæc mora. Moratur. n. ſpōſus de multis cauſis, primo vt in hac mora, & patientia lucretur, nolens inquit Petrus perire aliquos. ideo moram hanc vocat Paulus diuitias benignitatis, & longanimitatis. Suſtinet ergo ſic fatuas, & vaſa iræ in patiētia vt emendemur; ſi quis emundauerit ſe, erit vas in honorē. Secundò vt iniquitas mundi prius puniatur ſuam habeat plenitudinem, ita dicit. Nendū ſunt lęta ſunt iniquitates Amorrhæorum.

Tertiò, vt interim etiam augeatur merita piorum, & virtutes ſeruorum exerceamur in gloriam ſuam & exemplum aliorum. vt de Thobia dicitur. Mora hac abutuntur fatui. dicit. Moram facit Dominus meus, & ſcandalis omnia replent. i. non fiet nō ita erit, non veniet &c. Contra ſapientes ſatagunt, ne tempus conterant, ſed reponant, ne imparatas offendat ſponſus.

Interim dormitauerunt omnes, & dormierunt: vere omnes mors vita fatigat, omnes claudunt oculos, omnes ſuos habẽt cōſolatores; quantum ad ea, quæ foris ſunt æqua omnium eſt cōditio. Intus aũt lōge melior eſt ſomnus ſapientum: nam iſtæ moriuntur in Domino & in eo quieſcunt; quare, & precioſa, & beata mors dicitur: Occurrunt morti; mortem læte accipiunt; In morte quieſcũt a peccatis, & à laboribus, ſicq; dulci ſomno ſponſum expectant. Fatuę vero nihil minus: Et tñ iſtæ quoque quibus ſola memoria mortis tamen amara fuerat; quæ immortalem in culpa ſibi pollicebantur. Et iſtæ tamen dormierũt, atque infœliciter. Dies domini declarabit.

Media nocte clamor factus eſt. Hæc ſecunda pars parabolæ eſt, quæ omnia diſcernit, quæ & aliud ſeculum immutabile ſtatuit. Adeſt ſponſus, manifeſtatur Chriſtus vita noſtra ſicut fulgur ab oriente &c. Media nocte .i. cum non ſperatur, quaſi fur in nocte: Ecce clamor. Olim in ſilētio venit; Nunc manifeſte veniet, & non ſilebit. in ſonitu tubæ, & voce Archangeli. Ecce ſponſus, ſurgite mortui, venite ad iudicium, Ad vocem excitantur omnes prudentes ſumunt lampades inſtructas, & ornant ex humilitate, hæc. n. vere oīa opera

Matth.

1. Pet. vlt.

Rom. 2.

1. Theſſ. 4

opera ornat: hęc gratiam dat, hęc dat ſecuritatem: ſpernere humilitatem, non poteſt ſponſus; Magiſter, & forma humiliũ: ex hac illa reſponſio. Domine quando te vidimus eſurientem & pauimus? Humilitas enim obſcurat opera coram factore.
Matth. 25. Et illuſtrat coram oculo ſponſi qui dicit. Ego ſcio, ego vidi, ego expertus ſum: quod vni ex his feciſtis mihi feciſtis. Has igitur recipit ſponſus, ſecumque admittit ad nuptias, & cõſortes regni facit, Et clauſa eſt ianua quæ firmitatem illam, & perẽnitatem ſignificat, qua Deus in bono ſeruos ſuos in cœlo ſic firmat, & immobiles reddit, vt exire amplius ad culpam, aut pœnam vllam non poſsint; Ita ſemen eorum in ſeculum & vſque in ſeculum dirigetur.

Fatuæ verò ſic excitatę, cum rẽ ſono geri intelligẽtiã, & ipſę ſapere, ſed ſero, incipiunt: Reſpiciũt lãpades, expẽdũt opera facta: Et ecce iudicãt inania, & mox extinguẽda. Currunt ergo huc & illuc, angit, cõſcia, periculũ imminet: ſeſe prudẽtibus cõmẽdãt. Date nobis de oleo veſtro. Iuuate nos, orate pro nobis &c. ſed onus ſuũ hic qſq; portat: hic ſuã quiſq; exhibet lampadẽ. ſuos olim habuerunt laudatores, vẽdẽtes oleũ vanum, & in operibus inutilibus detinentes: Nunc omnibus deſtituuntur. Ne forte ſufficiat nobis, & vobis. Nihil in eo Iudicio alicui ſupereſt, Nos, Auguſt. tantum olei; aut iuſtitiæ nõ habemus, quod poſsit nobis & vobis ſufficere. Non parum fuerit ſi nobis ſufficiat, hic enim in ſeuerìſsimo iudicio ponimur, vbi & de omni verbo ocioſo ratio reddenda eſt, vbi ſtellæ non ſunt mundæ.
Iob. 25. Vbi quis poteſt dicere ſe caſtum habere cor? vbi poſt bona omnia præſtita, Serui inutiles ſumus. Ite ad vendẽtes. Ite ite nũc ad laudatores. & vt Auguſtin. iuſtificatores veſtros, qui vt ſuo conſulerent vẽtri conſolabantur: ipſos ſuper peccatis, & ex mortalibus venialia faciebãt &c. Ita huc illuc currunt, anguntur, vellent bona omnia facere. Chryſoſtomus, in articulo mortis, vocant notarios, Inſtituunt legata: omnia in puncto volunt bona facere: & quando amplius hoc mundo frui non poſſunt, conantur aliud ſeculum bene aptare. vtinam bono animo, vtinam ex amore, & non ex timore: utinam in tẽpore opportuno. Interim enim clauſa eſt ianua: Et redeuntibus ac inſtantibus fatuis. Domine Domine aperi nobis. Ieiunauimus, & fleuimus coram te &c. Reſpondet ſponſus. Neſcio uos. Alibi. ego nunquam noui uos. Ita mortuas illas lampades abominatur Chriſtus, quòd ne quidem reſpicit, quare, & fatuas à ſuis omnino nuptijs excludit; quòd opportune non uenerunt. Nunc tempus Iudicij eſt, pręterijt quod fuerat miſericordiæ. Non poſſunt (inquit D. Auguſtinus) confundit iſta tempora. Sic ergo remanet ſponſus in gloria ſua, qua & ſapientes fruuntur, excluſis fatuis, præſumentibus. Ergo operandum eſt opera uiua iuxta domini uoluntatẽ; & operandum in tempore, quia neſcimus diem neque horam. Amen.

DOMINICA QVARTA *Aduentus.*

Sentit paupercula hæc uita noſtra, niſi prorſus extincta eſt, prorſusque, alienata à deo, & a ſeipſa, ut neque mala ſua diſcernat, neque bonorum ſpes curet: ſen-

tit

tit ſe totam diuulſam & confractam
in vtroque foro: in temporali quod
ſpectat ad regimen mundi, honoris,
facultatum, & fortunarum: ſpiritua
li, quod ſpectat ad regimē animarum,
ad cultum Dei, ad ſtudium virtutis:
nihil eſt in ſe roboris, nil vere nobile,
nil bene conſtitutum. In hac confra
ctione, multa ſibi blandiri, & regi-
men, & honorem & conſolationē
polliceri. In rei aūt veritate nō præ-
ſtatur: nihil in toto mundo eſſe quod
verè conſoletur; paſcere oculos, im-
plere aures, ſouere carnē poſſunt, ſpi
ritū paſcere, aut cōſolari nō poſſunt.
In hoc ergo apparenti ſolatio rerum
mundanarum adhuc ſpiritus quærit
conſolatorem: cumque intelligat v-
nū Dei ſpiritum hoc præſtare poſſe
per Ieſum Chriſtum, verum mundi
pacificatorem, ad eum ſe vertit, Hinc
frequentia illa ſuſpiria, hinc voces
quotidianę ſacerdotum noſtrorum,
qui omnes vnum hunc ſollicitant
conſolatorem .d. Rorate cœli deſu-
per, &c. Excitare potentiam tuam &
veni. &c. ò ſapientia, ò Rex gentium
& conſolator earum &c. ò oriens, ò
Adonai. veni ad ſaluandum nos &c.
In ſimili confractione, & confuſione,
duriſsimam vitam agebat infœlix Iu
dæa, ſic in vtroq; foro male tractaba
tur. Anno 15. Imperij Tiberij Cæ-
ſaris, vt narrat nobis Lucas Euangeli
ſta pulchra iſta & ſignificāti ſua chro
nologia. Forus temporalis ita diuul
ſus erat, quòd Iudæa quatuor tyran
nis ceu ſcorpionibus cędebatur, Pi-
lato, Herode, Philippo, Liſania.
Dic tu qua charitate populorum for
tunas ſugebant &c. In foro ſpirituali
ſedebant, regebant, quin potius ſedu
cebant, & damnabant animas ponti-
fices duo Annas & Cayphas, duo il
li Hipocritæ, ſanguinarij, qui primi
damnarūt ceu mortis reū filium Dei
In tali ſtatu erat Iudęa, ſola ſpę ſaluato
ris, & Redemptoris, quem inſtare ex
ſcripturis intelligebat, in tot malis du
cta: Et interim clamabat, ſuſpirabat.
Mitte Dñe quē miſſurus es &c. Tan-
dem aduenit plenitudo tēporis, quę
fœlix reddidit imperium Octauiani,
cuius anno 42. natus eſt Dei filius ex
virgine. Anno autem ætatis eius xxx.
qui fuit annus xv. Tiberij, fœlix
eius imperium reddidit eiuſdem re-
uelatio, & apparitio, cuius myſteriū
proprie meditatur, & reueretur in
hac Dominica ſancta Mater eccleſia.
itaq; de eo tria potiſsimum capita ex
euangelio Lucæ contemplatur. Pri-
mū eſt: A quo ſit Dei filius reuelatus
Secundum eſt: quomodo, quibus
vocibus, & factis reuelatus. Tertium
eſt, quo fructu, quave mundi vtilita-
te ſit reuelatus.

De Primo. Reuelari, & dignis
teſtibus prædicari oportuit Dei fi-
lium: tamen quia ſic honorabatur, ac
digne à mundo ſuſcipiebatur, vt tan
tum hoſpitē ſuſcipi decebat, ob hoc
etiam tot annorum millibus fuit ex-
pectatus, inuocatus, maturatus in
lege, promiſſus in prophetis, figuris
expreſſus tantum vt in eius aduētus
honoraretur. Vltima pompa fuit quā
hodie exprimit euangeliſta. Prædica
tio. ſ. Ioannis circa regiones Iordanis.
Atq; eo nobilior eſt: quia non eſt huma
na, aut volūtaria, ſed diuina legatio.
Factū eſt verbū Domini ſuper Ioan-
nem. De qua re Io. Euangeliſta. d. fuit
homo miſſus à Deo, &c. Et quidem
ſic miſſus eſt. vt Dei filiū honoraret,
quaſi Aurora ſolem, vox verbum
Tum quia ſic fieri neceſſe erat: cum
enim Dei filius adueniſſet in humili-
tate, ſub formis crucis: quaſi Deus
abſconditus: ſub modis longe ab hu
manis

manis diſtãtibus, ſi cognoſci debuit, quãdo cognoſcentibus tantum, & in eum credentibus profuturus erat, eguit reuelatore. Sub illis autem ſor mis humilibus venit, quia ſic Diuinæ glorię & humanę ſaluti multis de cau ſis expediens fuit. Primò vt ſic in ſua humilitate, Superbiam & elationem primi parẽtis noſtri purgaret & expia ret. Secundò vt ſic ſub cruce ſua & paupertate dignitatẽ & theſaurum re gni cœli precioſum celaret; modiſque ſibi ꝓprijs promoueret. Tertiò, vt ſic Diabolo hoſti ſuo & noſtro ſecretum ſuæ Deitatis celaret: ſaltem in dubio poneret. Quartò, vt in hac paruulitate, eſurientes impleret bonis, pauperesque ad ſe bono animo quaſi ad ſimilem currẽtes bearet. Niſi Gigas, inquit Bernardus, Ille ſediſſet in terra, populus ad eũ ſi non conueniſſet. Quintò, vt ſic exẽplo ſuo paupertatẽ, & humilitatem doceret quaſi ſalutis vias expeditiſſimas, q & ſua probatione ſacraret: vt in Dei regno ſtatus pauperum, & humilium non modo honorificus, ſed & perfectus, & beatus eſſet. Venit igitur pauper, & humilis, Dei tamen filius, & mundi ſaluator, (quare oportuit vt ad eum ſuſcipiendum, mundus admoneretur, non in eius humilitate falleretur. Ad tantum munus deſtinatus eſt Ioãnes Zachariæ filius: & ipſe pauperem, & humilem vitam profeſſus. Nõ enim maior eſt ſeruus Domino ſuo. De Secundo, quibus verbis, & factis demonſtrauit. De verbis teſtatur Lucas, ꝙ Prædicabat, ita verbũ verbo reuelari oportuit. De factis etiã, quòd prædicabat Baptiſmum pœnitentiæ, conſtat enim quòd vtrunque ſcilicet, Baptiſmum & pœnitẽtiam, nõ minus facto quam verbo expreſſit, nam & manu pro-

pria baptizauit, atque Inter alios ipſum Dei filium: & totam vitam duxit in pœnitentia. Magno autem artificio deſcribit Lucas rem hanc his verbis. Primo quòd Prædicabat, agit rem verbo, vt vox illa de qua Eſaias dicit. Vox clamantis in deſerto, clamat vndique circa omnem regionem Iordanis, vt nullus Iudæorum non ſentiat. Secundo, quòd prædicabat baptiſmum. ſtat enim baptiſmus pro nobiliore, ſcilicet pro eo, qui dat in remiſsionem peccatorum, hunc dare nõ potuit Ioãnes, ſed prædicare & annuntiare tantum. Tertio, quòd prædicabat baptiſmum pœnitentiæ. cum adultis enim rem agebat: huius modi autem ſine pœnitentia malæ actæ vitæ non admittuntur. Sola impœnitentia excludit à regno Dei, cætera peccata tardare poſſunt: ſola impœnitentia tollit ſpem. quare & à Pœnitentia cœpit Chriſtus. Et incipere Apoſtolos iuſsit. Quarto quòd prædicabat pœnitentiam in remiſsionem peccatorum: alioqui infœlix eſt vt damnatorum; qui & ipſi pęnitentiã agunt, ſed rabioſam, quia ſine ſpe remiſsionis remiſsio aperit regnum Dei ſine hac nihil fit: oẽs. n. inuenit ſub peccato. Quinto quòd prædicabat ex Eſaia modum, ſeu modos quibus impetrari poteſt remiſsio, & ſunt omnes certæ ſpecies pœnitentiæ virtutis, quã infallibiliter ſequit remiſsio peccatorũ: Modi ſunt quatuor, quaſi capita pęnitẽtiæ principalia. De primò. Quòd, Omnis humiliabitur. vt enim prima radix culpæ eſt ſuperbia, turris illa Nembroth quæ ædificat, & extollit amorem proprium vſque ad contemptũ Dei. Ita prima radix remiſsionis & iuſtitiæ eſt humilitas & demiſsio montium. Montes ſunt ſpiritus præſumentes. De dono quod

habes, ac ſi non acceperis, De dono quod nõ habes ac ſi habeas. Aliquid eſſe, cum nihil ſis. De cõtemptu patrum quaſi tu omnibus maior ſis: De cõtẽptu legũ & maiorũ; quaſi liceat pro voluntate viuere: Hi omnes colles, & montes Gelboę ſunt deponendi. De ſecundo, quòd omnis vallis exaltabitur. Magna & profunda vallis eſt deſolatio, deiectio animi: quæ nullam ſcit ſperare miſericordiam, Vallis eſt turpis vita, ſine cultu, ſine honore, ſine lumine ſolis, plena luto; Vallis profunda eſt ocium, ſemen malorũ omnium, & tenebras & ſomnos amans. ſugiens hominum, & conſortia & iudicia, quicquid ſtatuit & conſulit mũdus: vallis eſt, indignũ eſt, cõcupiſcẽtia carnis; cõcupiſcẽtia oculorum; ſuperbia vitę &c. hæ oẽs valles extollẽdæ, in ſpem Diuinæ gratiæ: In normam virtutis; in guſtum honoris; In oculos; & ante ora Dei & hominum. De Tertio. Quod erũt praua in directa: Praua, & tortuoſa ſunt quia omnia circa fidem, monſtra hæreticorum, articuli, inſtitutiones, præcepta, conſilia omnia, perfidiæ; Reducenda omnia ad verbum Dei, ad interpretationes ſanctorum patrum ad regulas ſanctæ catholicę eccleſiæ; Praua etiam ſunt opera carnis, & ſatanæ conſilia: reducenda omnia ad obedientiam legis Diuinę, canonum eccleſiaſticorũ & Patrũ ſpiritualium, qui animarum noſtrarum legitimi ſunt paſtores; & curatores. De Quarto: quod erũt aſpera in vias planas. Aſpera carni ſunt cõſilia oĩa ſpũs, amor inimicorũ, remiſsio iniuriarũ, reſtitutio rei alienæ, patiẽtia, pœnitentia &c. Hæc omnia in regno Dei ſunt complanãda, & tanquam dulcia complectenda: complanat autem, & dulcia facit. Primo exemplum Chriſti: d Diſcite à me Mitis ſum. &c. Secundo. gratia Dei, quæ adiuuat infirmitatem. Tertio. Spes præmiorum: beati eſtis cum maledixerint vobis &c. Quarto, vſus & habitus bñ agẽdi, cũ facilitate, & delectatione oĩa facit. His oĩbus expeditis, q̃ omnia verbo declarat Ioann. dicit Pœnitentiam agite. hoc eſt in ſumma colles humiliare: valles exaltare: praua dirigere, & aſpera complanare: quid tum? De tertio dicit. videbit omnis caro ſalutare Dei. Hic fructus eſt pœnitentiæ prędicatę, & Saluatoris reuelati. quod: Videbit: lucerna Ioannes eſt, lux vera Chriſtus, quare lumen facit: & ſplẽdet verbo & opere vt videatur: promiſſus eſt in lege, & optatus, expectatus, inuocatus iam vi debitur: quando os noſtrum & caro noſtra fit. Vidit Abrahã à longe, & gauiſus eſt, viderunt Magi iacentem in fęno & adorauerunt. vidit Symeõ & mori voluit. Beati oculi qui vident &c. Vidit Stephanus inter ſaxa; & lapides torrentis dulces illi facti ſunt: quod ſi nos oculis carnis non videmus. Beati qui non viderũt, & crediderunt. Terminus fidei eſt viſio. Omnis caro. verbum hoc duo dicit: Primo. Gñalẽ quandã infirmitatẽ humanę naturę quare tota ex culpa caro. fuerat, caro ex carne nata: ſicq; de carne in carnem propagata; caro autẽ, & ſanguis regnum Dei non poſsidebunt; Secundo. Generalem carnis fœlicitatẽ, ex hoc q̄ Deus fit caro; & ecce omnis caro videbit, quando lux venit per carnem in tenebras, Ita q̄ ſi abundauit in carne delictũ; in carne ſuperabũdabit gratia. Et videbit excuſsis tenebris omnis caro.

Salutare Dei. Quid mirũ ſi viſio beata & fœlix eſt? Nã eſt viſio Dei, neq; vltoris vt vidit Cayn: ſed ſalutaris il-

ſus inquam qui caro fit, vt carnem ſaluet, & ſaluet in ſemetipſo quando aſſumit ad ſeipſum. In hunc, vt verum conſolatorem reſpiciunt oculi, & corda noſtra, & vnum hunc præſtolantur. dicentes, ô oriens, ô lumen, ô Rex gentium & conſolator earum. Veni domine, veni, noli tardare: Et quo propius accedit, fortius acclamatur: Prope eſt iam Dominus, in quit Mater eccleſia, venite adoremus. Mox iam videbimus, & adorabimus dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini. Interim ſuſtinem, & obſecramus. veni domine. veni obſecro. veni. Amen. Excita potentiam tuam & veni &c.

IN FESTO D. THOMÆ Apoſtoli.

Dominus meus, & Deus meus

QVamprimum Spiritus noſter recedit è ſchola, & ſeſe retrahit à diſciplina Chriſti, vbi omnia ſunt ſalutaria: verba docent, & inflammant; opera inſtruũt & formãt, fides ſuadet, ſpes ſuſtinet, charitas exercet, humilitas cuſtodit: prudentia conſulit, iuſtitia regit, fortiudo exequitur, temperantia accommodat. De qua Petrus. Bonum eſt nos hic eſſe: vitæ æternæ habes. De qua Paul. Nihil iudicaui me ſcire niſi Chriſtum. Mihi viuere Chriſtus ẽ. de qua Ioãnes vnctio docet de omnibus. Pergit inſęlix quaſi ouis errans, neſciens quo vadat, ſecundũ ſua carnis deſideria huc illuc prouolutus: & ecce illi ſe ſe offert magnus inimicus Chriſti, mũdi ſeductor ſatan, ſub ſpecie Magiſtri & Rabini: multam illi in ſua ſchola promittẽs inſtructionem. Eritis ſciẽtes bonum, & malum præcepta facilia, mores conſpicuos, negotia felicia, Philoſophiã ſentatan &c. Vbi aſſentitur homo, ſtatim illi ingerit ſua principia æternę, vt ait, & infallibilis veritatis, quibus omnia fidei fundamenta euertit, omnemque religionem tollit. Ex nihilo nihil fit: Ergo nulla mundi, aut animarum creatio. A priuatione ad habitum non eſt regreſſus; ergo nulla reſurrectio, finiti ad infinitũ nulla proportio, Ergo impoſsibilis verbi incarnatio: leges inde præbet honoris, quibus omnem tollit humilitatẽ, patientiam vltionis, quibus oẽs charitatis regulas polluit: Vtilitatis & lucri, quibus oẽm iuſtitiam ſubuertit, & confundit. Ita es diſcipulos facit in ſua ſchola ſatã. Dolet Chriſtus ſuper amiſſo grege, ſequiturque magnis laboribus contendens, vt ad ſe reuocet, Angelos, homines, dicta, facta, bona, mala immittit, vt ad cor redeant, vt veritatis lumen apprehẽdant, atque e ſatanæ dolis explicentur: Inuenit multos perſuaſos, probe inſtructos, & doctos: iniquitate, multis rationibus, & argumentis a ſua veritate retractos quare cogitur multa patientia rem agere, contendere, diſputare ore & manibus cauſam tutari, vt pertinaces in ſuam ſententiam vel inuitos quodam modo pelliciat, ſic tamen vt nunquam cogat: liberos enim non decet niſi liberum de ſe diſponere. Diſputat igitur, & ſæpe tantam inuenit in ſchola Satanæ pertinaciam, quod cedere illi quodammodo cogitur, & cauſam quaſi perdere. Vt certe tot labores perdidit cum Chaym, Pharaone, Saule, Iuda, quos nunquã à concepta iniquitate potuit

Matt. 17.
Ioan. 6.
Ioan. 1.

reuocare. Quandoque tamen ſupe-
rat,& ad ſe flectitur. Vt tandem poſt
annos ſeptem fateatur Nabuchodo-
noſor, & glorificet regem cœli: Ma
naſſes in carcer reſipiſcat: Saulus cla-
met proſtratus. Quid me vis facere;
Samaritana dicat. Domine da mihi
hanc aquam. Illuſtriſsimũ exemplũ
omnium horum eſt,quod hodie nar
rat nobis Euãgeliſta de reuocatione
Thomæ Apoſtoli: cõtinet enim Pri-
mo.hominis huius receſſum à ſchola
Chriſti,ita ut vltimũ redeat. Secũdò
omniũ. Duram perſuaſionem ſuper
Chriſto reſuſcitato, vt ſine infinitis
experimentis credere nolit, quod
iam cæteri omnes credunt, Tertio.
magnam, inſuperabilemque Chriſti
charitatem & patientiam in hoc ſuo
perfido & pertinace reſtituendo.
Quarto. illuſtrem Chriſti victoriam
in huius pertinacis expugnatione,
quando ad vnicum tactum exclamat.
Dominus meus & Deus meus. Ex qui
bus oĩbus in Chriſti ſchola, contra
omnia Philoſophiæ experimenta for
mat Chriſtus cõcluſionẽ æternæ veri
tatis d. Beati qui non viderunt,& cre-
diderunt. longe enim firmius & cer-
tius eſt fidei lumen, quod infallibili
hæret: quam oculorum quibus multi-
pliciter imponi poteſt. Nunc ſingulas
hiſtoriæ particulas expendamus:

De Primo, id eſt de receſſu diſci
puli chariſsimi, olim omnium au-
daciſsimi, qui cæteris formidanti-
bus acceſsum in Iudæam auſus eſt di-
Ioan. 11. cere. & moriamur cum eo. Et ecce
cum opus fuit Chriſtum ad mortem
crucis vere comitari, non modo non
eſt ſecutus, ſed tam lõge remotus,
quòd ſuſcitato à mortuis Magiſtro,
iamque per Angelos Mulieribus,&
diſcipulis ita reuelato, quòd in eius
ſcholam iterũ ſunt omnes regreſsi,
& in eius nomine congregati: et ta-
mẽ Thomas vnus è XII. non erat
cum eis. In quibus verbis tria poſſu-
mus obſeruare. Primo nomen, et
cognomen, q̃ dr̃ Didimus, vt melius
ſpecificet perſonã diſcipuli aberran-
tis, Didimus .i. gemelli: gemelli ſu-
mus omnes quotquot Chriſti ſumus,
nati in vno partu, inſerti in bonam
oliuam, Paul. in eccleſia primogeni-
torum. quod dicitur Thomas et hic
quiſque noſtrum ad ſuum nomen re
deat, num in hoc cathalogo transfu
garum à Chriſto Magiſtro conſcribi
poſsit: Secundò gradum Diſcipuli,
quòd erat vnus è duodecim illis pri
marijs Christi Diſcipulis quos à prin
cipio verbis, & factis cõtinuo docuit
ad mũdi piſcationẽ elegit &c. qs iã ſibi
non timeat; quis viribus ſuis cõfidat,
quando iſti tam turpiter cadunt? Apo
ſtoli fugiunt à Chriſto, ego infœlix
non timebo, qui vix attigi limina?
Tertiò, damnum diſcipuli, quia non
erat cum cæteris Non enim vidit do
minum, v intelligamus pericula ſin-
gularitatis, Tutum eſt cum Apoſto
lis ſtare. nam cum his certè & ſine
periculo cernitur Chriſti veritas.
Qui ab his, & horũ regulis ſe ſeque-
ſtrat, facile decipi poteſt, ſi dixerint,
ecce illic eſt Chriſtus, nolite crede-
re, non habitat in penetralibus aut
deſertis, ſed ĩ eccleſia catholica. Quis
hic ſatis conijcere, aut imaginari
poſsit, quæ fidei ſcandala, quas mẽ-
tis turbulentias, quos animi impe-
tus, inſtante ſatana vt à Chriſto con
uelleret, paſſus ſit pauper hic & vagus
diſcipulus, tribus hiſce diebus, dum
abfuit à Chriſti ſchola? quid de Ma-
giſtro ſenſit; quid de præteritis ſta-
tuit; quid de futuris deliberauit? ſed
ſuum nobis aperiet cor, Audiamus.

De Secundo. Hæc hiſtoriæ pars

tres

tres habet particulas omnes notabiles. Primò: quòd Thom. tametſi omnium poſtremus, redit tamen ad cæteros diſcipulos,indicium modicæ adhuc memoriæ, & paruulæ cuiuſdam religionis, & deuotionis erga ſcholam Chriſti. quòd poſt tot rerũ turbines ad eam redit, non ſine periculo. Hoc vero illud eſt, quod in omnibus peccatoribus velim, vt quãdo à Chriſto per culpam mortalem huc illuc feruntur, in hanc,& illam infirmitatem cadunt:non tamen à Chriſti & eccleſiæ memoria prorſus cadãt non relinquant ſolitas deuotiones;nõ fugiant conciones, non dimittant ſacramenta: hoc enim eſt velle omnino damnari, quando infirmitas fugit remedia:Maneant hæc firma, vtere his: & horum memoria ac frequentia,quãdoque te reſtituet. Si offers munus ad altare, & recordaris, &c. relinque ibi munus,ne mutes ſententiam, ne fugias à ſacrificio. Vade reconciliari fratri,& veniens offer &c. Redit igitur Th.ad Apoſtolos, & ecce reditus hic ipſum recuperat.Secunda.quòd redeunti occurrunt omnes iam congregati,ſic.n. decet firmiores læto viſu occurrere debilioribus,& ſuas illis narrare conſolationes,vt iſti omnes mira alacritate dicant. Vidimus Dominum, vox lætiſsima, quæ verbis exprimi nequit præ eius Iucunditate, quid enim fœlicius? Viſio Domini in terris lætos,& iucundos,facit.In cœlis beatos & glorioſos. Vidi Dominum inquit Iacob, & ſalua facta eſt anima mea, quã multa hac vna voce concludunt Apoſtoli? Vidimus Dominum.Iam læti. Iam tuti.Iam ſalui ſumus. Valeant iam Satanæ doli, & experimenta carnis.Valeant Iudæorum minæ. Vidimus dominum.quicquid tãdem ſequatur boni,aut mali; ferenda omnia bono animo,quia vidimus Dominum. Tertia, quod fratrum lætitias ſic excipit iſte, in ſuo ſenſu à ſatana ſic firmatus, & pſuaſus.Niſi videro ĩ manibus eius &c. Quantum diſtat hic à ſenſu fidei: quã longè aberrauit à regulis ſcholæ Chriſti,quando, & videre & manu tangere vult obiecta fidei: quæ nullum debet meritum,vbi humana ratio præbet experimentum. quàm ſapiens & prudẽs hic eſt in ſchola carnis,& mundi,quæ omnia iuxta oculorum iudicium, & ſenſuum guſtum formare ſolet,fundamenta huius ſunt, omnis cognitio ortum habet à ſenſu, Nihil in intellectu eſt,quin prius in ſenſu, omnis doctrina,& omnis diſciplina ex præexiſtenti fit cognitione ſenſus, non decipit circa proprium obiectũ. quàm vero ſtultus,& imprudens in ſchola Chriſti, & veritatis,quæ nõ modo oculos & ſenſus, ſed & intellectum & voluntatem captiuat in obſequium veritatis; Sed ſtultum ſuum, & imprudẽtem adhuc amat Chriſtus,cõpatitur infirmitati; quando ad ſcholam redit, hoc illi ſatis eſt;deſpicere nequit: vult omnino recuperare.

De Tertiò. Hæc hiſtoriæ pars, quinq; habet particulas omnes notabiles. Prima, explicat tempus, quòd Poſt dies octo. Ita ſuum habet Chriſtus tempus probationis, quo ſuorum hominum cõceptus ꝓbat: quo liberum illis facit de ſe aliquid ſtatuẽdi.Secunda explicat modum ingreſſus: quod venit ad eos Ianuis clauſis,non quod verum corpus non habeat, non quòd phantaſma ſit; ſed quod corpus habet glorioſum & immortale;quo ingreſſu incipit iã diſcipulum ſuum in ſui admiratiõe trahere.Tertia,explicat locum & ſitum. ſ.ſtetit in medio eorũ. Sic prorſus docet mediatorem in medio ſtare, vt

Deus

quicqd de bonitate Chriſti dici pôt duobus verbis complectitur. quòd Dominus eſt, cui omnis ſeruitus debetur, quod Deus eſt, cui omnis latria & ſuprema religio, Domini eſt Iubere. Dei eſt beare; Vtinam & cordi noſtro adhereat Confeſsio iſta; vt ſupra oẽm tactum viſum, & ſenſũ agnoſcamus Dñm, & Deum noſtrũ: ſicque vbicũq; eum eiuſue imaginẽ intuemur, his verbis contemplemur; & adoremus; in cruce in eucharistia, cõtinuum ſit verbum in ore & corde noſtro. Dominus meus, & Deus meus! Ita aſſueſcamus in vita, vt cum veniet extremum vitæ: pauculæ illæ reliquiæ ſpiritus in Imaginem crucifixi reſpicientes, imo in ipſum Chriſtum tibi cum Angelis occurrẽtem, vbi veniet ad iudicandum, vbi uocabit te ad dexteram ſuam, & regnum patris, vbi cum eo comparebis in cœlo coram Deo patre, vbi in æterna ſecula debebis laudare Dei maieſtatẽ. Quod verbum aptius, quam vnum hoc vt ſemper dicas. Dominus meus, & Deus meus; Amen.

Romæ 1568.

IN EODEM FESTO D. Thomæ Apoſtoli.

De lapſu Sanctorum.

Mirum videtur quam pluribus contemplatiuis, quòd tantam licentiã dat Deus hoſtibus ſuis Dæmonibus, & hominibus, vt omnia ſic ſubuertant, quaſi mundus verè ſit ſatanæ regnũ, & verè dixerit. Hæc omnia mea ſunt. Corrumpunt mores, turbant pacem, inquietant regna, replent omnia vanitatibus, immunditijs luxu &c. Peius eſt, quod turbant fidẽ quòd in ſacrario, in ipſa religione, & cultu præuaricantur; ita vt magna mundi pars iam neſciat quid credere debeat. tollunt leges, cerimonias, ſoluunt vota, ſacramẽta &c. Amplius dolendum, & certe, magnum eſt argumentum diabolicæ iniquitatis, quòd in his non modò carnales & ſeculares impetant: ſed & ex ijs qui arctam ſeruitutem, & amicitiam Chriſti. i. viam perfectionis profitentur, Religioſi cænobitæ, epiſcopi, ſic ſic ſtellæ de cœlo cadunt: ſic ſol ecclypſatur; ſic ſal infatuatur: Turbant hæc merito; pene, inquit Ille commoti ſunt pedes mei. Et Paulus. quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? Habent tamen ſpirituales, qui mundi ſunt iudices, vnde etiã in his fracturis, & lapſibus confortentur: vel ſaltem non confundentur, quod ſi foris, non tamen intus, ſi coram hominibus, non tamen coram Deo. Plura enim ſunt quæ conſolantur. Primum quòd infortunium hoc Dei non eſt res noua, ſic enim ſemper ab origine mũdi mixta ſunt mala bonis, quin ſæpe mala ſuperant bona. In domo Adam, Cayn, In domo Noe, Cham, In domo Abrahæ, Iſmael: Iſaac, Eſau: Dauidis Abſalon. Chriſti Iudas proditor, Petrus negator, cæteri omnes transfugæ nec tam corpore quàm animo deſertores: Omnes ſcandalum paſsi, & carnis, & ſpiritus. Patientem dereliquerunt: ſuſcitatum vix credere voluerunt, teſtantibus mulieribus, demonſtrantibus Angelis. Tandem læti dicunt omnes Vidimus Dominum. Et tamen adhuc vnus Thomas pertinax eſt, quis non miſeretur laborum,

Marginal notes: Matth. 4. (beside "ſit ſatanæ regnũ"); Pſalm. 72. (beside "Turbant hæc merito"); 2. Cor. 11. (beside "Ille commoti ſunt pedes mei. Et Pau-").

rū,& patientiæ Chriſti? Non ergo no
ua res eſt, malorū mixtura, & ſancto-
rum caducitas. Secundū quod con-
ſolatur eſt, quòd hæc caſu non ve-
niunt', ſed prudentiſsimo conſilio à
Dei prouidentia permittuntur, ſcit
illc omnia vt patet de duritia Pharao
nis, quam prædixit, Et tamen tole-
rat, non ſine magna ratione, & qui-
dem optima. Niſi, Inquit magnus
pater Auguſtinus niſi & poſſet & ſci-
ret, & vellet ex quocunque malo, bo-
Matt.18. num elicere, non permitteret. Ha-
1.Cor.11. ctenus ex omnibus eduxit bona, cre-
dēdū eſt idem de futuris. Neceſſe, in
quit, vt veniant ſcandala. & Paulus
oportet hæreſes eſſe. Audite iam
cur ita oporteat:

• In primis ex hoc Sanctorum lapſu
acquirit ſibi Deus honorem, & glo
riam, quam ſolam ex tota mundi mo
le requirit. Nam vel caſtigat, vel cor
rigit mala. Si caſtigat & punit, & glo
rificatur eius potentia & iuſtitia, per
Rom.9. pœnam corrigens culpam. Ita dicit.
Glorificabor in Pharaone. volens
oſtendere diuitias gloriæ ſuæ, ſuſti-
nuit vaſa iræ. Ita chorus ille ſanctarū
& ſanctorum cecinit. cantemus
Domino, glorioſe. n. magnificatus
eſt &c. Si vero corrigit, & emendat,
Pſal.102. glorificatur eius ſapientia, Si parcit;
Miſericordia. cuius opus eſt pecca-
Pſalm.50. torū Iuſtificatio. Benedic anima mea
domino &c. Tūc acceptabis ſacrifi-
ciū iuſtitiæ &c. Dirupiſti Domine
vincula mea: laqueus cōtritus eſt, &
nos liberati Sacrificabo tibi hoſtiam
laudis. Ita hodie ex 'I homę īſtructio
ne cōparat ſibi Chriſtus hos titulos
quod vocatur Dominus meus, &
Deus meus. Acqrit deinde peccator
ipſe ex lapſu ſuo, dum Dei manu
erigitur, magnum bonorum cumu-
lum: vt vere dixerit Paulus. Diligen-
tibus Deum oīa cooperantur in bo-
num, & addicit Auguſti. terribilem
illam ſentētiam. etiam ipſa peccata.
Nam ex peccato reſurgit homo. Pri-
mò humilior, Ita Dauid. Bonum Pſalm.118.
mihi, quia humiliaſti me. Ita Petrus
didicit in domo Caiphæ non præſu-
mere: quare interrogatus poſt lapſum
Simō diligis me? qui olim tam alte
de ſe pollicebatur, vide quāta humili
tate reſpōdet. Tu ſcis Dñe, tu omnia Ioan.21.
noſti, me ipſum melius noſti quā ego
met. Et Thomas noſter, qui ante,
tot quærebat experimenta ad creden
dum. Niſi videro, tetigero &c. Vi-
de quanta mox humilitate clamet,
Dominus meus & Deus meus. Se-
cundò, Cautior ad euitanda mala.
Beatus qui ſemper eſt pauidus. Augu
ſtinus: Audeo dicere, Superbis vti-
le eſt cadere, Sapien. qui tentatus
non eſt, qualia ſcit, vrget: ideo Pau- Eccl.34.
lus qui putas te ſtare vide ne cadas,
Et Ioannes tene quod habes. In tēpore
bonorū, memor eſto malorū. Ter-
tio: dulcior erga fratres cadētes, ob 1.Cor.10.
hoc pmiſſum eſt, vt Petrus futurus
eccleſiæ vertex, & paſtor oīum, ca-
deret, vt paſceret in ſpiritu lenitatis,
memor ſuæ infirmitatis, alienæ com
pateretur. laui, inquit Chriſtus in Ioan.13.
cœna, pedes veſtros ego Dominus
& Magiſter, ſic decet vos alter alte-
rius lauare pedes. Quartò, feruen-
tior, videt enim ſe multum temporis
contriuiſſe, videt ſocios præcurriſſe
vt ergo redimat tempus, ſollicitat
curſum. Ita pdigus ille recuperatus,
omnia vult facere & fieri in domo
patris. Fac me ſicut vnum ex merce-
narijs. omnia feram tantum vt tecum
ſim: quis exprimat hodie feruorem
Thomæ coram agnito domino?
quanto cum ſpiritu agnoſcit & fate-
tur dominum, ſeſeq; obligat ſeruum

Adorat

Adorat Deum tota latria cordis: ut
&c. Anima mea liquefactá eſt vt di-
lectus locutus eſt. Tot commoda lu-
craiur peccator ex lapſu, à quo per
Dei gratiam ſubleuatur.

Verum & hæc cernentes multa
lucrantur ſpectatores, Si iuſti ſunt
ſibi timent, quádo vident ſic ſanctos
labi ob hoc dicit Ioannes. Thomas
vnus ex duodecim non publicanus,
non carnalis, non remotus: ſed vnus
è duodecim illis Chriſti comitibus,
amicis, creaturis. Et ecce quá aber
rauit, poſtremus redit omnes teſtan-
tur. quod verum eſt: non credit. quis
iá de ſe præſúmat, quando columnæ
tremunt, ſtellæ cadunt è cœlo, Apo
ſtoli non credunt? Si lapſi ſunt (vt
multa eſt infirmitas) in culpa nón diſ
fidunt: exempla repetunt, Dauidis,
Manaſſe, Petri, Thomæ, ſecũdũ mul
titudinẽ miſerationum tuarum &c.
Ita iũuat meminiſſe quá durus in cre
Pſalm. 50. dulus fuerit Tho. quot experimenta
viſus, & tactus voluerit ad crédẽdum
nobis omniaproſunt, & fidem firmio
ré reddũt, vt nõ dubitemus nos, du
bitatum eſt ab illis vt non quæramus
videre & tangere nos, vidit & tetigit
Thomas: & meminiſſe quam patiẽs,
benignus ſui prodigus exhibitor fue-
rit Chriſtus. Infert inquit digitum
tuum &c. vide, tange, palpa, fac
quod lubet & noli eſſe incredulus ſed
fidelis. In hac etiã ſpe & propoſito
reſurgendi, à peccatis, diſcunt quod
facere debeant, cum à Dei gratia
præuenti ad reſipiſcendum prouocã
tur. legunt cineres, & cilicia Daui-
dis: Ieiunia Niniuitarum: lachrymas
Petri: legunt hodie ſanctam hanc
Thomæ confuſionem ſpiritus, qua
à Chriſto monitus totum ſe illi tradit
d. Dominus meus &c. ſciunt quid
fecerit deinde in obſequium huius
domini ſui, & Dei, quot labores per-
tulerit, quot pericula ſubierit; quot
damna paſſus fuerit ob eius nomen,
& gloriam. ſeruus intrepidus, apud
Medos, Perſas, Hircanos, Brachma
nas, & indos, inter quos, tot, ſci-
licet Inimicorum Chriſti millia ſolus
Euangelium prædicáuit. innumeris
miraculis confirmauit. Tandem ad
ignes, ad candentes laminas, ad for
nacem ardentem quæſitus, ad gla
dios & lanceas uocatus, omnibus ſeſe
conſtãtiſsimus, & feruẽtiſsimus Chri
ſti confeſſor, ob Domini, Et Dei
ſui gloriã obiecit; nunquá ſupplicio
rum ſatur, nunquam ſat ſibi feciſſe,
dixiſſe, pertuliſſe viſus, vt increduli-
tati ſuæ qua olim Domini ſui boni-
tatem læſerat, ſatisfaceret: quo vſque
corpus ſuum ſimilibus coaptaret, &
conforme faceret, corpori Domini
ſui, in cuius fiſſuras, & látus olim ĩcre
dulus manus; & digitos inferre vo-
luit. Si ſic mundi ſcandala, ò chariſsi
mi, ſi ſic ſanctorum lapſus diiudica-
mus, vtique ſtabimus in fide, & om-
nia in Dei gloriam, & fructum no-
ſtrum retorquebimus. vnum hoc ver
bum ex omnibus retinentes, & cordi
bus noſtris imprimentes: quo bona
& mala bono animo perferamus, &
vitam & mortem noſtram beatifice-
mus, dicentes Dominus meus, &
Deus meus, Sit nomen Domini be-
nedictum. Amen.

IN VIGILIA
Natiuitatis Domini.

QVi mẽtem, & cor habet
ad diſcernendũ naturá
malignam peccati, quã
pudenda origo, quam
infœlix finis eius eſt,
quantum præiudicat.
Deo, mundo, & ipſimet peccatori.

Deo quòd eius voluntatem violat, & bonitatem offendit. illam quam vniuerſæ creaturæ reuerentur; ſolus homunculus audet offendere, & tanta facilitate, in omnibus quæcunque facit, cogitat, Deũ offendit. Mundo, quòd totum peruertit, & ex domo, ac ſanctuario Dei, in quo toto debet ſeruiri Deo, ſcęnã, & theatrũ ſatanę facit in qua ſatan dicit, hæc omnia mihi tradita ſunt. qua ratione vocat illum Chriſtus principem, & Paulus Deum huius ſeculi. Peccatori, quòd mentem implet tenebris, affectum iniquis paſsionibus, vitam ſcandalis; vt cum ductore ſuo diabolo, viuendo, iram ſibi theſaurizet: moriendo iudicium. Qui ſic poteſt cognoſcere graue pōdus peccati facile etiam poterit diſcernere quãta fuerit Dei patris miſericorda, & clementia, qui tandem inclinauit ſe ad parcendum peccatoribus, ad remittẽdum offenſam, ad recipiendũ hominem rebellem in gratiam: Quantum etiam fuerit opus Meſsiæ, qui per patientiam, humilitatem & obediẽtiam hoc potiſsimum molitus eſt, vt placaret iram Dei, & domini peccatori, impetraret remiſsionem pecatorum, eriperet à manu ſatanæ & reſtitueret in gratiam Dei, & ſpem gloriæ: Opus hoc omnium maximum, ipſa etiam creatione maius, diuinum fuit quoq; ſine ipſamet deitate expediri nō potuit. Opus à ſanctis patribus perpetuo imploratum: veni Domine, noli tardare, relaxa facinora &c. Opus à Deo ſemper promiſsum. prophetijs & Imaginibus ornatum: ſeruatum, tamen ad plenitudinem temporum, vt erat plena & ſuprema gratia, plenitudinem ferens pacis, lucis, vitæ, & ſalutis. ex hoc quod afferebat remiſsionem omnium peccatorum: pacem ijs qui longe, & prope per Meſsiã legatum pacis, qui ad hoc potiſsimũ venit, vt ſaluaret populum ſuũ à peccatis. Et quoniam debuit mediare, debuit etiã participare extrema, atque ideo qui Deus erat, fieri hõ. Debuit ſea natura fieri ſalus, in qua facta fuerat culpa. Debuit qua ſi per ius ſanguinis velut hæreditas transferri ad fratres cohæredes. Debuit ea oia pati q̃ natura peccatrix pati ex culpa debuerat. ꝑpter hæc omnia debuit fratribus aſsimilari & vere hominem fieri, qui tantam ſalutẽ hominibus afferebat. Vt vero tantum opus, quantum erat deitatis humanatio, modis etiam mirabilibus promoueretur. delecta eſt ad hominem hũc formãdum, virgo Mater intemerata Alma illa de qua Ioſu. 7. Vtque mirabilis hæc maternitas, & celaretur, & decoraretur, & conſolaretur, decretum eſt, vt virgo Mater, deſponſaretur viro. Sic enim prętextu viri, & myſterium infidelibus celabatur, & ſatanæ ipſi difficile erat, vt ſi factum agnoſcebat id eſt virginitatẽ matris intactę: facti tamen modum & rationem ignoraret, Sic puero prouidebatur, vt non contemneretur velut ſpurius: vt ẽt haberet curatorẽ, nutritium in tot aduerſis: ſic Matri proſpiciebatur, vt nõ haberetur adultera & tanquam talis iudicaretur, vt etiam comitem, & conſolatorem haberet. Sic inſtituebatur ſupremus gradus Matrimonij, qui ſtat cum cœlibatu perpetuo, & tamen verum eſt matrimonium.

Ipſ. 2. [margin]

Cum ergo, inquit Mattheus, deſponſata eſſet &c. Cohabitant ſimul ſancti conſortes, ambo iuſti, ſancti, virgines, mutuo ſe conſolantur, nullum eſt in orbe fœlicius, nullum ſanctius matrimoniũ; abeſt mixtio ſanguinum,

guinum, ſupplet vnio voluntatum, animorum, votorum, vna mens; vnum cor. Et ecce quod tantam vnionem turbat; vt exerceat ſuos Deus etiam ſanctos affligit, vt probet & augeat donis.

Antequam Conuenirent, quin dū perpetuo abſtinere à cōgreſſu volunt, inuenta eſt, ſic deſcribit euangeliſta, quaſi rem inexpectatam, caſualem, cuius nulla cauſa inueniri poteſt, habens in vtero. Archa Dei eſt plena manna, ſanctificauit domum ſuam altiſſimus, Dominus eſt cum ea, & in ea. Non celat ſe ob hoc virgo, iam mater effecta; libere conuerſatur, non fugit aſpectum viri, Iuſta conſciētia tutā facit, Obſeruat vir, & ecce videt vterum tumētem, & in dies augetur tumor, ita quòd graui dam intelligit. Vah quæ lingua narrare poteſt, quātum ſuper hac re angitur optimus & amantiſſimus vir, quæ cogitat, quibus torquetur modis. Nulla ſanctior, iuſtior, purior iſta; & eſt grauida: lucēt in eius facie gratiæ omnes, In uita virtutes omnes; mouet verbo, & exemplo, ad bona oia: & eſt grauida? Abſtinuit vir à complexu ex reuerentia tantæ integritatis, adductus ipſe ad votum cœlibatus, vt eam imitaretur, & conſolaretur, & eſt grauida? quis hæc componat? Quid vero facit vir iuſtus, ſanctus, ſimplex, vxoris ſanctiſſime ſtudioſiſſimus quid? traducere, infamare, periculis legis obijcere, nō vult, non poteſt, conſcientia teſtis angelicæ puritatis non patitur: ferre, alere domi, quottidie habere ob oculos vxorem aliunde grauidam duriſſima conditio eſt. Quid ergo? ſtatuit occulte dimittere, & ſequeſtrare. Virgo Mater omnia nouit, oculos viri immutatos, verba ſubamara. ſcit cauſam, rem prodere diuinam nō audet. dolorem viri excipit amaro animo, ſic tota domus turbata eſt; ſtatuit tamē virgo rem Deo cōmittere vt ipſe rei auctor prodat, & tempeſtatem ſedet Ita Dauid. Iacta curam tuam in domino Petr. Omnem ſollicitudinem proijcientes in eum: Ita & virgo. Pſalm. 54. 1. Petr. 5.

Non deeſt diuina clementia timētibus ſe, prouidet ergo vt hi dilecti ſui quiete, & ſimul cohabitent, aperit ſecretum viro.

Ecce Angelus Domini &c. qui Zachariæ, qui virgini Matri myſterium reuelauit, aperit & Ioſeph. Noli timere, bono & ſecuro ſis corde, nihil eſt quòd timeas mali, aut ſuſpiceris accipere coniugem tuam, tibi commiſſam ex ſpeciali priuilegio vt vir ſis, & cuſtos Dei, vt pater habearis & curator ſis filij Dei. vt reuelentur tibi myſteria, quę nemo principum huius ſeculi nouit, ſis ergo vir, ſis comes ſis, conſolator perpetuus virginis tuæ. Quod in ea natum eſt; quod vterum replet, è ſpiritu ſancto eſt, Ita debuit ſanctū eſſe ſemen in quo gentes benedicendæ ſunt. Ita è ſpiritu ſancto formari humanitas illa, q̄ datura eſt ſpiritū ſanctū, non tantum vt miniſtra Deitatis (ſic dant ſacerdotes noſtri) ſed vt inſtrumentū. Ita decet Meſsiam qui caput eſt ſeculi ſpiritalis è ſpiritu ſancto formari. Vt intelligas, ſicut in Deitate ſunt duæ productiones vna naturalis filij, alia amoroſa ſpiritus ſancti. Ita duo ſecula creata: vnum naturæ ab Adam ad Chriſtum; alterum gratiæ à Chriſto ad mundi finem: decet ergo Caput & ſpiritale, è ſpiritu ſancto formari.

Pariet filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Auctoritatem, nomi-

nādi dat,ſimulq; iuriſdictionē pater-
nā ī puerū, qua rōne & illi ſubiectus
fuit. dicente Luca Et erat ſubditus il
lis. Nomen cœleſte,negociū cœleſte
& maximū inſinuans. Cur.n.Ieſus?qa
ſaluator. Et ipſe ſaluum fa.p.ſuum à
peccatis eorum. Grauiſsima eſt ſen-
tentia, totum euangelium, & Chri-
ſti negocium continens. Hoc illud
magnū, & ſupremū opus eſt de quo
dicebamus quod maximis et grauiſsi
mis verbis Aug.inſinuat d.Ipſe & ipſe
vnus:In ſemine,nō in ſeminibus: Ma
gnus hic promotor; Exaltabitur,
Eſa.51. eleuabitur, ſublimis erit. Saluum fa.
Rarum ſalutis genus. Salute æterna:
non confundemini, neque erubeſce
Eſa.45. tis in ſempiternum. Populum ſuum:
Non Iudæos tantum: patet quòd ad
Eſa.1.11. populum Meſsiæ pertinent gentes.
49. quòd locum habebunt in ſanctuario
Eſa.56. & inter Leuitas etiam, & Sacerdotes.
1.tim. Non Iudæos omnes, quin paucos.
Ierem.3 Vnum de ciuitate & duos de cogna-
Roma.9. tione. Paulus, & Eſai. ſolæ reliquiæ
Eſa.10. conuertentur. Cæteri excæcati ſunt:
Eſa.9. Pſalm.77. Qui; quales;Occidit pingues eorum
&c. Erit in petram ſcādali duabus
domibus Regali, ſcilicet, & Sacer-
dotali.Quis ergo populus? Domus
Iuda .i. confitentium.Et Iſrael.i. præ
ualentium. De duplici Iſrael tractat
Paulus ſecundum carnem,& ſcūdum
Gal 3. ſpiritum & concludit ad Gal. qui ex
fide ſunt benedicentur. hi ſunt po-
pulus Meſsiæ,hos ſaluos faciet.

A Peccatis eorū hoc ſupremum
ſalutis genus, dignum laboribus, &
ſanguine Meſsiæ. Peccatum infecit
mundum: remiſsio peccatorum re
ficit.hanc ſecum adfert Ieſus conce-
Eſa 7. ptus in vtero Virginis. Et hæc, in-
quit Matt.eſt Illa virgo, de qua .Eſa.
hic Ille Emanuel nobiſcū Deus; Si
hebræi nō percipiunt. certi ſumus
quod euāgliſta nō mentiť quare humi
les & læti expectamus conceptū &
iam iā naſciturū. Clamat ec clesia:
Ecce completa ſunt omnia quę dicta
ſunt per Angelum: craſtina die erit
ſalus, qua craſtina die delebitur ini-
quitas &c.

IN DIE SANCTO *Natalis Domini.*

Paruulus natus eſt nobis &c. Eſa.9.

SI Solus Deus poteſt hominem contentum facere, delectare, nobilitare, ſanare, cum ſit ipſamet virtus, pulchritudo, maieſtas,& ſalus, quid mirum ſi hodie eius natiuitate, lætantur, & exultant omnia ligna ſiluarum; omnia rerum, & creaturarum genera; cœli, terræ inferi, quæ ſub, & ſupra: quæ longe, & prope? Stāt Angeli inter cœlum& terram iubentes, & magna voce exigentes gaudium. Cur? quia Natus eſt nobis Saluator hodie. Et cæterā turba ſpirituum collætantium, narrans fructum facti huius, addit: Glo Ioan.1.
ria in exc.Et in terra Pax.Hi ſunt Angeli illi aſcendendentes, & deſcendētes ſuper filium hominis de quibus. Aſcendunt, & vident Deum glorificatū,& ex hac gloria nuper inſtaurata lætatur ipſemet Pater & illi collætātur omnia ſupera,quibus nil precioſius eſt, quā Dei gloria. Deſcendūt mox,& vidēt hoc eodem verbo, Terram pacatam, quæ prius tota agitata procellis fuerat: Ita quòd inter omnia bonorum genera nullum poterat ſibi opportunius dari,quā Pax.Erant iræ inter Deum & hominem: Inter

homi-

hominem, & hominem, Iudæum, & Græcum: in homine vno inter carnem, & ſpiritum: in eodem ſpiritu inter voluntatis motus, & rationis. En tandem ipſamet pax, pacificans omnia: qua ratione dies iſta letiſsima eſt, & amabiliſsima: Deo noſtro glorioſa; nobis pacifica & gratioſa: Tantum ex hoc quòd Natus eſt hodie nobis ſaluator. Adeſte chariſsimi, expedite mecum fortunas communes: & bona infinita quæ nobis Natiuitas iſta contulit. Annuntio vobis gaudium magnum à quo nulla excluditur creatura, niſi infœlix turba Dæmonum & Damnatorum: contemplabimur primum, qualitates nati Saluatoris, & adorabimus: deinde commoda ipſa noſtra narrabimus, & perfruemur. Silete:

Iud. 13. Paruulus natus eſt nobis &c. Debile eſt principium ſe ſe accommodans ſenſui noſtro, qui nihil hodie videt niſi paruulitatem: ſed tamen habet medullas precioſas, quas quidem certis nominibus exprimit Eſaias: Nomen vnum tanta non fert, quare adduntur plura, & ipſa quidem grauiſsima, Vocabitur, inquit, nomen eius, Admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſeculi, Et tãdem dat vltimum, ſed maximum, ſed nobis principaliſſimum: princeps pacis. Hæc nos ſingula ponderabimus, & dabunt procul dubio nobis integram, & abſolutam ſacti cognitionem; natique maieſtatem, & fructum explicabunt; non enim ſunt nomina inania, aut temere poſita: ſed maximis rationibus à ſpiritu ſancto indita, Eſt itaque puer noſter.

Primo admirabilis. Vt ſuperat omnem cõceptum, naturam, artem, ideo mirabilis eſt, quid quæris nomen meum quod eſt mirabile? Certe eſt mirabile, quod diuinitas humanetur: quòd dominus ſeruiat, quòd virtus ipſa patiatur, Et tamen eſt, Dioniſius magnus dixit: Nobilis eſt amor, qui Deum hominem, & homines Deos facit: Abſconditus erat, inuiſibilis; gloriabatur quòd faciem eius nemo videre poterat, Et ecce in terris viſus eſt inuenietis infantem, iam enim inueniri poteſt, in loco cõmuni, aperto, in diuerſorio, omnia clamant vt videant, Altus erat ſuper omnes cœlos gloria eius, En quàm demiſſus, reclinatus eſt in præſepio, ad quem pauperculi omnes audent accedere, publicani etiam & meretrices. Bernad. Niſi Gigas ille ſe diſſet in terra, populus ad eum non acceſsiſſet, Magnus, erat, & immenſus, Et paruulus factus eſt, in paruula humanitate totus concluſus; In paruulo vtero; ingreſſus ſine offendiculo, Egreſſus itidem ſine vllo pudoris damno; portatus ſine grauamine; tam paruulus eſt, Mater grauida aſcendit in montana, fœtus non impedit, quin potius iuuat. Exit hodie è beato illo ventre tanta facilitate, quaſi flos de radice; radius à ſole, ſine dolore parit Mater intacta: modicisque panniculis inuoluit, omnia ſufficiunt paruulo. Diues factus eſt, pauper eſt pannis, lecto, tecto, nihil magis in eo lucet quam paupertas: pauper corpore, fortuna, pauperior ſpiritu. Nonne in his omnibus eſt mirabilis? nonne nomen conuenit rei? Sed cogita naturas ſingulas, Deus eſt, quid mirabilius? Magnus Dominus & laudabilis nimis. Homo eſt ſine homine conceptus, quid magis ſtupendum? Matrem habet, ſed virginem, quis vnquam audiuit talia? Caro eſt, ſed ſtatim organizata, quæ natura hæc ſuſtinet? Anima eſt nuper creata, ſed plena luminibus & ſcientijs: Pſal. 144.

tijs:

tijs:quæ alia? Beata eſt, ſed in partibus aliquibus ſubiecta triſtitiæ. Duæ naturæ ſunt, non compoſitæ, nõ mixtæ, non tranſmutatæ, non appoſitæ, & faciunt vnam perſonam ex tribus eſſentijs, Deitate, anima, corpore, vbi natura aſſumit alteram, tantoque vinculo & amore ſibi coniungit, vt neq; mors ipſa ſeparet: ſeparat quidem animam à corpore, ſed neutrum à Deitate. Sic ergo totus eſt. Admirabilis.

Secundo conſiliarius. Bernar. Magnus & admirabilis, factus eſt paruulus, & amabilis. Conſultor eſt, & infallibilis, ipſa Dei ſapientia, quare præcipit pater, ipſum audiri. Conſulit enim paradoxa quidẽ, & aliena carni & ſanguini, quorum cõſilia infatuat: ſed tamen conſulit optima. Qui de terra eſt, de terra loquitur: Hic dirigit ad æterna.

Tertio Deus fortis. Ne paruuli infirmitas offendat, Deum vocat, non abuſiue, non participatione, non ex myſterio, ſed vere Deum in paruulo latentem: & Deum fortem ſic ex amore hic debilitatum, & vinctũ faſcijs, qui & amore ligabit funibus, firmabitur clauis, claudetur in monumento, Interim tamen ſua robora retinet vix natus cõterit cor Herodis Regis & ſinagogę, verbis gr̃æ omnibus dominatur, etiam diabolo. Factis omnia vbi vult ſibi ſubijcit. In ipſa morte, vbi fractus, debilitatus, victus omnino videt fortiſsimus eſt, requieſcit vt leo de hoſtibus fortiſsimis optima refert ſpolia, triumphans illos palam traductos in ſemetipſo. Mors & vita duello conflixere mirando: Dux vitæ mortuus regnat viuus Pone me iuxta te & cuius vis manus pugnet cõtra me. Tam fortis eſt hic, puer noſter.

Quarto. Pater futuri ſeculi. Primi ſeculi pater peccator fuit & peccatũ peperit. & per peccatum mortem Secundi pater eſt Chriſtus iuſtus iuſtificãs tollens pc̃tã mundi. Pater ille culpæ, hic gratiæ. quare ex huius patris nomine vocamur chriſtiani. Pater etiam erit futuri, & æterni ſeculi, cum pręſentabit patri regnum, vt regnet in æternum.

Quinto. Princeps pacis. Nos pacis filij, & hæredes quotquot Chriſti ſumus. Chriſtus ipſe princeps, author Dominus pacis eſt, pacem habet, pacem dat pacem cogitat, ab æterno, cum pace naſcitur, in pace viuit, pacẽ docuit, In pace mortuus eſt, in pace ſuſcitatus. Pacem per Apoſtolos miſit: Ipſe, & eſt pax noſtra. Guſtauit eum Simeon, & ſtatim petijt Dimitti in pace. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ: fructus vitæ & mortis eius, Pax eſt. Precium ſanguinis eius Pax eſt. Ideo data diſcipulis pace, Oſtendit eis manus, & pedes quaſi diceret Et quanti empta eſt pax veſtra, quare naſcenti hodie merito canunt Angeli: Gloria in excel. Et in terra Pax: quibus verbis potiſsimos fructus huius ſanctę natiuitatis exponũt. Et hos nũc paucis contemplabimur. Adeſtę hilares, & audite veſtras fœlicitates:

Pax illa quam adfert nobis, hodie Princeps pacis Deus, fortis, non eſt humana, aut mundana aut terrena, ſed cœleſtis, ſpiritualis, & Diuina, quæ (vt Paulus) exuperat oẽm ſenſum, Sic .n. ſpiritum totum pacat: vt ſubiectũ in mirabili quodam ſilẽtio faciat ſpiritui ſancto, vnde omnia in ipſo inſtaurantur. In primis autẽ illuminatur fide, & aperitur illi cor, vt è tenebris eruatur, in quibus & Deũ & ſeipsũ ignorabat, ſupra ſe parum proſpiciens, ſenſibilia tantum quædam contemplans, & hoc

non

non ſine erroribus. Habitantibus ergo ſic in regione vmbræ mortis, lux orta eſt. Ita hic omnia lucida, claritas circunfulſit paſtores. Stella Magos ducit, Romæ triplicatus eſt Sol. Paruulus enim hic eſt vera lux, quæ illuminat omnia. Deinde ſpes in affectione commodi corroborat, vt confidamus omnia à patre per hunc filium nos habituros: quando ſic filio non pepercit, ſed tradidit illum. quomodo non omnia cum Illo? A Filio et oĩa, qñ nobis natus, nobis & datus eſt: quando os noſtrum & caro noſtra eſt. Nemo carnem ſuam deſpexit. A Matre etiam, quando mater eſt gratiæ & miſericordiæ. Mater etiam noſtra. Mater vera Saluatoris, Mater adoptata peccatoris. Monſtra te eſſe matrem &c. Ita Maria Aegyptiaca modo ad filium, modo ad matrem orando ſe uertebat: & omnia ſemper impetrabat. Ecce Deus ſaluator meus fiducialiter agam, & non timebo. Tertiò charitas inflammatur. Nam amor mittit. Sic Deus dilexit mundum. Et Paulus: Deus qui diues eſt in miſericordia, ꝓpter nimiá charitatẽ, qua dilexit nos &c.

Eſa. 11. Ioan. 3. Epheſ. 2. Sol quo magis appropinquat, magis calefacit. Eleuat vapores à terra tranſmutat in pluuiá & roré: & terrá impinguat. Sic amor hic calefacit pectora noſtra, eleuat amores à terra & tráſmutat. pſalm. inflammatum eſt cor meum renes mei commutati ſunt &c. Ita alios facit mores, replet virtutibus. noua omnia fiunt. Paſtores demittunt greges: Magi regna, Symeon ſeipſum. Hic noſtra maxima delectatio tanquam in ſimili, hic paſcua duplicata, vt ĩgrediamur & egrediamur ad Deum, ad hominem, vbique paſcua, & delectatio. Hic noſtra nobilitas quádo tam magno ſup poſito natura noſtra eſt copulata; Cum gória aſſumpſiſti me. Gloriatur in hoc Paulus. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ. Hic tandem noſtra ſalus & medicina. eſt enim Saluator & talis eſt nobis natus Ex carne noſtra morbus: Ex carne noſtrá ſalus. ſic æquitas vult: ſic myſteriũ latet, ſic mors ipſa fallitur in noſtra mortalitate, ac ita in ſuo errore perimitur in vita. Hebr. 2.

Merito igitur Angeli iubent lætari nos, & exultare, nam omnia hic ſunt fœliciſsima, tum quæ ad Deum patrem attinent, quando hic mirifice glorificatur. Tum quæ ad nos, nam terra noſtra pacem ſuſcipit & bonorum omnium pignus, per eum qui ad eá ferenda, & impartienda natus eſt, & datus eſt nobis. Amen.

DE TRIPLICI *Natiuitate verbi.*

Homilia Prima.

NAſcitur ſua intrinſeca, & naturali proprietate Sacroſanctum Dei verbum, naſcendoque accipit eſſe, tanta cum fœlicitate, & fœcundite, quod & idem eſſe ſecundum totam ſubſtantiam rependit atque cõmunicat. Ita ꝙ remanet verbum productum, & producens. Ex eo quòd producitur beatur ipſe in ſuo eſſe. Ex eo quòd producit, beat, & eſſe dat.

Naſcitur ab æterno ex Deo Deus, ex beato beatum. ſtatimque in eodem inſtanti temporis & naturæ natum rependit patri quicquid habet ab eo, ſicque ſimul ſpirant amorem in

finitum ſpiritum ſanctum. Ea natiuitas lætificat cœlum, ac beatificat. Tum intrinſece, quod pertinet ad ipſam Deitatem quæ ſumma iſta, & infinita opera ab æterno molitur, & in his beatur, Tum extrinſece, qđ pertinet ad creaturas beatas, quæ eorum bonorum fruitione fœlicitantur.

Naſcitur in tempore ex muliere vir, & naſcendo accipit eſſe nouum, ideſt humanum ex matre cuius eſt verus filius, quando in eius vtero veram carnem, & veram animam ſuſcipit: Statimque rependit, ac communicat Matri, & aſſumptæ naturæ, quicquid habet, corpus, animam, Deitatem. Dat autem in odorem ad conſolandum, in precium ad redimendum in exemplum ad inſtituendum. Natiuitas hæc lætificat terram, ita, quod ſola eius memoria diem hanc nobis ſolemniſsimam facit, qua exultāt omnia ligna ſiluarum.

Naſcitur tandem in ſpiritu, impreſſus, & expreſſus in mente noſtra: impreſsio concipit; expreſsio parit, fitque naſcendo dominus humani cordis, quod ſibi naſcendo in eo appropriat. Natum itidem ſe totum cū omnibus bonis ſuis infundit homini, & cōſortem facit naturæ ſuæ diuinæ vt teſtatur D. Petrus. Natiuitas hæc ſpiritualis animam totam lætificat, & ſanctificat. In prima ergo natiuitate æterna verbū ex Deo naſcitur Deus. In ſecunda temporali, ex muliere naſcitur homo. In tertia ſpirituali, ex ſpiritu naſcitur ſpiritus. Prima dat illi eſſe Diuinum. Secunda humanū. Tertia ſpiritale. Prima radix eſt omnipotentia patris. Secunda ſapientia filij. Tertia charitas ſpiritus ſancti. Prima dat obiectum fœlicitatis. Secunda meritum. Tertia fructum: Prima dat verbum ad fruendū. Secunda ad videndum. Tertia ad guſtandu. Prima mirabilis eſt, & glorioſa; Secunda amabilis, & gratioſa. Tertia vtilis, & fructuoſa: ſic tamen vt vnaquæq; ſit mirabilis, amabilis, & vtilis, glorioſa, gratioſa & fructuoſa. Quare & ſimul omnes inſtruunt fidem mouent, affectum, informant vitam.

Has tres Diuini verbi natiuitates diebus his contemplandas catholica, & ſancta nobis poponit eccl ſia, Et hoc eſt myſterium trium miſſarum in hac die, ſic tamē vt primam æternam tanquam ineffabilem & i pcrceptibilem adoremus in Deitate, in qua Deus è Deo, lumen de lumine naſcitur ab æterno. Secūdam ſemel factam in Bethleem Iudæ ex matre virgine, quotannis hac ſolenni cerimonia repetamus, ac veneremur, tanquām principium, & ortum ſalutis noſtræ miro cum gaudio. Ambroſius. ſuperat Paſtorum gaudia noſtra ſolennitas. Tertiam quotidie, quoties volumus ī nobis ipſis ex Dei charitate formatam ſentiamus; Deique gratiam qua in nobis naſcitur exprimamus, & exerceamus, quouſque perficiatur, & mutetur in gloriam, ſicque ad primam illam natiuitatem intuendam, tanquam ad ſcopum fœlicitatis noſtræ perducat. De æterna dixit Io. In principio erat verbum. De temporali, Verbum caro factum eſt. De ſpirituali. Et habitauit in nobis. Aeternam nos in ſilentio adorabimus in terris. maieſtatem eius & debilitatem noſtram agnoſcentes: quouſque per Dei miſericordiam poſsimus in lumine, & verbo adorare in cęlis; illa enim (vt diximus) lætificat cœlos. de qua Eſa. generationem eius quis enarrabit? De temporali

Ioan. 1.

Eſai. 53.

porali quę in terris & coram nobis facta eſt De ſpirituali etiam quæ in nobis ;ipſis 'fit , tractabimus. hæc enim ſequitur illam, ita quòd ſine hac parum illa,aut nihil iuuat, quare duas has coniunctim contempabimur, ſecundum tria illa capita quæ iam tetigimus. Primo quàm ſit verbi Natiuitas mirbilis & gorioſa.Secũda quã amabilis & Gratioſa.Tertiò quã vtilis & fructuoſa . Vt ex prima fidem nutriamus , & excite nus Ex ſecunda inflãmemus affectum. Ex tertia vires ſumamus,& vitã inſtituamus.Attendite.

QVOD NATIVITAS Chriſti eſt mirabilis.

+ MIrabile miſterium declaratur hodie, innouantur naturæ, Deus Homo factus eſt: id quod fuit permanſit, & quod n on erat aſſumpſit. Mirabilem, & glorioſam faciunt vtranque verbi natiuitatem, & qua ſemel ex virgine natũ eſt ĩ carne: & qua quotidie naſcit̃ in nobis, miracula innumera, & prodigioſa,q̃ vtranque comitantur . quæ ſi humana prudentia non diſcernit, & guſtat: magna ſui fœlicitate fides, quæ hic inſtruitur,paſcitur,ac nutritur. Sunt miracula in filio.Sunt in Matre,Sunt in ſingulis exteriora fere m͠udi partibus ſunt in nobis ipſis interiora. Prima miracula ſunt ĩ filio nato. In quo ante oĩa lucet miraculũ paternæ charitatis & mĩæ.cuius filius eſt,& à qua traditus eſt , vnde velut è fonte manauit deſcẽdit .n. è ſinu patris,

Ioan. 3. Inquit Ioan. è corde.i. ex amore pa
Ephe. 2. tris . Hæc tãta eſt, ꝙ ſuperat oẽm naturam, & ſpem: admiratus eſt cũ ipſemet filius. Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret &c. D. Pulus. d. Deus qui diues eſt in miſericordia , propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos &c. Ex ipſo autem & in ipſo filio lucet miraculum obedientiæ , qua ſeipſum exinaniuit , & in tantum demiſit, quòd exclamat Bernardus deuotus contemplator. ò mirabile, ſtupendumque ſacramentum: Summus omnium,ſit imus omnium. Sentit onus, & iugum tãtæ obedientiæ prima hac ipſa die qua natus eſt, &
plorauit in præſepio . Primã vocẽ ſi- Sap. 7.
milem oĩbus emiſit eiulans, ſenſit in Matth. 8.
vita,filius hominis non habet vbi re- Matt. 16.
clinet caput, filius hominis vadit ſi- Ioan. 12.
cut ſcriptum eſt de illo,Senſit in mor Luc. 22.
te.Nunc anima mea turbata eſt.Pater ſaluifica me ex hac hora: Et pluries. Pater ſi poſsibile eſt, Trãſeat à me calix.Si deinde ſpeculemur conditiones Perſonæ , omnia ſunt miracula in corpore & anima . Caro concepta ex ſpiritu ſancto, ſine humano commercio.Concepta ſtatim organizata factaque virile corpus. Organizata ſtatim aĩata:ſicq; aĩa hic ĩſuſa. Quòd vnita carni & ſenſui, vt partem hanc reſpicit & refert , triſtabilis eſt; totaque perſona mortalis, vnio enim animæ,& corporis ſeparabilis eſt.Quod vnita eſt verbo& deitati ĩſeparabiliter facit miraculum perpetuæ fœlicitatis & gloriæ: quam ne vſque ad tempus redundet in corpus miraculo charitatis facit, vt nobis inſeruiat.Hinc perpetua illa & prodigioſa mixti Dei & hominis,mortalis, & immortalis, potentis, & infirmi, qua plena tota Chriſti vita vſque ad mortem,quam & hodie ſtatim natus, in præſepio repręſentat. Infirmitatem.ſ.dum naſcitur paruulus: paritur ex muliere,

pauculis pannis inuoluitur, recli-
natur in præſepio, fugit ab Herode
&c. Maieſtatem. dum illi canût An
geli: Illum quærunt paſtores, ado-
rant Magi &c. Idē in tota vita, nun-
quam melius quàm in morte. Secúda
miracula ſunt in matre. Hæc enim
tanto cum miraculo cócipit ex ſpiri
tu ſancto filium hunc, quòd vix ipſa
capere poteſt dum promittitur, Cer
te ad nûtium, pauent Angeli, ſtupēt
cœli, natura non ſuſtinet &c. Filius
eſt fidei, potius quàm carnis. Con-
ceptura portat in vtero ſine grauami
ne, quare ſtatim exurgēs abijt in mon
tana; ac ſi onus ſuum illi uires addat.
Maturū parit hodie ſine dolore, ſine
vllo virginis detrimēto, quaſi radiū è
ſole. Ita ꝙ Mater eſt & manet virgo.
Hæc ſunt miracula corporis de qui-
bus illa Beatus venter qui te portauit
Maiora ſunt in mente, de quibus ad
eam vocem filius dicit Beati qui audi
unt verbum Dei. & cuſtodiunt illud,
de quibus Eliſabet; beata quæ credi
diſti. Incredibile ſine Dei dono eſt.
& prorſus inexplicabile, Quanta fue
rit in hoc partu virginis inſtructio &
Luc. 1. conſolatio: Multi Patrum nolunt
eam in partu ſic ſupra ſe ſublatam, vt
deitatē immediate cōſpexerit Quic-
quid ſit, Emiſſo partu, credibile eſt
ad filium demiſiſſe caſtiſsimos ocu-
los eumque Deum ſuum adoraſſe.
Dic tu ſi potes, quę interceſſerint
inter matrem, & filium, Matrem
myſteria omnia i telligentem, fi-
lium paruulum quide corpore ſed
anima integrum & adultum &c. Ma
ter a, icit filium & v neratur, filius re
ſpicit matrem & conſolatur, mutuus
oculorū cōgr ſſus, habet in enarrabi
les motus & affectus, intelligentias,
amores, &c. Inde omnia conſerua-
bat, Angelos, paſtores, Magos:
verba, modos, facta, munera, ſecum
repetens promiſſa, ſcripturas, prophe
tias, & præterita pręſentibus cōferens
in corde ſuo, verificansque omnia in
hoc partu. Tertia miracula ſunt exter
na in partibus mundi huius, dum exul
tant omnia ligna ſiluarum Ex nocte
fit dies tamē ex claritate Angelorum
pſalmus Et nox ſicut dies illumina-
bitur. Sol cœli huius triplicatur, nam
lux mundi venit ad tenebras: Romæ Pſal. 138.
fons aquæ, fit olei fons. cumulum
gratiæ ſignificans. Templum pacis
humanæ ſtabiliſsimum, ruit, ac Di-
uinæ cedit. Vineæ engaddi in hyeme
florent. Stella apparet in oriente,
& ducit Magos ad ſacru hoc Præ
ſepe, dona ferentes virtutem pueri
noſtri ſignificantia. Nunc noſtra
miracula audiamus. Quarta & inte-
riora miracula huius verbi naſcentis
ſunt in nobis ipſis, dum ſpūs eius in
nobis imprimit, & quaſi concipit ex
nobis exprimitur ſicq; quaſi paritur
De hac natiuitate Paulus ad Gal.
Donec formetur Chriſtus in vobis Gal. 4.
Et iterum Glorificare, & portate 1. ad Co. 4.
Deum in cordibus veſtris. format in
nobis Chriſtus animam per impreſ-
ſionem: corpus per expreſsionem .i.
intus & extra corripit, & exercet nos.
Natiuitas hæc tam nobis eſt neceſsa-
ria, vt ſine hac cæteræ parum iuuent,
vtcunque naſcatur in cœlo, & ter-
ra: nihil ad me ſi dicere poſſum. Ver-
bum Caro factum eſt. non autem di Ioan 6.
cere. Et habitauit in nobis: Caro in
quit ipſemet non prodeſt quicquā,
ſpiritus eſt qui viuificat, quòd Chri- Rom. 8.
ſtus ſit caro noſtra parum prodeſt,
niſi ſit & ſpiritus noſter. Et Paulus.
Qui ſpiritum Chriſti non habet, hic
non eſt eius. Imprimitur itaque in
nobis Chriſti verbum & ſpiritus,
atque ita ſpiritualiter naſcit in nobis

Et

Et in hac natiuitate, acquirit eſſe ſpirituale, & fit dominus humani cordis, hoc priuilegium eſt ſpiritus Chriſti quòd imprimi, illabi, ingredi poteſt in cor & ſpiritum hominis, ꝙ totum ſibi accommodat dicēs vt
Prou.13. olim de Zacheo. Hodie facta eſt ſalus domui huic, qa recipit ſaluatorē. Cor noſtrũ petit .d. Fili præbe mihi cor tuũ: vbi damus, totum ad ſe trahit & in ſe renouat, ex lapideoq́; carneum facit, cor mundũ crea in me. &c.
Pſal.50. Paratum cor meũ Deus &c. Vbi ſic
1.Cor.6. dominus cordis eſt, non eſtis veſtri.
Pſalm 72. pſ. Deus cordis mei. Tum ſeipſum & ſua oĩa bona repēdit, & cõicat cordi, impletque virtutibus, donis ſuis, vt conſors fiat Diuinæ naturæ. Hic fluunt miracula ex omni parte, quæ Deitatis formas in hoĩe exprimunt: intelligentiam ſcilicet, actualem ſummi boni, & amorem quæ veram Dei imaginem in anima noſtra ponunt. Sunt vero miracula in principio in medio, & in fine, quæ eouſque augent, quouſque animam plenè deificent, atque in ſuo vltimo fine reponat. Miracula in principio ſunt, motus, dona, gratiæ quibus ſpiritus ſanctus aĩam mouet, excitat trahit; ex nolēte volentem facit. expugnat mali tiā delet ignauiā, captiuat mentem, inquit Paulus. in ſui obſequium, ſuſtinet infirmitatem, quouſque ſuam faciat. Maius opus hoc eſt, vt Auguſtinus teſtatur, quā cœlum, & terram creare. Miracula in medio ſunt progreſſus & incrementa ſpiritus, quibus
Ioan.4. nouas infundendo gratias, fiet in eo fons &c. animam ſic qualificat, quòd
Pſalm.4. Dei formem facit. Omnipotentem
Ioan.14. ſcilicet ad omnia: Omnia poſſumus ĩ eo qui nos cõfortat. Maiora horum facietis, diceris mōti huic tolle te &c. Sapientē rectè omnia cogitantem, & diſponentem Intellectu illo diuino de quo pſal. Inſtruā te in via qua gra Pſalm. 31
diēris. Permanētem, quietum, lætum in omnibus, ſcio abundare & eſurire. &c. Mihi mundus crucifixus Gal.6.
& ego mũdo. Miracula in fine ſequũtur, tanquam terminus motus, & mobilis, ſumma perfectio, dum gratia terminatur in gloriam: & cor humanum rapitur in finem ſuum vt ſabbatizet ęterna requie inuenta. Tum vere renaſcitur in Deo, & ſe totum dat Deo, totum Deum in ſe recipit; Vereque tum dici poteſt Verbum caro factum eſt: Carnem implet, carnem beat Et habitauit. erit .n. Deus forma & vita qui habitabit in nobis. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

DE TRIPLICI Natiuitate verbi.

Homelia ſecunda. †

Quàm mirabilis, & gratioſa eſt Verbi Natiuitas, videmus verbũ, quod eſt factum eſt, quod fecit Dominus, & oſtendit nobis.

ITa ſe ſe inuicem alloquuntur, Paſtores, quàm primum ab Angelo ſuper natiuitate Chriſti ſunt informati, & excitati ad viſitandum ſanctum hoc præſepe. Videamus verbum. Hactenus fuit viſibile in cœlis; credibile tantũ in terris, & deſiderabile ecce nunc in terris etiam videri poteſt, Cur ita? quia factũ eſt. quod ſua natura eſt inefectibile, per ꝙ facta ſunt omnia. gratia & amore

vincente naturam, factum eſt. Q̃ra virtute, qua manu factum? fecit dñs virtus altiſsimi obũbrauit, & colliga uit extrema hæc diſtantiſsima, nullam inter ſe habentia proportionem aut conuenientiam. Et quomodo nos miſterium hoc penetrabimus? Feliciter quia fecit dominus, Et oſtẽ dit nobis. Ille Angelos miſit ad ex citandũ nos, Ille cor tetigit: ille ocu los aperuit vt diſcernamus. Dictum
Matth. 16. ita olim petro. Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater qui in cœlis eſt. Sic igitur animati Paſtores veniunt ad videndum verbum. Et ingreſsi præſepe inueniunt quod quærunt; diſcernunt factum, agnoſcunt & venerãtur virginem matrem; agnoſcunt & adorant Dominum filium. Ita namque teſtatur Lucas, quòd Cognouerunt de verbo quod dictum eſt ad illos; Et regreſsi ſunt laudantes
Luc. 2. & benedicentes Deum. Ita enim mi rabile eſt hoc miſterium, ita miraculis vndique cumulatum, quod mi rabiliter inſtruit, & exercet fidem: ita quoque amabile, & gratioſum, quòd & affectus mouet, & inflãmat, ꝗ exhi larat, & recreat, cõtẽplantes, ꝙ totũ cor rapit in amorẽ & obſequiũ pueri. Eſt enim miſterium amoris; nõ mirum ſi amorẽ imprimit. Et hoc eſt quod nos ſecundo loco contempla mur, quàm ſit natiuitas vtraque verbi amabilis & gratioſa. Ita Bernardus Magnus erat & laudabilis nimis. Ecce factus eſt paruulus, & amabilis nimis. Conditionem hanc hodie ſacri iſtius Præſepis cum paſt ribus, & Magis contemplamur. Attendite.

Miſterium hoc magnum, maximum amoris, in primis obijcit oculis paſtorum ſingula contemplantiũ, infinitum & ſupremum amorem Dei Patris, nunquá hoc in negocio ſatis repetitũ. Talẽ.n. hic tãtũq; cernimus charitatẽ, ꝙ ſtatim cogimur exclamare ineſtimabilis dilectio Charitatis; vt ſeruũ redimeret, &c. Et qualẽ
ſeruum? Inimicũ, rebellem. Ita Paul. Rom. 5.
Cũ inimici eius eſſemus. Filiũ, & qua lẽ filiũ? Vnigenitũ, conſubſtantialem &c. Tradidiſti. Et ad quæ pericula & damna tradidiſti; Ad formam ſerui ad vitam miſeram, ad mortem turpiſſimam. quanta cum ratione, & vi arguit Paulus hoc loco, qũo & omnia ſimul cum illo non tradidit? Ex hac patris charitate, tanquam fontali, ori ginali bonorum omnium primæ cauſæ, tanquam ex radice egreſſus eſt flos: huius charitatis pcipuus fructus
eſt Chriſtus. Ita dic. Zacharias Per Can. Zach.
viſcera mĩæ Dei noſtri In quibus viſitauit nos &c Ab hac charitate potiſſima, tãquàm ſinu & corde patris accipimus Chriſtũ. huic ẽt charitati potiſſima repẽdimus, & offerimus; quoties Deũ placare, & propitiare in Chriſto volumus. Amor dat, Amor accipit. ſi cętera ſpernunt, amor donum ſuum ſpernere neſcit & nequit. Quomodo enim amor ſpernat amantem? Ita deſcendimus ab amore Patris ad amorem filij contemplandum. quo loco etiam iuuat exclama re. O admirabile cõmercium, creator generis humani, animatum corpus ſumens de virgine naſci dignatus eſt. Et cur dignatus? Sũmus omnium factus eſt imus omnium. quid hoc fecit, inquit Bernardus, niſi Amor?
Ita Paulus ad amorem, tanquam ad 1. Theſ. 2.
radicem intrinſecam reduxit omnia quęcunque pro nobis fecit, & paſſus eſt Chriſtus. d. Dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis. Vna dile ctio tradidit Ita Ioann. quęcunque fecerat Chriſtus vſque ad cœnam, ad
vnum amorem reduxit. d. Cum dile- Ioan. 13.
xiſſet

xiſſet ſuos qui erant in mundo. quęcunq; facturus & paſſurus erat vſq; ad mortē, ad eandē. d. vſq; in finē dilexit eos. Amor dedit, amor ſuſtulit. ex amore natus, ex amore mortuus. Prima & ſuprema virtus, etiā in Chriſto fuit charitas. de qua in pſal. in capite libri ſcriptum eſt de me: vt facerē ò Deus voluntatē tuam, facerem inquit, nō implerem, aut exequerer, vt oſtendat ſe & aliquid efficere in hac obedientia; quia volens implet: Et qūo facerē? libenter, amoroſe voluntarie. In hac voluntate. i. in hac charitate inquit Paulus ad Hæbreos. ſanctificati ſumus: hæc ante omnia exercuit Chriſtum, hæc ante omnia placuit Patri: Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis, dicit ſcriptura de ſacrificijs Noæ. Quo vero odore delectatur Deus? A more. Et nos ſi ſapimus, ſi cupimus impetrare, amori patris in primis offerimus ī hoc odore amoris, Chriſtū, & per Chriſtum ſic amātem illum oramus & obſecramus & violentamus. Totum quidem Chriſtum offerimus cum omnibus virtutibus ſuis in quibus omnibus delectaē, & placatur Deus, ſed Cor ante oīa; nā cor ſedes amoris eſt. & in hoc maxime recreaē & ꝑpitiaē pater. non tā reſpiciēs quid, aut quātū paſſus eſt filius, ſed quali, quantoq, amore. Ita oīa metitur ex voluntate. Et voluntatem ex amore, tanquam ex affectu primario, vnde omnes alij fluunt. Specioſa oblatio & victima eſt Iſta: Cor Chriſti inter duas flammas exuſtum, & fumans: flamma eſt ſuperior charitas Patris. dans calicem. vrgens, urens, premens; flamma eſt interior, charitas filij volens omnino calicem, quem dedit pater prebens, conſtans, nunquam ſatura, conſumens in Chriſto quicquid habuerat propriæ volūtatis; dicens & repetens. Non ſicut ego volo. quam mortua eſt hæc voluntas ſibi quæ ſeipſam nō vult. ex ſuſcitans in eo voluntatem patris cui renaſcitur, & viuit. d. fiat vt vis. clarifica nomen tuū. Huius talis tantique amoris à quo vno tot, tanquam acrōbeia præſtolatur cœlum & Terra: fœlicia initia & pronoſtica ſunt quæ in hac natiuitate cernimus oīa amoris argumenta. Quòd naſcitur Dei filius inter nos. Quod puer, paruulus, ex inanitus, quod pauculis pannis Inuolutus, quòd iacet in humili præſepio, Quod media nocte, media hyeme, alget, friget &c. omnia ex amore fluunt; oīa amorē prædicant, amorem imprimunt; amorem exprimunt In meditatione exardeſcit Ignis. Ignis quem iubet Deus inaltari ſemper ardere. Ita in hac flāma delectatur ſi ne hac nihil fit. Et hanc nos quoque imprimere, & exprimere decet, dum in nobis naſcitur Chriſtus.

Pſal. 39. — Ebreo. 10. — Gen 8. — Ioan. 12.

Hoc eſt quod dicebamus. Natiuitas Chriſti vt mirabili inſtruit, & exercet fidem, vt vero amabilis, mouet affectū, ibi dat intelligētiam, hīc dat amorē. Amor aūt īpreſſus actuat cor & mouet per expreſsionē ad opera; ſic. n. dximus quòd naturale eſt verbo imprimi & exprimi, per expreſsionem cor nřum amorē accipit, ꝑ expreſsionem dat. Ita inquit Gregorius. Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis. Ita Ioannes qui dicit ſe amare Deū, & mandata eius non obſeruat, mēdax eſt. Hic ergo iterum per amorem concipitur in corde noſtro Dei filius; & per amorem paritur ex corde noſtro: dum illi debita charitatis officia præſtamus. quæ autem ſint eiuſmodi amoris obſequia, docebit nos virgo ipſa Mater, quæ vt filium ſupra omnes dilexit; ita præ omnibus

adeſſe

adeſſe, & inſeruire illi ſciuit. Nume
remus igitur illius obſequia, & quan-
tum poſſumus amorem matris imi-
temur. Sunt materni amoris obſeq̃a
principalia ſex. Primum eſt. Quod
pannis eum inuoluit. Hoc facit in
nobis Religio. Veſtis interior eſt cul
Ioan. Gerſ. tus animi, guſtus pietatis, & ſacramẽ
torum; exterior eſt cerimonia or
nans cultum, Faſcia ſtringens, & con
ſeruans eſt Humilitas, & bona inten
tio: ſine quibus virtutes diſperguntur
Secundum eſt Quod reclinauit eum
Pſal. 75. in Præſepio. Preſepe noſtrum eſt cor
noſtrum, fænum in quo iacet Chri-
ſtus eſt pax cordis. pſalm. factus eſt
in pace locus eius. Pacem hanc parit
in nobis, ſpes bonorum, Et patien-
tia malorum; In his enim ſtat quies
animi noſtri in omni fortuna. Ter-
tiũ eſt quod dormientem cuſtodit,
& interim contemplatur, & medita
tur tanti filij maieſtatem, & humili-
tatem, conferens in corde ſuo. quale
autem, aut quantum, quam latum
quam altum, quam profundum,
ſubiectum hoc contemplationis, &
meditationis in Paruulo, noſtro? Di-
ues eſt eſſentia tum diuina tum hu-
mana: Diues nominibus. Admira-
bilis, conſiliarius, Deus fortis Prin-
Iſal. 118 ceps pacis &c. Reuela oculos meos,
& conſiderabo mirabilia tua: Medi-
tatus ſum in omnibus operibus ſuis,
& in factis manuum tuarum medita-
bor: nullum finem habet hæc medi-
tatio, cuſtodiens paruulu ,ne ſuſci
tetur à vana mundi ſapientia. Adiuro
1. Reg. 26. vos filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis,
neque euigilare faciatis Dilectum, do
nec ipſe velit: quis es tu, Inquit Ab-
ner cuſtos Saulis, qui inquietas re
gem? Quartum eſt, quod vbi ſatis ob
dormiuit puer, excitat, fruitur, am-
plexatur & fructum dat Paſtoribus,
Magis, Simeoni. Ego dormiui &
exurrexi. ſomnus tam proficuus eſt Pſalm. 3.
paruulo, quòd interim creſcit ætate
ſapientia, gratia apud Deum & homi
nes: ſeruit hic maxime hilaritas cor
dis, quæ Chriſti amores guſtat &
guſtãdos tradit. Ita Samaritana guſta
ta Chriſti aqua, prouocat ſuos: Ve-
nite videte hoĩem &c. Ita Paraliti- Ioan 4.
cus ſanatus ad piſcinam vbi agnouit Ioan. 5.
medici ſui virtutem, redit ad ſuos hi-
laris, & exclamans: Ieſus eſt, qui me
ſanum fecit. Quintum eſt. quod
puerum cibat, Beata vbera quæ ſuxi
ſti, ſic educat, auget; facit in nobis
Duplex miſericordia ſpiritualis, & tẽ
poralis, cibans Chriſtum in ſimpli- Matth. 25
cibus & pauperibus: Accipit puer ob
ſequium dic. eſuriui & dediſtis mihi
manducare. & cætera quod vni ex
minimis his feciſtis, mihi feciſtis. Sex
tum eſt. quod puerum ſuu virgo
mater declinat à periculis, & inſtan-
te Herode vt perimat, fugit ac de-
fert illum in Aegiptum. Hoc facit in
nobis obedientia deferens Chriſtũ
Deum, quocunque modo, loco
tempore Dei prouidentia præcipit.
At obſerua hic; Quod aliqui deſe-
rũt Chriſtum in dorſo, & non vidẽt,
neque guſtant, qui obediunt ex
præcepto, ex ſolito, ex timore tan-
tum. Hi deferũt crucem Chriſti cum
Simone illo Cirenenſe ſine guſtu.
Alij deferunt inter brachia & in ſinu,
ita Mater Maria, ita Simeon, ſic faci
le hæret cordi & calefacit, & calefit.
quam glorioſe defert Stephanus
inter tot academias, inter lapides,
inter fauces mortis, vna charitas ex-
pedit. vis amoris obturat ora iudæo-
rum quia non poterant reſiſtere ſpi-
ritui qui loquebatur. Vna lapides tor
rentis dulces reddis, &c. Pone me
ſignaculum cordis tui. Ita Dauid.

Deus

Deus cordis mei. ita credibile ē Chri-
Cant. 8. ſtum implere cor ſui dulcedine. quando tam proximus illi eſt, econtra cor amans & ex amore deferens in tactu & guſtu Dei ſui liquefieri totumque amorem ſuum illi rependere. In qua amoris impreſsione, & expreſsione; impenſione, & rependione ſtat ſumma, & p̄cipua fœlicitas amoris Chriſtiani; in cuius tādem ſenſu & guſtu; iuſtum eſt vt quiſque noſtrum dicat. Dilectus meus mihi. Et ego illi. Amen.

DE TRIPLICI Natiuitate verbi.

Homelia Tertia.

Euangelizo vobis gaudium magnum. Natus eſt vobis hodie Saluator: qui erit Chriſtus Dominus.

Quàm vtilis ſit Chriſti Natiuitas.

TAnta lætitia exultant Angeli ſuper Chriſti præſepio, & natum annūtiant iubentque Paſtores, magnopere lætari, & ad communia gaudia inuitant, docent locum vbi iacet, modū &c. Iā adeſt exercitus Angelorū collætantiū, & lętiſsimos choros ducēs canit. Gloria in excel. Deo & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Cœlum vndique exultat, claret, circunfulget: quia nullus eſt locus nocti aut tenebris vbi nata eſt, vera mūdi lux. Cernunt lumē Paſtores, & timēt. Audiūt verbū & gaudēt: currūtque ad beatum præſepe, & cognoſcūt de Verbo, Atq; adorato puero regreſsi ſunt laudātes & bn̄dicētes. Deū Superat autem lætitia paſtorum gaudium Angelorum: nam Angelis adfert Saluator hic beatitudinem tantum accidentalem, ex viſione humanitatis aſſumptæ, & ex ſalute humanitatis redemptæ. Paſtoribus autem adfert eſſentialem, quare, & ipſi Angeli dicunt. Natus eſt vobis, non dicunt nobis. Nos quoque in ſpirito & religione ad eadem gaudia vocati, venimus: & totos hos dies in his conſumimus. Confidimusque nobis collętari Angelos & Paſtores illos: quorum tamen omnium gaudia (vt inquit Gregorius) ſuperat noſtra ſolennitas: illi enim cognouerunt & adorauerunt naſcentem & mortalem. Nos glorioſum colimus & immortalē. qualem & ipſi nunc vident, eo nobis fœliciores, quò propius, & clarius vident & fruuntur. Interim nos hic à remotis fidem inſtruimus & nutrimus, mirabilem Verbi Natiuitatem, & eius miracula contemplantes. Affectus & amores excitamus, gratias & amores eius guſtātes, amoreſq; illi noſtros obſequentes, vt poſſumus rependentes. Vt tandem, & vitā & ſpem vitæ nutriamus, quæ amorem concupiſcentiæ in nobis ſequitur, & paſcit, reſpiciens cum Moiſe in remunerationem: cum Dauide in retributionem. Quærenda & nobis ſunt commoda quæ nobis ex hac Chriſti natiuitate obueniunt., & cōtingunt Et hoc eſt tertium caput, quod nobis explicabit quàm ſit Chriſti Natiuitas vtilis & fructuoſa. Talem autem opus eſt eſſe. quando vt diximus, verbum ſic naſcens accipit, quod ſtatim effundit, & rependit videamus igitur quid hic boni effundat.

Teſtaſ Eſaias fructū hūc vno verbo d. ꝙ Paruulus hic natus, & datus eſt.

Nobis.

Nobis. Ita & Angelus. Natus eſt vo
bis. Symbolum Nicenum clarius. Pro
pter nos homines, & propter noſtrã
ſalutem, deſcendit de cœlis &cæt.
Paulus Diuites facti eſtis in Chriſto.
quantum? Omnia veſtra ſunt. An-
geli ſpecificantes amplius bonorum
genera, tanquam fructus Natiuitatis
huius. Canunt in excelſis Gloriam
Deo. In terra pacem. Vt habeatur
autem radix horum bonorum, dicit
Angelus. Natus eſt vobis Saluator.
Ita in vnico nomine Saluatoris, com
moda omnia Chriſti nati complexus
eſt. Saluator eſt nobilis Ieſus, ex-
altabitur eleuabitur. ſublimis erit. Qua
Eſa. 52. re vt nos iſta poſsideamus, cogimur
Saluatoris huius viſcera aperire & e-
narrare, quanti referat Chriſtum ha-
bere ſic ſaluatorem. Sunt quinque
potiſsmum expeditiones ad quas pro
mundi ſalute miſſus eſt, & venit & na
tus eſt hic Saluator.

Prima eſt Redemptio, Et copioſa
Pſal. 119. Redemptio, vt vocat Pſa. Redẽptor
etiam fuit Moiſes, atque ideo nobi-
liſsim teſtamento veteri, quia redem-
ptor qui populum liberauit ex Aegy-
pto. ſed tãto nobilior eſt Moiſe Chri
ſtus Redemptor, quanto durior erat
ſeruitus Satanæ, quàm illa Pharaonis
Duplici enim catena uincta erat Hu
manitas, culpa & pœna: culpa infinita,
& pœna æterna. Vtranq; ſuſtulit Chri-
ſtus, dato precio maiore in æquilibrio
crucis: nam culpa erat infinita tan-
tum obiectiue: precium eſt obiecti-
ue ſubiectuè. Et ad hoc venit vt ex
iis redimat, ob hoc Verbum ca-
ro factum eſt: vt redemptio iſta fie-
ri poſsit, eſt enim actus iuſtitiæ com
mutatiuę. Et fit corã Iuſtitia Diuina
quæ fit per ſatisfactionem, ſatisfa-
ctio fit per indebitum & per æquiua-
lens. Hic igitur exigebat Iuſtitia pre-
cium tale, quod poſſet extãto debito
liberare. Non potuit totum ſacer-
dotium legale ſic redimere à peccatis
q̃a nõ erat ſine peccato, & egebat ho
ſtia ꝓ ſeipſo: potuit Chriſtus quia ob
tulit ſeipum hoſtiã immaculatã Deo
ſanctam & placentem. Verbum ſo-
lum non poterat, quia impaſsibile, at
que ideo debitum ſoluere non pote-
rat. Caro ſola non poterat quia fini-
ta: Caro noſtra non potert quia im-
munda & debita: verbum igitur car
nem aſſumpſit è ſpiritu ſancto con-
ceptam, & ideo à debito liberam. Et
ita ſatisfactum eſt, dum caro munda
patitur, verbum vnitum dat infinita-
tem merito. Et ſic Iure redimit, ſol
uitq; vtrãq; catenã & culpæ & pœnę.
Agnus Dei qui tollit peccata mundi.
Hæc illa eſt copioſa Redemptio, de
qua Eſai. Non audietur vltra iniquitas Eſa. 60.
in terra. De qua Archangelus Danie Rom. 9.
li: Delebitur Iniquitas adducetur Iu
ſtitia. Ipſe redimet Iſrael ex omnibus
Iniquitatibus ſuis. De qua Angelus
Ioſepho. Saluum faciet populum ſu-
um à peccatis eorum. Hebrei non
poſſunt Chriſtum cognoſcere, quia
non agnoſcunt pondus huius re-
demptionis; ſed vane expectant re-
dẽptorem temporalem, rerum ſua-
rum reſtitutorem.

Secunda eſt Inſtauratio, & reſti-
tutio Humanitatis ad priſtinã digni-
tatem, & iuriſdictionem. Ita Moiſes
liberatum Iſraelem reſtituit ſuæ digni
tati, vt iterum fieret Dei populus,
peculium, hæreditas, ornauit cir-
cunciſione, & ſecreuit ab alienis, in-
ſtruxit lege, pauit cibo cœleſti, de-
duxit in terram ſanctam. pſalm. Facta Pſal. 113.
eſt Iudæa ſanctificatio eius Iſrael po-
teſtas eius Longè nobilior Inſtaura 1. Ioan. 3.
tor Chriſtus, q ad ſuprẽmã dignitatẽ
liberatos nos & redẽptos euexit. Vt,

Ioan. 1. Rom. 8. Inquit Io. filij Dei nominemur, & ſimus. Hæc propria, hæc ſumma hominis dignitas. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri &c. quòd ſi filij, Inquit Paulus, & hæredes. Potuit autem Dei verbum hoc facere, & nemo alius. Quia verbum eſt Dei filius primogenitus & vnigenitus. Vt talis adæquatur Patri generâti & producêti, cuius omnem fœcunditatem exhaurit. Fœcunditas, & paternitas Dei eſt īfinita, ergo & filiatio verbi infinita: Ex hac infinitate pôt filiationē infinitis côicare, & Ita filios Dei in ſe conſtituere fratres ſuos. Ita dixit. Nemo Ioan. 3. aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit è cœlo filius Dei qui eſt in cœlo. Integrat enim ex omnibus filijs in infinita iſta ſua filiatione ſuſceptis filium vnum Dei qui comprehendit caput & membra. Quare inquit Apoſtolus ad Hebreos. Acceſsiſtis ad eccleſiam primitiuorum. In hanc dignificationem & inſtaurationem reſpiciens Luc. 1. Zaccharias vocauit Chriſtum Cornu ſalutis erectum in domo Dauid &c. In hanc Simeon. vocauit eum lumen Rom. 8. gentium & gloriam plebis Iſrael. Paulus. Accepimus ſpiritum filiorum, In quo clamamus Abba pater.

Tertia eſt directio, & manuductio Ita Moiſes deduxit Iſraelē ann. xl. per deſerta ſicut oues, inquit Dauid præcedens ipſe per mare, per terras, defendēs ab hoībus à ſerpentibus, à fame, à ſiti, ab ira dei: dixit vt diſpdēt. Si nō Moiſes ſtetiſſet in côfractione Pſalm. 105. Et ī hoc Chriſtus Moiſen ſuperauit, q tutius, breuiusq; iter cōſtituit & ſuauius: ſuſtulit onera iudiciorū, ceremonialiū reduxit legē totā ad Amorem: Suſtulit timorem quem lex incutiebat per gratiæ donum. quare non tantum præcepit, vt Moiſes, ſed vires dedit. Impleuit ipſe legē, integra obedîētia, ſine peccato, quod non potuit Moiſes peccator & ipſe. quare & in ſe formam perfectæ virtutis conſtituit, & deinde dixit. Diſcite à me exemplum dedi vobis. verbo Matth. 11. docuit, & iter vitæ monſtrauit. Verbo inquā vitæ, & gratiæ, non vultu illo terribili qualem habuit Moiſes, ita vt non poſſent filij Iſrael intendere in eius faciem: ſed vultu beato, & glorioſo, verbo Spiritus. Confidite, Matth. 14. ego ſum nolite timere. Quamobrem iuſsit pater, ipſum audite, ducem ſe quimini & imitamini. Doctorem audite, & illi obtemperate.

Quarta eſt recreatio. Ita ſuum Iſraelem pauit Moſes Manna, recreauit coturnicibus, aqua è ſaxis educta. Dedit eis petitiones ipſorum. longè fœlicius paſcit, & recreat fideles ſuos Chriſtus; paſcit verbo, ſpiritu, gratia: tandem paſcit ſeipſo. Ex hoc verbum factum eſt caro, vt carnem & naturam noſtram paſcere & recreare poſſet. Paſcit autem in eucharîſtiæ ſacramento, in quo totum ſe ſe ita nobis tradit, & inſinuat, vt fiat cibus & alimentum corporis & animæ: vix dici poſſet, quàm mirabilis paſtor & recreator hoc loco. i. in ſacramento euchariſtię ſit Chriſtus; Ita vt pp hoc potiſsimū videat q verbū caro factū ſit. Primò. Ex hoc q verbū factū eſt caro. Caro. i. humanitas aſſumpta duo eſt conſecuta, quæ maxime ſeruiunt ſacramento: facta eſt ſpiritualis. Ita Paulus vocat corpora noſtra vbi à morte ſurrexerint, ſpiritualia, quòd ſeminatur animale reſurget ſpirituale, & tamē erūt vera corpora naturalia. Ex hoc penetrare poteſt non modo corpus, ſed & animam noſtrā: factā eſſe diuinā & infinitā; ex hoc paſcere & ſatiare poteſt. Caro mea verè eſt Ioan. 6. cibus. cætera nō verè cibant; Secun-

dò, ex hoc quòd verbum caro factum eſt: Caro in verbo facta eſt glorioſa, & ſemper fuit, inquantum ex charitate vt inſeruiret nobis gloria delituit vſque ad mortem. Suſcitato Chriſto, & morte, ac mortalitate deſtructa; remanet nobis caro perpetuo glorioſa, quæ animam exhilarat, & implet mentem gratia, ac pignus illi dat futuræ gloriæ. Tertiò, Ex hoc quòd verbum factum eſt caro in vnitate perſonæ, omnia ommunia facta ſunt in eo. Deo, & homini, Deus vigilat, dormit, loquitur, ſedet, flet, huc reſpiciebant oẽs illæ Dei, humanationes, quibus in lege & prophetis, de Deo ſpiritus ſanctus humane quaſi de homine loquebatur. futurum enim erat quando Deitas illa omnia in ſe ſuſciperet. Contra homini communia facta ſunt omnia Dei opera, Ita quòd Hõ creat, regit, inſpirat, parcit, remittit peccata. Hinc ſuprema illa poteſtas per Chriſtum eccleſiæ collata, ex quo Deitas humanata eſt. quorum remiſeritis peccata remiſſa erunt: quare d. ſacerdos quaſi Deus, ego te abſoluo. Ex hoc etiam in euchariſtia communicat nobis diuina opera ſua, quin operatur in nobis opera vitæ. viuit in me Chriſtus, Inquit Paulus. loquitur in me Chriſtus. Quarto ex hoc quòd verbum factum eſt caro. Caro id eſt, natura aſſumpta in eſſe naturæ remanet communicabilis ex ſe. non natura naturam, non natura perſonam, non perſona perſonam, ſed perſona naturam aſſumpſit, eadem caro à Deitate ſumit infinitatem. Eadem à verbo ſumit indiuiſibilitatem: Et communicabilis, datur pluribus, Si mit vnus, ſumunt mille. Vt diuiſiua, & infinita caro, datur infinitis, Donec veniat. Vt indiuidua, datur eadem omnibus. tantum iſte, quantum ille. Et ex hac identitate ſurgent in nobis duæ illæ Diuinæ vniones, & vnitates, quæ ſunt veri fructus euchariſtiæ, quòd ſimus vnum cum Chriſto, & vnum inter nos in eo, omnes vnus panis, qui de vno pane participamus. Hæc omnia tantum, quia verbum caro factum eſt.

Ioan. 20.

Quinta eſt Remuneratio, & glorificatio. Hanc præſtare non potuit Moiſes, collocare ſcilicet populum ſuum in Terra ſancta optatam: Nihil enim ad perfectum adduxit lex, conſtitit ergo in mõtibus Moab cum tota ſua Pedagogia, à longè promiſſa demonſtrans. Officium Ieſu deleto chirographo, quod aduerſum nos erat, glorificare, & introducere. Hic enim reuocat Iordanem, hic frangit velum templi; Hic per ſeipſum ingreditur in ſancta, non enim eget vt Moiſes mediatore. Quare inuenit pro ſe & ſuis requiem ſempiternam. Non enim aſcendit, aut ingreditur ſolus. ecce ego & pueri mei mecum. Ita inquit apoſtolus. Iterum videbo vos & aſſumam ad me ipſum. Vbi Domine? Vbi corpus ibi & aquilæ. factum igitur eſt verbum caro, vt Corpus haberent Aquilæ ad quod volarent: Et in quo vires ſuſciperent, ad volãdum in requiẽ. Vbi ſine fine in verbo ipſo, verbum contemplabuntur, & fruentur. Et hic terminus, & finis laborum, operum, verborum, præceptorum, conſiliorum exemplorum meritorum verbi incarnati: Et hic finis curſus fidei, ſpei, obedientiæ carnis & Humanitatis in verbum aſſumptæ, redemptæ, Inſtauratæ, deductæ, & recreatæ, vt tandem in verbo glorificetur.

Epilo-

Epilogus totius tractatus.

Materia fuit De verbi natiuitate: nā ſua naturali proprietate, Naſcibile eſt, & Naſcitur verbum. Habet autem tres natiuitates, In quibus omnibus & accipit, & rependit. Eſt prima æterna, qua naſcitur ex Deo Deus, & natus omnia patri rependit, ita quòd cum eo ſpirat in eadem æternitate ſpiritum ſanctum. Eſt Secunda temporalis, qua Naſcitur ex Muliere homo; ſuſcipitque ex ea corpus & animam. Et ſtatim eadē rependit in odorem, precium, & exemplum. Eſt tertia ſpiritualis, quia naſcitur in nobis ex ſpiritu, ſpiritus: Et hic accipit in ſe cor noſtrū. & iterum cordi noſtro impendit omnia, bona ſua. De Prima pauca diximus, ſuperat enim vires noſtras: quare ſtatuimus eam ſacro quodam ſilentio venerari & adorare. De Secunda, & tertia tria potiſsima capita tractauimus. quàm ſit vtraq; Mirabilis & glorioſa; Amabilis & gratioſa; Vtilis, & fructuoſa. Primum caput abſoluimus conſiderantes, miracula multa quæ myſterium hoc faciunt vere mirabile: Miracula in filio, in carne, in anima; In Matre ante partum, in partu, & poſt partum: Miracula exteriora in mundi partibus. Interiora in nobis ipſis, in principio cum iuſtificamur, in progreſſu cum magnificamur, In fine cum ſupra naturæ vires glorificamur. Secundū caput abſoluimus. Conſiderantes cum paſtoribus miracula amoris & charitatis quæ in Chriſti Præſepio vbique lucent. Eſt charitas patris nimia, Eſt charitas filij vſque in finē. Eſt charitas matris nobis exemplaris, ſecundū ſex officia, quibus erga filium amorem ſuum teſtatur. Inuoluit pannis, hoc in nobis facit religio: Reclinat in Præſepio, & fœnum ſubijcit, præſepium noſtrum eſt cor. Fœnū eſt pax animi, diſpoſita à ſpe bonorum & præſentiæ malorum. Cuſtodit dormientem: Hoc facit meditatio. Excitat & oſtendit, Hoc facit hilaritas & cōfeſsio. Cibat, hoc facit Miſericordia. Fert quocunque Pater uocat, hoc facit obedientia. Tertium caput abſoluimus narrantes commoda Chriſti nati; ex hoc vno, quòd eſt ſaluator & Ieſus. nam ſaluatoris huius diximus fuiſſe munera potiſsima quinq; quę vniuerſam continent mūdi ſalutem. Quòd Chriſtus hic eſt mundi redemptor & liberator à culpa & pœna. Quòd eſt mundi inſtaurator & dignificator, vt filij Dei nominemur & ſimus. Quòd eſt mundi director, & ductor verbo & exemplo. Quòd eſt mundi recreator, & paſtor, verbo, ſuū. ſeipſo, maxime in eucharistia. Quòd tādē eſt mūdi glorificator, & introductor in ęternā requiē. In qua manētes eoque perpetuo fruentes in eo & cum eo & per eum beati verè & ſumma cum fœlicitate dicemus, Verbum Caro factum eſt. Et habitauit in nobis Per omnia ſecula ſeculorum Amen.

Habita Rom. apud S. Chatarinā. 1568

IN DIE SANCTO Natalis Domini.

Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri &c.

CVm Hæc vita noſtra egeat Deo, non tantum donis Dei, quæ tamen ſunt maxime neceſſaria, ſed ipſamet Diuinitate: Illa: n. ſola creare potuit, illa vna recrea-

re pôt:illa vna ſui ſimplicitáte penetrare aĩam hãc noſtram poteſt: quare & viuificare: illa etiã ſola quaſi in termino, in ſe quietare. Quid mirum ſi ſancti Patres noſtri Abraham, Iſaac, & cæteri huius neceſsitatis conſcij tam inſtanter Deitatem ipſam ſollicitabant Deſcende, veni Domine, noli tardare. Hanc enim vnam ſibi ſufficere ſentiebant. Quid mirũ ſi ſuſcepto Dñi verbo, iuſiurandũ, qđ, iurauit, daturũ ſe nobis: eo vno lætati ſunt; Ita Abrahã vidit diẽ Chriſti uidit et gauiſus eſt. Verbũ.n accepit verax, & infallibile, quod per omnia ſecula promiſsionem ratificauit & maturauit figuris, imaginibus, ꝓphetijs hoc vnum aſſerens, quòd ſcipſum daret. Et in hac vna fide, ſecula illa omnia ſunt recreata.

Tandem lęta hæc dies venit, temporum plenitudo, promiſsionum, votorum, precũ imaginum, figurarũ terminus fœlix: quo Diuinitas ipſa ſe inclinauit, & perſonaliter præter dona collata deſcendit. Et quia homo non poterat ad eam ſe ſe extollere; ſeipſum deflexit ad hominem. Et quia neſciuit hõ illã in ſe ſuſcipere adeſt illa hominemque totum in ſe ſuſcipit: ſicque & humanæ neceſsitati, & temporum omnium votis, & ſuæ met fidei ſatisfacit. Quare acclamãt oĩa, fauẽt oĩa, exultant oĩa ligna ſiluarum quicquid in terra eſt, quod vitam habeat, & huius ſit capax fœlicitatis Angeli, Homines, Paſtores Magi; omnia concurrunt, & conſolationem ſuam teſtantur. Nos illi ſumus frigidi & inepti, qui in tãta mundi alacritate, nihil ſentimus, præter communem quandam cerimoniam: lętamur quidem, ſed vix ſcimus qua de cauſa: quare, & lætitiam hanc noſtrã tam infœliciter gerimus, quòd à quauis re turbari, confundique poteſt. In cauſa autem eſt, quòd factum hoc non eo modo contemplamur, quo eius myſteria ſatis agnoſcere & inde mentem inflammare poſsimus. Merito ſe ſe incitant Paſtores Iudaici. Videamus verbũ, quod factũ eſt, quod fecit Dominus, & oſtendit nobis. Factũ mirabile à factore potentiſsimo, ad nos maximè imo totum pertinens, ante oculos etiam & ora noſtra poſitum, & reuelatũ teſtibus dignis; tantum vt velimus attendere, & obſeruare. Primo quale ſit Factum Secundo qua ratione, & cur factum. Tertio qũo nobis accommodatum. Quarto quam fructuoſum; & proficuum. Obſecro vos ò chariſsimi. Adeſte mihi, ſanctũ, & fęlix hoc præſepe quo ante nos & pro nobis iacet Diuinitas inclinata, attente conſideremus Tu alme puer, iam ſatis in mẽte mea concepte, ſentio enim te, quòd ſine te non poſsim, ſine te nolim (ꝙ tamẽ volo;) laudare te: Age pro me hic naſcere, vt te in amplo, & nobiliſsimo hoc Præſepi reponã. Simul te videamus, ſimul tu hilaritate fruamur, teque cũ Angelis & Paſtoribus nobis datum, & natum glorificemus, & prædicemus:

Magna eſt hæc mundi commotio, aduolant omnia, clamant omnia, Angeli, Paſtores. Magi; quid noui contigit in iſta beata Betleem? quid ita huc currit & exultat mũdus? Reſpondet. D. Paulus ad titum, & ſunt verba propria, quæ vt tempori & loco huic competentia ſancta Mater eccleſia in Aurora huius ſanctiſsimæ dici legit. Apparuit benignitas, & humanitas Sal. noſt. ſemper benignus & bonus, & optimus fuit Deus, neceſſario bonus, vt neceſſario Deus. at non talis ſemper Apparuit: Conti-

nuit in ira miſericordias. Dedit quidem dona quàm plurima, cęlum, terram &c. ſed mundus guſtare ea bona non potuit: tum quia remota, nam adhuc Deitas ſtabat in ſuo latibulo & caligine, quam vix hominis acies poterat intueri: tū quia infectus erat ex culpa hominis guſtus, & turbatus oculus, vt nil quod ſibi ſaperet, in tota Dei maieſtate conſpiceret. Deo igitur hic facta ſunt, vt Dei bonitas perciperetur, Primo inclinata eſt Diuinitas, & ſe ſe ad hominem deflexit vt videri, audiri, complexari, guſtari modis omnibus poſsit; os noſtrum facta & caro noſtra. Deinde hominis guſtus purgatus eſt ſublata culpa; ita quòd poteſt iam libere in eius mentem influere; illi ſe vnire, quādo venit Agnus ille qui tollit peccata mundi. Sic ergo apparuit benignitas. & humanitas. Ex inuiſibili facta eſt viſibilis, & ſenſibilis. Deus erat abſconditus, iam in terris viſus eſt Ideo magna ratione dicunt Angeli Paſtoribus. inuenietis infantem Hactenus optatus, quæſitus, vocatus promiſſus, expectatus, nunc iam datus, & natus: pergit bono animo. Inuenietis: omnia reuelant, cæli, terræ, In loco publico eſt, & patenti in Diuerſorio, omnia clamant vt retegāt, omnia currunt, vt videant: Ita ex abſcondito factus eſt manifeſtus, Ex magno paruulus, ita vocat Eſaias, ita Angeli, Infantē. Tam modicus eſt, ꝙ ventrem Matris caſtiſsimā neque intrans neq; exiēs aperit. vere paruulitatis & humilitatis exemplum. Ex diuite pauper, & extremę paupertatis exemplum, Ideo narrant Angeli. Pannis inuolutum. qui ſumma gloria in cælis fruitur: qui totius mundi dominio potitur, en modico panno tegitur, modica faſcia ſtringitur. Hic beata, & fœlix erit paupertas & ſacra Exalto, & ſublimi infimus ex ſummo imus. Ideo Angeli addunt. Poſitum in præſepio. qui ſuper omnes cœlos ſedet, & dominatur & præeminet: Super omnes cœlos gloria eius: en quàm demiſſus eſt, Iacet in præſepi, Sic ſic Gigas ille ſedet, quin iacet in terra. Hęc omnia verbo vno Ioannes explicat, verbum. quid altius, maius, ditius? Caro. Quid humilius anguſtius, pauperius dici poteſt? Factū eſt qd mirabilius, & ēt miſerabilius? Verbū ſua natura ineffectū, ineffectibile p ꝙ facta ſunt oīa, En factum eſt & factū Caro. quid hoc fecit (Bernardus) niſi amor? Nō modo ad carnē ſe inclinauit, carnem aſſumpſit, ſed factum eſt caro. Non quidem per conuerſionem naturæ in naturam: ſed per vnionem naturarū, & per trāſformationem formarum. Ob hoc addit Paulus. quod Apparuit benignitas, Et Humanitas. Tantum in Deo potuit charitas, quòd uerſa eſt in humanitatem; Tum quia Deum humanauit, ideſt totum ad hominis commodum propulit. quam impulſionem & inflexionem vocat Humanitatem & philantropiam. Tum quia vera hominem fecit: atq; in ea forma apparuit benignitas Saluatoris noſtri Dei Nomē exprimit ſtatū. Ieſus eſt, quia Saluator, & potens, & efficax, eſt enim Deus omnipotens: Deus noſter nobis datus. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Deus ſaluat & iuſtificat, quis condemnat? Hoc itaque Factū eſt. Verbū caro, Deus hō talis eſt, talis apparuit: Et habitauit in nobis:

Vnde autē hęc facta ſunt? Da cauſam tantæ inclinationis Dei, tantæ ſalutis noſtræ. Reſpon. Paulus. Non ex operibus Iuſtitiæ &c. Gratia eſt, & ſumma gratia, donatur, non redditur,

ditur. Benignitas eſt, ſuperat omne meritum, omne votum, omnem ſpem, quod ſi vllo modo ex operibus. Non Iuſtitiæ. ſunt enim omnes noſtræ immundæ vt pannus menſtruus. Si forte ex operibus. Forte iniuſtitiæ locum habent. nam ſine culpa, aut Chriſtus non naſceretur, aut nõ talis, tantæque benignitatis exemplum. Ob hoc exclamat eccleſia. ò neceſſarium Adæ peccatum. ò fœlix culpa. Vnde igitur? Secundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Opus amoris, & miſericordiæ eſt. Sic Deus dilexit mundum &c. Paulus. In hoc apparuit charitas Dei. &c. Vocat miſericordiam ſuam. Tum quia intima, identica eſt Deo, viſcera miſericordiæ vocauit Zacharias. Tum quia nulli debitrix, ſe ſe effundi, quàm ſibi placet. Huius igitur miſericordię opus eſt, quòd non ſumus conſumpti, ſed ſaluati: quomodo autem: nos, qui reſidui ſumus? quia ab ijs temporibus tãtum diſtamus? quibus nil commune cum Chriſto? Qua arte, quo medio hæc tanta bona ad nos delata ſunt? Scimus Chriſtum plenum theſauris, virtutibus, donis, meritis; At quid ad nos? Homo eſt Chriſtus & verus homo: ſed de domo aut de ſeculo noſtro, quod eſt ſeculum culpæ: Pater eſt noui ſeculi: non ex Adam eſt, ſed ex Deo natus, ſpiritu ſancto obumbrãte. quid ergo nos, aut quomodo bene illius participamus? quomodo ſunt illa nobis accommodata?

Ioan 3.

Per lauacrum regenerationis, & renouationis ſpiritus ſancti. Sunt ſacramẽta canalia, quibus Chriſti capitis virtus, ad nos membra defertur. ſunt inſtrumenta Practica, operatiua gratiæ. Ianua cæterorum eſt Baptiſmus, balneum illud potẽs, quo abluimur, lauamur, & regeneramur in Chriſto. Hic ſubmergimur. peritque in nobis vetus homo noſter cum actibus ſuis, culpa & pœna æterna. Hic emergimur & ſubleuamur, et quaſi ex monumẽto in nouam vitam reſuſcitamur. & ĩ nouã oliuã inſerimur. Olim caro de carne fuimus. hic de ſpiritu ſpũales. Datur autem ſpiritus in hoc lauacro ſic abunde, vt non modicam illam (ſi tamen ulla fuit) circuncíſionis gratiam, ſed amplam, magna cum copia vitutum & donorum recipiamus. quibus tota Chriſti virtus in nos transfunditur: quare addit. Per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrũ. Huius eſt meritum, huius opus, huius ſanguis, quo melius quam aqua lauamur. Merita habet infinita: omnia ſibi ſuperflua: illa nobis communicat; & per ſacramenta communicat, quæ ſuæ gratiæ, ſunt inſtrumenta, & ſignificantia, & conferentia. etiam ante omnia per Baptiſmum, in quo illi incorporamur, vt eius ſimus & eius bonis perfrui poſſimus ita Ioann. vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. Nos vero? De plenitudine eius accepimus omnes. quid tum nobis ex his ſuſceptis bonis in Chriſto? Ioan. 1.

Vt Iuſtificati gratia ipſius. Duo in ſumma confert hæc deitatis & Chriſti participatio. Alterũ in hac vita, quòd per eius gratiam iuſtificamur. Sol oriẽs pellit tenebras. & illuminat. Gratia tollit culpam, & infundit iuſtitiam, qua formaliter iuſtificamur, & Chriſto capiti cõformamur. Hanc vero iuſtitiam ſequitur aliud bonum quod maius eſt, tanquam ex merito. Vt Hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Fidei donum, qđ primo nobis confertur, facit nos Dei filios quia vnit Chriſto primogenito Ioan. 1.

nitro, & facit eius membra. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Paulus omnes vos eſtis filij Dei per fidem.
Rom. 8. Si filij & hæredes & hæredes Dei, cohæredes Chriſti, Ita non tu radicem portas, Inquit Paulus ad Rom. ſed radix te. Portat autem fœliciter ad eam metam, ad quam primogenitus aſſumptus eſt ad æternam vitã. Hæc tandem ſunt bona, quę vera ſunt, noſtra ſunt, à nobis optata, & expectata. Ob hoc oportuit Chriſtum venire & noſtrum fieri, vt ſicut merces eſt infinita; Ita meritũ haberemus & præberemus aliqua ex parte infinitum, vt à Deo, ad Deum per Deum perduceremur. Ex ipſo, per ipſum, in ipſo oĩa. Illa manet nos patria, Illa petenda ſedes, Illud regnum nobis cum Chriſto & per Chriſtum paratum, Interim ſpe ſalui ſumus: Et eſt ſpes quæ non cõfundit; nam oritur ex fide, quæ Dei verbo & promiſſis innititur. Dum caput à membris diſtat: nondum apparet, quid erimus. ſcimus autem, quòd cum apparuerit ſimiles ei erimus. Generoſas has ſpes inſtaurat hodie nobis Paruulus hic ante nos vagiens, ad commoda noſtra & illa quidem æterna reclinatus: ex Dei ſola miſericordia, nobis per ſacramenta communicat, vt hic per eius gratiam iuſtificati, ad eius gloriam conſcendamus, ac tandem cum ipſo capite noſtro: hęredes vere non iam ſecundum ſpem, ſed ſecundum rem ſimus æternæ vitæ. Amen.

Mediolani Habita. 1565.

IN DIE SANCTO Natalis Domini.

Miracula, gaudia, & præcepta Chriſti nati.

MAgna, & optima, altiſſima, & ſacratiſsima dici huius miſteria, quorum memoriam, celebramus, olim cum primò fierent, & pãderentur orbi, à maximis & põtẽtiſsimis oratoribus paſtoribus homũculis ſup paruo grege vigilantibus, nempe, cum hominũ ingenia non ſufficerent: ab Angelis Paradiſi, Euangelizantibus gaudium magnum, & canentibus Deo gloriam & terris pacem, ſunt explicata. Hæc eadem maxima & optima, grauiſsima & ſacratiſsima myſteria narrãda & repetenda ſunt vobis, Sereniſsime Princeps, Clariſsimi Oratores. Illuſtriſsimi & potẽtiſsimi, Domini, Hominibus tanta poteſtate, & pietate conſpicuis. Et ecce ad tale tantumque miniſterium, cui vix Angeli ſufficiunt deligiſtis miſerum me homũculũ imperitum & impeditum, qui ad tanta negocia, vix magno etiam conatu adferre potui bonam volũtatem, tantum mihi ineſt miſeriæ, & imperfectionis. Non fuerunt Angeli illi veritatis huius prædicatores, tam ſancti, cœleſtes, puri, potentes, apti, q̃ ego ſum pctõr terrenus, impurus impotẽs & ineptus. Et tamẽ voluntati, & imperio veſtro nephas fuerat non obedire. Ecce igit̃ me, ò beati, ò optimi Veneti. Ecce ego ad vos veni, de altiſsimo myſterio natiuitatis D. N. Ieſu, breuiter & ſuccinctè dicturus, iuuat me rei magnitudo, & inſolitudo nã tãta eſt, ꝙ ſeipſa vix audita, ad

mira-

mirationem, ne dum attentionem parit. Iuuat rei commoditas, & beneficentia, nam ſeipſa parit, non modo beneuolentiam, ſed lætitiam, & alacritatem. iuuat rei diſtinctio, diſpoſitio & ſignificatio per tales teſtes, nam ſeipſa parit doctrinam & diſciplinam. Et hæc ipſa ſunt illa tria, quę ego hodie à vobis, tanquam illuſtribus Natalis huius ſanctiſsimi ſpectatoribus requiro. nempe, Admirationem, Gaudium, & diſciplinã. iuuerit etiã me & cauſam meam valde, q nõ paſtores, aut idiotas alloquor: ſed maximos, ſed optimos Principes, quibus Chriſtus non modo cognitus, ſed charus, ſed precioſus eſt: quare ſat mihi fuerit vel leuiter delibare quæ ad gloriã illius pertineat, quòd uos ſtatim, non miſſo grege ut ſimplices illi, ſed cum grege hoc ueſtro fœliciſsimo, cũ tota terra & mari ueſtro, ad illius præſepe uenerandum curretis. Tu quoque Alme puer, quẽ naſcentẽ hodie colimus & adoramus, Verum, Deũ & verũ hoĩem, de quo bene dicere non modo difficile. ſed impoſsibile ſine tuo ipſius nomine & numine: Ades huc, iterum per os & linguam meam & uiſcera naſciturus, ac in ſanctiſsimo hoc ſenatu, quaſi in præſepio aureo reclinandus. Eia ò incliti, iam fauent omnia, ſi uos faueatis Fauete obſecro, ſilete, & firmis animis animaduertite

Si Rei magnitudo & maieſtas mouet ad ſtuporem, Certe res, quam præ manibus habemus tam eſt ex omni parte magna, & ampla, vt non modo ſtupidus ſit, qui ad hoc præſepe non ſtupet, ſed & lapidibus ipſis obtuſior, & penitus nihil ſit. nã hic vt teſtat Damaſcenus, tremunt Angeli, pauẽt cœli, creatura nõ ſuſtinet, vox ſilet, mẽs deficit. Videamus obſecro & nos, ò incliti, videamus verbum, quod factũ eſt. Quis fecit? fecit Dominus. quo nos videre poſſumus? fecit ille, & ille oſtendit nobis. Certe non erit inutilis, aut ocioſa hæc ſpeculatio. ſũt omnia mirabilia, quin & memorabilia, quæ ſine ſtupore conſpici nequeunt. videamus. Primo hic ſeſe offert Diuina miſericordia, quæ per tot annorum millia hactenus in ira latuit: & ecce in tantam gratiam hominem recipit, quòd totum ſe illi tradit. Opus Dei maximũ eſt opus miſericordiæ: & Iſta eſt miſericordia omnium maxima. Secundo hic ſe ſe offert miſſus, non Angelus ſed vnigenitus Dei filius hic exinanitus vſque ad formam ſerui: humiliora etiam petiturus vſque ad mortem crucis. vere inquit Bernardus. ſummus omnium factus eſt imus omnium. Tertio hic ſe ſe offert modus, quo fit Dei filius factus eſt homo innumera in ſe retinens miracula, Vere & de hac generatione (vt optime ſentit D. Leo Papa) dicere potuit Eſaias. Generationem eius quis enarrabit? Mirum eſt hic, quòd Diuinitas ita ſe humiliat, quòd homo fit, & hominem in ſe vere & realiter & perſonaliter ſuſcipit quòd ſtatim aſſumat corpus & animam non prius tamen animam quam corpus; ſed ambo ſimul aſſumat, & conſeruet, quin beatificet: olim homo non poterat Deum videre, nũc Deum in ſe habet & totus in Deo habetur, recipit à Deo oĩa & ſua oĩa illi dat. Deus homo fit (vt Auguſtinus) & homo Deus, & ſic à Deo recipit: quòd nũquam tamen vllam partem dimittit. Quod Caro ex ſpiritu ſancto concipitur in vtero virginis. quòd concepta ſtatim organizatur, & ſtatim animatur,

Luc. 2.

Eſa. 53.

aīaſ, nō ſolū non pōt hæc aut facere, aut cōcipere Natū. Opus eſt Dei q pōt oīa & ſpūs ſancti obūbrātis. Anima partim miſera, partim beata eſt quis vnquam audiuit talem mixturā? Mater, & ipſa plena miraculis: vera Mater, Mater & virgo, grauida ſine grauamine, puerpera ſine dolore. Mater ſine viro & ſi virum habet ad cuſtodiā, non cōmerciū. caro virgo, anima plena gratia, cor lętum, Mater hoīs & Mater Dei eſt. En iam verbū quod factū eſt qđ fecit Dñs, & oñdit nobis. Mirum ſi ad hęc ſtupent cœli, & commouetur terra? hoc fore prędixerat Agens propheta; Mirum ſi ſtellæ currunt? ſi Angeli canunt? ſi ſi cœli ſplendent? ſi ſol triplicatur? ſi paſtores vigilant? ſi Magi quærunt? ſi Sibyllæ diuinant? ſi humana Sapientia pudefit? hoc fecit Dominus & oſtēdit nobis. Alioqui & nos ignoraremus. Stupent impij ex ignorantia, ex infidelitate, vt miratur Herodes & omnis Hyeroſolima cum illo, ad ſolum nati nōmen. Stupent Pij ex fide & humilitate, quare & nos beatos & ſanctos ſtupores noſtros adhibere hic, quaſi dona, & victimas debemus, vt fateamur, nos hæc non capere & tamen firmiſsime credere: & quaſi ſtatuæ hæreamus huic Præſepio, nunquam ab eo diuellendi, vt quicquid dicant infideles, Hæretici, nos tamen ſciamus & adoremus, verbū quod hic ꝓ nobis factū eſt caro.

Vt vero in impijs oritur admiratio ex ignorantia, & ad ſtuporem inīcis, ſequitur dura quædam, & deſperata ariditas animi, Ita ex fide in ſanctis paſtoribus & Magis, oritur admiratio, & ad eam ſequitur ingens lętitia: ſunt enim hęc non tam magna, quam commoda & gratioſa, vt non tantum in ſtuporem, ſed vt in alacritatem miro modo prouocent. Quare & hoc hodie a vobis poſco, vt ad præſepe hoc læti, & iucundi ſitis, Euangelizo enim vobis gaudium magnum, & certe tam magnum eſt, vt ſolum hoc recreet omnia, trahatque ab oriente Magos, In occidente Auguſtum Cæſarem exhilaret, Ab oriente adhuc ſemen, dicitur Eſ. Ab occidente congrega: dic Auſtro. adfer? & Aquiloni da. Ita omnino hic fit. Recreat & tempora omnia præterita, Abraham, Iſaac, Iacob, Dauidem. Præſentia, Ioſephum, Simeonem, Paſtores, Magos. Futura noſtra & filiorum, nepotumque noſtrorum vſque ad mūdi finem. Hoc eſt enim cœli regnum, cuius non erit finis. Qui hic nō congaudet, certe in atrā, & deſperatam bilim, duritiemque animi cecidit. quanta vero eſt cā lætitiæ? maxima. Natus eſt hodie, inquit Angelus ad paſtores. Vobis ſaluator. Eſa. 43.

Natus eſt. Hactenus per tot ſecula inuocatus, expectatus, expectatio gentium: tot vocibus ſollicitatus. Vtinam diſrumperes cœlos & deſcenderes. Rorate cœli deſuper &c. Veni dilecte mi veni in foraminibus petræ. Defecerunt oculi mei in ſalutare tuum, quando conſolaberis me? Abachuc, vſque quo clamabo & nō exaudies? En iam Natus eſt, Hactenus promiſſus in lege & Patribus. Dictum Euæ primæ Matri, de ſemine eius qđ caput ſerpētis cōteret. Dictū Abrahę de ſemine ī quo bñdicentur gētes. Dictum Iacob, de ducena ſciturо e femore filij ſui Iudæ. Dictum Moyſi, de propheta ſimili futuro de gente ſua. Dictū Balaamo De ſtella ventura in domo Iacob: Dictum Dauidi, de fructu ventris eius, quōd ſeſſurus erat ſuper ſede ſua. Reuelata Eſaiæ Mater virgo. Danieli tēpus anno-

Eſa. 64. Eſa. 45. Cant. 7. Pſal. 118. Abac. 1. Gen. 3. Gen. 13. Gen. 49. Decre. 18.

Num.24. Psal.131. Esa.7. Dan.9. Mal.3. Mich.5. Abac.33.

pus annorum.490. Micheæ locus q. in Bethleem naſceretur. Malachiæ præcurſor Ioan.in virtute Eliæ.Abachuc nomen, quòd vocaretur Ieſus, en tandem natus eſt Hactenus conceptus,& maturatus in lege, figuris, & imaginibus à longe manifeſtatus vnde pij ſeculorũ oĩum sũt recreati. Dũ ſaluatorẽ, & cõſolatorẽ hũc mũdi cerneret. Adã in ligno vitæ, Abel in ſacrificio, Noe in arca, Melchiſedech in decimis ſuis, Abraam in victima, Iacob in petraoki; Moiſes in ſaxo, in rubo, in Manna, in ſerpente æneo, Aaron in tabernaculo, in Arca fœderis, Gedeon in velo, Ioſue in Sole ſauente, Sanſon in fonte, David in throno, Salomon in templo, Elias in pane, Eſaias in monte, in germine, in flore, in lumine, Ezechiel in ſole nube tecto, Daniel in ſaxo ſeipſo, exciſo Ionas ĩ hædera, Malachias in Angelo. Sũt hi colores oẽs,& imagines quibus depictus à longe eſt ſaluator, nunc tandem per miſericordiam natus Vobis Hæc vero potiſſima eſt lætitiæ cauſa, quòd intelligunt Paſtores factum ad ſe pertinere, quare miſsis omnibus accurrerũt. Non ſic ad Angelos pertinet. Non enim ad lapſos, qui hic non ſaluatorem, ſed damnatorem accipiunt: vt enim pœnitere non poſſunt, ita nec redimi. Non ad beatos: non enim egent liberatore cum non ceciderint. Augent tamẽ & hic gaudia ſua, ex noſtra ſunt: quòd naſcitur. Nobis Debuit homo redimi, Tũ quia tota natura corrupta, non ſic Angelica: tum quia capax pœnitentiæ. Debuit redimi coram Iuſtitia, quæ exigit ſatisfactionem; ſatisfactio pœnam, qua corrigitur culpa, quare oportuit: vt Redemptor ſatisfacturus pateretur. Pati non poterat Deitas ſola. Satisfactio etiam fit per indebitum,& per æquiualens. Nec tantum præſtare potuit Humanitas ſola. Tum quia debita tota ex culpa. Tum quia finita: culpa autem fuerat infinita. Hic igitur duo ſunt requiſita. Vnum quod pateretur, & pateretur in natura corrupta vt pro ea poſſet ſatisfacere: Ad hoc adhibita eſt humanitas vera, ſed tamen Iuſta, è ſpiritu ſancto concepta. atque ideo indebita. Alterum quod patienti meritum daret & pondus infinitũ. Ad hoc Diuinitas. quare opus fuit, ſaluatorem hunc eſſe Deum & hominem: ſicque claudens in ſe duo extrema, vere mediaret inter Deum & hominem. Propter hoc verbum caro factum eſt. Verbum eſſe oportuit. Non Pater quia illum naſci non decuit; ſpiritus ſanctus nõ decens habuit, manent enim illum alia opera: verbũ ſua natura mediat inter patrem,& filium, quare & optimus mediator deſtinatus eſt. Verbo condita ſunt omnia; Verbo & reſtitui debuerunt. Verbum imago, naturalis latus eſt: hanc in homine reſtituere potuit. verbum totum Dei filiationem in ſe & continet, huius participẽ potuit hominem facere. Quare verbũ caro factũ eſt. Caro ideſt humanitas requiſita eſt, vt pati poſſet: vt merita patientis ad hominem pertinerent: vt ab eadem natura vinceretur Diabolus, quam deceperat. Ita decuit Diuinam ſapientiam in eadẽ natura antidotum culpæ inſtituere. Deus itaq; homo factus eſt. Homo autem ſic. Deo vniendus, iuſtus eſſe debuit,& innocens, tum propter honorem aſſumentis verbi; Tum propter efficaciam medicinæ quæ ex ipſo parabatur, ad ſatisfaciendum pro culpa Talis ex homine naſci non poterat, quando tota natura corrupta fuerat:

fuerat: conceptus igitur è ſpiritu ſancto eſt. Et ex virgine immaculata natus eſt. Hodie. Tempus hoc illud acceptabile; quin temporis plenitudo, quo oracula omnia impleta: promiſſa, exhibita, plena omnia luce, veritate, ſanguine, merito, gratia. Accipiunt iam ſancti Patres filium, vmbræ veritatem: Templa, & Aræ victimam. Prophetæ ducem, ſecula redemptorem, quòd Natus eſt Saluator. Venere hactenus Angeli, Archángeli, conſolatores, comites, inſtructores. Venere Patres, Abel, Seth, Sem, Enos, Enoch, Noe, Matuſalem, Melchiſedech, Venere Patriarchæ Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph. Venere Duces. Moiſes Aaron, Ioſue, Gedeon, Sanſon. Venere Principes Naaſon, Aminadab, Salmon, Zorobobel. Venere Reges, Dauid, Salomon, Ioſias, Ioſaphat, Ezechias &c. Venere Prophetę Samuel, Elyas, Eliſeus, Eſa. Iere. Ezech. Dan. &c. Venere Sacerdotes, Eli, Elezar, Zaccharias. Tandem venit miſſus à Deo præcurſor, Ioann. quaſi Angelus ante faciem Domini. At hodie Natus eſt Saluator mundi, Captiuis redemptor, ſeruis liberator, cæcis lux, Infirmis ſalus, mortuis, vita. Et ſalus eſt maxima, quam hæbrei non agnoſcunt: Saluat enim populum ſuum à peccatis eorum ideſt eripit è manu mortis & Satanæ. Collætantur itaque merito omnia, & exultant ligna ſiluarum. Cœli ipſi pleni ſunt mira alacritate, rorant, & pluūt manam, lumina multiplicant, triplicant ſoles, & modis omnibus enarrant gloriam Dei Angeli Iucundiſſimi ſunt de gloria Domini ſui, de ſalute fratrum; de confuſione apoſtatarum dæmonum. de pace data ſeculis In terris exultant omnia piorū corda, & ora, Zacharias mutus præ lętitia loquitur & benedicit, Ioannes filius in vtero matris exultat; Eliſabeth Mater exclamat, & Matrē Domini bene dictam prędicat, Paſtores teſtantur, Magi adorent, Quid putamus hic facere cor Mariæ Matris & virginis, quæ myſterium poſsidet? quæ oculis filium conſpicit (Auguſtinus) corde Deum adorat? quę lingua poſsit iſtius gaudia celebrare? teſtatur euāgeliſta: quòd obſeruabat omnia & conferebat in corde ſuo: quod quaſi ſcrinium eſt ſecretorum Dei; Adeſt optimus ſeniculus Ioſeph, iuſtus virginis cuſtos. teſtis omnium, ab Angelis informatus: ſcit puritatem Matris, ſcit Maieſtatem filij, adorat & ipſe natum; adeſt obſequentiſsimus. paratus omnia facere, omnia pati vt cuſtodiat matrē & filium. Ad ſunt & animalia fortunata Bos, & Aſinus, cognoſcentes & ipſi & ſuo modo colentes Dominum & poſſeſſorem ſuum; flatu & ſpiritu quando aliud non poſſunt, vagientem puerum calefacientes. Vt ex his diſcant pauperes honorare ſanctum Domini præſepe, ſi aliud adhibere non poſſunt: ſaltem ſpiritu & flatu ideſt bonis verbis & bona intentione. Paſtores vigilent ſuper greges ſibi commiſsis, quando iam ſciunt timendum ab Herode, & ſinagoga, hæreticis, vanis &c. væ ijs qui dormiunt naſcente Christo. Magi dant aurum, thus & myrram, ſic debent diuites, è ſua ſubſtantia colere & honorare ſaluatoris paupertatem. Tu Sereniſsime Princeps quaſi Ioſeph, teſtis es bonorum omnium, inſtructus a pueritia, doctus religionis myſteria: vanitates mundi ab hoc præſepio te non diuertunt; tu prius has hydras viceras quàm vidiſſes,

Huc ideo vocatus es, vt Domini præſepio tutor ſis. Circunſtant ſinagogæ Hæreticorum, luteranorum, ſacramentariorum, Anabaptiſtarum ſidei inſidiantes. Molitur Herodes mundi ſcilicet vanitas & ſuperbia vt bonos corrumpat mores: naſcentemque puerum perimat: Tuum eſt obſtare pro regno Chriſti, voluiſti ſemper, forte non poteras: nunc potes multa: & cum glorioſiſsimo iſto ſenatu potes omnia, quæ ad hoc requiruntur. Obſecro obteſtorque omnes vos, ò Altiſsimi & clementiſſimi veneti, ne deſpicite Chriſtũ pauperem: ne illius præſepe, aut fœnum horrete. Hoſpitalia eius, orphanos, captiuos, carceratos miſericordia veſtra fouete, & ſalua iuſtitia conſolamini, ſunt quidem miſera, & paupercula loca; ſed Chriſti ſunt præſepia & oſſa veſtræ pietati commendata. Creſcet hic paruulus, & proficiet: ſi non Herodi, Pilato, Phariſeis, Turcis, hæreticis, impijs, mundi amatoribus, veritatis hoſtibus: Creſcet vobis & populis veſtris fœliciſsimis. Et quo magis obſequentem & fauentem ſibi gloriam & maieſtatem veſtrã ſentiet: Eo magis & ipſe Principem veſtrum: cõſilia, capita veſtra, Populos & regna veſtra, diuina ſua benedictione replebit; pace amicorum, formidine & pauore inimicorum firmabit, quouſque pereunte mundo regnum hoc temporale, in æternum commutabit. Amen.

Habita Venetijs ad Illuſtriſſimum. Dominium Anno Domini. 1553.

IN FESTO SANCTI Stephani prothomartyris.

Stephanus plenus gratia, & fortitudine faciebat &c.

SINGVLARE exẽplum virtutis, & gratię proponitur hodie nobis in Stephano, vt eũ non modo laudemus quòd primum eſſe ſolet in ſanctorũ cultu, & in quo nos multa præſtare facile ſolemus. Non ſolum etiam inuocemus. & fauorẽ eius tanquã Patroni multa potentis apud dominũ pro cuius nomine & gloria tanta dixit, fecit & paſſus eſt, nam & hoc facimus ſatis bene, cum vrget neceſſitas, Sancte Stephane ora pro nobis &c. verũ & quem imitemur & ſequamur, ad quem ſcopum vt in hoc cultu primarium reſpiciens Mater eccleſia dicit. Da nobis Domine imitari quod colimus &c. Vir ſingularis eſt Stephanus dignus, cultu, ſpcibus & imitatione. Nam plenus eſt gratia & fortitudine. Vas plenum ex vi ſuæ plenitudinis, primo non admittit alios liquores: ſecundo ſua plenitudine & grauitate ſtat. Tertio vix tactum effundit quod in ſe habet Ita homo Dei plenus gratia facile reſpuit amores mundi & quæcunque aliunde ſibi cõtingere poſſunt, pſal. Renuit conſolari anima mea: Paulus De cætero nemo mihi moleſtus ſit. Gregorius. Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Iſta iurauimus in Baptiſmo, dum abrenũtiauimus ſatanæ & operibus eius: at millies men

titi ſumus. Stat etiam ſua plenitudine ſtabilis contentus, hærens immobiliter domino ſuo, tenui nec dimittam Sapiens vt ſol permanet: ſtultus vt luna mutatur. Quis ſeparabit me à charitate Chriſti? Grauitas mundi huius deprimit cor. Vſque quo graui corde? vnde grauitas? Diligitis vanitatem, & quæritis mendaciū. Grauitas & plenitudo gratię non deprimit, ſed extollit cor ad ſublimia, quaſi pennę columbæ &c. Ita noſter hic cum eſſet plenus ſpiritu ſancto intendens in cœlum vidit gloriam Dei. Intendit in cœlū, erectus ad ſublimia & ibi ſtat, tam firmiter vt à nulla re dimoueri poſsit. Effundit etiā è ſua plenitudine liquores ſuos, implet Hieruſalem. Implet tempora omnia odore ſuo. Et qui ſunt liquores quorum Stephanus noſter plenus eſt, & quos effundit prodigus? Plenus eſt inquit Lucas, Gratia, & fortitudine, vere precioſa eſt plenitudo. Gratiam habet, in primis gratis datam, quam & Apoſtoli ſuſceperant, & continet hæc tria potiſsima. Sapientiam, Eloquentiam, virtutem miraculorum. Sapientiam effundit, talem ac tantam, quod ſcripturas interpretatur, ſenſus adijcit opulētos: Ita quod Academiæ aliàs peritiſsimæ & dicaciſsimæ, non poterant reſpondere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur in Stephano. Ita promiſit Chriſtus ſapientibus ſuis: Ita factum Concilio Nicæno. Ita ſæpe ſapientia Chriſti ſimpliciſsima dementauit mundi ſapiētiā, vtcunq; eminētem & phaleratam: Eloquentiam adhibet, qua ſapientiam ſuam ornat, & inflammat. Nam vt ſine ſenſu & ſapientia vaniſsima eſt eloquentia. Ita cum Sapientia maxime vtilis & honorifica eſt. ſi mundus appeteret Dei verbum, certe non egeremus Sapientia. At quoniam potius verbū deridet & fugit, ideo quaſi ſine fame ſit mundus, addidit Deus, velut ſaporem eloquentiam ſapientiæ, vt dicendo delectet & ſic quaſi neſciū moueat, trahat, & dulciter, ac fœliciter fallat cor humanum: Ob eloquentiam D. Paulus vocatus eſt Mercurius: ne putes inutilem, aut vanam. Celebres in vtraque eccleſia Græca & latina fuere rhetores, & oratores. Chryſoſtomus, Gregorius Nazianzenus. Baſilius Niſſenus: Ambr. Hieronimus, Ciprianus, Lactantius & alij, qui multa fœlicitate piſcati ſunt pro Domino Ieſu. En quā eloquens eſt hodie Stephanus, quam acer, & vehemens in dicendo. A principio pulchris titulis captat beneuolentia n. viri patres & fratres: In medio docet mirabili copia, diſcurrit totum teſtamentum vetus. In fine terribilis, & violentus eſt. Dura ceruice & cætera. Habet tertio virtutem miraculorum, ſigna & prodigia faciens. Narrat Auguſtin. ꝙ vſque ad ſua tempora; ex inuocatione beati Stephani ſex viri à mortuis reſurrexerunt, frequentiſsima miracula, in vita, in morte in inuentione, in tranſlatione: ſemper ſeipſum ſuperat. Gratiam inſuper habet gratificantem, quæ complectitur radicaliter virtutes theologicas: Plenus eſt fide, quæ tanta eſt, vt videat cęlos apertos &c. omnia nouit, omnia credit, omnia pro infallibilibus habet quæ proponuntur. Plenus eſt ſpe, totus intendens in cœlum; commoda huius mundi deſpiciens, atque ita in cœlum intendens; ꝙ propter ea bona ſola, quæcunque alia mundi huius fortiter reſpuit. Plenus eſt charitate, quæ rarum ſui ſpeci-

ſpecimen præbet: diligens vſque ad inimicos ſuos lapidatores, qua oratione tantum valet, quòd non prius expirat quòd Saulũ Phariſeum acerbiſsimum lucratur Chriſto. Ita apparet ex multis, quòd ſit Stephanus plenus gratia. Sed & plenus eſt fortitudine tanta, vt vinci nullo modo poſſit, extingui pôt, vinci non pôt, quid vero illuſtrius de Milite honorato dici pôt, quã qđ ſit fortis? Forté aũt oſtendit audacia in bono, & Patientia in malo, & hæc miro modo ſplendent in Stephano. Audacia tanta eſt, qui Chriſto pro ſe mortuo, mortem reddit, animam pro anima, nil minus & dat intrepide. Patiens etiam contra inſultus, qui tres in primis obijciuntur. Inſultant verbis, inſultant teſtibus, in ſultant lapidibus, omnia toleratr Stephanus, non modo patiens, ſed iucundus. Verbis reſpondet & humanæ ſapientiæ paralogiſmos retundit tam fortiter & ſapienter, ꝙ teſtatur. Lucas; ꝙ ſinagogæ diſputantes cum Stephano. Diſſecabantur cordibus, & quòd ſtridebant in eum, quòd continuerunt aures, & impetum fecerunt in eum. Ipſe vero intrepidus ſtat, nõ modo nil timens in corde, ſed neq; mutatus in facie, teſtatur enim Lucas, quòd in iſto cõgreſſu, facies eius erat. ſicut Angeli. Hic texit mirabilem illam Apologiam pro chriſto in ſenatu Iudæorũ, quæ ſinagogam pertraxit ad lapides Teſtes ingruunt dicẽtes, Homo iſte non ceſſat loqui contra locum ſanctum & legem. Submiſerunt dicentes, Homo iſte non ceſſat loqui contra locum ſanctum & legem. Submiſerunt viros qui dicentem verba blaſphemiæ in Deum & Moyſen, quibus reſpondet Stephanus tanta cum eminentia, & virtute, quòd omnes reprobat, & cõfundit, ſuper myſterijs, legis, & templi. Lapides tandem obijciunt: eiectumque extra ciuitatem, quando aliter comprimi non poteſt audaciſsimus hic Chriſti miles lapidant, ille vero inuincibilis tam generoſe ſuſcipit torrentis lapides, quòd illi verſi ſunt in dulcedinem. In primis autẽ genua flectit, & reueretur lapides, vt præcioſos: quorum opera mox liberabitur è malis oĩbus et ipſis tanq̃ premiun tantæ monetę dabitur ęterna gloria ꝓ mercede. an nõ ſunt precioſi, qui tantum valent? Recipit ergo illos Stephanus genuflexus, magna cum reuerẽtia vt lapides ſacros, & precioſos: deinde inter lapides hos, grauis hic & imperturbabilis Chriſti miles, cõponit amores ſuos; quod nos ſumma in tranquillitate, neſcimus facere: atque primũ prouidet animæ ſuæ. d. Domine Ieſu accipe ſpirium meum. Deinde ad curandum animã proximi verſus clamat. Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Vox iſta lucrata eſt Saulum teſtem & veſtes carnificum cuſtodientem; Tanta eſt huius noſtri gratia & fortitudo. Fortem vero faciunt præcipue quatuor hoc loco. Primo, quòd intuens in cœlum, videt apertum. ideſt paratum portũ quo poſt tot labores quieſcat: ante Chriſti mortem cœli erant clauſi, nunc iam aperti, timorem excutiunt: & animũ patientibus faciunt. Secundo quòd videt paratum auxilium domini. Ieſum ſtantem: omnia è cœlis contemplantem, & paratum ad ſuccurrẽdũ, vel vt liberetur, vel vt coronetur. ita dolenti Antonio & dicẽti. Vbi eras Domine Ieſu? dictum eſt, Aderam Antoni, ſpectabam certamen tuum. Tertio, quòd cernit dominum & Regem ſuum per hæc media fortitudi-

tudinis,& patientiæ, exaltatũ,& glorificatum atque in dextris Dei ſedentem & expectantem. Quem ſequatur Miles, ſi non Regẽ? An rex tam generoſus poterit amare ignauos? Quarto quòd pręmium ſibi paratũ iam iam poſsidet,atq; animo conceptã Dei gloriã quã intuetur,incipit, iam manutenere; tãto illi vicinior & ea beatior, quanto hic ab omni mũdi huius commodo amore & guſtu remotior,ad æterna iam raptus, dulciſsimo ſomno obdormiuit in Domino. Amen.

IN FESTO D. STEPHANI PROTHOMARTYRIS.

Ecce ego mitto ad vos Prophetas ſapientes &c.

NON habet mundus hic infœlicius vllum ſpectaculum, quam Chriſti eccleſiam vt eam iudicat mundi ſapientia. Nam hic caput eſt crucifixum. homo omnium miſerrimus,& vt eum vocauit. Eſ. no-
Eſa. 53. uiſsimus virorum,percuſſus,humilia-
tus à Deo. Membra quoque, & ea
præſertim quæ nobiliora, & capiti
proximiora, quales Apoſtoli ſunt:
quaſi oues inter lupos: roſæ inter
ſpinas, Angeli pauci inter multos dę-
mones; ita & apud Ezec. qui ſignati
ſunt ſigno Thau, lugent & flent.
Et de noſtris Paulus, vſque in hanc
1.Cor.4. horam eſurimus,& ſitimus, nudi ſu-
mus,blaſphemamur,maledicimur,tã-
quam purgamenta mundi facti ſu-
Pſal.43. mus, Et cur? Rationem malorum
omnium reddidit ex Pſal. propter te
mortificamur tota die. Sic ergo caput eſt crucifixum: membra ſunt martyres, lex verbum crucis, profeſsio eſt obedientia, gloria eſt patientia. Contra ſi ſpectas ſinagogam Satanæ, in qua ſunt mundi potẽtes,ſeculi huius gigantes,& Poliphemi,nihil apparet ſęlicius,aut ſpecioſius. Iſti habent mundum in manu,iubent, dant leges, dominantur per phas,& nephas, & quanto peius faciunt, tanto magis gaudent. pro ſecundo lætantur cum malefecerint, exultant in rebus peſsimis, potiſsimum in oppreſsione iuſtorum Chriſti. Aduerſum me læta-
ti ſunt, Et multiplicata ſunt ſu- Pſal.43.
per me flagella: Ita exultat Pharao
dum premit Iſraelem: Philiſtei dum
illudunt Sanſoni, Chriſto pendenti
inſultant Iudæi, Vox illa inſolens,eu-
ge euge deuorauimus eũ, inducitur Apoc.17.
mulier impudentiſsima ſedens ſuper
beſtiam habentem capita ſeptem, & cornua decem in fronte & in eis nomina blaſpemiæ quę creaturæ nõ conueniunt: calicem in manu plenũ proſtitutione ſua, & eſt ebria,quo vino? Sanguine martyrum. Talem Sanguinariam, ſanctorum ſuorum macellum, taxat acerbe hodie Chriſtus in euangelio, oſtendens in ſumma, ac tãgens capita tria. Primũ quã clemẽs & beneficus ipſe ſit erga illã Secundum quam ipſa inclemens & crudelis erga ipſum & ſuos. Tertiũ quale tandem iudicium illi ex hac inclementia impendeat. De Primo inquit. Ecce ego mitto ad vos prophetas &c. De Secundo, Hieruſalẽ, Hieruſalem, occidis prophetas & lapidas &c. De Tertio. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta: Illuſtre autem horum omnium exemplum, eſt Stephanus gratia & fortitudine, qui ſic ad Iudęam mittitur: ab ea lapida-

tur,vt

tur, vt veniat ſuper eam omnis ſanguis iuſtus &c. Nunc ſingula perpendamus.

De primo. Ecce ego mitto ad vos Prophetas &c. Habent omnia pondus. Ecce, vide quantam Domini bonitatem, quantam mundi malitiam. Ego mitto. Exprimit in Chriſto ſingularem charitatẽ, qua miſſurus eſt loco ſui apoſtolos, vt pacẽ Iudeæ annuntient, Et iam animo parato mittit: In apoſtolis, authoritatem, quod miſsi ſunt à Domino: quomodo prędicabunt niſi mittuntur. Ad vos vtcunque duros, prophetarum perpetui mactatores, qui omnes Dei ſeruos in patribus veſtris occidiſtis; qui me ipſum mox crucifigetis, & (quod præuideo) meos omnes perſequemini, Ad vos tales mitto Sapientes, ſcribas, & prophetas. Dicitis ô ficti, Nos ſi in diebus patrum fuiſſemus, nõ occidiſſemus prophetas, Et ſepulchra interim mortuis ædificatis; cum tamen nil minus crudeliores ſitis, videte quales mitto. Sapientes &c. Verbum hoc quatuor in ſe cõtinet. Primo, vt Chriſti, q eſt ſapiẽtia patris ingeniũ agnoſcamus, ſpũm qui ẽ Piſcatoribus tales viros efficit. Secundo vt apoſtolorum, & diſcipulorum Chriſti dignitatem, & ſufficientiam diſcernamus, vos eſtis lux lux mundi, vos eſtis ſal terræ. Tertio, tanto minus excuſabilem intelligamus Iudęam, quæ tubas tales non audierit, plenas tanto ſpiritu, tantaque virtute, Quarto ex hoc diſcãt prælati noſtri quales viros debeant ad eiuſmodi munus euangelij prædicandi deſtinare, ſi cæcus cæco ducatum præſtat &c. Ad hanc eandem partẽ, qua ſcilicet Chriſti clementia prædicatur, pertinet amabile illud exemplum Gallinæ de qua dicit. Quoties volui congregare &c. Exemplũ Gallinæ exprimit amorem Maternum in filios, quo ſecundum illã D. Pauli Philoſophiam, aſcendimus ad inueſtigandum inuiſibilem Chriſti amorem erga ſuam Iudeam. Ita olim in Deuteronomio per exemplum Aquilę ferentis pullos ſuos expreſsit Dei patientiam. Eſt igitur Gallina, Primo ſtudioſa vt pullos diſperſos congreget. Ita & Chriſtus. Volui, inquit ꝑ me nõ ſtetit; miſi plures viros valentes. Secundo, patiens laborum omnium, vt filios tegat ſub alis, pſal. Scapulis ſuis obumbrabit tibi &c. ſe totam aperit vt recipiat ſub alis. Ita Chriſtus in cruce. Tertio audax contra inſultus, & pericula filiorum: pugnat vſque ad mortem vt tueatur. quid non malorum tulit in hac pugna Chriſtus? ſi me quæritis ſinite hos abire. o Fœlices quotquot ſe ad vmbram Alarum Chriſti recipiunt, Pone me iuxta te & cuiuſuis manus pugnet contra me: Confidite ego ſum &c.

Matth. 5. Marc. 6. Matth. 14. Matth. 23. Pſal. 90. Iob. 18. Iob. 17. Marc. 6.

De ſecundo Quàm ſcilicet fuerit Iudęa erga Chriſtũ & Chriſti ſapientes crudelis, quàm erga Dei verbum & veritatem perfida: ſequitur. Ex illis occidetis &c. Vide quàm infortunati ſint homines Chriſti coram oculis mundi: Pacem adferunt, pacem prædicant & ſapienter, Ecce quantum ipſi bellum ſuſtinent & patiuntur. Exaggerat caſum Chriſtus per apoſtrophen. Hieruſalem, Hieruſalẽ quę occidis prophetas. & lapidas eos, qui ad te miſsi ſunt Verbũ præſens La pidas & ocidis, ſignificat animũ paratum ad ſcelus: quin & gentis ſerum ingenium, ſic ad effundendum ſanguinem promptum. De quo D. Stephanus. quem prophetarum non ſunt perſecuti Patres veſtri? Dubitat

Ezec. 17.

ſtat hic d Ioan. Chryſoſtomus. Si iam præuidet Chriſtus ſapientes ſuos à Iudæis tam male perdendos, cur ergo mittit? Reſpōdit, Sicut ex prouidentia debet Deus dare occaſionem bonis, vt benefaciant, ſuamque bonā voluntatem exerceant: ita debet malis, non vt mali ſint, ſed vt malitiam cordis effundant vnde iudicentur; Ob hoc regnum dedit Pharaoni, Et loculos Iudæ, quem ſciebat furem. Quis vnquam putaſſet Phariſeos bonos alioqui in ſpecie viros, tantum fellis & acerbitatis habere in corde? quis putaſſet eos quòd ſemper tot modis inuocarent aduētum Meſsię, tā acerbe vexaturos Meſsiam & nomen & ſeruos eius? Probatio declarat. Ad idem caput pertinet illud. Et noluiſti. Ita totis animis congrediuntur Chriſtus, & ſinagogæ: quantum ſibi opponunt hæc. Volui. Et noluiſti: Pugnauimus ambò ſtrenue. ego vt te ſeruárem; tu vt me, meoſque & tandem teipſum perderes. Sed hic ſolet dubitare D. Auguſti. quomodo hæc ſtare poſſunt, vt velit omnes, nolit Creatura & impediat Creatura Dei voluntatē, cum tamen ſcriptum ſit. Voluntati eius quis reſiſtit? Et in pſalmis. Omnia quęcunque voluit fecit. Et apud Eſa. conſilium meum ſtabit & omnis voluntas mea fiet. Auguſtinus facile elabitur diuidens Iudæam in matrem & filios: Matrem non vocat, ſaltem non efficaciter vocat Chriſtus niſi vult congregare: & hæc eſt ſinagoga. Filij ſunt apoſtoli & cæteri qui ex Iudæis crediderunt; hos vocat, & vult & congregat Chriſtus volente & reclamante Matre. Ingenioſa eſt reſponſio; tamen non videtur omnibus ſatisfacere. Nam & apparet quod multos vocauit & voluit congregare Chriſtus, qui tamen

In ench. 96.

Iob. 4.
Pſal. 113.
Eſa. 46.

nolentes, non ſunt congregati, De Betſaida & Chapharnaum, teſtatur, quòd ſi in Sodomis facta fuiſſent quæ in eis facta ſunt: pœnitentiam egiſſent. Patet ergo quod vocauit & verbo & factis: & factis ſufficientibus ad conuertendum, & tamen noluerunt. Quod ſi nō, Dure agit cum illis, quibus minatur grauius iudiciū impēdere, quàm ſodomis. Cur enim ſic, ſi nō vocauit efficaciter? ſine eius voce & efficacia clarum eſt, quòd cōuerti non poterant. Sed quòd vocaſſet & efficaciter, explicat per exemplum Gallinæ ex cuius affectibus exprimit ſuos: ſi non eſt efficax Gallina erga ſuos pullos, concedi poteſt, quod nec Chriſtus erga ſuos vocatos. At illa efficaciſsima, affectuoſiſsima eſt, ergo &c. Iā & dixit hic. Mitto ad vos Prophetas. Et tamen iſti ad quos mittuntur occidunt, lapidant &c. quòd ſi ad eos ſerio nō mittebantur. quid ergo commeriti ſunt, ſi non audierunt? Quomodo ergo creatura impedit Dei voluntatem? reſpondeo per tres concluſiones. Prima. Dei voluntas vult & vocat Iudęam matrem, & filios, modo illi competenti; ſalua ſcilicet eius libertate: vt audiat ſi velit. Audientibus promittit vitam; reijcientibus mortem. Secunda, Iudæa vocata ex ſui libertate, partim recipit, partim reijcit, non ex vlla neceſsitate, ſed quia vult. Tertia, quomodocūque impletur Dei voluntas, ſi non antecedens, quæ voluit omnes credere & ad agnitionem veritatis venire, & ſaluos fieri, Certe conſequens illa quæ mundum æquis legibus regit, vt qui credunt ſalui fiant: & econtra.

Hoc vero pertinet ad tertium caput; Ad Iudicium ſcilicet, quo ſanguinaria iſta Hieruſalem punita eſt; vt veniat ſuper te omnis ſanguis. Et

IN FESTO S. IOANNIS Apoſtoli, & Euangeliſtę.

PERGIT ſchola D.N. Ieſu, per omnia mundi diſcrimina ad quæcũque vocatur à Domino: & pergit bono aïo: tũ qa inſtructa eſt & nouit quo tẽdat; ambulatq́, in lumine: tũ qa in affectu ĩcitat eũ potẽs q̃dã amoris flãma: qua trahiť, & cingitur quo non vult: tum quia ambulat in odorem vnguentorum Magiſtri præcedentis: qui non dicit. Ite, ſed eamus: nõ vade, ſed Sequere me. Sequitur ergo ſchola, ſicut Iſrael columnam nubis, & ignis per deſerta, ſequitur magiſtrum Ieſum præcedentem, & faces diuini luminis oſtẽdentem. Sunt autem faces Chriſti duæ potiſſimum. Altera verbum eſt; quam ſequitur vt lumen infallibile fides, certa & cõſtans, Altera vita eſt irreprehenſibilis, quam ſequitur ſtudioſa, & obſequens quædam imitatio, vt non minus in nobis, quam in ſeipſo concipiatur, naſcatur, circũcidatur, baptizetur, doceat, operetur, Moriatur, reſurgat Chriſtus: ſicq́ue ſchola magiſtrum ſuum in ſe formet, & induat, ideſt mores eius & imaginem referat. Dicẽte illo. Venite poſt me. Diſcite à me: ſequere me. Habet autem ſchola hæc generoſas quaſdam conditiones, quibus diſcipulos Chriſti format, vt merito ij ſint chriſtiani, qui huius diſcipuli ſunt: ſicq́ue à principio naſcẽtis eccleſiæ, diſcipulorum nomine, chriſtiani vocabantur. Et Ioannes nõ alio nomine ſe ipſum explicat, quàm diſcipuli: Tanti refert ad ſcholam hanc pertinere. Et eſt cõditio ſcholæ Prima, quod eſt pura & clara tollens ænigmata, confuſiones, & nebulas impietatis, ſuperſtitionis, falſæ dubię ve credulitatis diſtinguẽs omnia, non admittens vllam mixtionem. Atque hac ratione optimus huius diſcipulus eſt Ioannes: nam purus & virgo eſt, ſpũ & carne: dignus cui virgo virginũ commendaretur. Nos etiam ita oportet puros & virgines eſſe, omnemq́ue animi maculam purgare, vt ad ſcholam hanc pertineamus. Purgabit autem, in primis cõfeſſio ſacramentalis, ſi frequẽtemus. Illa enim vere ſcopit animam, & à culpis liberat. Deinde obedientia, ſi cui perito, & pio patri nos ipſos ſponte ſubijciamus, & ex eius nutu omnia faciamus. tandem bona ſinceraq́ue animi intentio, & bona voluntas, quando aliter prouidere nobis non poſſumus de præcepto, aut conſilio peritorum. bonam voluntatem deus non deſerit. Secunda conditio ſcholæ: quod eſt quieta, tollens fortunas, & tempeſtates, docenſq́ue, imo & tribuens perpetuum ſabbatiſmum; pendet enim à doctore, illiq́ue hæret, & eius fidei innititur. Ideoque & ex hoc optimus eius diſcipulus eſt Ioãnes, qui in cœna Domini dum à parte vna cõmouet Iudam conceptum ſcelus, perfidia, ipſeq́ue Satanas exagitat: à parte altera turbant Petrum & alios timor, ſuſpicio, tepiditas, amor: ſolus Ioannes quieſcit, & dormit, totumque ſe reponit ſupra immobile pectus Domini ſui: vbi ſumma cum pace, tanquam in loco ſcholæ ſupremo, fluenta Euangelij potat, magnaſque illas & admirabiles ſacrorũ myſteriorum lectiones haurit, vnde conſcripſit Apocaliſim. Nos quoque ſic opus eſt, tandem quieſcere, ab operibus tenebrarum: & inſuper à conceptibus proprij cordis, quod plenum

eſt contradictione,& tempeſtate: vt ſilentes audiamus,qđ in hac ſchola, pro Dei Domini gloria,& pro ſalute noſtra edoceatur. Tertia conditio ſcholæ eſt, quod amoroſa eſt, vnde inflammat, viqúe amoris potentiſsime trahit, quin & immutat corda, hęc enim illa ſedes eſt vnde Magiſter exaltatus per hoc vnum amoris rete omnia traxit ad ſeipſum,amorem docet,amorem conſulit,amorem præcipit, amorē imprimit; Omnia in vno hoc ſermone complet, Dilige. Ob hoc etiam Ioannes aptiſsimus eſt diſcipulus huius ſcholæ: totus amoroſus, de amore ſingulari quadam gratia differens,vt ſi alijs partibus excellunt cæteri,vt eſt Matthæus planus, & copioſus, Lucas lucidus & eloquens:Marcus acer. Petrus feruens, Paulus doctus & vehemens: in hoc Ioannes excellit,quòd amoroſus, & tener eſt, de charitate perpetuo docens. Deus charitas eſt, qui manet in
Ioan.4. charitate &c. Diligamus inuicē:Perpetua vſque ad mortem huius diſcipuli admonitio fuit. Filioli diligite alterutrum: ob hoc & ſe dilectum dicit a b eo,qui diligentes diligit.Sic ergo de ſe pulcherrime; & magna ſui fœlicitate dicit,quòd Petrus conuerſus vidit diſcipulum, quem diligebat Ieſus, Et certe magna, & multa habuit à Magiſtro amoris teſtimonia. Primo quòd ab humili piſcatura, ad Apoſtolatum vocauit.Secundo ꝙ in nuptijs Canæ honoratus, & miraculo inſigni ditatus. Tertio quòd ad ſecreta vocatus, in monte thabor, in domo Archiſinagogi, in extrema tandem agonia. Quarto in cœna ſupra pectus admiſſus eſt, & de proditore informatus. Quinto quòd in morte huic vni matrē chariſsimam commendauit. Sexto quòd ſuſcitatus,hunc primum ad interiora ſepulchri admiſit.Septimo.quòd huius finem ſibi vni Dominus reſeruauit, Si eum volo manere,quid ad te? Octauo.quòd hunc præcipue de futuris eccleſiæ ſuæ fortunis abunde inſtruxit, vnde ſacram illam Apocalipſim compilauit. Nono. ꝙ de miſterijs altiſsimæ deitatis ſuæ potiſsimum imbuit,vnde, quaſi Aquila tam alte aſcēdit, & ſublimiter intonuit, quòd ſi paulo altius,Mundus capere non potuiſſet, quæ omnia ſunt ſingularia & præſtantiſsima Diuini amoris argumenta. Diligebat ergo hunc diſcipulum Ieſus,& non ſine ratione. Tum quia ſibi intimus,& conſanguineus. Nos nō diligimur quia externi & peregrini, quæcunque alia magis curamus, quam quæ Chriſti ſunt. Tum quia iuuenis, florem primę ætatis obtulit Magiſtro quod plane decorum eſt. & gratioſum, cernere iuuenem ſpiritualem, bene compoſitum, exēplarem,chriſtianum nomine & re. Et quam ipſi proficuum,cui tantum vitæ ſupereſt ad bene merendum. Plurimi in ſenio vix reſipiſcunt, & fæces vitæ dant Chriſto,tuncque ad illum ſe ſe cōuertunt, cum ab eis mundus ſe ſe auertit. Tum quia ſublimis, & generoſus iuuenis eſt,ad perfectiora ſemꝑ contendens,nuptijs virginitatem præfert; Piſcaturæ Apoſtolatū;Parētibus Magiſtrū;vnde in tm̄ attollitur, vt quaſi Aquila cœleſtis ſuperet cœlos, & inde altiſsima illa, Diuinitatis arcana ad nos referat. In principio erat verbum; Deus erat verbum: &c. Sublimē ſic hominem faciunt virtutes Theologicæ,intelligentiam eleuat fides. Affectionem commodi ſpes: Affectionē iuſtitię charitas:Nos non diligimur, quia viles,& depreſsi,& inutilibus;tē-

poralibus, ac momentaneis delectamur. Quanti autem referat à Chriſto ſic diligi, dici nõ poteſt: Certum eſt quòd amor eius Primò, Eſt amor ſanctus, caſtus, Diuinus, virtutem tãtum reſpiciens, & hanc vnam carni & ſanguini præferens: qua ratione olim huius dilecti matri immodeſte & inepte petenti dixit; Neſcitis quid petatis, non eſt meum dare vobis. Secundo eſt amor conſtans, & firmus, nunquam deſtituens neque in mortis articulo, neque poſt mortẽ. Vnus hic ſalua omnia facit Beatus cuius eſt Dominus Deus eſt: Beatus quem aſſũpſiſti. Tertiò ſpes amor fructuoſus, & vtilis à quo tanquàm à fonte bona omnia manant temporalia, & æterna: Iuſtificat, magnificat, glorificat Deus qũ diligit. Hic ergo titulus oẽs ſuperat fortunas. quem diligebat Ieſus. Hęc vna perſuaſio fęlicẽ reddit diſcipulũ qui ſic totus in amore Magiſtri quieſcit. Fœlicem etiam Magiſtrum, qui ex hoc diſcipulum ſemper inuenit paratum ad obſequendum, quocunque vocet, bono animo pergit, magiſtrum enim amantiſsimum amore ſequitur: curioſus eſt Petrus, ſcire cupit, Hic autem Quid? Ioannes hoc vnum quærit, hoc ſcire vult, quòd à Chriſto diligitur. Et Diligentem ſequitur, quo autem fine? Secretum hoc ſibi reſeruat Chriſtus, tanquam de Dilecto. Actum ſecretum eſſe iubet, vt & in verbis ipſis dubiũ quoddam poni voluerit. Græci enim legunt. Si eum volo manere. Vnum hoc nobis ſufficiat de Ioanne ſcire, quòd Diſcipulus Chriſti fuit, quòd doctrinam verbumque eius fide, vitam imitatione ſequutus eſt, quòd intimus generoſus in Chriſti ſchola fuit: quod ſpiritu ſancto ſuſcepto, ad quæcunque vocatus ex perimenta, etiam ad martyria, ad dolia feruentia, (vt autor eſt Tertullianus) ad venena, ad exilia, bono animo, ducente amore Magiſtri, ſequutus eſt. Tandẽ ad eccleſiam epheſinam curandam, plenus dierum, laborum, & meritorũ poſt multa pro Chriſto Magiſtro & dicta & ſcripta, & facta ad coronã vocãte Magiſtro & dicẽte. Veni, veni Dilecte mi, ſe ſe lætus in dilectũ excitat, atq; ẽ fouea ſibi parata inſpectante populo, & proſpera oĩa præcante occurrit dicens. Ecce. ecce ad te venio. tũ ſplendor circunfuſus eripit illũ ex oculis intuentium remanetque locus foueæ ſine Ioanne: nobiſque dubium quid de illo factum ſit; niſi q̃ certo ſcimus, Chriſti diſcipulum dilectum fuiſſe, vocaſſe illum Magiſtrũ Chriſtum, Reſpondiſſe. diſcipulum, Et vt olim in cæna, ita nunc in fouea ſupra Magiſtri pectus diuino quodã mõ accubuiſſe, & dormitaſſe, quaſi dilectũ cum dilecto. Deo Gratias.

Matth. 17.

Pſal. 142.
Pſal. 64

IN FESTO SANCTOrum Innocentum.

NATVS eſt Dei filius inter nos, & ecce in eius natiuitate lætati ſunt cœli, & terra. Cœli quòd per os Angelorum nũtiata eſt Dei gloria: Terra q̃ hominibus Pax prædicata. Pax enim eſt mundi vita; quæ ſecum trahit bonorum omnium copiam. Et ecce vix natus eſt, vix pax annuntiata: vix regnum eius, tametſi obſcure delatum ad aures mundi. Et omnia turbata ſunt. Turbatus Herodes, ſinagoga, Hyeroſolima tota cũ illo. Vnde & magna iſta tempeſtas ingruit ipſimet pacis principi, vt fuge-

re co-

re cogat. Et ingens iſta innocentum puerorum cędes: vnde vox in Rama audita eſt, Rachel inconſolabilis plorans filios ſuos, &c. Hæccine eſt illa pax, quã Chriſtus naſcẽs intulit: & Angeli annũtiarũt terræ? Mirũ ſi eccleſia naſcẽtis huius pacifici ſolẽnia tractans, & celebrans, Martyres illi vbicunque coniungit, Stephanum, Ioannem, & hodie mare, & macellũ hoc ſanguinis, quo tota Bethleem conſperſa eſt. Fit enim hoc magno cum iudicio multis de cauſis. Prima eſt vt naturam Pacis Chriſti naſcẽtis agnoſcamus, qui vix natus, & adoratus à regibus ſtatim cogitur fugere. Sic enim exuperat eius pax omnem ſenſum, ſic habet in labore requiem, & in ęſtu temperiem, ſic dulcia facit ea, quæ alioqui ſunt amariſsima, vt gaudeant Apoſtoli & quaſi in ſumma pace glorientur, quoniam digni habiti ſunt cõtumeliam pati. Vt D. Paulus, ferret non poſsit flentes ſuper ſe amicos carnis huius. Quid facitis inquit, Flentes, & adfligentes cor meum? Ego non ſolum ligari, ſed & mori paratus ſum? Tanti roboris eſt iſta pax, cuius Princeps nuper natus perpetuum bellum ſuſtinet. Secunda vt inter hęc pericula nati pueri curam perpetuam agnoſcamus, qua Deus pater è cœlis filium ſuum Pacificum protegit, & in eo quot quot illius diuinæ pacis participes, & cohæredes ſunt. Et ita non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri ſed ex Deo nati ſunt, quare & à Deo ſunt dirigendi, & protegendi. Quod & hodie de Chriſto infantulo factum ſic narrat Matthæus Euangeliſta.

Eccl. 5.

Actu. 21.

Eccl. 21.

Ioan. I.

Apparuit Angelus inſomnis Ioſeph. &c. Dum ſuper nato Puero impius Herodes Rex ſuas molitur impietates, vt ſcilicet Magi ad ſe redeant, locum demonſtrent, agnitum puerum extinguat; Diuina è contra & paterna charitas, vt conſilium impij diſſoluat, & infatuet, vt filium ſuũ protegat, In primis iubet Magos per aliam viam redire in patriam, nunc enim agnito & adorato Chriſto, Herodis viæ, conſilia, præcepta ſunt pernitioſa; Deinde iubet filium è manibus impij in locum tutum excipi, atque ad hoc, vt ad arduum facinus, deſtinat Angelum è cœlis, qui in ſomnis Ioſephum monet his verbis. Surge, tolle puerum, & fuge. Magnus eſt monitor, Angelus Dei; Rem magnã tractat, ſalutem filij Dei; in magno periculo, quando Rex impius quęrit ad perdendum, quare & magnis, & grauibus verbis vtitur, quę in ſumma quatuor in ſe comprehendunt myſteria principalia. Primum, continet fugam, & quidem ſollicitam. Secundum continet locum, vt in Aegyptum. Tertium continet tempus, ſit ibi dum iterum reuocetur. Quartum continet cauſam: quòd Herodes quærit ad perdendum, vtcunque ſimulet ſe velle puerum cum Magis adorare, tot cogitauit totque ſciri voluit Diuina prouidentia pro ſalute filij ſui: Et ſunt omnia vt diximus myſterioſa. Primum quidem dum præcipit, vt ſtatim ſurgat, tollat puerum, & fugiat. Cogitemus obſecro hic qs fugiat, Età quo. Deus ab hoĩe: Rex cęli, à Rege terræ. Mortalis terret immortalẽ, ſeruus Dñm? Cur nõ potius Puer noſter omnipotens nutu oculi, vt certe poſſet, perdit Herodem cum toto regno ſuo? Reſpondeo, Fugit Chriſtus triplici de cauſa. Prima. Fit fuga iſta in exemplum noſtrũ. Fuga præceſsit in capite, inquit alibi D. Auguſtinus, ne vituperari poſ-

poſsit in membris. vt fugiant ergo, ſine culpa, quandoque Petrus, Paulus & alij pro Dei gloria vexati, declinentque ad tempus tuta conſcientia minas impiorum, de ciuitate, in ciuitatem, fugit Chriſtus noſter vſque in Aegyptum. Et aliàs ſe ſe abſcondit &c. Secunda, fit fuga iſta in meritum noſtrum, Non enim (vt chryſoſt. in prima expoſitione homilia octaua) tantum pro nobis paſſus eſt Chriſtus in cruce: ſed & ab ipſa infantia totam vitam ſuam voluit eſſe paſsionem. Ecce vix natus eſt, eijcitur, exulat à patria, natus in ſalutem patriæ: Pax mundi, iam duro appetitur bello: cogita quantum in hac fuga patitur Chriſtus, Mater &c. In omnibus his, quaſi ſubiectus legi, pro nobis patitur & meretur. Tertia fit fuga iſta in magnum commodũ noſtrũ. Non enim venit tantum pro nobis moriturus, ſed & nobis Diuinam veritatem verbo & exemplo patefacturus, vt dixit Pilato. Ad hoc veni vt teſtimonium perhibeam veritatis, illi commodũ maxime fuiſſet, vt ſtatim natus ab Herode perimeretur: & curis & paſsionibus trigeſimo tertio anno liberaretur. Nobis autẽ commodum & fructuoſum eſt, vt iram Herodis declinet, fugiat, mortem differat, nobiſque interim viuẽs inſeruiat. His de cauſis, monet Angelus Ioſephum, vt ſtatim ſurgat, tollat puerũ, eius fidei cõmiſſum, & fugiat, quo? Secundum hoc eſt, quo locus fugæ præſcribitur. In Aegyptum: Proh dolor & ſcelus, Chriſtus Iudeis promiſſus, è Iudæis natus, Iudæis datus, in tota Iudæa locum, aut angulũ non habet, in quem ſe recipiat, & in quo ſaluus ſit. Et ecce cogitur ad Aegyptios ſe recipere, Ad gentem illam idololatram, Magam, ſuperſtitioſam, quę (Chryſ.) coluit & cœpas, & allia, ſuo cõſpectu ſanctificandã. Ita olim Ioſeph à fratribus eiectus, & venditus, in hac gente & ſalutem, & ſummos honores habuit. Hæc hoſpitalitas coram Deo tam accepta eſt, quòd in primis ad acceſſum Chriſti, corruunt eius Idola, vt olim Dagon coram Archa domini, Deinde ſucceſſu temporis mutata ſint eius deſerta in tot Monaſteria ſeruorum Dei, &c. Tertium hoc eſt, quo tempus exilij præſcribit. d. Eſto ibi vſque dum dixero tibi: ita diſponit omnia Diuina Prouidentia ſapienter, ſuas habet periodos, ſuos annos exercendi, & liberandi. Ex quo diſcimus. Primo Deum non obliuiſci ſuorum, vtcunque duret afflictio: Ita poſt 430. annos recordatus eſt populi ſui, vt ex ægypto vocaret, ita Ioſephum, ita Dauidem & Danielem exercuit &c. Secundo. Non debere hominem ſe ſe ſine Deo ex ſuo exilio explicare pſal. expecta Dominum, confortetur cor tuum, ſuſtine, Dominus mortificat, & viuificat. Tertio. in exilio & ſub cruce magnam hinc ſpem Dei hominibus prouenire: quòd ibi ſunt & torquentur ex Dei præcepto & voluntate, quare eorum patientiam Deo ſeruire, Deique manum in ſe ſuſtinere, quare & certam liberationem expectare. Quartum hoc eſt, quo cauſa cur ad fugam excitatur exprimitur. Futurum eſt vt Herodes quærat puerum ad perdendum. Hic quoque duo ſunt notanda: Primum, quàm falſum ſit cor Herodis, qui mentiebatur dicens & ſimulans ſe velle ſcire de puero nato, vt veniens adoraret, Et ecce quærit ad perdendũ, Tam crudelis eſt erga Chriſti vitam Hypocriſis. Eas tu & credas bonis verbis. Secundum, quomodo cc

1. Reg. 5.

Pſal. 26.

iſtud ſub tanta hypocriſi latēs, Angelus Dei reuelat, & confundit, ob hoc in conſpectu Dei non venit omnis hypocrita, ſcrutatur enim corda &c. ſciat hypocriſis quàm vane ſuam iniquitatem coram oculis Dei ſimulat. Ego ſum. Ego vidi. Pſal. conſiderat peccator iuſtum, & quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus inimicorum eius. Admonitus itaque Ioſeph, quam primum ſurgit, Tollit puerū: & Matrem; fugit. Argumentum veræ fidei in Ioſeph. Alioqui ad hæc (Chryſo.) dixiſſet in corde ſuo. Ita ne puer hic regnabit in domo Dauid? &c. Iſta ne ſunt regnādi primordia? Ita ſaluabit populum, ſi fugit &c. Curioſus dixiſſet. Ibo domine; ſed dic tempus, quandiu ſit exulandum, aut quo loco, apud quos ibi manendum &c.? Nihil horum Ioſeph. Facit quod ille iubet per omnia, tollit puerum, & Matrē, fugit in Aegyptum: manet ibi vſque ad obitum Herodis ſcilicet per annos ſeptem, regnauit enim annis triginta ſeptem. & Anno eius trigeſimo, natus eſt Chriſtus.

Interim exercet cordis ſui impietatem Herodes; Et Videns quòd illuſus eſſet à Magis, Ita iā incipit Chriſtus infans reuelare cordium cogitationes, quis enim credidiſſet in hoc Rege hypocrita tantam latere feritatem? Ecce quam ſubito illuſus à Magis, vt vnum corripiat, omnes pueros bimulos Bethleem iubet, è complexu matrum ereptos interimi. &c. crudele autem hoc ſpectaculum horreſcit animus, & cauſam quærit cur ita tot Innocentes citra omnem culpam perditi ſint, quod ſi dicas, quia ſic Herodes præcipit, Cur ita præcipit? quia iratus eſt, Cur autem hoc? quia illuſus eſt à Magis. Et cur iſtud? quia ſic præcepit Angelus Dei, Et hoc quam cauſam habet? Reſpondeo multis. Prima, quòd ſic Deo placuit: cuius voluntas eſt ſibi ratio ſufficientiſsima, Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis eius facit, ſcit quid futurum eſt. Prędixit per Ieremi. prophetam de lachrymis Rachelis. Et tamē ſic illi viſum eſt: omnes vos ſicut lutum in manu figuli. Secunda, quòd ita commeriti ſunt patres puerorum Bethleemitæ; quando natum Dei filium non agnoſcere voluerunt, apud quos locum non habuit niſi in diuerſorio immo nec ibi, ſed in Præſepio. Filium ergo dei non curantes, merito ſuis priuantur filijs. Tertia, quod & pueri iſti, vtcunque apud nos ſint & vocentur innocentes: non ſunt tamen coram Deo, quando & in peccato concepti in peccato nati mortem nō modo temporalem, ſed ęternam merentur. Sic vere facti ſunt Innocentes, quando in ſanguine proprio pro Chriſti nomine ſparſo mundati ſunt. Quarta, quod ita hos pueros Deus honorare voluit, vt teſtes eſsēt nati ſaluatoris: & hoc martyrio ſeruirent Dei filio, cuius nomen eorum ſanguine glorificatur. Victimæ Domini ſunt, flores martyrū. Quinta, quod ſummam eorum fœlicitatē cum hac parte ſuæ gloriæ Chriſtus coniunxit: vt ſtatim ex hoc ſeculo, erroribus, & periculis pleno ad æternam vitam ideſt ad regnum cœli vocarentur. Ita Andræas vocat crucem ſuam bonam, & deſideratā. Ita ignatius beſtias ſalutares, quando veniēt? quando mittentur? Ita quòd Herodes non potuit eis maius hoc beneficiū conferre quàm vt ſic vix natos ex hac vita ad æternam fœlicitatem tranſmitteret. Nulla breuior, aut tu-

tior regnandi via: quàm pro Chriſto quàm cito mori, quis enim liberter annos ſeculi huius, cum Dei æternitate nō commutet? Fallitur Rachel, quæ plorat iſtos, & non vult conſolari, quia non ſunt. quinmodo vere ſunt, & incipiunt eſſe, quando apud
Sap.3. Deum ſunt, eruntque per omnia ſecula &c. Nunc in portu nauigant: Nunc inter ſanctos ſors illorum eſt, Vbi? Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, ſequuntur agnum quocunque ierit &c. Amen.

DOMINICA INFRA OCTAVAM. Natalis Domini.

VERE hominibus, & amatoribus, Chriſti, nullum maius aut intimius gaudium accidere poteſt, quam ſi optatum vllibi naſci, & emitti cernant; Inde mox natum in dies creſcere, & debita augmenta ſuſcipere, quale gaudium in ſe expreſsit Apoſtolus Paulus, dum inter Galatas formabat Chriſtum, quale & antea cor Ioannis amicus ſponſi ſenſit, dum ante oculos eius nomen Chriſti creſcebat,
Ioann.3. Hoc eſt gaudium meum inquit, Illum, illum oportet creſcere &c. ante omnes vero credibile cor virginis matris, cui ſubditus, vt Lucas teſtatur, proficiebat ætate, ſapientia, &
Luc.2. gratia: obſeruabat omnia &c: Eiuſmodi gaudium perfudit Cor, & ſpiritum Simeonis iuſti, de quo nobis tot dicta & facta mirabilia narrat Lucas Euangeliſta, quòd ſuper ijs Mirabantur Ioſeph, & maria mater Ieſu. Et ſunt in ſumma tria, quæ de hoc beato & ſancto ſene ſcribit in hoc pro-

poſito D.Lucas. Primo magnum deſiderium: ſecundo Magna lætitia, & Tertio Magnus ſpiritus. Primum apparet quòd per totam vitam expectauit conſolationem Iſrael, ita vt miſertus illius Dominus reuelarit illi, Nō viſurum ſe mortem, donec videret Chriſtum Domini; A quo die credibile cor ſenis huius nūquam quieuiſſe, circunquaque ſpectaſſe, vt tanto bono occurreret. Dum itaque ſecundum legem præſentatur in templo Puer, & cętera iuxta legis morem ſoluuntur. Venit inquit lucas, ſenex hic iuſtus & timoratus in templum; non autem temere venit; ſicut plurimi noſtrum ſolent: ſed venit in ſpiritu: ſine ſpiritu parum eſt ingredi templum; Phariſei & Scribæ quotidie ſunt in templo, & nunquam proficiunt, nunquam diſcernūt in ſcripturis Chriſtum, ita nec hæretici omnium temporum, quia ſine ſpiritu. Alterum, quod in Simeone ſplendet, eſt ſingularis quædam lætitia, qua totus corripitur, dum ſpiritu concitatus ingreditur templum & eodem ſpiritu docente, agnoſcit Puerū præſentatum Ieſum: atque ex eius viſione in tantum gaudet, vt iam lætus ſit moriturus, quando optatam hanc ſalutem intuitus eſt: Accepit ergo in vlnas, Et præ lætitia neſcit vbi ſit, ſenex, inquit eccleſia, puerum geſtabat; puer ſenem regebat, Tandem aperit beatum os ſpiritu plenum, & quaſi olor mox moriturus canit, de rebus maximis, maxima verba, maximo ſpiritu, quare ſunt hominis huius verba expendenda multis de cauſis. Tum quòd ſenex eſt, homo grauis, maturus, non delirus, ſed iuſtus. Tum quòd loquitur in templo loco religioſo: Tum quòd vel ſacerdos. vel coram ſacerdote lo-

quitur, quaſi extrema verba. Tum quòd Chriſtum habet in ſinu; & ex eius ſpiritu loquitur. Audiamus. Hoc Tertium erat quod promittebamus de ſene iſto: Magnum ſcilicet ſpiritum quo de multis, de quinque in ſpecie perſonis, hoc loco ſpiritu ſancto plenus vaticinatur. De ſemetipſo, De puero Ieſu, De virgine matre. De ſorte & reſurrectione bonorum: De caſu malorum in Chriſto.

De ſe ipſo tria dicit. Primum, q lætus eſt ſupra modum, quòd ſumma in pace iam degit. Hactenus innumeris curis agitatus: timore, ſpe: ſenſu peccati: vexatione populi ſui Iudaici vndique preſſi: Nunc ſumma in pace eſſe. Secundum, quòd tanta eſt pax & letitia cordis ſui, vt nunc dimitti poſſit in pace; vt olim dulciſsimā mortē obijt Moiſes ex ore dei. In tali letitia Dauid extra ſe poſitus ēante Archā Dñi, In tali ēt Samaritana reliqt Puteū, hydriā, ſunē & omnia. Tertium quod cauſa tantæ lætitiæ eſt ſola viſio, qua inquit. Viderunt oculi mei ſalutare tuum. Aſpectus pueri hominem beat; Ita Et Chriſtus ipſe poſtea dixit. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Non ſunt autem ſoli oculi carnis, qui tantam alacritatem parturiunt; nam & ſic viderunt Chriſtū Cayphas, & Pilatus & iudas. Oculi fidei & ſpiritus ſunt, qui vident intus & foris Chriſtum, atque ideo magnifice de puero ſentiunt. Beati mundi corde, quoniam ipſi Deum videbūt. Matt. 5.

De puero igitur ſecundo loco loquitur, & magnifice loquitur, titulis quibuſdam eminentibus eum vtcunque paruulum compellans, quibus eius miniſterium & fortunam & legationem mirabiliter tractat: ſunt autem tituli potiſsimum tres. Primus quo vocat Chriſtum Salutare Dei idest ſalutarem Deum: nō quod hac ſalute ſit ſaluus Deus, qui perire nequit; ſed quòd ea ſaluum facit populum Dei. Ob hoc vocatur Ieſus. Et eo gratior ſalus eſt, quo latior: nempe à Deo parata ante faciem omniū populorum. Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea, vſque ad extremum terræ. Eſa. 49. Secundus quo vocat eū Lumen ad reuelationem Gentium, lumen excelſum à Deo paratum & reuelatum ſupra quodcunque naturæ lumen. Et reuelatum ex pura miſericordia, gentibus: Ita quòd populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: quandō viſitauit nos oriens ex alto, &c. Pſal. 75. Tertius quo vocat Gloriā plebis Iſrael. Magnificētiā ſ. populi Dei cui ꝑmiſſus, à quo Inuocatus, cui & ex quo natus eſt. Notus (nunc vere dici pōt) Notus in iudæa Deus; modo illa ſe erudiri patiat. In Iſrael magnū nomen eius. Qualis igit erat mundus ſine hoc puero? Cæcus, caliginoſus, ater, inglorius: ſine Deo Inquit Paul. In tenebris, & vmbra mortis ſedens, inquit Zacharias pater Ioannis. Cant. Zac. qualis vero præſente hoc puero? Saluus, illuminatus, & glorioſus. Nouus mundus, nouum ſeculum, cuius pater eſt puer hic. Tot tantaque in hoc puerulo videt in ſpiritu letiſsimus ſeniculus noſter, quot in adulto, magna dicente & facien te Rabini hebræorum nunquam viderunt. Tantum ex hoc quòd in ſpiritu non viderunt, ſed in carne. Caro autem animalis eſt & non percipit quæ Dei ſunt, quare in Chriſto carnaliter reſpiciens ſinagoga, ſemper in eo, & eius carne ſcandalizata eſt, iudicabat enim Pauperem quia in præſepio reclinabatur, Peccatorem, quia ſecundum legem circuncidebatur, Timidum, quia fugiebat Herodem

dem & latebat, Sublectum legi, quia ab illo baptizabatur; Natura impotentem, quia in deſerto fameſcebat, ſpretorem legis, & patrum, quia manus non lauabat cum manducabat, violatorem ſabbati: quòd eo die curabat agros; conſentientem malo, quòd non lapidabat adulteram Hoſtē Sinagogæ, quia taxabat hypocriſim, Seditioſum, quòd peccata palam redarguebat, Phātaſma, quòd ꝙ ſuper aquas ambulabat, Magū, ꝙ in imperio Dæmones eijciebat, Voracem, & ebrium, quòd recumbebat cum peccatoribus & publicanis, Impudicum, vel ignarum, quòd admittebat peccatrices, Fatuum quòd Herodi non reſpondebat, Blaſphemum quòd Dei filium ſe dicebat, Maledictum & abiectum à Deo. quòd in cruce pendebat, Perditum, & ſublatum è terra: quod in terris & in monumento iacebat. Ita ita de Chriſto perperam iudicat caro, lux, inquit,
Ioan. I. Ioann. Venit in tenebras, tenebræ eā non comprehenderunt. Ex alia parte cum virgine matre, Ioanne, Ioſephio, & pijs omnibus ſtat ſenex noſter Symeon, & quotquot Chriſtum in ſpiritu vident. & ſecundum ſpiritum de eo iudicium facient. Nox nihil impedit, his enim ablatum eſt velamen à vultu Moiſis; quare Sub carne ſpiritū penetrant & diſcernunt in Chriſto theſauros facile, ſpiritu reuelante diſcernunt. His itaque Naſcitur Chriſtus paruulus hic, mundi Dominus, & vocatur Emanuel, Circunciditur mundi ſaluator, & vocatur Ieſus, Præſentatur Templo, verū Dei propitiatorium & vocatur ſalutare Dei, Diſputat in ſinagoga, Dei verbum, & ſapientia; Baptizatur Agnus Dei, & vocatur filius Dei dilectus, Tentatur & fameſcit, Deceptor, & triumphator Satanæ, Transfiguratur, mundi fœlicitas; loquitur vt os Dei, Operatur vt brachium Dei: Sabbatum temporale ſoluit; vt æternum inducat: legem implet, vt perficiat, Cœnam inſtituit panis vitæ, lauat pedes diſcipulorum exemplum veræ humilitatis & charitatis, capitur mundi liberator, Damnatur iuſtificator, Pendet in cruce mundi precium, Moritur mundi vita, Reſurgit iuſtitia. Aſcendit ad cœlos populi ductor, ſedet in dextris Dei pontifex, & aduocatus fratrum. o vere beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Hæc omnia cum Symeone vident in ſpiritu, veniunt in templum &c.

De Virgine Matrem vnum vaticinatur, & videt, quòd ſat illi amarum eſt. Tuā ipſius animam pertranſibit gladius. Dolorem Matri pronoſticatur intimum, & cordialem ſuper fortunis filij: & ſecundum hebraicam phraſim, appellat gladium. Ita Pſal. Pſalm. 104.
dolorem Ioſeph exprimens dicit, Ferrum pertranſijt animam eius. Ita Moiſes vocauit captiuitatem ægy- Deu. 4.
ptiam, fornacem ferream. Dolorem autem virginis in ſcandalis & morte filij acerbiſſimum fuiſſe neceſſe eſt, quando Mater fuit vnigeniti, & Innocentiſſimi & dilectiſſimi. Et Mater inſtructa omnium paſſionum filij intus & foris quibus perpetuo afflictus eſt. Vtcunque dolor non eā confundit, aut à Dei obedientia vel minimum diſtraxit, ex magna animi virtute & Dei gratia qua plena fuit quare & fortiſſimo ſpiritu omnia tulit: ſenſit tamen gladium inter medullas animi. Et eo potiſſimum loco, cum latus pendentis filij iam extincti transfixum eſt, Ita quòd ferrum illud atrox vno ictu duo percuſſit, Carnem in Chriſto, Et ſpiritum

in Maria: opprobrium intulit filio; dolorem totum incuſsit matri. Et hanc amaram tragœdiam iam cernit oculis mentis ſenex noſter, Et inter duos populos, puerum vix natum cõſtituit: quorum vnus illi fauet, atque in eo fœlix bona omnia ſuſcipit. Alter vero illi opponitur, & in eo ſcãdalum æternæ perditionis patitur.

De primo populo dicit, ecce hic poſitus eſt in reſurrectionem multorum in Iſrael, ideſt credentium in eum, Ita de illo, qui credit in me etiã ſi mortuus fuerit viuet, ſperantium in eum, Ita Ioannes, omnis qui ſpem habet in eo ſanctificat ſe. In hac claſſe Piſcatores fiunt Paſtores, Publicani fiunt Apoſtoli, Samaritani fiunt chriſtiani, ſanantur ægri: illuminantur cœci, Iuſtificantur peccatores, reſurgunt omnia in Chriſto. Eſt enim è ſui natura, & ex patris voluntate, lapis precioſus poſitus in fundamentis Sion ad ſtabiliendum. Eſt odor vitæ in vitam: eſt credentibus honor. Contra ex mundi malitia & infidelitate, eſt petra ſcandali & lapis offenſionis: eſt odor mortis in mortem; Eſt non credentibus id quod vltimo loco de eo vaticinatur Simeon, alterum populum his verbis abunde explicans.

Ecce hic poſitus eſt in ruinam multorum, cur ita? num ſua culpa? Minime: ſalus eſt, lumen eſt gloria eſt Iſraelis. Cur ergo ruina multorũ. Dat rationem, quia Poſitus eſt in ſignum cui contradicetur. Ex hac impiorum contradictione, quam ſatis expreſsit Dauid in pſal. Quare fremuerunt &c. ex hac vna cauſa ſequitur incredulorum ruina: fracti ſunt rami, inquit Paulus, exciſi ſunt, propter incredulitatem exciſi ſunt. Datus eſt Chriſtus mundi ſaluator in ſi- Pſal. 2.

gnum vitæ: qui credit in illum non confundetur, ſicut Moiſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto, Ita exaltari oportuit filium hominis &c. ecce mundi malitia, & impietas Phariſeorum, ſcribarum, Pontificum, Regum terræ, poſuerunt ſibi in ſignum contradictionis, in quod ſagittas verborum & factorum direxerunt. verba habet vitæ, exempla dat abſolutæ virtutis, Illi verba fugiunt, facta damnant, exprobrant ſigna, illudunt crucem, doctrinam reſpuunt, vitam abominantur. Si loquitur & docet, Dæmoniũ habet & inſanit, quid vultis eum audire? Si Dæmones fugat, In beelzebub dęmonia eijcit, Si ſanat ęgros, Non eſt hic homo à Deo &c. Si inſinuat ſe peccatoribus vt conuertat, Ecce homo vorax & potator, Si mortuos ſuſcitat. Hic homo multa ſigna facit &c. Si ſe Dei filium dicit Blaſphemat, quid egemus teſtibus? Si in cruce pendet, Alios ſaluos fecit ſeipſum nõ potuit. ita vbiq; Chriſto inſultat impietas, ita poſitus vere eſt in ſignum contradictionis. Vnde ex mundi culpa, non ſua, ſequitur quòd eſt ruina multorum ideſt infidelium & contradicẽtium. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes, ita omnino decuit impios prius reuelari quam iudicari & damnari. Nox certum iudicium non habet, vmbras & inania ſimulacra obijcit oculis, ſol oriens diſcutit omnes præſtigias, ac ſuam cuique faciem & colorem reſtituit. Chriſtus lux mundi eſt, ſine ipſo in nocte ſumus, & interim multa obijciuntur, alia plane apparentia quam ſint, & in nocte non diſcernũtur. Tales vmbras habebat ſinagogæ facies pictas pietate, religione, zelo in Phariſeis, & ſcribis; opera multa ſpeciem bonitatis habentia ieiunia, Rom. 11. Ioan. 12. Matth. 6. Ioan. 4. Matt. 11. Ioan. 11. Matt. 26. Luc. 23.

orat

orationes longas, ſacrificia. quæ omnia ſine Chriſti lumine fallebant mũdum: veniente Chriſto ſunt reuelata, & damnata, tanquam falſa, carnalia, venalia; quòd domos viduarum comederent, quòd omnia facerent vt apparerent &c. Ita reuelata ſunt corda: è quorum malitia, & fœditate, bona illa omnia fœdabãtur corã Deo, & tanquam vana iudicabantur. In tanta omnium ruina coram Chriſto remanet infidelitas, vt mala, ſimul & bona ipſius illo ſint pernitioſa. Sic de ſe, de Chriſto puero, De Matre, & de duplici populo canit Simeon in templo ſpiritu ſancto plenus. Tum puerum Matri reſtituit audienti omnia & obſeruanti: ipſe hylaris & iucundus ex hac viſione, ad beatum vitæ finem ſe ſe diſponit, vt dimittatur in pace & quando iam fœlix vidit, & in ſinu habuit Dei filium in terris, quẽ & viſurum ſe ſperat in cœlis per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

IN FESTO CIRCVNciſionis Domini.

Circunciditur Paruulus. Et vocatur Ieſus.

VENIT è cœlis vnigenitus Dei filius, atque ex nobis, & inter nos natus eſt. Angeli venturũ annuntiarunt, venientem aſſociarunt: natum reuelarunt, & iacenti in præſepio ſeruitia præbuerunt. Peractis his ad cœlum reuerſi ſunt, læti quidem pro Dei gloria & mundi ſalute. At triſtes ſuper hac noua rerum mutatione, qua cernunt Dominum & Creatorem ſuum, ſic à ſe minoratum, vt ex primo iam ſit nouiſsimus. Remanſit hic apud nos diuinus hic infantulus inter peccata, & peccatores ac ſtatim (vt ſunt mores mundi huius peruerſi) à peccatoribus Herode & ſinagoga quæſitus eſt ad perdendum. Deinde peccata noſtra tam ante in illum ſe ſe iniecerunt, ſic totum decolorarunt, vt prima vice, qua comparuit ſublatus è præſepi, in forma peccatoris aduenerit. An potuit aliud turpius & à Chriſto alienius excogitari: quam mundi iuſtitiã & lucem, quaſi ſordidam, & iniquam ſe præſentare? Quid vero aliud eſt, Puerum hodie circuncidi, quam perſonam peccatoris induere? circunciſio enim data eſt in remedium culpæ, maxime originalis. An igitur habet Chriſtus culpam hanc, qui de ſpiritu ſancto conceptus eſt? circunciſio data eſt, vt ſit ſignum & ſignaculum promiſſarum benedictionum domui Iſrael: An ergo eget Chriſtus eiuſmodi ſigno, vt connumeretur inter benedictos? ipſe vt homo plenus eſt gratia & inſtrumentum gratię cõferendæ. Vt Deus, eſt auctor gratiæ, fons benedictionum: quid ergo? Et tamen circunciditur, impletque in hoc omnes legis cerimonias, tempus modum, vt facile potuerit eſſe eiuſmodi circunciſio nõ modo indigna & doloroſa: ſed & periculoſa puero: niſi Dei prouidiſſet ſapientia: Periculum inquam imminens puero fuit, ne confunderetur, atque inter cæteros peccatores ex neceſsitate culpæ circunciſos connumeraretur. Ita quòd contrarium effectum facit circunciſio in Chriſto, & in cæteris hebręis teſtamẽti veteris. Nos diſtiguit Chriſtum confundit, Hebræos ſeparat ab infidelibus, & inter veros Dei cul-

cultores congregat, Chriſtum innocentem, confundit inter peccatores, quales erant illi omnes circuncisi: Ita quòd facile falli in eo poſſumus. Sed prouidit (vt dicebamus) Diuina patris prouidentia, addiditque certum ſymbolū, quo & ab illis facile diſtinguitur, Nam in ipſa circunciſione, vocatum eſt nomen eius Ieſus, Nomen hoc tanti eſt, quòd ex hoc ſolo diſtat à peccatoribus tantum, quantum diſtare debet ſaluator peccatorum ideſt medicus ab infirmis. Sic duo iſta ſunt ſimul cōſideranda, circunciſio, & Nomen, vt in illa infirmitatem, in hoc maieſtatem pueri noſtri intelligamus. Sunt autem duo hæc in tota Chriſti vita aſſociata, ex ea miſtione, quam in ſe retinet ab ipſa conceptione, quod ſimul Deus eſt & homo: potens, & impotens: beatus & miſer, iidem oculi modo flent, modo ad fletum inducunt, modo dormiunt, modo maria & ventos reprimunt: in morte languent, in eadem cœlum & terram commouent &c. Horum initia ſunt, quòd Puer hic naſcitur ex muliere: & ecce Mater eſt virgo: Inuoluitur pannis: reuelatur ab Angelis, Iacet in præſepio, adoratur à Magis, circunciditur vt peccator, vocatur IESVS, vt peccatorum ſaluator, ita ſemper inquit Bernardus, aſſociat ima ſummis. Sed ſic vbique diues & plenus gratiæ, & virtutis, eſt Diuinus hic Puer, quòd & in ipſa circunciſione, præter vim nominis, habet theſauros latentes ſi penetremus. Habet enim circunciſio Chriſti longe alias qualitates, quàm reliquorum, Immo in multis, cum illorum circunciſione non conuenit, Non enim ut illi, circunciditur, vt purgetur à culpa, quam non habeat non vt mundetur à ſorde, quam habere ex nulla parte poteſt, quando habet Deum patrem, & virginem matrem, Non poteſt dicere, ego in iniquitatibus conceptus ſum &c. Non etiam vt particeps fiat promiſſionum Dei, de aſſequenda benedictione in ſemine Abrahę, quando ipſe ſumma eſt omnium promiſsionū, quas omnes in ſe verificat, vnde Paulus ad Ro. Dico Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circunciſionis ad confirmandas promiſsiones Patrum. Ipſe eſt ſemen illud in quo benedicendæ gentes. Non etiam vt ſeparetur à reliquo populo: qui pater eſt noui & futuri ſeculi, in quo vniendi ſunt populi, veluti parietes in angulari lapide, vt ſit ouile vnum & vnus paſtor, Rom. 15.
Cur ego cicunciditur? Reſpondit Bernardus, cur naſcitur? cur moritur? propter nos homines & propter noſtram ſalutem, nobis venit, nobis natus & datus: Nobis ergo & propter nos etiam hodie circunciditur, Primo vt fidem noſtram inſtruat ſuper veritate carnis ſuæ, de qua mentiti ſunt Manicheus, Apollinaris, & valentinus. d. quòd eius caro vel erat phantaſtica; vel Diuina, vel etherea. hic ex ſanguinis effuſione apparet quod vera hominis caro eſt. Atque hic fides elicit potens, & irrefragabile argumetum ad nutriendam ſpem Diuinæ gratiæ conſequendæ, quando hoc nunc os ex oſsibus noſtris caro de carne noſtra. Nemo carnem ſuam deſpexit &c. Secundo vt amorem ad ſe trahat: Primo ſuorum Iudæorum, in quorum gratiam potiſsimum natus eſt, ex ſemine Dauid ſecundum carnem, factus ſub lege, ne eorum oculos offenderet, tanquam alienus ab eis, ſi legem in ſe non exprimeret. Non enim poterat haberi Meſsias niſi filius Abrahæ, quando illi promiſ-

miſſus eſt, non autem filius Abrahæ niſi circuncilus: quando data eſt circuncilio in ſignum & ſignaculum illius promiſsionis & paternæ fidei, qua credens Abraham iuſtificatus eſt. Sed & amorem noſtrum in hac circuncilione ſuſcitat, ſi cogitamus, quanta cum charitate, vix natus incipit, pro nobis ſanguinem fundere: ſicque nos ſanguine ſuo redimere: vt ſit prima hæc ſanguinis effuſio: quaſi arra & pignus ampliſsimæ charitatis paratæ ad magnam illam, & totalem effuſionem, quam pro redemptione noſtra exigit ab eo diuina iuſtitia & voluntas, quis vero non amet puerum tam amantem? tam cito de Salute noſtra non modo cogitantem, ſed operantẽ tã ſerio? Tertio circũcidituṙ Chriſtus, vt circuncilionem ipſam atque adeo vniuerſam Moiſis legem, cuius eſt potiſsima cerimonia, & ſacramentum, in ſe ſuſcipiat: vt in termino, in quo lex finem habet: ſic que matrem ſinagogam ſepeliat, quando iam non habet locum, quid enim faciant elementa vmbræ promiſſa, figuræ, quando veritas de terra orta eſt? quid promittat lex, ſi iam partus eius emiſſus eſt? Dato fructu, quis iam locus eſt floribus, aut frondibus? ſi circuncilio data eſt ad confirmandas promiſsiones de venturo Meſsia: ad ſignificandam etiam circuncilionem non manufactam, per Meſsiam introducendã: dato & nato Meſsia, reuelato, operante iam Chriſto: quid illa opus eſt? Vt ergo matrem ſepeliat & cum honore, recipit in ſe, quaſi in tumulo & quidem honoratiſsimo & ſacratiſsimo in carne ſua circũciſionem, ſicque recepta perit & iacet inter brachia filij ſui Chriſti, ita quod circunciſo Chriſto, Circuncilio in ipſo mortua eſt, nullamque habet amplius vitam, aut gratiam: ſed plane inanis remanet, ſutura etiam mortuo Chriſto & reuelato myſterio, nõ modo mortua ſed mortifera. Circunciditur Chriſtus vt honoret legem, in lege alia ſunt æternã, alia temporalia, æterna duo ſunt: præcepta decalogi infundantur ſuper legẽ naturæ: Inter promiſſa Dei pactũ & fœdus inter Deum & homines ſuos circunciſos; Temporalia ſunt ceremoniæ & ſacra illa elementa ſignificantia, omnia honorat Chriſtus circũciſus. primo præcepta, quia cõſtituit ſe debitorem implendæ legis, quid melius legi, quàm in Dei filio impleri & obſeruari? Impetrat etiam nobis ſpiritum quæ legẽ impleamus. Secundo confirmat promiſſa & fœdera. Tertiò recipit & ſepelit in ſe cerimoniam: Epitaphium tumuli in quo lex. ex D. Paulo. Finis legis Chriſtus, eſt. Quarto circunciditur Chriſtus, vt ab initio aperiat ſcholam virtutum ſuarum, & incipiat ſuos formare & inſtituere, eſt enim puer ſapientiſsimus. Docet ergo in primis paupertatem amandam, quando ipſe tã pauper hodie prodit in publicũ, paupertatemque ſuo vſu conſecrat, & ſuo exemplo commendat, vt vere Chriſtum ſpernat, qui paupertatem cum Chriſto naſcentem & viuentẽ ſpernit. Docet humilitatem, & quidem raram: qua non modo minoratus eſt ab angelis, Angelorum Dominus & creator: ſed & ab hominibus, quando non tantum homo, ſed homo peccator compareṫ, & publicum de ſe ſpectaculum inter peccata noſtra & peccatorum remedia facit, quis enim hactenus circunciſus eſt, niſi peccator? Docet & charitatem intimam, operi ſuo perpetuo annexam, quando hic tam liberaliter ſe ſe præ-

Rom. 10.

præbet peccatis noſtris macerandū fame, frigore, & ecce ſanguinē ēt in balneū parat, quis hæc initia cōſiderat, & non oīa poſsibilia amoris teſtimonia ab amantiſsimo hoc puerulo expectat? quis expectat abeo tot bona, & viciſsim nō ſe totū in eius obſequium parat? quis dum ab eo ſanguinem accipit, non ſentit ſe debitorem ad omnia pro illius gloria profundenda? Dat ille ſeipſum nobis, nos illi noſtra non dabimus? Hæc de circunciſione.

Magnum inquit D. Bernardus, mirabileque ſacramentum. Circunciditur puer, & vocatur Ieſus. Circūciſio magis eſt ſaluandi quàm ſaluantis: & tamen circunciſus hic vocatur Ieſus. & vocatur ab Angelo, nomen eius è cœlis deferente & interpretante; quòd ſit Ieſus quia ſaluator: & ꝙ ſaluabit populum ſuum, ideſt credentes omnes, Et ſaluabit à peccatis, quod eſt ſuprēmum ſaluandi genus, Et ſaluat per ſanguinem: quare & in ipſa prima effuſione ſanguinis vocatur Ieſus. Suntque ita in Chriſto coniuncta hæc duo; effuſio ſanguinis; & ſalus; vt nunquam effundat ſanguinē niſi ſaluet; nunquam ſaluet ſine ſanguine: non quod nō poſsit: ſed quod ita decreuit charitas patris: conſenſit obedientia filij, vt ſine ſanguine non ſit remiſsio. Vocatum eſt igitur, non a caſu, non humano conſilio; ſed diuino. Nomen nouum quod os domini nominauit: fuere alij qui vocati ſunt Ioſuah, ſed nomen hoc Ieſus ſeruatum eſt vnigenito & primogenito
Eſa. 62
vnigenitum eſt ſecundum naturam & in ea natiuitate æterna habet vnde ſaluare poſsit, nempe diuinitatem; Primogenitus eſt in eſſe gr̃æ, & in hac natiuitate temporali habet etiā vnde ſaluet, Iuſtitiam, innocentiam, gratiam ſummam. Quare ex vtroque dicitur Ieſus. Ita interpretatus eſt D. Matthæus quòd nomen Ieſus idē eſt quòd Emanuel. ideſt Deus noſter in quo vtraque Chriſti natura includitur. Deitas noſtra ideſt humanata. Ob hoc vere magnum & venerandum eſt hoc nomen, in quo iure flectitur omne genu, cœl. terr. & infernorum quid quæris, inquit, nomen meum quod eſt mirabile? Vere plenum & fœcundum eſt hoc nomen, continens cætera omnia & illa præſertim de quibus Eſai. vocabitur admirabilis cōſiliarius Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis Pro- Eſa. 9.
bat D. Bernardus quomodo omnia continentur in hoc vno; quia non poteſt eſſe Ieſus & ſaluator niſi habeat illa omnia, quæ per nomina illa exprimuntur. Vere virtuoſum & proficuum eſt hoc nomen, in quo ſolo oportet nos ſaluos fieri. Non enim eſt aliud tale ſub cœlo nomen In hoc impetramus remiſsionem
peccatorum, propter nomen tuum Pſal. 24.
domine propitiaberis peccato noſtro multum eſt enim multum peccatum & multa virtus nominis; Petrus: remiſsionem peccatorum ac i
cipere per nomen ipſius omnes qu Act. 10.
credunt in illum. In hoc impetramus dona gratiarum, & omnia: quicquid petieritis patrem in nominē meo dabit Vobis? quid? ſpiritum ſanctum
donorum fontem ſine hoc nomine Ioan. 15.
nō habemus, quē mittet pater ī noīe meo. In hoc ſuperamus aduerſarios omnes, Pſa. in nomine tuo ſupera-
mus omnes inſurgentes in nos; In Pſal. 43.
nomine meo Dæmonia eijcient, ſer- Matt. 7.
pentes tollent, &c. In hoc tandem nomine coram patre tuti recipimur, & tandem glorificamur. In nomine Dei noſtri magnificabimur. Stephanus

nus expiraturus in hoc nomen reſpexit, d. Domine Ieſu accipe ſpiritum meum, In hoc vno dulcia ſunt nobis omnia, etiã amariſsima, & ipſa mors ſine hoc nomine vltimum eſt terribilium, hoc vno ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij &c. hoc vno ſancti vicerunt regna, fortes facti ſunt in bello, extinxerunt impetum ignis. Hoc vno pœnitentes & Anachoritæ, Eremitæ, dulciſsimas fecerunt ſuos cineres, cilicia, mortificationes, oleum effuſum nomẽ tuũ, vnum hoc lenit & fouet: Sit in ore noſtro, ſit in frontibus, ſit in corde nomen hoc ſanctiſsimum Ieſu, vt per eum, qui ſaluator eſt & verus & potẽs, & noſter, nobis datus & natus tandem ſaluemur. Amen. 1571.

Act. 5.

Habita Romæ apud conuerſas 1569.

Dubium de perpetuitate circuncisionis ex lege.

Gen. 17.

Probant Hæbrei quòd circunciſio debuerit eſſe perpetua & immortalis: quia gen. Dictum eſt, erit fœdus meum in carne veſtra in fœdus æternum. Reſpondeo ad hæc ſic, In circunciſione duo ſunt: Vnum ſignificans, & eſt carnis inciſio: Aliud ſignificatum & eſt fœdus Diuinæ gratiæ & bonæ voluntatis erga ſemen Abrahæ, Non ergo circunciſio fœdus eſt, ſed ſignum fœderis, fœdus Dei filiatio, ad quam ſpectant Dei promiſſa, Et hoc æternum eſt, Non enim Chriſtus terminauit Dei gratiam, aut abſtulit à domo Abrahæ, quia auxit, & ſanguine ſuo permeruit, Et vt primogenitus, & vnigenitus Dei in quo eſt tota Dei filiatio naturalis, iura filiationis extendit ad credentes omnes, quibus dedit poteſtatem filios Dei fieri, ſicque Dei benedictiones vt ſemen Abrahæ verum ex fide Abrahæ natum, participare, fœdus ergo æternum, Signum vero temporale, ſignificans & promittens; quare adhibito ſignificato ceſſare debuit: Et hoc fuit vera illa ſpiritus circunciſio de qua propheta Auferte præputia cordium: Et Moiſes, circuncidet Dominus Deus præputia cordium veſtrorum. Sic ergo ſe res habuit. Data eſt circunciſio carnis Abrahæ & ſemini eius ſecundum carnẽ; quo vſque durauit ſemẽ carnis, ex quo naſciturus erat Meſsias vt diſtingueret à cæteris, durauit circunciſio vt ſymbolũ eius gentis; vt ſciremus Meſsiam vere ex illa gente natum, cui promiſſus fuerat. Nato Meſsia, quando iam pater eſt futuri ſeculi, quod continet vt perfectius ſemen Abrahæ nobilius, non ſecundũ carnem, ſed ſecundum fidem & ſpiritum mutata ratione ſeminis; mutari etiam debuit ratio circunciſionis, quare ſi ſemen eſt ſpiritus, & propagatio filiorum Chriſti ſpiritualis, qua non ex voluntate carnis, aut viri ſed ex Deo nati ſunt, conuenit vt & circunciſio à Chriſto capite in ſuos trãſlata eſſet ſpiritualis, cui vt perfectiori carnalis illa cederet, Illa enim partem vnam tantum corporis amputabat, modicamque, ſi vllam gratiam tribuebat, Hæc totum hominem ſanum facit, carnem caſtigat, peccata tollit; amplam gratiam tribuit: quod eſt pactum Diuini amoris non modo confirmaſſe; ſed ſanguine proprio amplificaſſe: Et hoc incepit Chriſtus. &c. 1571.

Ierem. 4.

Deut. 30.

a Homiliæ F. Franc. Viced.

L IN

IN VIGILIA Epiphaniȩ Domini.

NAſcitur inter nos, quin & in nobis ſpiritus Chriſti, qui mouet, actuatq; voluntatem, & format propoſitum bonæ vitæ, in qua Deus glorificetur, Terra cordis noſtri pacificetur, Pannis inuoluitur, ſacramētis ſouetur, Reclinatur præſepio humilitatis, & cuſtoditur, fauent Paſtores verbo & exemplo, Magi ſapientes dant munera, noſtramque inopiam ſuis orationibus, & meritis iuuant. Ita ꝙ creſcit ſpiritus Chriſti: iuuat ſic in Dei ſeruitio profeciſſe. Ita natus eſt Chriſtus in Betleem Iudæ. Vt autem natiuitas partus huius aliena eſt ab omni opere carnis; in qua natura nil præſtat niſi materiam & ſubiectum in quo Dei virtus obumbrat. Vt etiā partus concipitur emittitur, præter, immo contra omnium ſpem, & voluntatem mundi huius, qui ſine hoc tota vita libere fruebatur. Ita quàm primum natus eſt & formatus in nobis ſpiritus Chriſti, fugit mores ſeculi huius: carnis cōmoda deſpicit &c. Ita Chriſtus Ieſus vtcunq; magnus, iacet paruulus, pauper, algens, remotus ab omni ſpecie, & gloria mundi huius. Hæc morum nouitas & compoſitio turbat oculos carnis, & mundi ſapientiam huius ſeculi trahit in ſuſpicionem, ne ſibi creſcente hoc ſpiritu Chriſti, decidat regnum, quo tam magnifice fruitur, quare prudenter fieri cogitat, ſi ſpiritus hic à principio extinguatur. Hinc inſidiæ multæ, pericula, foris pugnæ, intus timores. &c. Ita Chriſtus Ieſus turbauit vix natus Herodem, & totam Hieruſalem, hinc paratæ inſidiæ, & inſtructa pericula iacenti paruulo, tantum ex ſuſpicione regni affectandi. Inter hæc pericula, & inſidias, qui curam habent paruuli nati: qui conceptum & natum in ſe ſpiritum Chriſti tueri vult; opus eſt vt curam eius in Deum patrem reijciat: Dei enim creatura eſt, à Deo ſpiritum habet; Non ex voluntate carnis aut viri, ſed ex Deo nati ſunt in ſe etiam vires idoneas ad tuendum non habet quare iacta cogitatū tuū in Domino & ipſe te, &c. Ioann. 1.
Ita D. Ioſeph curator Chriſti inter pericula Herodis puerum Deo patri commendabat, & ex eius nutu omnia faciebat, emitte lucē tuā ipſa mȩ dedux. & adduxerūt &c. Deus præſto erat, Angelos paratos habebat ad monēdum, Inſidiæ ſunt, potētes Regis contra paruulum, quem ad perdendum quærit: ſed omnia tuta ſunt in manu Dei Inſtruam te in via qua gradieris. Monet ergo in ſomnis, Tolle puerum & Matrem eius & fuge in Aegyptum, eſto ibi vſque dum dixero tibi: addit periculum ex Herode, Ioſeph ſtatim facit quod ille iubet, fugit, manetque in Aegypto exul ſeptem annis quouſque ſcilicet Herodes vixit. Defuncto autem Herode, Iterum Apparuit in ſomnis Ioſeph. Hic duo perpetuo ſunt conſideranda; Vnum eſt, quàm Dei Patris charitas diligens ſit in deducendo & reducēdo filio, ac ſi illius tantū curā habeat, talem quiſq; eſſe ſe experiri poteſt. Alterum quam ſit Ioſeph obediens in eundo, ſtando, redeundo; omnia ad nutum Angeli Dei, cuius vocem audit, & ſequitur, prudenter, ſed tamen fideliter & diligenter peragēdo. Sunt vbique pericula: primum ſi ſine Angelo in Aegyptum deſcen-

Pſalm. 42.

Pſal. 31.

das, & tentationem quæras, vt ſatan
Matt. 4. vrget; Mitte te deorſum. Secundum
ſi ex ægypto velis exire ſine voce An
geli; medijs illicitis paupertatem leua
re; temere crucem excutere, Ita Sa-
tan Dic vt lapides iſti panes fiant.
Matt. 4. Tertium ſi in Aegypto ita marceſ-
cas, vt alia & cœpas pharaonis ha-
beas in delitijs, vocantique Moyſi ad
exitum iraſcaris, Corripientem ode-
ris. Quartum ſi exiens ab Aegypto
temere incedas quaſi omnia euaſe-
ris pericula vno tranſitu maris: cum
adhuc multa ſuperſint, in timore &
tremore, veſtram ſalutem operami-
ni: Beatus qui ſemper eſt pauidus. Ita
Prou. 28. optime D. Ioſeph, ad vocem Angeli
fugit in ægyptum: ibi exulat toto ſe-
ptennio; Ad vocem Angeli fugit in
ægypto; dormit ipſe animo toto in
Dei manum repoſito: ſilet ad omnia
vocem Angeli expectans, ſcit hunc
puerum eſſe Dei filium.

Defuncto Herode, ita impius ille
tandem perijt & vt narrat Ioſephus
horrenda morte, vt olim Pharao, Ie-
zabel, Antiochus, oẽs inimici Dei:
Hic tres filios primum necauit, tan-
dem vicinus morti iuſsit multos ex
primatibus Iudæorum carceribus
includi, & eo ſpirante, mactari, vt vel
inuiti iudei mortẽ eius lachrymis pro
ſequerentur.

Ecce Angelus Domini, cui cura
eſt de filio: iterũ in ſomnis, ſic enim
ſemper Iuſtus hic dormit & ſilet: ſen
ſibus captus, animo vigilans, & Do
mini ſui mandata expectans, paratus
ad omnia.

Tolle puerum & Matrem. Non
eſt puer ſine matre tutus, ſine illa nõ
naſcit, non educatur, non fugit peri-
cula. eccleſia mater eſt. que ſpiritum
Chriſti diſcernit & tutum facit. De-
functi ſunt. Nõ vnus Herodes Chri-
ſto inſidiatur; ſed ſinagoga cũ eo, Iuſte
factum eſt vt multi eorum cum eo
perirent, eheu quando nos dicere
poterimus Defuncti ſunt qui Chri-
ſto inſidiantur? Audit Ioſeph, con-
ſurgit: exequitur: ſed prudenter decli
nat ab Archelao filio Herodis, Ita
ſuccedit ſibi impietas: ſunt vbiq; pe-
ricula, quotidie inſurgũt noua, ab in-
fidelibus, ab hæreticis, à domeſticis,
vide ne ſine Angelo pergas, Admoni
tus ergo in ſomnis ſeceſsit ad Naza-
reth Galileæ, vnde Chriſtus vocatus
eſt Nazareus per prophetas (Hiero-
nimus) non vnus propheta hoc di-
cit: ſed eſt conſonantia prophetarũ:
non excipit igitur Euangeliſta ver-
ba, inquit Hieronimus: ſed ſenſum
prophetarum, in Nazareth educatur
Chriſtus, naſci poteſt extra: educari
non ita. à quocunque baptizeris be-
ne eſt: educatio ſolius eccleſiæ eſt, in
qua ſpiritus Dei cõcipitur, vt in Na-
zaret Chriſtus Educatus autem ad
annum trigeſimum tranſibit ad vitã
Diuinam ideſt ad patris regionem ex
tra Nazareth: tamen matrem in ter-
ris non agnoſcet, quid mihi & tibi
mulier? Qui ſunt fratres mei & ma-
ter mea? Ita nos dum humane viui-
mus, & merita colligimus, egemus
matre eccleſia: Tranſlati autem in cę
leſtem Hieruſalem, Dei erimus. Hic
flores dat Nazareth, eccleſia ſacramẽ Ioann. 2.
ta, promiſsiones, Tunc fructus perci Matt. 12.
piemus pro meritis præmia, & erit
Deus omnia in omnibus: Amen.

IN FESTO EPIPHAniæ domini.

Vbi eſt qui natus eſt Rex iudæorum.

VErus mundi theſaurus eſt paruulus hic Ieſus nobis à Deo Patre datus, in quo ſunt theſauri verorum bonorum ideſt ſcientiæ, & ſapientiæ Dei abſconditi. Et quia ſunt Theſauri ſcientiæ & ſapientiæ: ideo non iuuant niſi noſcuntur. Et quia ſunt abſconditi; non noſcuntur niſi reuelentur. Et quia Dei ſunt, reuelari non poſſunt niſi à Deo. Quantum igitur retulit, Chriſtum dari & naſci: tantum refert eum cognoſci, quantum cognoſci; tantum & reuelari; quantum refert eum reuelari; tantum eſt myſterium & opus memorabilis huius diei, quæ ad hanc reuelationem, & quidem magnificam & honorificam deſtinata eſt, atque ob id Epiphania dicitur. Cum ergò natus eſt Ieſus, ſibi, & in ſe matri etiam, & Patri Ioſeph natus dici poteſt: Cum reuelatur, naſcitur mũdo, qui & in eius agnitione renaſcitur. Reuelatus eſt iam ſuæ genti, Iudæis, ſcilicet per Angelos, & Paſtores: ſed & alijs eſt reuelãdus vt ſit ſalus mundi vſque ad extrema terræ. Eſa. Ob.

Eſa. 49. hoc, inquit Matt.

Cum natus eſſet Ieſus. Proponit Chriſti natiuitatẽ, tam a cũ verborũ copia, vt rẽ ipſam, tẽpus, locum tãgat: ac ſingulis verbis ſingulas euacuet prophetias. Nam quòd Natus eſt, verificat prophetiam Eſa. Paruulus natus eſt nobis, Quòd vocatur Ieſus, verificat prophetiam Abacuch. de nomine Ieſu; Quòd in Betleem, Verificat dictum Micheę, Quòd in diebus Herodis, Verificat verbum Iacob ad iudam, quòd Auferetur ſceptrum de domo eius, Et danielis quòd ceſſaret vnctio, Hic enim qui regnat eſt idumeus & alienus.

Eſaiæ. 9.
Abac. 3.
Mich. 5.
Gen. 49.

Ecce Magi ab oriente. Verificata igitur prophetia Eſaię Ambulabunt gẽtes in lumine tuo & reges in ſplẽdi or. tui. Ecce ò iudęa. En iudices tui; ò Gentes En primitiæ, veſtræ. Di Leo. vocationis noſtræ, fideique primitias, & beatæ ſpei initia celebramus. Magi. Viri ſapientes, quales philoſophi apud Græcos, Sacerdotes apud Ægyptios, Doctores apud latinos, Sed & Reges facit Pſa. Reges tarſis & inſulæ m. of. Ita olim populi à Magis & ſapientibus regebantur, Ita & Præclarã illã ſuã remp. Plato Philoſophis cõmitti voluit. Ab oriente. Tanta eſt vis Paruuli, quòd ab extremis terræ trahit ad ſe Reges, Ab oriente adducam ſemen, ab occidente congregabo. Tãtus eſt hominum feruor quòd à finibus terræ ad hoc præſepe veniunt; Tanto magis elucet prauitas, & ignauia Iudæorum inter quos natus eſt & nemo illorum mouit pedem. Vtinam non ſit malum omen iudeæ: vt Chriſtus alibi, Multi venient ab oriẽte & occid. filij autem regni eijcientur. Quanta gratia ſit vocatio gentium, probat reiectio Iudeorũ. Paulus ad Ro. fracti ſunt rami, vt ego inſerar. Vtinam & nobis non ſit pernitioſus tranſitus euangelij ad nouas indias. Et tamen per hos etiam Magos diuina miſericordia excitat iudæos ad agnoſcendum ſaluatorem ſuum & mundi. Quam primũ enim perueniunt in iudæam, rectã tendunt ad metropolim Hieruſalem:

Pſalm. 71.
Eſa. 43.
Matt. 8.
Rom. 11.

vbi

vbi enim qui erat humana prudentia Regem Iudæorum quam, in metropoli Iudæorum? o quoties etiam in nobis humana prudentia turbat Dei inſpirationes. Ingreſsi itaque Hieruſalem libere inquirunt, Vbi eſt qui natus eſt Rex iudæorum? Vox fœcundiſsima, quæ habet, Primo magnam intelligentiam, quando eum quærunt qui natus eſt Rex, qui ſolus eſt Chriſtus Cæteri reges fiunt electione, vel armis, & hũc natũ ſciunt, Vidimus ſtellam eius, Ita ſe accomodat Dei ſpiritus ad ſtudia noſtro diſponens omnia ſuauiter: vt vbique nobis occurrat & quaſi præ oculis ſit, dum modo omnia religioſe tractemus, Magis ergo contemplatoribus obijcit ſtellam, vt deinde piſcatoribus miracula piſcium. Vocant ſtellam eius, vt ſcias hanc non eſſe ſtellam Naturæ, ſed gratiæ pro Chriſto & à Chriſto factam, longe ab alijs oĩbus differentem, materia, forma fine, motu, ſitu, influxu. Formata eſt ex vltimo hoc noſtro aere; tantũ ad reuelandum Chriſtum, motu progreſsiuo incedit: influens non tantũ in corpora, quantum in animos, quos mouet & vrget. Vidimus, motus eſt fidei illuminantis. Venimus, motus eſt animi expeditiſsimi, Adorare motus eſt ſupremæ religionis: quo expreſſe teſtantur ſe non quærere Herodem, aut eius filium: ſed talẽ, qui vere ſit adorandus. Secundo habet vox magnum animi robur, quando in ciuitate regia, coram rege tyrãno nouiter regnante, quærunt alium regem natũ. Quare merito ad vocẽ hanc, Turbatus eſt Herodes, Rex pacificus, auctor pacis natus eſt & ecce omnia turbat. Quòd autem turbat Herodem, zelus eſt regni vix obtentũ, ſic oculi infirmi facile ad lumen turbantur & hebetantur. De anima vero ſua, aut ſuorum nulla eſt ſollicitudo, Illa vltima curarum eſt, Et omnis Hieroſolima cum illo, Hoc vero mirum eſt, nam ab hac toties inuocatus, & optatus, ſollicitatus eſt, vt veniat Rex hic: & ecce ad auditũ eius turbatur, Primo, vt aduletur Herodi, & in eius humorem ſe ſe transformet, tam facile eſt principi ciuitatem corrumpere. Secundo, vt iniquitates fugiat; ſic enim complacet iam ſibi viuere ſubiugo; vt olim apud ollas carnium, cœpas. & allia ægyptiorum, quòd nihil non, moliri vellet; Tertio vt ſibi caueat ſinagoga; quæ mores ſuos ſcit nõ poſſe à nouo Rege Meſsia tolerari: nam vt Eſa. erit iuſtitia cingulum lumborum eius; Eſa. 11. Ita noſtri à longe vocabant concilia Reformationem eccleſiæ omnes laudabãt, Vbi venit, omnes turbati ſunt commoti ſunt, tremor appræhendit eos. Sed Herodes vt magni animi vir non confunditur, ſed audita hac Magorum curioſitate de Rege Iudæorum nato: ſtatim conuocat ſacerdotes, & ſcribas, diligenter inquirit, & cætera. Sagax eſt tyranni conſilium: iam enim apud ſe ſtatuit ſic imminẽti noui Regis periculo occurrere: puerum nanciſci, & priuſquam adoleſcat, perdere. Optimum conſilium, niſi Diuina ei obſtaret voluntas; contra quam nullum eſt conſilium. Scribæ igitur peritiſsimi, ſtatim ex Michea narrant locum, Mich. 5. Betleem: Et ex hoc laudandi, quia fideles; verum ex eodem loco poterant addere æternam Regis originem & Deitatem; dicente propheta. Egreſſus eius ab initio. Et hoc fortaſſe potuiſſet conceptam Herodis perfidiam compeſcere; quid enim pugnet homo contra Deum? In hoc valde ſunt taxandi.

di. Sed hic multa ſunt expendenda
Primum, In Herode ſtudium ſcien-
di vbi naſcitur Chriſtus. Hoc bonũ
eſt ſi bono animo fit: ita decet om-
nes ſcire de Chriſto: alioqui ignoran
tia non excuſat, ſi ſcire nolis: Ehu
quãtã feneſtrã aperuit Ignorãtia po
pulorũ hæreticis ad ſeducẽdũ. Scdm
quod ſciam de Chriſto expoſcit à ſa-
cris; horum n. labia cuſtodiunt ſcien
tiam. Veh illis ſi non docent; Veh po
pulis ſi non docentur ab his, En
quam miſere negligentiam ſacerdo-
tum & epiſcoporum in docẽdo, ſup-
pleuit temeritas Apoſtatarum, Cer
donum, figulorum, Pædagogorum,
Hi facti ſunt populorum Epiſcopi
& paſtores; vt ſic iudicaretur negli-
gentia & ſpretus noſtrorum. Ter-
tium, quòd cognitionem de Chri-
ſto, Scribæ petunt ex ſcripturis ſan-
ctis: Hæ enim teſtimonium perhi-
bẽt, ſacerdotes vero ſunt Iudices ve-
ritatis: alioqui ſcripturæ nullam li-
tem componunt. Quartum, quòd
ſcriptura hæc Micheæ de Betleem
habet triplex genus diſcipulorum.
Primi ſunt Scribæ, hi ſciunt locum
& alios docent; ſed vt dicit leo impe-
rita eſt ſcientia, quando vltra non co
gitant, nec paſſum faciunt; ſiue
quòd Herodem timeant, ſiue quòd
ſaturi præteritorum malorum no-
lint nouam tragœdiam excitare, ò
quot ſunt qui ſic ex ſua doctrina nul
lum fructum ferunt. Auguſti. Ita fa-
bri olim Arcæ Noæ, alijs pararunt
viam euadendi: ipſi diluuio perierunt
Secundi ſunt Hærodes, & eius curia.
Hi omnes quærunt, vt perdant, ita
Hæretici tot laboribus tractant ſcri-
pturas, patres gloſſant, interpretan-
tur, ſed tantum vt perdant & peruer-
tant. Ita manet ſerpens hic in ſuo ſce
lere tanto acerbior, quanto iam ſibi
vicinior videtur executio. Tertij
ſunt Magi. Hi theſaurum cordis ſe-
quuntur ex animo, & quo melius ape
ritur, tanto ardentius inhiant, vocati
igitur iterum ab Herode, & requiſi-
ti de ſpecie ſtellæ, omnia libere pro-
fitẽtur. Prudẽs ille confert tpa locis,
& imminere ſibi nouũ regẽ intelligit,
niſi occurrat periculo occurrere aũt
oĩno vult. Quare Magos inſtruit de
loco & mittit in Betleem. Tum ad ſe
redire iubet Magos, & reuelare in-
uenta: vt, inquit, Et ego veniens ado
rem. Quo cultu? experientur pueri
Betleemitæ, Interim tamen velit no
lit, hoſtis hic Chriſti, Chriſto ſeruit
& Magos Chriſti docet locum vbi
natus eſt: factus Magorum doctor,
& verax. Tanta eſt pueri noſtri maie-
ſtas, vt & de hoſte fructum reportet.
Et quẽ fructũ nõ reportauit apud nos
de hoſtibus ſuis hæreticis? quis do-
cuit nos vocare concilia; agere re-
formationem eccleſię: numerare gra
uamina: illuſtrare ſacras ſcripturas: re
petere lectiones Patrum, Formare
Catechiſmos: frequentare concio-
nes niſi Hæreticorum occaſio? Sic
ſic oportet hæreſes eſſe, Audito er-
go Rege abierunt. Qui Herodes ſtat
hic in ſuo ſcelere, paratus ad oppri-
mendum. Scribæ ne? Minime, ſatis
eſt his, ſi alios mittunt. Qui ergo? ma
gi. Et vix egreſsi è domo & curia He
rodis, vbi omnia plena ſunt dolis, pe
riculis, ſcandalis, mendacijs, tene-
bris, &c. Ecce Stella. In curia Hero-
dis, lucet vanitas, honos, Cupiditas
mundi huius, cõcupiſcentia carnis &
oculorum, qui poteſt ſe inde exime-
re ſtatim habet ſtellam Chriſti ob-
uiam. Se ſe autem retraxerat ad tem-
pus Stella; tum vt ſic iuuaret ſinago-
gam, excitatam per aduentum Ma-
gorum in Hieruſalem; fierentque

Magi

Magi Magiſtri Iudæorum, Tum vt ſic iuuaret Magos, qui è ſcripturis per ſcribas erudirentur ſuper nato Chriſto: faceretque perpetuos ſui verbi diſcipulos; quo, abſente omni ſtella doceri poſſunt etiam in oriente. Tum vt ſic iuuaret ſeipſam, ideſt Cant. 3. chariorem & precioſiorẽ redderet Magis. Videntes enim ſtellam Gauiſi ſunt &c. Ita illa de ſua ſtella in Cant. Num vidiſtis quem diligit anima mea? Stella igitur antecedit vſque dum veniens ſtaret vbi erat puer Pſal. 41. tam ſecure Chriſti ſtella ad Chriſtũ ducit, nec ſtat niſi vbi eſt Chriſtus. Ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum &c. Intrant domum ideſt præſepe hoc eſt Regis palacium; teſtatus eſt enim Lucas, ꝙ Mater reclinauit in præſepio: inuenerunt puerum & Matrem: hæc tota eſt Regis curia: At cui non ſufficiat Chriſtus, & Chriſti Mater? Apud Deum Chriſtus Apud Chriſtum Mater. Quantũ vero prudentiæ humanæ ſcandalum reprimit hoc loco fides; quid enim? Regem quærunt, & ecce inueniunt in præſepio reclinatum: modicis paniculis inuolutum: & tamen.

Procidentes. Externa eſt religio qua procumbunt Reges ad cunam pueri: coram quo glorioſo noſtri nõ dignantur, dum adſtant Miſſæ, genua flectere.

Adorauerunt. interna eſt religio ſumma fides, ſpes charitas, qua ſe totos & omnia puero tradunt: Deumque & ſaluatorem ſuum agnoſcunt & reuerentur.

Apertis Theſauris Suis. Noſtri omnia à Chriſto petere ſciunt: Dare Chriſto vix obolum ſciunt, hi dant theſauros, Obtulerunt, magno & hylari animo, Aurum, thus, & Myrrhã, Precioſa ſunt munera ex rebus ipſis, non enim meliores habet Sabea, vel Arabia tota: ſed longe precioſiora Pſalm. 106. facit religio ex qua magno cũ myſte Pſalm. 109. rio munera ꝓdeũt. Pſalm. 109. Reſpicit aũt & colit Magorũ religio ĩ hoc puero tria illa potiſsima; de quibus Dauid in pſa. Regiã maieſtatem de qua pſa. Sede à dextris meis &c. Huic dent aurum. Sacerdotium, de quo pſal. Tu es ſacerdos in æternum &c. Huic dant thus. Mortalitatem, morte terminandam. De torrente in via bibit. Huic dant myrrham. Cum auro dant omnia quæ mundi ſunt. Cum thure dedicant ſpiritum, Cum myrrha carnem macello offerunt & mortificãt. A ſummo Rege fides tutelam in omnibus expectat. A ſacerdote ſpes propitiationem & acceſſum ad thronũ gratiæ. Ab hoſtia & victima mortem peccatorum & pacem conſcientiæ Charitas. Et eadem illi ſumma religione repẽdit, animã pro anima &c.

Peractis his, læti, ſaturi, ſancti recedunt, adepti theſaurum cordis ſui: & moniti in ſomnis ab Angelo, tantum profecerunt in hoc itinere: primum à ſtella: inde à ſcribis, & Rege impio, tandem ab Angelo docentur. Per aliam viam. Ita omnino mutanda eſt via agnito Chriſto rege & eius imperio ſuſcepto atq; adorato: Nos ſumma iniuria, ſtatim ad eaſdem vias reuertimur & ſemper illi idem ſumus; Mutanda eſt via: Per ſuperbiam cecidit è cœlo lucifer. Humilitas ad cœlum ducit: Per inobedientiam primus homo pulſus eſt è paradiſo, obedientia reſtituit. Eſtis azimi clamat Paulus, non ergo amplius in fermento malitiæ; ſed in azimis ſinceritatis & veritatis. Amen.

Habita Piſauri. 1571.

IN FESTO SANCTI Silueſtri Papæ.

Sint lumbi veſtri præcincti &c.

MVndum hunc verbis damnare omnes ſolent, titulis triſtibus onerare, quòd grauis animæ, & corpori ſit; quòd ſine peccatis anima, quòd ſine curis mens, quòd ſine laboribus corpus hic eſſe non valeat. Et tandem inter has curas, & ſpinas tam commodè ſedemus, vt menſes & annos in eis obdormiamus: Aut quòd ſtupidi, & inſenſati: aut quòd longo vſu habituati ſumus: Quid. Ita ne decet? Statis. In curſu eſtis & ſtatis? hic. in hac ſpinarum ſilua? occioſi, an eſt aliquid turpius vel inutilius ocio? Tota die, etiam vſque ad ſenium? Et Dauid, Vſquoque graui corde &c. Pſalm. 4.

Contra: mundum alium omnes laudant, beant, optant verbis. Et tamen eius amore ne paſſum facimus, aut pedē mouemus: quicquid aliud vrget apud nos magis, quam ſpes, aut cura æternæ vitæ. Et tamen exclamat Chriſtus. Beati ſunt ſerui illi, quos cum ven. d. ſinuen. vigilantes.

Sopor, hic & animi tarditas, altas in nobis radices habet, atque hinc eſt, quòd tot animos opprimit. Quæ rendæ hic, & petendæ, & ſi Deo placuerit conuellendæ ſunt in eius gloriam, & ſalutem noſtram: vt his excuſſis, animus noſter velut ignis ex ſilice ad vigilandum animetur. Oritur primum ſopor hic in aliquibus ex complexione melancolica, quæ tarda eſt: animumque relaxat, & ineptum reddit. Atqui Dei verbum ignitum eſt, & aſinum hunc ſtimulare debet & mouere. Gratia etiam naturæ præualet, & è ſaxis educit aquas, ſecundo in alijs oritur ex impotentia, debilitate cerebri, hebetudine ſenſuum, debilitate ſtomachi: paupere fortuna; quare ad multa redduntur inepti, ſed nulla eſt excuſatio Nam Dei gratia ſaliunt & claudi, & ſurgunt mortui. Et omnibus ſupplere poteſt bona voluntas: Charitas nūquam excidit. Tertio in alijs oritur torpor ex debili, raroque exercitio, quodcunque ſtudium maiore inſtantia promouetur apud nos; quam ſtudium religionis, bene viuendi, & vitam æternam acquirendi. Ita cum Samaritanis adorant plurimi quod neſciunt. Et cum Athenien. colūt ignotum Deum. contra inſtat Chriſtus: ſi venerit in prima, in ſecunda. tertia, quarta vigilia. Beati &c. Quarto in alijs oritur ſopor ex frigida quadam deliberatione, qua vix ſcimus quid pro Chriſto, & pro anima noſtra facere velimus. Vtinam calidus, aut frigidus eſſes, ſed quia tepidus, ideo euomam te de ore meo, Ita adoleſcens ille prouocatus ad ſtudia perfectionis, Abijt triſtis, quia non ex animo dixerat, ſequar te Domine. Contra hoc vrget Chriſtus, Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Et in euāgelio Sint lumbi veſt. præcincti. Ioann. 4. Apoca. 3. Matth 19. Luc. 9.

Excitandus omnino eſt animus ad vigilantiam, & ſtimulis his vrgendus. Primo. vt cogitemus nos homines eſſe Dei Imagines & Dei ſeruos. Ex Imagine petēdam eſſe nobis Deitatem, ex ſeruitute implendam eſſe Dei voluntatem, voluntatem autem Domini eſſe vt vigilemus, & eius reditum ſolliciti præſtolemur. Secundo.

do. Nos hic in terra aliena degere, & peregrinari, futuram patriam inquirentes ſtultum eſſe hic pedem figere, aut aîm, vnde mox receſſuri ſumus, præcingendi igitur lumbi &c. Tertio quo tendimus, quando in via ſumus, continuo quaſi aquæ dilabimur. Quis terminus? opera illorum, inquit Io. ſequuntur illos. Quarto, quando vocabimur, certa mors eſt: hora mortis in certa eſt: ſimiles igitur expectantibus eſtote, quia neſcitis diem, neque horam.

Sint lumbi veſtri præcincti, &c. Summa eſt vt inter has ſpinas vigilemus, & parati ſimus quacũq; vigilia, quacunque hora, vt venienti Domino, id eſt morti inſtanti occurramus. Docet autem tria potiſsima. Primum eſt, quo modo ſit vigilandum, & qua inſtructione. Secundum eſt. Cur ita & qua ratione ſit vigilandum. Tertium eſt, quem fructum, & quod commodum ſperemus ex hac vigilia.

De Primo ſumit metaphoram à ſeruis expectantibus Dominum ſuũ, quando reuertatur à nuptijs, & hortatur vt illos imitemur. Quo loco de ſe ipſo tria inſinuat. Primum, quòd Dominus eſt, vtcunque abſens, Dominus iure maieſtatis, iure creationis, iure redemptionis, Dominus nomen illi. Secundum quòd iuit ad nuptias recedens à nobis, non ergo perditus eſt per crucem vt putauit ſinagoga; ſed trãſlatus in gloriam ſuam, ad ſumendam & vniendam ſibi ſponſam in domo patris. Tertium, quòd rediturus eſt ad nos, redit autem dupliciter. Vnomodo priuatim cum ad quemcunque noſtrum immittit horam mortis, & eximit nos ex his ſpinis, atque ad conſpectum ſuum ſtatuit, aliomodo publice, cum in maieſtate veniet iudicaturus &c. De nobis itidem tria neceſſario ſubindicat. Primum, quòd ſi ille Dominus, nos ſerui illius ſumus & oues paſcuæ eius, quare voluntatem eius, non noſtram implere tenemur, de qua obedientia rationem illi omnino tanquam domino reddituri ſumus. Secundum, quòd ad eius nuptias nos quoque vocati ſumus, tanquam membra illius eccleſiæ, quæ eſt eius ſponſa; quare amare ſponſum dilectum noſtrum tenemur d. Dilectus meus mihi, & ego illi. Tertium, quòd ſi ille ad nos rediturus eſt, nos qui ſerui ſumus, expectare illũ omnino debemus d. Adueniat regnum tuum. Cant. 2.

Modum autem ſic præſcribit. Vt lũbi ſint præcincti, lumbi ſpiritus ſunt deſideria reſignata in amorem iuſtitiæ, lumbi carnis ſunt incentiua concupiſcentiæ, vt carnis luxuriam (Gregorius) per continentiam coarctemus. Senſus alligemus rationi, alioqui libertas & laxitas lumborum & ſenſuum ſtrauit Dauidem ſanctum; Sanſonem fortem, Salomonem ſapiẽtem: quare inſtat Petrus, obſecro vos chariſsimi, abſtinere à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam, lumbos habet & mens affectus ſuos, de quibus idem Petrus, ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſobrij, & perfecti ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam, Et paulus. ſtate ſuccincti lumbos veſtros in veritate. Sicut ſcriptura vocat quodcunque peccatum luxuriam & fornicationem id eſt amorem inordinatum, quo alienamur à ſponſo. vt de Hieruſalem, fornicata es cum amatoribus tuis. Et Eſai. quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis? Ita e contra receſſum ab oĩ culpa, vocat continentiã & lumbos pcinctos. Hypocritæ præcingũt

1. Petr. 2.
1. Petr. 1.
Ephe. 7.

tunicas, pedes adhibent nudos, & nihil amplius, vt præceptum hoc impleant &c: Vt deinde lucernæ ardentes ſint in manibus ideſt opera ſint ſplendentia lumine gratiæ, & charitatis; vnde vitam & meritum habent; Non ſic lampades fatuarũ ſine oleo; quibus nulla niſi terrena debetur merces.

De ſecundo, Cur ſcilicet ita debemus vigilare, & ſuccinctis lumbis Dominum expectare, dicit, Quia Neſcitis qua hora filius hominis veniet? Ita ſolent ſemper ſcripturæ ex hac incertitudine nos commonefacere, vt vigilemus, conſtat quòd venturus eſt & ignoratur quando. Ita Petrus & paulus vrgent, quoniam dies Domini ſicut fur in nocte veniet: addit Chriſtus exempla horrenda filiorum Noæ, & lot. qui edebant, bibebant, nubebant &c. Vigilate, vigilate neſcitis diem, neque horam.

De tertio, ideſt de fructu, dicit, Amen dico vobis. Beati ſunt ſerui illi, quos cum ven. Dom. inueniet vigilantes. Et explicans genus beatitudinis addit. Precingens ideſt obiectum illud beatificum quòd infinitum bonum eſt, & quo ſine vlla præcinctione adæquare facitur Diuina mens & voluntas; accommodans ad finitam Creaturæ capacitatem, vt ſecundum proportionem ſibi competentem in eadem Deitate beetur. Ita dicunt Theologi, quòd Deitas vt eſſentia nõ præcincta ſed totalis eſt obiectum Dei beatificum. Deitas autem vt eſſentia volens id eſt præcincta eſt obiectum beatificum creaturæ. Faciet illos diſcumbere Ita ad paſcua recipit, in vbertate domus ſuæ. laborum merces eſt ampla illa menſa, quæ ſola poteſt deſideria omnia cõplere & famem naturæ eximere, crea ſti cor noſtrum ad te & ideo inquietum eſt donec quieſcat in te. Et tranſiẽs miniſtrabit illis: Dũ Deitas miniſtrat ad intra id eſt Patri filio, & ſpiritui ſancto nõ trãſit; immanẽt oĩa idẽtica & omnia conſubſtantialia: vt miniſtret Creaturis tranſire cogitur ex charitate, & ſe extra ſe communicare per gratiam & gloriam. An non hæc magna eſt fortuna ſeruorum Dei, qua Prima ex ſeruis fiunt domini? ſerui ſunt in tempore & in momento, Domini fiunt in æternum. Seruiunt in egeſtate, dominantur in omnium bonorum affluentia. Ita dicit alibi. Diſpono vobis regnum vt edatis & bibatis in regno patris mei. Ioan. 10. Et iterum. Ingredientur & egredientur, & paſcua inuenient. Luc. 22.

Quid igitur dormitamus? quid ociamur inter hos ſtimulos? omnia monent vt vigilemus, vt venienti Domino occurramus, & interim aptemus lucernas, & præcincti quacunq; hora ſimus ad obuiandum parati, quando omnino eundum eſt. Et ſi ſic itur, ſponſum & Dominum noſtrum honoramus ſimulq; honoramus ſimulque honoramus. Amen.

Habita Romæ. 1568.

DOMINICA INFRA Octauam Epiphaniæ.

De puero Ieſu creſcente:

Singularis admodum, & exemplaris eſt humilitas maximi, & ſanctiſſimi ſpiritus. D. N Ieſu, qui eo dimittit ſublimitatem, & comprimit immenſitatem ſuam, qua cœlum, & terram im-

implet, quod ingreditur paruulum) hoc cor noſtrum, inhabitat, radicatque in eo regnum ſuum, quod totum accommodat guſtui noſtro, vt ex eius præſentia ſatisfiat omnibus neceſſitatibus noſtris, ſæpe etiam, & appetitibus. Quæ ſingularis etiam eſt fœlicitas noſtra ex tanto hoſpite, quem recipere, retinere, frui, cernere, ducere, promouere ſumma quædam conſolatio eſt. Quid enim amplius quàm ſeruire, adde, & imperare omnipotenti? Sunt autem potiſsimũ tria, quæ in nobis efficit ſpiritus ſancti inhabitatio & conuerſatio. Primum quòd precioſo quodam odore ſuo trahit ad ſe cor noſtrum & ſibi vnit, ligatque dulci amoris catena, quæ quanto arctior eſt tanto liberiorem efficit ligatum: & tamẽ perfecta erit libertas, cum vincula erunt indiſſolubilia, & captiuitas inſeparabilis. Ita ſimul cum parentibus & cognatis ambulat Chriſtus ad feſtũ Iudaicum. Secundum, quòd trahens ad ſe, ſeparat à cæteris, à carne, & ſanguine, ab amicis, cognatis, à parentibus ipſis: vt omnia relinquantur, vbi opus fuerit propter ipſum, hac vna ratione, quòd In his quæ Patris ſunt oportet eſſe. Tertium quòd vbi cor totum ſic poſsidet in eo firmatur, ſe ſeque totum viciſsim illi tradit, dicens fiat tibi ſicut vis. Et in hac mutua poſſeſſione mirabiliter creſcunt dona, & bona omnia, fons aquæ ſalientis &c. Ita deſcendit puer Ieſus cum parentibus in Galileam, & manet ſubditus illis non ocioſus, ſed proficiens, ſapientia, ætate, & gratia.

Ioann. 4.

Nos itidem tanto hoſpiti, tria potiſsimum debemus impendere, tum vt honoremus, tum vt perfruamur. Primum vt benigne recipiamus, alamus, ducamus, præſentem vbique habeamus; præcipue ſiſtamus Deo patri, vbique ſpiritus Chriſti nobiſcum ſit & operetur: ſed præcipue in templo, in die feſto, in cultu Dei. Secundum ſi ex infirmitate vel ignorantia quãdoque amittimus, & tepeſcimus, quam primum dignoſcimus ariditatem cordis, doleamus, requiramus, reuertamur ad ſacra, vbi dimiſimus, Num vidiſtis, quem diligit anima mea? Tertium vbi inuenerimus, quod certe eueniet, magnoque cum lucro; obſeruemus omnia, conferamus in corde negligentiam noſtram, facilitatem eius cuſtodiamus ſumma cum diligentia, vt de virgine Matre narrat euangeliſta Lucas in euangelio. Cant. 3.

Hiſtoria eſt de puero Ieſu iucundiſſima, & præceptis, & exemplis cumulatiſsima: ſapientiſsimus enim puer eſt, nihil dicit, aut facit ſine magna ratione; quare obſeruanda ſunt ſingula. Narratio in ſumma tractat Humilitatem Chriſti pueri ſic temperatam, vt in iis, quę Dei patris ſunt, eminentiſsimus ſit, vnicus ſit, Magiſter ſit, filius Dei ſit. In his vero quæ ad vitã hãc ſpectãt, demiſſus: comes, ſubditus ſit. Et habet ex parte Chriſti periodos quatuor principales. In prima ordinarius eſt, comes Parentum. In ſecunda extra ordinarius eſt, ſequeſtratus, a parẽtibus quin & illis perditus. In tertia eminẽs, ſedens inter doctores, negocia patris ęterni tractãs. In quarta rediẽs Galileã, apud parentes, ſubditus illis, & tamẽ in generoſa illa ſua ſubiectione proficiens & creſcẽs. Ex parte ẽt parentũ quatuor. In prima religioſi ſunt, & erga Dei feſtũ & erga puerũ quẽ ſecũ habent, & ſtatuunt corã Patre. In ſecunda peracto feſto dum redeunt, ſatis tepidi & negligẽtes, ita quòd perdunt amatum puerum. In tertia dolentes quæ-

runt, & redeunt in Hieruſalem. In quarta mirantes quòd inueniunt glorioſum; deducunt domum, retinent, obſeruant diligẽter. Nunc verba narrantis Euangeliſtæ paulatim expendamus.

Cum Factus eſſet Ieſus annorum duodecim. Ita ſua tempora habet Chriſtus propria. Dies aliquot in Betleẽ, ſeptem annos in Aegypto, quinque in Galilea, duodeciem comparet, & ſui memoriã renouat, decemocto annis ſilet: trigeſimo baptizatur; docet, & operatur. Nonne inquit duodecim ſunt horæ diei? Non confundit tempora.

Aſcendentibus illis: vno verbo ſic narrant religionem parentum, & Pueri. In parentibus duplex elucet; prima in Deum cuius feſtum obſeruant; ſecunda in puerum, quem ſic religioſe inbuunt verbis & factis; & quod fortaſſe ignorant ipſi, curant vt doceatur à templo, & ſacerdotio. Hæc ſemina ſunt totius vitæ, quæ filios erudiunt in via ſalutis. Religio pueri triplex eſt. Prima erga Deum Patrem, vt eis cultum foueat, & promoueat: ſecunda erga legis cerimoniam, vt eam impleat, & in ſe ſepeliat cum honore finis legis Chriſtus. Tertia erga parentes, vt eos ſequatur, & imitetur ad tempus.

Conſumatiſque diebus. Implent totum feſtum in loco ſancto. Amor Dei, ſaltem obedientia vocat ad feſtum Guſtus retinet ſine tædio. Noſtri de toto feſto vix ſemi hora audiunt miſſam, ſat eſt multis ſi videãt: nec ſine ſandalo loquuntur, negociantur, vel domi ludunt, aut de vaniſſimis colloquuntur. vel per vicos vagantur. Ad veſperas pauci & ij pauperculi. Diuites alia tractant Non ſic parentes Ieſu.

Cum redirent. Hoc vero periculum commune eſt, quando redeundum eſt in Galileam: non ſemper in templo: neceſsitas vitæ vocat ad mundi curas. Mulier cogitat, quæ viri ſunt &cæt. Non improbamus, non cogimus, vt ſemper ſis in templo, hoc priuilegium eſt perfectorum: ſed tamen moneo vt cautè redeas: videas quo ſpiritu à templo domum redis, quid tecum portas de miſſa, concione, ſacramentis: cogitatio iſta eſt neceſſaria, alioqui pœnitebit.

Puer Ieſus manſit in Hieruſalem. Hactenus ordinarius fuit Chriſtus, & à parentibus non receſsit, duxerunt, ſtatuerunt in Aegyptum, in Galileam, in Iudæam, ſecutus eſt. Nunc fit extra ordinarius, manet ſine illis: ſed tamen in loco ſancto, & tuto: rationem facti altiſsimam dabit ſuo loco, quòd patrem ſequitur & omnibus anteponit, tanquam ſibi conſubſtantialem, à quo ſeparari non poteſt. Religio iſta Chriſti extra ordinaria fundamentum, & exemplum fuit magnæ perfectionis: quæ filios à parentibus carnis, ad patrem ſpiritus, inſcientibus, & ſæpe inuitis parentibus abſtraxit: hinc monaſteria, clauſtra, licet enim, quin ſummum virtutis opus eſt, religionis gratia, parentes, ſi egeant neceſſario filiorum ſubſidio, propter Dei cultũ relinquere, Vt Hieronymus ad heliodorum. Et ſi pater in limine maneat, tu calcato Patre ſiccis oculis ad vexillum crucis euola.

Et non cognouerunt Parentes eius. Quàm ſunt boni hi, parentes in tanta cauſa tepidi, & negligentes: tantum ex bona quadam opinione, quam tetigit Euangeliſta. d. exiſtimabant illum eſſe in comitatu. Non ſunt immemores filij, q non abij;

ciunt:

ciunt,ſed falluntur. Putant viri cum
eſſe apud mulieres, mulieres quòd
ſit apud viros: & in hac opinione
puerum amittunt. Hæc vero illa eſt
frigiditas animi,quæ Chriſto tot pre
iudicia & damna facit: quòd nobis
ſat videtur habere Chriſtum in co-
mitatu, & nemo curat ſecum habe-
re.Reformentur omnia, exerceau-
tur omnes, ſit pietas frequens: lau-
damus omnes in communi, Nemo
curat in proprio. Et hæc commu-
nitas frigida corda facit & Chriſtum
perdit. Ita quòd ſine ipſo ſit inte-
grum iter diei, quin ſeneſcimus; &
iter uitæ conficimus ſine Chriſto; ni
hil fidei,aut pietatis habentes niſi in
comitatu.

Requirebant inter cognatos, &
notos.vere perditus eſt vbi inter no
tos,perfectos,ſacros non inuenitur.
Si ſal euanuerit &cæt. Quod ſi inter
cognatos carnis quærimus, Vah.quã
infœliciter.Iſti vt plurimum ſuadent
ad perdendum, verbo & exemplo re
uocant à virtute;ſuperbia carnis,cla-
ritas ſanguinis,matres ipſę inducunt
filias ad vanitatem;patres ad ludum,
luxum,blaſphęmias: quod ſi filij ſua
ſponte inclinant ad pietatem,inſiliũt
Pſal. 68. cognati & noti pſal.extraneus factus
ſum fratribus meis.&c.

Non inuenientes regreſsi ſunt
Hieruſalem. Hic amor mobilis eſt,
vt vocat magnus Dionyſius,qui dam
num ſentit,& vrget,vt reſarciat. Hic
totum cor angitur vt recuperet a-
miſſum Chriſtum:hic currit Dilecta
quærens in lectulo,per uicos, & pla-
teas,quem,inquit,diligit anima mea.
Cant. 3. Hic ſalit Zachæus in ſycomorum.
Hic Maria ad monumentum modo
ad Angelos intus,modo ad homines
Luc. 19. foris ſeſe vertit dolens,tulerunt Do-
minum meum: &cæt. quis ſufficiat
exprimere dolores parentũ Ieſu hoc
loco? Nouit Ioſeph pericula Hieru- Ioan. 20.
ſalem propter quæ fugit in Aegy-
ptum, Nouit Mater merita filij:pu-
det eam in corde ſuo quòd ſic tan-
tum filium parum cuſtodierit: quòd
ab oculis,vnquam dimiſerit. Sic do-
lentes quærunt. Magni aut nullius
animi ſumus nos, quòd toties Chri-
ſtum perdimus,nec tamen dolemus.
Vrget amor, & deſiderium ita quòd
ſtatim Regreſsi ſunt in Hieruſalem,
Ibi relictus eſt,ibi requirendus. quò
te vertis Germania? quò Anglia?
quò tanta pars Galliæ, vt Chriſtum
quæras? Ad latibula Samariæ, & Ba
bilonis? Hieruſalem eſt Chriſti ciui
tas;in eccleſia quærendus eſt,ab hac
Baptiſmum,ab hac verbum Dei ſu
ſcepiſtis:hic dimiſſus eſt, hic,aut nuſ
quam alibi eſt repetendus, & recupe
randus.

Et ecce poſt triduum. Sua tempo
ra etiam habet; quibus quærendus
eſt Chriſtus,dum inueniri poteſt,dũ
propè eſt. Triduo ſic iacuit in ſepul
chro quęſitus & inuētus. Eſt triduũ
obedientiæ quæ exercet cor, os,ma-
num,& exhibet cogitationes,verba,
& opera. Eſt triduum pœnitẽtiæ. Cõ
tritio,Confeſſio,Satisfactio, Eſt tri
duum Satisfactionis,Ieiunium, ora
tio,Eleęmoſyna. Eſt triduum virtu
tis fides,ſpes,charitas. Eſt triduum fi
dei. Apprehenſio,expenſio,compre-
henſio. Eſt triduũ ſpei,audacia in bo
no,patientia in malo, perſeuerantia.
eſt triduum charitatis: Amor mobi
lis,purus,perfectus. Eſt triduum per
fectionis,Paupertas,caſtitas,obediẽ.

Peracto triduo, Inuenerunt eum.
Hic amor fit acutus in apprehenſio- Gen. 32.
ne Domini ſui. Hic dicit Iacob, Luc. 19.
vidi Dominum, facie ad faciem.
Hic Zacheus fruitur in ſycomoro.

Hic

Cant 3. Hic dicit dilecta. Inueni quem diligit anima mea. Hic clamat Thomas Ioan. 20. Dominus meus & Deus meus.

In templo. hic ſine dubio inuenitur Chriſtus, in domo Patris ſui non in plateis, in curijs, in officinis. Certus es, niſi tu ponas obicem, quòd eſt in templo. Hic verbum, hic ſacramẽta, hic ſpiritus; conſolator optime, dulcis hoſpes animæ, dulce refrigerium: Et qualem inuenerunt?

Sedentem. Sic ſtabilis eſt ſua natura Chriſtus: fluctuant Parentes, huc illuc currunt, Sedet Chriſtus: Veniunt, & abeunt opiniones, curioſitates, hæreſes, vtcunque fauoribus auctæ, tamen euanuere: ſola Chriſti veritas ſedet.

In medio locus eſt Chriſti naturalis; In æternitate mediat inter Patrem & ſpiritumſanctum, Productus & producens. In eccleſia mediat vt cor viuificans membra. In cruce mediat, vt victima pacificans peccatores, inter Deum & homines, mediat ſacerdos propitians. Inter ſcholas & doctores mediat verbum verax, imo veritas ipſa. ô felix ſchola quę ſic habet Chriſtum medium à quo tanquam à centro, trahit conſilia, ſtudia, decreta.

Audientem illos, & interrogantem. Ita patienter audit primum quid noſtra prodant corda: interrogat etiam & excitat ad propalanda conſilia, quæ latent ſub hypocriſi. ita Ioan 6. patienter audiuit in montibus Galileæ inepta cõſilia Diſcipulorum. Dimitte turbas &c. mox interrogat Philippum. Vnde ememus panes vt manducent hi? &c. Tum ille prodit conſilium & iudicium. Ducentorum denariorũ panes non ſufficiunt eis. &c. Iterum interrogat omnes. Vos quot panes habetis? Reſpondit Andræas. Eſt puer vnus hic qui habet quinq; panes ordeaceos, &c. addit iudicium ſuum. d. quid inter tantos? tot miſerias reuelat patientia Chriſti.

Stupebant omnes ſuper prudentia, Noua prudentia ſine experimento quando in puero eſt, Argumentum quòd naturalis & congenita eſt non acquiſita, Ita facile ſtupet humana ratio & obmuteſcit corã Dei prudentia, vt in ſinagogis Stephano inſultantibus In concilio Niceno Sophiſta coram ſimplice tacuit.

Et videntes admirati ſunt. Hęc admiratio non tam oritur ex ignorantia, quam ex prępotenti guſtu de filij gloria, ita quòd lætitia obruuntur & confunduntur.

Fili quid feciſti nobis ſic? Querela eſt diligentis. Ita Dauid quare triſtis es anima mea? Ita D. Antonius. Pſalm. 42. vbi eras D. Ieſu, ſic ſolent ſancti ſuper ariditate cordis ſuſpirare.

Neſciebatis quia in his, quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? Hoc primũ verbũ eſt, qđ ex ore Chriſti excipimus, ſublime & quidem non puerile, quo totum ſe retrahit in Dei Patris gloriam, & obſequium. Vltimũ conſimile fuit quo ſpiritũm in manu Patris tradidit. Hic ergo ſupra ſe ſurgit, ſupra matrem, patrem & creaturam omnem. Magni momenti eſt illud. Oportet. Ita Ioannes, Me oportet operari opera patris, Vnum hoc Ioan. 9. perpetua illius eſt regula; huc verba, facta, vitam, mortem dirigit, Oportet autem quia filius eſt & delegatus in hoc, vt clarificet nomen Patris. Tã altum eſt negotium quòd.

Ipſi non intellexerunt. Neque Angeli intelligunt myſteria legationis Chriſti, quot, & quæ facere & pati illum oportet pro gloria patris & mundi ſalute. Tanto minus caro, quæ

vo,quæ non percipit ſupra ſenſum.
Deſcendit ergo vt percipi poſſit.
Et venit Nazareth, ſe ſe accommo-
dat templo in gratiam perfectorum,
Deſcendit Nazareth,in gratiam im-
perfectorum ; habent omnes,modo
ſint ſine culpa:Omnium eſt ſalus,Ite
rum fit ordinarius Chriſtus ; quid ve
ro in Nazareth? vide quo deſcen-
dit;an ſimile vnquam audiſti de om-
nipotente?

Et erat ſubditus illis.quis Quibus?
Deus hominibus. Hoc vnum narrat
euangeliſta de Chriſto per cõtinuos
octodecim annos vſque ad trigeſi-
mum, quo venit ad Baptiſmum,
quòd ſubditus erat. Tam illi perpe-
tuo comes eſt humilitas,& obedien-
tia;fundamentum & cuſtodia perfe-
ctionis; Qui nihil aliud ſcit, poteſt,
vult facere, ſubijciat ſe parentibus
Deo,& eccleſiæ ,& ſatis erit. Tolle
propriam voluntatem, infernus non
erit.Bernardus. Qualis vero eſt Chri
Luc.18. ſti ſubiectio?Glorioſa, & fructuoſa,
ex eo dogmate,qui ſe humiliat, exal-
tabitur.Ita apud perfectos glorioſa,
meritoria,dues in omnibus eſt obe
dientia, & hic quoque magno cum
fructu exprimitur. Primo in Matre,
quæ Cõſeruabat omnia, cõſ. in cor.
ſuo. vbi quaſi in ſcrinio theſauros
colligit è dictis & factis quotidianis
Chriſti,& reponit,ita iuuat poſſiden
tem Chriſti dona obſeruare ſingula
quæ Deus facit in ſe &c. Deinde in
puero.Et Ieſus proficiebat ſapientia
& ætate,præponit ſapientiam ætati,
quia ætatem ſuperat.Proficit ſapien-
tia non habituali(ſecundum Bernar
Hebr. 5. dum) ſed experimentali, Didicit ex
ijs quæ paſſus eſt obedientiam,Profi
cit in operibus noua quotidie faciẽ-
Ioan.11. do,& ſeipſum ſuperando. Ecce hic
homo multa ſigna facit.Ita Ambro-
ſius.Proficit corã hominibus, quo-
tidie noua corda ad ſe trahendo.Ec
ce totus mundus abit poſt eum. Ita Ioan.13.
Gregorius. Et Gratia apud Deum,
Cuius dilectus eſt, In quo ſibi com-
placuit;à quo ſemper auditur. Et ho
mines. verba vitæ habet, omnes alli-
cit ad ſe,ſpecie tua, & pulchritudine Pſalm. 44.
tua.Intende proſpere &c. omnes illi
benedicunt. Tam fęlix eſt Chriſti ſu
biectio,tam fructuoſa & fęcunda hu
militas,In tantum extollit corã Deo Sap.5.
& hominibus,vitam illorum æſtima
bamus inſaniam.Ecce quomodo in-
ter filios Dei &c.creſcit ſapientia, vt
videat homo Chriſti, & ſciat quæ ſci
re debet, quæ nemo alius ſcit, ita
orat eccleſia, Cœleſti pietate proſe-
quere,vt quæ agenda ſunt videant,
En ſapientia,creſcit ætas, & robur,
vnde facultas bene operandi, quæ ex
Dei ſapientia ſunt cognita: & hoc
petit eccleſia.d.Et ad implenda,quæ
viderint,conualeſcant,en ætas,en ro
bur en quantæ vires humili au-
ctæ: Per Chriſtum Dominum no-
ſtrum.Amen.

Habita Piſauri. 1571.

IN OCTAVA EPIPHANIAE Domini.

Ecce Agnus Dei. Ecce qui tol- Ioann.1.
lit &c.

TAM habet altas, &
pſundas radices pec-
catum in hoc mundo
ex infirmitate naturæ
noſtræ, qua factum
eſt, vt facile hoſti ſit
illum,quò vult impellere, & impul-
ſum,

ſum,ac præcipitatum retinere; Tam etiam fœcundas & prolificas ex igno rantia,vt quacũque occaſione à malo in peius trahatur non tantum inter ipſa hoſtis officia, vſuras,lænocinia,adulteria,fraudes,&c.ſed & inter ipſa Dei officia,ad eius gloriã & mũdi regimen inſtituta:tribunalia, mercaturas,matrimonia,filiorum inſtitutiones. Vbique concupiſcentia carnis,& oculorum,vbique ſuperbia vitæ:mundus totus in maligno. Huic magno morbo,id eſt peccatorum cumulo diuina miſericordia parauit, & dedit præſentiſsimum remediũ Chriſtum mũdi ſanatorem,quo vno poſſunt exonerari conſcientiæ, purgari mẽtes,aptari ſecula, honores, mores intra iuſtitiæ terminos reuocari. Poteſt ille ſanare, vult,in hoc datus eſt, remedium optimum eſt. Et tamen mundus ignorans tenebris ſuis tãm dulciter fruitur, quòd remedia deſpicit,&quicquid aliud cogitat: regulas quaſcunque mundi,curiæ,carnis, præponit regulis Chriſti,Imo de iſtis nihil: atque in hac vecordia exultat,& conſeneſcit.Hanc quoque ineptiam,miſeratus Dominus,mittit excitatores, qui opportune & importune ſomnolentum hunc mundum ſuos morbos fouentem ad medicum Chriſtum potenter inuitent, & arguant &c. Hic itaque mundi ſtatus eſt.Mũdus ęger eſt in peccato,Chriſtus medicus datus, Mundus ignorans medicum deſpicit, Nos Chriſti ſerui ignauiã hãc cupimus erudire & excitare, vt ſibi conſulat.Similem mundi ſtatum narrat hodie Ioann.in Euangelio.Iudea morbis & peccatis plena eſt, Chriſtus datus illi in remedium, iam circuit quærens quem ſanet, Iudæa deſpicit,Ioãnes Zaccariæ prope iordanem exclamat & reuocat ægros ad medicum,cuius & officium & virtutem, & Diuinam tandem perſonam abundè demonſtrat. Hic ſtatus euangelij eſt. Vox qua Ioannes abundè teſtimonium reddit Iudeæ, qualis ſit Chriſtus, & quãto ſuo damno illum deſpiciat.

1.Ioan.2.

Ibidem.

Vidit Ioannes Ieſum venientẽ ad ſe. Viſio illa in imperfectis facilè parit cõfuſionẽ ſpiritus. Ex impuritate luminis,& oculi.Ita cum primum venit Chriſtus ad Ioann.d. Baptiza me. Tum ille obrutus ſacro lumine.d. Ego a te debeo baptizari,tu venis ad me? Tu ad me? Tu qui abluis animas,ad me qui vix corpora? Tu qui peccata remittis, ad me qui vix ſignifico? ſine modo,inquit Chriſtus,ſic decet implere omnem iuſtitiam; ſic meo contactu aquas ſanctificari: ſic ad ſacramentum meum, ſacramentale hoc præcedere & anteire. Ita olim Petrus in naui: Exi à me Domine: & iterum. Domine tu mihi lauas pedes? ita Centurio, Domine noli vexari &c. Vbi autem ſpiritus Ioann. roboratus eſt,& plene informatus,iã non refugit:ſed à longe videns ad ſe venientem Dominum ad ſeruum exclamat mira iucunditate, vt iudæam excitet à ſomno, Ecce Agnus Dei, Verbum Ecce repetitum oſtendit magnum clamantis affectum, quo cupit,dormientem,& ineptam iudęã à ſomno excitare.

Luc. 5.

Ioan. 13.

Agnus. Dulci hoc nomine cõpellat;potuit vocare Leonem, Petram, conſiliarium,Principem huius ſeculi, Et vocat agnũ multis rationibus. Prima. Agnus eſt ex innocentia quid enim aſperum eſt in agno? quòd naſcetur ex te,ſanctum vocabitur. Iuſtus iuſtificabit:ſanguines vitulorum & arietum, fuerunt inefficaces, quia immundi omnes.Secunda Agnus eſt

Luc. 1.

Matth. 11.

ex manſuetudine, Diſcite à me, quia mitis ſum, Ego quaſi agnus qui portatur ad victimam, Niſi gigas ſediſſet in terra, populus ad eum nō accurriſ-
Eſa.53. ſet, Manſuetudo inuitat ad agnum. Tertia. Agnus eſt ex patientia. Tanquam ouis obmuteſcens; Patiens fui & non impiè ſum locutus. corpus dedi percutientibus, faciem vellentibus
Eſa.50. Coram Herode tacuit, Coram Pilato non ſe defendit, in horto defendi noluit, Quarta. Agnus eſt ex fructu lanam dat in operimentum; carnes in cibum, nihil in agno eſt quod nō ſit vtile, operit meritis vt olim pelles
Gen.27. Eſau fratrem Iacob, ſentit odorē filij pater, & benedicit. Quinta. Agnus tandem proprie eſt, quia victima deſtinata in holocauſtum: ita ſanguine agni fractus eſt Pharao, liberatus Iſrael: ita celebratur Paſcha, & perit dominium ſatanæ. Primo. Dei eſt, quia
Ioan.3. à Deo datus, Dei donum; ſic Deus
Eph.2. dilexit mundum, vt filium ſuum daret: nimiam charitatem vocauit Paulus. Secundo. Dei eſt, quia Dei victima, Dei manu mactata, propter ſce-
Eſa.53. lus populi ego percuſſi, Ita apoſtoli
Act.4. omnes, conuenerunt Herodes & Pilatus, aduer. puerum Ieſum, quemadmodum manus tuæ ab æterno decreuerunt fieri, ita de manu Patris ac-
Ioan.18. cipit calicem; & prohibentem Petrū repulit d. Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Tertio
Matth.3. Dei eſt, quia Deo acceptus, Dei pre-
Gen.17. cium exactum pro mūdi vita, In quo
Ioann.1. pater ſibi complacuit. In quo vere odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis, De quo vere dicit, ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, de cuius plenitudine accepimus omnes.
1.Tim.2. Qui & qui vnus & nemo alius; vnus
Eſai.63. eſt mediator, Torcular calcaui ſolus,
Gal.3. in ſemine, non in ſeminibus. Tollit.

Non promittit, ſignificat, adumbrat vt lex, ſed tollit efficaciter, Vt Deus poteſtatem habet, Vt agnus meritū infinitum, Tollit ergo infallibiliter quātum ex ſe eſt & emundat conſcientiā ab operibus mortuis, melius quam ſanguis hyrcorum & cinis vitulæ. Pec- 1.Ioan.1.
cata, omnia, quæcunque, qualiacunque, quantacunque omnia tollit ſanguis agni huius, circunciſio profuit originali ſoli. cætera ſacrificia varia, varijs culpis applicata, virtus agni huius totalis eſt fundat enim & ſacra, & viua, & practica, facit ſacramenta omnia quibus datur remiſſio peccatorū & infunditur gratia: virtutē dat orationibus, contritionibus, ſatisfactionibus, purgationibus: ſine hoc nulla remiſſio. Mundi. Totus mundus in maligno eſt. Totum ſanat agnus, ſi 1.Ioann.2.
velit ſanari, à mari ad mare: vſque ad extrema terræ. valet enim non ſolum pro noſtris, inquit Ioan. ſed pro pec- Ibidem.
catis totius mūdi. Pacem dat his qui Ephe.2.
prope, pacem his qui longe.

Hæc vera eſt mundi ſanitas ô Iudæa, hæc tibi promiſſa per Meſſiam in prophetis: vt deleatur iniquitas & adducatur iuſtitia ſempiterna. Pſal. Pſal.129.
Redimet Iſrael ex omnibus iniquit. eius. Merito igitur exclamat Io. ecce, ecce agnoſcite agnum.

Hic eſt de quo dixi. Multa de Chriſto dixit Ioann. præcurſor, & vox clamans in deſerto, iubenſque parari viam Domino, humiliari colles, exaltari valles &c. quòd videret omnis caro ſalutare Domini, Applicat omnia ad vnum hunc Agnum, & addidit. *

Poſt me venit. Poſt me conceptus natus, reuelatus, Qui ante me factus eſt, Si de miniſterio loquitur, facilis eſt ſenſus, quòd Chriſtus Ioanni prelatus ſit; vt conqueſti ſunt diſcipuli

Ioánis,apud Matthęum·Quod Ieſus Baptizat,& omnes veniunt ad eum. Rationem dedit Magiſter eorum.d. illum oportet creſcere me autem mi nui. Si vero de perſona, quæ diuina eſt & æterna,atq; ideo vere ante Ioánem;mirum eſt, quòd eam dicit factam;non enim Dei verbum factum eſt,aut factum,vel factibile.Ideo cor
Ioann.1. rigit per verbum propriũ. Qui prior me erat. Verbum hoc, Erat, proprie exprimit æternam emanationem verbi,In principio erat verbum, Verbũ erat apud Deum,Deus Erat verbum
Pſalm.2. Quòd autem dicit:factum ante ſe, reſpicit ad perfectam generationem filij,quæ ſic per præteritum exprimitur. Ego hodie genuite. Duas habet conditiones filij generatio, Aeterna eſt,ſemperpręſens.Ideo dicit Hodie. Perfecta eſt,totalis,habens omnia ad eſſe filij requiſita,Ideo dicit, Genui, ita hic factum,id,eſt ab æterno perfecte genitum.

Et ego neſciebam. Vox humilitatis eſt,qua ſuam paruulitatem incapacem ex natura tanti myſterij fatetur, ſciebam in ventre matris, ex voce ſalutantis, conceptum eſſe Meſſiam quare & exilui illum ſalutãs.Sed qualitatem perſonæ ignorabam: Apud Iordanem reuelata eſt mihi perſona (ego enim ex me neſciebam) ſed adhuc maieſtatem incluſam & virtutẽ legationis ignorabam.Quomodo igitur agnouiſti?

Vidi ſpiritum deſcendentem è cœlo.Ita de terris nihil ſumit Chriſtus, qui non eſt de hoc mundo: teſtimonium habet è cœlo: ſpiritum deſcendentem:venit enim ad Dei filium exinanitum & demiſſum.Et manentem, In cæteris ſpiritus vadit & venit: In Chriſto manet:in cęteris eſt ad menſuram;In Chriſto ſupra omnem menſuram,Sicut vnguentum fluens à capite vſque in oram veſtimẽti, De cu- Ioann.1.
ius plenitudine accepimus omnes. Sicut columbam,Non eſt ſpiritus columba.vt verbum caro;non enim ſumit columbam in vnitate ſuppoſiti, ſed tantum in ſignificatione (inquit Gregorius)ad mota ſunt elementa,ſignificat ergo Columba ſpiritũ Chriſti pacificum,mitem,gementem coram Patre pro peccatis mundi,ita olim ex Archa Noe columba emiſſa oliuam retulit:Et ego neſciebam:delectatur hac ſuæ humilitatis confeſſione,ignorabam myſterium,Meſſiã agnoſcebam, ſed Diuinam virtutem incluſam non agnoſcebam: quomodo igitur? Qui miſit me, fuit homo miſſus à Deo, Ille mihi dixit, Super quem vid.col.Hic eſt qui Bapt.in ſpiritu Sancto. Maxima hæc eſt reuelatio, qua Chriſti Diuinam virtutem Ioanni, Deus pater inſinuat, ex hoc quòd baptizat in ſpiritu ſancto,i.peccata remittit & gratiam confert ablutis.Hoc ſolus Deus poteſt. Ex hoc intelligit Ioan.quantum Chriſti baptiſmus ſuperet ſuum:quare de ſe ſemper dicit. ego baptizo in aqua; mea eſt aqua, purum elementum, aqua mortua,promittens,& prædicans,nó autem dans remiſſionẽ. Chriſti aqua viua eſt,tribuens eius virtute, & merito Spiritum Sanctum. Ex hoc etiam patet,quòd à quocunque detur baptiſmus,à bono,à malo miniſtro:à ſacro,à prophano à viro,à muliere;à fideli,ab infideli,à catholico, ab hæretico;ſemper eundem effectum habet modo ſeruetur materia,forma, & intentio debita, quia Chriſtus eſt qui baptizat in Spiritu Sancto, non Paulus,non cœphas, quid ergo tandem? Et vidi,plene informatus; cœleſti voce,& infallibili præceptore vſus. Et

teſtimo-

teſtimonium perhibui, fidelis ſeruus Domini mei: Aurora Solis, fidelis & aſſiduus monitor Iudeæ, vt ſomnum excuterem, vt ineptam excitarem & intelligeret, quid in ſumma? Quoniá hic eſt filius Dei. Summa Summarum hęc eſt, hucuſque Chriſti reuelatio, vt agnoſcatur filius Dei, Ita Petrus, ita Martha, hoc implet omnia, Ideo agnus, ideo tollẽs peccata, Ideo baptizat in Spiritu Sancto, quia filius Dei eſt: nihil minus credendum de illo, filius datus eſt nobis, inquit Eſai. Et filius requirebatur, vt inſipiẽtiam primi hominis ſapientia Dei reſtitueret, Vt mediaret medius, vt naſceretur in terris, qui ab ęterno naſcebatur in cœlis; vt per eum adoptionem filiorũ reciperemus, atq; ita aſcripti in eccleſia primitiuorum accepto ſpiritu filij, filij Dei nominemur & ſimus, quòd ſi filij & hæredes: Amen.

Habita Piſauri. 1571.

DOMINICA SECVNDA poſt Epiphaniam.

Ioan. 2. *Nuptiæ factæ ſunt in Cana Gal.*

APERIT Optimus Pater noſter Deus ditiſſimas manus ſuas, & implet mundum tali, tantaque benedictione, quòd ſufficit non modo ad dandum eſſe creaturis, ſed & ad conſeruandum, nec tantum ſuggerit neceſſaria victui, ſed & oblectamenta quibus recreamur. Ita non tantum manna, ſed & coturnices dat Iſraeli. Non tãtum panes multiplicat in Galilea, ſed & piſces: & nobis tot genera pomorum, fructuum, auium, ad vſum & recreationem producit. Nos vero hæc omnia de manu Dei ſumimus, vt in eis bonitatem eius guſtemus, & glorificemus. At econtra in eis inhonoramus, diſſipamus, idolis thura, carni & ſanguini carniſpriuia celebramus: omnia conſumimus viuendo luxurioſe, Vnde fit, vt Deo honorem ſuum vindicante, in modijs epulis vinũ deficiat; in ipſo gaudiorum cumulo orbemur filijs, affligamur intus & extra: premamur diluuijs bellorum, infirmitatum; bonis ſpoliemur, & malis oneremur. Et hoc loco nos ſẽper extremi, blaſphemamus cœlos, terrá, fata, diffidimus & deijcimur, ſe ſe etiá nobis pulchre offerẽtem Satanam & bonorum maria premittentem adoramus: magis ſcilicet illi fidimus, quam Deo, eius conſilia & mores recipimus, filios, & honores, commoda de eius manu præſtolamur. Ille dat periurijs & malis artibus, Ita quòd dum bona ſuppetunt, frui neſcimus, cum bonis priuamur, pati neſcimus, recuperare nequimus. Contra has noſtras ineptas extremitates proponitur hodie in euangelio hiſtoria pulcherrima, quæ duas partes habet. In quarum prima docet; Quomodo pręſentibus bonis frui debemus, nempe cum Chriſto, & hominibus eius. In ſecunda quomodo vino deficiente, procurare amiſſa bona poſſumus.

Nuptiæ factæ ſunt. Rem lætá proponit nobis euangeliſta, domum plenam iucunditate, conuiuia, immo nuptias celebrantem, vbi plena ſunt omnia gaudijs. Continent nuptiæ rem ſacram, Matrimonium. Dignũ illud officium inſtitutum ad propagãdam humanitatem, plenum benedictione illa, Creſcite & multiplicamini. Adde & remedium ſalubre ad ferendas carnis in-

nis infirmitates. Sacramentum etiam nobile. Cuius eſt certa materia, perſonæ legitimæ ſibi cohærentes, Certa forma, Dei verbum, Relinquet homo patrem &c. certũ efficiens, Deus quos Deus coniunxit & cæt. Certus finis: Soboles procreanda & educanda, certum myſterium, ſignificandæ vnionis Chriſti, & eccleſiæ. Nobilior quidem, & eminentior ſtatus eſt virginitas, vita angelica, in carne præter carnem: fructum ferens centeſimũ: libera ad totum Deo dicãdum. Diuturna, perennis. Sed & ſtatus Matrimonij nobilis eſt, quare & Nuptijs his Galileis intereſt, vt Probet factũ, vt honoret, vt iuuet. Erat ibi Mater Ieſu. Primo vt nuptias honoret ſua præſentia: quos enim reges, aut quas Reginas compares Glorioſiſſimæ Matri Dei? Secundo, vt nuptijs, & amicis fruatur. Ita decet & ſanctos conuiuare, & collætari honeſta cauſa. Tertio vt iuuet ſi occaſio dabitur. Hoc animo debent Matronæ piæ viſitare opera miſericordiæ, domos pauperum, vt honorent, vt iuuent. Vocatus eſt, & Ieſus, & diſcipuli eius. Fœlix domus, quæ ſic totam ſcholam virtutis & perfectionis in ſe capit. Dignatur autem Dei filius ſic honorare nuptias pauperum, vinum vix ad medietatem habentes, vt nobis illuſtre exemplum præbeat humilitatis. Venit è cœlo ſponſus è thalamo patris, nuptias celebraturus, & eccleſiam ſibi copulaturus; quare, nuptias amat, & ſua præſentia & virtute benedicit, ac fœlicitat. Orare poteſt mater, compati, & pauperum neceſſitatem exponere. Ita & diſcipuli. vinum autem ex aqua facere, diuinæ Chriſti virtutis eſt. Inſtructa eſt igitur menſa, celebres & honoratos habet conſidẽtes, comedunt, bibunt cum Dei benedictione. Et deficiente vino. Vah quale eſt conuiuium ſine vino? qualis aer ſine lumine: lucerna ſine oleo, velum nauis ſine vento, languent omnia, quid ergo? Dicit Mater Ieſu ad eum, Proxima eſt prouiſio, nam adeſt Ieſus, cuius virtus eſt omnipotens: Apud eum eſt clementiſſima, & potentiſſima Mater eius. Vocat autem bis euangeliſta Mariam nomine Matris Ieſu, vt rem ſecutam faciat, quãdo mater agit apud filium. Orat eccleſia, Monſtra te eſſe Matrem, Cogita quę ſit, quæ cauſam commendat, Cui, & quomodo, Orat Mater gratiæ, Mater miſericordiæ, Mater orat filium clementiſſimum: Orat ſapienter vt eam decet, *Matt 9.* Vinum non habent, ita Centurio. *Ioann. 11.* Puer meus iacet, Ita ſorores Lazari, Ecce quem amas, &c. ita ſuos docebat filios, Nolite orare in multiloquio, *Matt. 6.* ſcit enim Pater quibus indigetis. Vt tamen fidem ſuorum exerceat ad tempus: alte abſcondit gratiam ſuam. d. Quid mihi & tibi mulier? verba iſta torſerunt multos, ſine ratione. Anſam hinc ſumpſerunt hæretici alij vt negarent Chriſti veram humanitatem. Alij veram Mariæ maternitatem: quare impius Neſtorius, vetuit eam vocari Deiparam, & Dei matrem: exponebat enim, quid mihi & tibi, id eſt quid tibi commune mecum eſt ô mulier? In hunc ſenſum etiam multa dixerunt Patres de Chriſti Diuinitate, quæ certe nõ eſt ex Maria, Chriſtus enim Deus, vt Deus ab æterno, ex æterno natus eſt, ex patre ſine matre, vt homo in tempore ex Matre ſine patre, quare potuit vt Deus dicere, Quid mihi & tibi mulier? Vera ſunt omnia, ſublimia ſunt, quę tamen vt ego ſentio, hoc in

loco

locò ſine neceſſitate difficultates ingerunt. Planus enim mihi videtur ſenſus petitioni Matris accommodatus. Dicit illa. Vinum non habent Reſpondet filius. Quid mihi & tibi? quid mea, vel tua refert ſi non habẽt? an noſtrum eſt prouidere & non potius ſponſi qui nos vocauit, quod ſi ad meam virtutem prouocas, ad miracula ſcilicet edenda, Nondum venit hora mea. Aut loquitur de hora & tempore miraculorum: hæc nondum venit, vt me ſcilicet ſic propalẽ: latui iam triginta annos, ad huc modicum & reuelabor. Aut loquitur de hora mortis (vt plurimi patrum exponunt) & ſenſus eſt. Non deerit tempus edendi miracula: nondum
Ioan.11. conſumor, Ita alibi, Nonne duodecim ſunt horæ? & iterum. Hodie & cras virtutes perficio, Si dicas, Negat veniſſe horam, & tamen ſtatim facit miraculum, Reſpondeo, Ad preces virginis accelerata eſt hora, fatemur eius precibus acceleratam fuiſſe incarnationem verbi: cur non concedi poteſt de hora miraculorum? Adde quòd hora Chriſti duas habet periodos, vna eſt vt deſit vinum; caſus ſit deploratus, ita quod omnes creaturæ ſimul non ſufficiant ad prouidendum, hic locus eſt Chriſti omnipotentis, Nun-
Matt.9. quid manus mea eſt inualida? Secunda eſt vt in tali deſtitutione creatura agnoſcat deficientiam, diffidat crea-
Ioan.11. turis, & creatori confidat. Ita ſi credis poſſum: Et ad Marth. Nonne dixi tibi, Si credideris videbis &c. Sic ergo abſcondit gratiam ſuam, vt fidẽ excitet & promoueat, cui & Mater probè adſtipulatur, hoc artificio alias etiam explorauit & probauit, & illuſtrauit fidem Chananeæ, hoc eo-
Luc.9 dem diffidentiam Apoſtolorum, in montibus Galileæ & paſce fecit & cõfudit. d. Vos date illis eſcam, Et ad Philippũ, Vnde ememus panes &c? Ioann.6.
Ita hic, Quid mihi, & tibi? Agant, ipſi diſcant quid poſſunt: & vnde poſſunt ſi velint: diſcant neceſſitatibus ſuis conſulere. Quod autem matrem compellans, vocat mulierem, Non obeſt, Qui vocatur reſpondet Prouocat illa ad Deitatem, quæ ſola poteſt omnia, illa certę non eſt virginis filia, & ſi vera ſit Dei Mater: quare mulierem optime vocat, Mater autem optime nouit filij conſilium, Vtcunque dicat, Quid mihi, & tibi? Scit maxime ad eum pertinere cu-
ram ſuorum & maxime domeſtico- Marc.4.
rum, Clamant apoſtoli, Non ad te pertinet quia perimus? Ad quem ergo ſi non ad te qui pater es? Habet fides argumenta efficaciſſima quibus probet, quòd ad eum pertinet,
Arguit à maiori, Dedit corpus, & Matth.6.
animam, Nonne anima eſt pluſquam eſca? quomodo ergo non dabit vinum, Arguit à minori, Ornat lilia campi, veſtit aues cœli: Et nuptias ſuorum non recreabit? quanto magis vos pluris eſtis illis? Verum eſt tamen & iuſtum eſt: vt qui ex voluntate eius quærit, vt ſibi ſit propitia, voluntatem quoque eius implere ſtudeat, hæc enim obedientia maxime accelerat horam ad bona omnia impetranda: hoc ſcit Mater Chriſti, quare vt horam diſponat dicit Miniſtris, Quodcunque dixerit vobis facite, hoc vnum ſufficit, in eius os reſpicite, verbum ſuſcipite, ſiue facile, ſiue difficile, poſſibile, uel impoſſibile uideatur, Vos tamen facite, Ita ſerui Naaman, Pater & ſi rem grandem iuſſiſſet Propheta, tamen facere debuiſſes. habet ille multos modos operandi, quandoque & extra-

neos à re ipſa,vt lutum ad illuminandum,Tu obſerua verbũ, & fac quod ille dicit. Illis ergo ſic ad obedientiã paratis benigne ſe conuerſus dicit, Implete hydrias aqua,Siccine conuiuio prouidebitur.quid ſi ex aqua vult educere vinum,an non, poterat ſine aqua? Poterat ſine aqua, qui omnia ex nihilo creauit. Sed ſic vult factum melius illuſtrare:vult teſtes facti propinquiores: Ita & ſecum exigit quaſi concauſas manus noſtras ad ferendũ meterdum,vt certiores facti, clamemus ex fide, Neque qui plantat neq;
1.Cor.3. qui rigat,ſed qui incremẽtum dat,ad hoc alludit Ioannes.d.Sciebant miniſtri qui hauſerant aquam.Iuſſa igitur faciunt,Et impleuerũt hydrias aqua vſque ad ſummum, Ita factum ornat & exaggerat, vt intelligas non eſſe relictum locũ mixtioni:plenas hydrias non admittere alium liquorem,Tũc dicit,Haurite nunc &c.exigit vinum optimum:Dei enim perfecta ſunt opera,colorem,odorem,nitorem, ſaporem,omnia habet requiſita: ita ꝙ Architiclinus miratur & ſponſum reprehendit, Domus vero tota exhilaratur, nuptiæ recreantur, & Chriſti virtus iam declaratur,quid ſcilicet ad preces matris, & ſuorum conſolationem poſſit & velit.Hoc inquit Ioan. Initium eſt ſignorum. Non primum quod fecit Ieſus,nam in præſepio traxit ad ſe Magos: in baptiſmo declaratus eſt Dei filius; Nathanaeli filium Dei ſe patefecit,ſed ea omnia pijs tãtum credita,Hoc omnium eſt; omnibus notum: à nullo negari poteſt, Ex facto duplex ſequitur fructus, Credunt Diſcipuli,& inſtruũtur,virtus Chriſti diuina exprimitur; Nos ex ijs inſtruimur,vt ſi bona ſuppetũt cum Chriſto fruamur,& eius diſcipulis & pauperibus;ſi deſunt, à Chriſto mediante matre petamus. Et Chriſtum datorem bonorum in matre,& ſanctis omnibus glorificemus. Amẽ.

Habita Piſauri die decima Ianuarij. 1571.

IN FESTO DIVI Antonij Abbatis.

De Vera Dei Seruitute.

SIC ſupereminet creaturis omnibus Diuina Maieſtas, quòd cũ non habeat inter omnia quicquam maius vel æquale, nec omnia ſimul iuncta, magnitudinem eius, vel ſuperent vel adæquent: nullum inter omnia locũ habere poteſt, niſi Domini: vetera omnia locum ſerui. Ita quòd Deus ex ſua naturali & propria Maieſtate imperat omnibus tanquã ſeruis.'Omnia illi ex naturali & propria religione ſeruiunt.d. Dominus vniuerſorũ Pſalm. 23
tu es, Domini eſt terra & plenitudo eius. Seruiunt itaque Deo Domino quæcunque ſunt animata, inanimata ſimplicia,mixta, ſenſibilia inſenſibilia.At quoniam ſine virtute.i. ex puro,& naturali ductu, ſine electione. voluntatem Domini implent: nullã ex ſeruitute mercedem expectant, niſi quòd in opere ipſo exercentur,perficiuntur,& in ſuum finem ducuntur Homo vero qui ex virtute.i.ſciens,& volens ſeruit, merito expectat præmia ſeruitutis, Vtque ſeruitus Dei ſumma virtus eſt:ars artium,& virtus virtutum,ita ſummum præmium expectat. Præmium virtutis ſummum eſt honor; Dixit.D.N.Ieſus. ſi quis mihi miniſtrauerit honorificabit eũ Pater

Ioan. 12. Pater meus, qui eſt in cœlis. De hac ſumma virtute. i. Dei ſeruitute, neq; honoribus illi paratis dicturi ſumus, ad laudem ſupremi Domini noſtri: ad diſciplinam cordis noſtri; ad honorandam quoque memoriam præſtantiſſimi huius ſerui Dei Antonij, è cuius vita petemus omnium exempla, quibus tanquam luminibus orationem ditabimus, & confirmabimus. Negocium ad omnes pertinet, quando nemo ab hac religione exigitur. Ergo ſilete & fauete.

Siquis mihi miniſtrauerit honorificabit illum Pater meus. De Dei miniſterio & ſeruitute tractāti, duo potiſſimum ſunt cogitanda, Primum cur ita, & qua ratione teneatur homo ſeruire Deo, & voluntatem eius implere, Secundum qua ſpe: ſpes enim laborem minuit. De Primo, dicimus quòd quinque potiſſimum rationibus, quæ omnes ſunt vrgentiſſimæ tenetur homo, ſeruire Deo. Prima eſt ratio maieſtatis, quòd ſua intima infinitate Maximus & optimus eſt, cui comparata omnia & minora & imperfectiora ſunt, quare tāquam maiori & meliori, à quo neceſſario pendent & ad quem neceſſario diriguntur, ſeruire cogunt, niſi velint mundum confundere, & deordinare. Pſal. Magnus Dominus & laudabilis nimis. Ex hoc ſequitur & in ſeruitute noſtra duplex conditio. Prima quòd maxima eſt, ſecunda quòd optima eſt, nam ſecundum qualitatem Domini æſtimatur conditio ſeruorum. Maxima eſt, quòd maximo fit, cui ſeruire regnare eſt D. Gregorius, pro titulo ſupremo ſui pontificatus ſupremi in terra, vocauit ſe, Seruum ſeruorum Dei. D. Antoniu omnibus aduerſarijs & tentatoribus ſuis ferociter inſultantibus ſcutums hoc ſolum æreum Diuinæ ſeruitutis opponebat. d. ſeruus Chriſti ſum agite ſi poteſtis. Optima eſt & quòd optimo fit, cuius voluntas, quam nos implere tenemur, inobliquabilis eſt, quare non niſi bona præcipere poteſt ex ſui neceſſaria bonitate. Ita Paulus Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Non vocauit nos in immunditiam. Zaccharias ſeruiamus illi, in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo &c. Contrà. Seruitus mundi, & ſatanæ ignobilis, & vitioſa eſt. De auaro dicitur Sap. luto vilior eſt vita eius. Et pſalm. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Secunda eſt ratio Creationis, quia ipſe fecit nos & non ipſi nos. Tui ſunt cęli, & tua eſt terra: manus enim tua fecit hæc omnia. Et ad hoc fecit, vt illi omnia ſeruiant, propter ſeipſum operatus eſt omnia. Tertia eſt ratio conſeruationis, quòd ſic continue pendemus ab eo & neceſſario cō ſeruamur, vt ſi ſuſpendat & paululum influxum ſuæ gratiæ & ſui eſſe in nobis, ſtatim annihilemur. Paulus. In ipſo viuimus, mouemur & ſumus. Aperit ma. ſuam & implet. o. a. bene. Et quoniam beneficium hoc quottidie accipimus, quòd ab eo ſit quottidie quaſi creamus. Ideo & coram eo ſtare ſic & ſeruire debemus quaſi quottidie ei naſcamur & ſeruire incipiamus, & omnia quæ fecimus pro nihilo reputemus. Hoc maxime inculcabat D. Antonius. Incipiamus hodie ſeruire Deo. Ex verbis illis Elyæ dicentis, viuit Dominus in cuius conſpectu hodie ſto: quaſi non ſteterit amplius; ita præterita non curabat, Quaſi mō geniti infantes &c. Quarta ratio eſt, Compenſationis debitæ ex gratitudine. Primo vt compenſemus continuam ſeruitutem quam

Marginalia: Pſalm 47. — 1. Theſ. 4. — Sap. 5. — Pſalm. 4. — Pſalm. 88. — Actu. 17. — Pſalm. 144. — 3. Reg. 17. — 1. Pet. 2.

Gen.1. quam nobis creaturæ omnes præbēt
Pſalm.8. ex eo Domini decreto, quo ſubiecit
Hebr.1. homini cuncta quæ fecerat. Domina
1.Cor.3. mini piſcibus maris,& vol. cœli Pſal.
omnia ſubiectiſti ſub pedibus eius. Et ipſos Angelos miniſtros conſtituit eorum, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Vnde audacter Paulus.d.omnia veſtra ſunt. Deinde vt compenſemus amantiſſimam & conſtantiſſimam illam ſeruitutem quam nobis præbuit ipſemet Dei filius Deus, qui ſeipſum pro nobis exinaniuit, formā
Philipp.2. ſerui accipiens, Qui venit miniſtrare
Matt.20. non miniſtrari. Et quo genere miniſterij? Dare animam ſuam in redemptionem pro multis. i. pro omnibus
1.Cor.3. ſeruis ſuis. Quare vrget Paulus. Non eſtis veſtri. Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, empti precio magno. Vide Chriſtum docentem, curātem, paſcentem, conſolantem, abluentem etiā pedes ſuorū, & agnoſce ſeruitutem eius amoroſam à principio vſq; in finem vitæ, tibi natus eſt, tibi vixit tibi mortuus. Totum ſe tibi dat, vt totum te accipiat, ſeruit, vt illi ſeruiatur. Quinta ratio eſt promiſſæ retributionis, quam certiſſimam, maximā & amantiſſimam propoſuit ſeruituti noſtræ. Certiſſima eſt, ex nomine mercedis, quaſi debita ſit: & certe debita, non ex commiſſo, inquit D.
Matt.20. Bonauen. ſed ex promiſſo, voca operarios, redde illis mercedem. Nonne ex denario conueniſti mecum? Ac-
Thim.4. cipe quod tuum eſt. Et Paulus, quā reddet mihi iuſtus iudex in illa die, Maxima eſt quam nomine regni expreſſit. d. Venite benedicti patris
Matt.25. mei percipite regnum &c. Eſa. Ocu-
Eſa.64. lus non vidit, auris non audiuit, nec in cor ho. aſcēdit, quæ prepara. Deus diligentibus ſe. Amantiſsima eſt, cuius dulcedinem expreſſit nomine miniſterij, & menſæ paratę, vt edatis, inquit, & bibatis in reg.p.m. Et per exclamationem. Beati ſunt ſerui illi, Luc.12.
quos inuenerit vigilantes. Cur autem beati? Amen dico vobis quòd præcinget ſe. Vide quam dulciter formam ſerui in ſe trāsfert, & exprimit. Ita & abluturus pedes diſcipulorum linteo præcinxit ſe, In cœlis autem neceſſaria eſt iſta præcinctio ad beādas creaturas, Deitas enim quia obiectum eſt naturale & adæquatum Diuino intellectui & voluntati non pręcingit, quin totam ſe dilatat & expandit illis à quibus tota & totaliter comprehendi poteſt: At creato intellectui neceſſario ſe præcingit, & reducit ad terminos capacitatis creatæ à qua comprehendi non poteſt, vt ſaltem apprehendatur in lumine ſuo, quo creatura diſponitur & ſubleuatur ad immediatam cognitionem & fruitionem Deitatis, quare non tantum eſſentia Dei, quantum eſt eſſentia volens obiectum Creaturæ, hoc ſignificat verbum illud. Præcinget ſe. Et tranſiens. Hoc quoque myſterium habet: nam Deitas beando ſe & diuinas perſonas & potentias, non tranſit extra ſe; ſunt enim omnia intus & intima & coeſſentialia; beando vero creaturas tranſit neceſſario. i. ſe ſe communicat extra ſe, ſic igitur magnis iſtis & mirabilibus modis inſeruiet Dominus ſeruis ſuis; quare iterum clamat, Beati ſunt ſerui illi. His itaq; rationibus omnibus & longè pluribus tenetur homo ſeruire Deo. Et hæc de primo.

De ſecūdo. Qua ſpe ſeruire homo domino ſuo Deo poteſt? dixit ille, Si quis mihi miniſtrabit, honorificabit illum Pater meus. Et quo honoris gȩnere honorificat Deus ſeruos ſuos? triplici potiſſimum. Primo coram ſe, & ocu-

& oculis ſuis inſtantibus,& quocun-
que loco & tẽpore ſeruos ſuos prote
gentibus. Firmabo ſuper te oculos;
Pſal. 31. Ita ſtantem à dextris Dei & ſe ſe in-
tuentem atque animantem vidit Ste
phanus inter lapides, quare & in ma-
nu eius quaſi incumbentis ſpiritum
depoſuit. Vocat ergo ſeruos ſuos ad
ſe,& in dies ſibi proximiores reddit;
ex ſeruiſque amicos, & ſecretarios
facit. Iam non dicam vos ſeruos, ſed
Ioan. 15. amicos. Ex amicis cognatos,& con-
ſanguineos. Qui fecerit voluntatem
Matth. 12. patris mei: hic frater meus & ſoror
Sap. 5. eſt, Ecce inter filios Dei computati
ſunt. Secundo coram ſeipſis, vt ſen-
tiant ſe ſublimari & perfici, optimis
coniecturis, eos enim ornat & replet
gratia ſua, de qua pſalm. Aſtitit regi-
Pſalm. 44. na à dextris tuis, in veſtitu deaurato.
Nil ſub cœlo pulchrius eſt anima iu-
ſta & dei gratia induta, habente ſcili
cet veſtem nuptialem. Exit & quan-
doque fulgor ab anima iuſta,& deco
rat corpus, Ita fit Moyſis caput glo-
rioſum, Ita facies Stephani Angelica
Ita D. Franciſcus fit ſeraphicus, &
Chriſto ſimilis. Ita caro D. Antonij
venuſta & gratioſa, vt mirentur in-
tuentes. Tertiò coram mundo, vir
tutibus, ſignis & prodigijs, quibus
impios terrent & perdunt, vt Moy-
Act. 5. ſea Pharaonem, Petrus Ananiam &
Simonem. De Apoſtolis teſtatur Lu
cas, quòd ambulabant in porticu tẽ-
pli; & nemo audebat illis appropin-
quare: D. Antonius Balatium Tyran
num Arianum compeſcuit. Bonos
etiam conſolantur,& iuuant. Paulus
in naufragio imminente, ſuos conſo
latus eſt, dicens, Bono animo eſtote,
Donatæ ſunt mihi omnes animæ
iſtæ quæ erant ſeptuaginta duæ. Ita
D. Antonium poſt agones conſola-
tus eſt D. Ieſus dicens, faciam te in toto
orbe nominare, quare & teſtatur
D. Athanaſius qui vitam eius ſcrip-
ſit, quòd ex omnibus mundi parti-
bus veniebant ad eum, & omnes ſa-
nabat, ac liberabat à dæmonibus.
Qua fama & ipſe Imperator Conſtã
tinus commendat ſe & filios oratio-
nibus ſeruuli Chriſti Antonij. Tanta
eſt ſeruorum Chriſti gloria, Dum vi
uunt dominantur omnibus, In mor-
te nihil excelſius: quam alij timent &
vltimum terribilium vocant; ſerui
Dei aut ſpernunt aut vltro quærunt,
vt D. Antonius martyr deſiderio, de Act. 5.
Apoſtolis, ibant gaudentes &c. Ve-
nientem verò præuident, optant, ex-
cipiunt læti, ita de Antonio ſcribit
Athanaſius. Inſtare mortem ſuam
plenus dierum poſt annos centum
& quinq; intellexit: ſtatim fugit, Ae-
gyptum, vt pompam funeris declina
ret nũquam ſatur humilitatis, Ad hę
remum ſuum redit. Ibi ad ſe vocat
duos ex diſcipulis chariores, inſtruit
de morte ſua, monet vt in Dei ſerui-
tio non tepeſcant, ſed quaſi quotti-
die incipiant, Schiſmaticos, & hære-
ticos fugiant, odioque habeant, vt
inimicos Chriſti, Corpus ſuũ ibi ſe-
peliant, & nullatenus perferant in
Aegyptum, ſepulchrumque non re-
uelent. Tum lætus ſubleuat oculos,
& hylarem expandit faciem, indicans
ſe obuios Angelos & Dominum
ſuum ſalutare & reueriri, atque ita
inter eorum manus beatam animam
efflauit. Tum incipiunt veri, æterni-
que honores, quibus pater D.N. Ieſu
Chriſti ſeruos ſuos honorificat: reci
pit enim ad ſe per manus dilecti filij
& Angelorum, ſedereque apud ſe iu-
bet, æterna requie inuenta. Sic ſic,
pauculos labores ſeruorum ſuorum
remunerat, Paucos annos conſumũt
in eius ſeruitio, æternos annos fœli-

citatis illis conſtituit, Modicum terræ reliquit affectu, vel effectu, & ecce ampliſſimo cœlorum regno donatur. Minimis mundi huius conſolationibus, & delitijs ſe ſe priuat amore Dei, & ecce infinitis Dei conſolationibus, ipſamet Dei fœlicitate beatur; in ſortem Domini ſui vocatus. 1.Cor.4. Ita momētaneum, & leue, inquit Paulus, tribulationis vitæ huius æternum gloriç pōdus operatur in ſeruis Dei. Ergo magno iure exclamat & repetit Chriſtus de hoc ſuorum hominū genere & ſtatu. Beati ſunt ſerui illi. Beati ſunt ſerui illi. Amen.

Habita Piſauri. 1571.

DOMINICA TERTIA poſt Epiphaniam.

Matth.8. *De leproſo, et ſeruo Centurionis.*

STAT Chriſti gratia, & virtus in medio noſtri, ſua natura & maieſtate potentiſſima, cui nihil impoſſibile, nihil difficile. Stat etiam ſua voluntate, & charitate propenſiſſima ad nos iuuandum: plus ipſa cupiens iuuare, quam nos iuuari. Et hæc voluntas fundamentum eſt bonorum omniū noſtrorum: vt etiam ab ea vna non tam potente, quam amante accepimus eſſe, & quicquid ſumus. Coram hac virtute ex alio latere ſtat creatura magna morborum & miſeriarum mole grauata; quam ſi ſenſit, & diiudicat naturali amore, ac deſiderio cōcitatur ad optandum & quærendum remedium. Ita quòd vult Deus ſanare, vult homo ſanari: ſed diſtant hæ voluntates, ita quòd vna non poteſt in aliam influere. Medium quo voluntates accommodantur eſt oratio, qua voluntas noſtra ſe ſe recipit in voluntatem Dei, & illi ſuas neceſſitates exponit: voluntas Dei ſe ſe inflectit in voluntatem noſtram & dat quodcunque petimus. Ita Chriſtus, Luc.11. Petite & accipietis, ita ad ſamaritanā Ioann.4. Petiſſes & dediſſet tibi aquam viuā. Surgit vero & voluntatem attollit oratio duplici lumine, quorum altero reſpicit in infirmitatem creaturæ, & eſt Humilitas: hinc principia illa Pſalm.6. pſalmorum demiſſa. Domine ne in Pſalm.50. furore tuo &c. Miſerere mei Deus Pſalm.129. &c. De profundis clamaui ad te Domine. &c. Altero reſpicit in voluntatem & potentiam Creatoris, & eſt fiducia Marc.11. de qua Chriſtus. Credite quòd Iacob.1. accipietis & fiet. Iacobus. Poſtulet in fide nihil hæſitans: Hinc læti illi Pſalm.6. pſalmorum fines. Erubeſcant, & con Pſalm.50. fundantur omnes inimici mei. &c. Pſalm.129. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiç &c. Et ipſe redimet Iſrael ex om. Hinc enim creatæ voluntati ſe ſe per humilitatem & fidem ſtatuenti corā creatore, eiuſque miſericordiam implorāti, ſe ſe totam aperit & exhibet voluntas creatoris ad iuuandum & conſolandum pro votis. Ita narrat Euangelium hodiernum Chriſtum ſtare inter leproſum, & paraliticum, ſe ſe hos flectere & coram eo totos exponere, illum ex alio latere, Volo, inquit leproſo. Et Centurioni, Veniam & curabo. Et tandem ſanat vtrunque.

Tria ſunt in tota hiſtoria potiſſimum obſeruanda. Primū quomodo miſeri iſti ſe ſe ad Chriſti gratiā recipiunt & accommodant. Secundò, quomodo Chriſtus illos clementer recipit. Tertiò quomodo remittit: ſunt autem omnia iocundiſſima & fructuo-

fructuoſiſſima.

A. De Primo. Venit vterque ad Chriſtum eius miſericordiam imploraturus, magna humilitate, & fide. Patet humilitas in leproſo, quòd adorat eũ & præter animi cultũ, exprimit Marcus corporis actionem, quòd genu flexo. Et Lucas quòd procidit in faciem pſal. Coram illo procident Aethiopes, & ini. eius terram lingẽt. procidit in faciem quia agnoſcit miſeriã ſuam & miſericordiam implorat, ita coram Chriſto ſuperbia omnis humana in neceſſitate ſe ſe demittit, in Centurione, qui pro paralitico ſuo comparet, patet & ſplendet inſignis humilitas. Primum quòd non venit ipſe (vt Lucas) ſed pro ſe mittit ſacerdotes iudæos, Quia inquit, non ſum arbitratus meipſum dignum, qui venirẽ ad te, Ita nos nõ ex diffidẽtia, ſed ex humilitate, intercedẽtibus ſanctis miſericordiam Domini imploramus Deinde quòd cum audit Chriſtum ad ſe venire; ſtatim ex humilitate repellit. d. Noli vexari: non ſum dignus &c. Fides patet in leproſo, qua potentiam Chriſti abſolutam cõcipit, mox vt ſine periculo erroris inuocet, deducit ad voluntatem. d. Domine Si vis potes me mundare. Ita Chriſtus, Si poſſibile eſt, Tranſeat à me calix: ſtatim adducit ad regulam infallibilẽ. d. pater ſi vis, omnia tibi poſſiblia ſũt fides in Centurione tanta elucet, ꝙ cogitur Chriſtus eam admirari & cæteris omnibus Iſraelitis ante ferre, Primo ſimpliciter ex fide exponit morbum grauiſſimum ſerui ſui, d. Puer meus iacet paraliticus. Secundo infirmitatem deploratam: Erat enim (inquit Lucas) moriturus, commendat, & tanquam ab omnipotente remedia petit. Tertio, quòd arguit ſummam Chriſti poteſtatem ex ſua tantum à minori, & concludit, Dic tantum verbo & ſanabitur, quare exclamat Chriſtus, Non inueni tantam fidem &c.

Pſalm. 71.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

De ſecundo. Vtrunque benignè recipit Chriſtus, Mar. Ieſus miſertus eius, oſtendens ſe non tantum poſſe ſed & velle, hæc enim vna voluntas, regula, & fons, vnde omnia nobis bona proueniunt: hæc vna etiam modificat fœlicitates beatorum non potẽtia, non Deitas, ſed Deitas volens. Ego cogito cogitationes pacis, & nõ afflictionis. Hanc vnam in Chriſto reſpicit, & recipit, pater: hac vna in Chriſto fruitur mundus, Dicit ergo leproſo, Volo, Et Centurioni, Ego veniam, & curabo, Et ſtatim arripit iter ad paraliticum, hac liberalitate exercens maxime fidem & humilitatem Centurionis. Iere. 29.

De Tertio. Tandem vtrunq; exaudit, & dimittit, leproſo extendit manus, & tangit, vtcunq; lex prohibeat: non enim prohibet eum tangere, qui poteſt ex immundo mundum facere qui etiam maculari nulla lepra poteſt, omnia munda mundis, inquit Apoſtolus. Ita Elyas, Eliſeus, & ipſemet Chriſtus tangũt mortuos quos ſuſcitare volunt. Sanat autem verbo. d. Mundare. Tactus elementum eſt, & manus cerimonia, qua ornat verbum, & fidem ſubleuat in ſpem gratiæ ſuæ: virtus ex verbo eſt, vt docet centurio, Dic tantum verbo &c. Cẽturioni dicit, Sicut credidiſti, quòd abſens, quòd ſolo verbo, ꝙ ſtatim ſanare poſſum, Ita fiat tibi, ſic ſe totum & in totum accommodat voluntas Creatoris, voluntati creaturæ. Ita olim Chananeæ, fiat tibi ſicut vis, Sequitur effectus mirabilis in vtroque, Matth. 15. De leproſo dicit, Et confeſtim mundata eſt lepra, de paralitico, Et ſanatus eſt

tus eſt puer in illa hora, Si decreuerit nos ſaluare ſtatim liberabimur, Act.13. Vult enim & poteſt & potentiam voluntate exercet iuxta voluntatem, fidem,& humilitatem vtriuſque; vnde copioſiſſimus ſequitur fructus ad Dei operantis gloriam & diſciplinã humanam, vt diſcamus voluntatem noſtram Diuinæ ſic accommodare, vt quando omnia poteſt, omnia etiã velit,quæ nobis vtilia ſunt & neceſſaria. Amen.

Habita Piſauri 1571.

Dixit Chriſtus leproſo iam ſanato. Vade & oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuum in teſtimonium illis.Sacerdotium legale certe non poterat ſanare. ſed tantum iudicare ſanatam lepram.Euangelicum vero & iudicat,& ſanat & ſanatum ex contritione,confirmat,& vires addit, quare non fruſtra adhuc ſanatus, mittitur.Sic etiam legem implet & honorat,cuius eſt filius; Cerimoniam etenim gratia ſua implet, & obedientia ſua meretur nobis.Sic & munus dari iubet,tum vt lex impleatur, Tum vt ſignificatum muneris honoretur:Erant enim duo paſſeres, Leuit. Quo- Leui.14. rum alter immolabatur; alter tinctus eius ſanguine dimittebatur in agrũ, Vt intelligeremus, nos cum Chriſto ſic offerendos coram Deo;vt ille ſanguinem fundat, nos per eius ſanguinem tincti liberemur. Sic tandem & ſacerdotibus prouidebatur vt ſanata lepra eſſet illis ſi crederent in teſtimonium diuinæ gratiæ,ſi minus, eſ- Ioann.5. ſet in iudicium vt Ioann. eſt qui accuſat vos Moyſes.

DOMINICA QVARTA Poſt Epiphaniam.

De Nauicula periclitante.

NOS Dei gratia diſcipuli & creaturæ ſumus ſanctiſſimæ ſcholæ Ieſu Chriſti: ille magiſter, ille caput; ille dux, Ex debito huius diſciplinæ,vnimur illi,fide,ſacramentis,verbo, nomine, vtinam & amore. Vnitur ille nobis potentia, charitate, ſpiritu, vnumque eſt nobiſcum, comes fortunarum omnium. Vt Magiſter præcedit,imbuit ſcholam verbo,miraculis, quandoque & in ipſiſmet diſcipulis experimenta virtutis capit; vtque ad omnia præparet, hoc illuc vocat, deſcendit,aſcendit, ad proſpera, ad triſtia, ad terras, ad maria. Diſcipulis vna hæc incumbit cura,vt Magiſtrum ſequantur,ab eoque non diuellantur, ſunt enim cum eo tuta & fructuoſa omnia. Eſt quidem mare hoc mundi vaſtum,eſt liquidum, ſinuoſum:& ſua natura,& Dei benedictione innocens eſt, quietum,commodum ad negocia temporalia; & æterna:in omnibus enim mereri poſſumus. A ventis eſt periculum, quòd illi ab omni latere impetant,commoueant,ſuſcitent fortunas a dextris,& à ſiniſtris;conſilia,exempla,potentia, ſapientia, mores huius mundi, hinc pericula,labores &c.Sed & in medio periculorum tuta eſt Chriſti ſchola: habet enim ſubſidium proximum, quando ſecum habet Magiſtrum; modo ne dormiat cuſtos, Dormit quandoque ex culpa noſtra, quando ex noſtra tepiditate,vel duritia, clau-

dimus illi oculos,& ſenſus, facimuſque eum inter nos inſenſibilem,& ſtupidum,vt nihil dicat, faciat, moueat, ſpiret inter nos, nihilque eius plus ſentiamus nos, quam Iudæi,& infideles,qui certè ſunt, & volunt ſine Chriſto viuere & agere, quandoque dormit ex ſua diſpoſitione,oculos claudit,gratiam ſubtrahit,nos nobis dimittit, tantum vt exerceat, & probet,vt agnoſcamus vires noſtras, & neceſſitatem Diuinæ gratiæ; agnitamque tanto pluris faciamus quanto de illius neceſſario ſubſidio ſumus inſtructiores. Dormiente Chriſto,eiuſque ſuffragio ſubtracto, iam liberum eſt mari, & ventis nos terribiliter concutere: quo malorum & procellarum tumulo, dũ omnia nobis extra turbantur, ſecundam tempeſtatem parat nobis Satan Ventorum omnium peſſimus in corde noſtro, vt ſcilicet de Dei miſericordia & regimine diffidamus: diffidentes manus illi ligemus,vt neque velit, ne- Marc 9. que poſſit ordinaria potentia nobis ſuccurrere.Si credis,inquit, poſſum. Priuati diuino auxilio, viribus noſtris quæ non ſufficiunt,exerceamur ſicque facile hoſti ſuccumbamus & pereamus. Aduerſus hæc mundi pericula, Satanę conſilia; cordis noſtri ſcãdala & parata fidei præcipitia; narratur hodie nobis in euangelio pulcherrima hiſtoria de Nauicula periclitante; cuius in ſumma ſunt partes quatuor.In prima obijcit nobis Magiſtrum,& ſcholam nauigantem; ſic tamen quòd diſcipuli maximè laborant & periclitãtur. Magiſter in puppi dormit. In ſecunda diſcipulos de ſuis viribus diffiſos,fruſtra reluctantes vento,ad Magiſtrum ſuſcitandũ, eiuſque opem implorandam accedẽre.In tertia Magiſtrum rogatum,ſurgentem, & magna quadam maieſtate pacantem omnia, ita quòd extra ſit trãquillitas magna. In Quarta fructus & inſtructio ſcholæ & diſcipulorum qui mirantur, timent, agnoſcunt virtutem Magiſtri,& extollũt: quia mari pręcipit &c. Facta eſt ergo procella in mari,hęc nauiculam exercet,& diſcipulos, Hi agnoſcunt periculum: orant opem: dat Magiſter opem,finis eſt quòd pacatur mare; læ- tantur diſcipuli, glorificatur Magiſter. Nunc ſingula conſideremus & expendamus.

Aſcendente Ieſu Chriſto in nauiculam. Ita ad omnia paratus eſt Magiſter vt iuuet ſuos, deſcendit è cęlis in terram,nunc aſcendit in mare,loca,tempora,omnia huic vni negotio accõmodat,vt inſtruat, Docuit verbis,firmauit miraculis,nunc experiri diſcipulos vult in ſemetipſis,ad mare ergo prouocat. Qui nauigant mare enarrant pericula eius, Secuti ſunt eum diſcipuli eius, Vnum hoc diſcipulis incumbit, vt cũ Magiſtro ſint, quocunque,quandocunque,quomodocunque vocet:ſequantur illum,cætera omnia remittant illi, ſcit Pater noſter quibus indigetis,tempora,loca,noſtros fructus, omnia ille nouit, Nos hodie vocat ad procellas, Ad verba turbas:ad opera omnes: ad ardua tantum diſcipulos chariores, Illi ſequuntur læti eum: Turba communis ſequitur verba,Curioſi miracula: mercenarij dona, diſcipuli eum: ita iubet,ſequere me. Fęlix nauicula quę ſic Chriſtum & ſcholam eius defert: Certe huic debent mare & uenti eſſe obſequentiſſimi,huic unde placidæ, huic Zephiri & fauonij ſecundiſſimi huic tuta,huic læta,huic fœliciſſima nauigatio, Ita merentur illi; Ita forte humana prudentia iudicat, Et tamẽ

aliter diſponit Magiſter in ſua ſemper ſententia permanens. Regnum meum non eſt de hoc mundo, quid igitur? Ecce motus magnus factus eſt in mari, motum faciunt venti, ventos immittit, non natura, non terra, non caſus, Sed ille de quo ſcriptum eſt, pſal. Educit ventos de theſauris ſuis, hic Eolus, hic Neptunus, Deus eſt: ab hoc vno pendet nauicula in hunc vnum reijcite omnia, Iuuant omnia creata, conſilia, exempla, facta amici, cognati, viui, mortui, viatores, beati, homines, Angeli; nullius operã deſpicimus. At regimen vitæ à ſolo Deo & magiſtro ſuſcipit Chriſti ſchola, dominus dedit, Dominus abſtulit. Hæc nobilis cogitatio, in primis illuſtrat magiſtri virtutem & ſapientiam: Deinde extollit corda diſcipulorum in hãc animi celſitudinem, vt de manu Dei omnia capiant; dicantque firmiter cum Apoſtolo, in ipſo viuimus, mouemur & ſumus, quod ſi bona dat, non inflãtur: ſi mala, non deijciuntur, ſed benedicunt. Mouet ergo Chriſtus ventos, & maria: & ecce tempeſtas maxima, procella magna (inquit Marc.) Facta eſt, ita vt fluctus mitteret in nauim, & impleretur nauis. Ita inquit Matth. vt nauicula operiretur fluctibus. Laborabant diſcipuli, omnia tentabant reluctante vento, ſed vane, nã (vt Luc.) compellebantur & periclitabantur. Hoc autem ex duplici cauſa, Poſitiua eſt ventus & mare, Priuatiua eſt ſubtractio diuinæ virtutis, Ipſe vero dormiebat. Explicat Marcus locum, quòd erat in puppi, Hic reſidet Magiſter propè clauum, vt regat, vtcumque inſultent omnia perfidiarum, & tyrannidum genera; ſalua eſt nauicula, quia in puppi ſtat Chriſtus, vtcunque aliquando dormiat. Explicat modum quòd ſuper ceruical, Tam commode hodie iacet Magiſter noſter: & ſunt omnia mire ſignificantia; ſomnus etenim hic Chriſti fœcundiſſimus & fructuoſiſſimus eſt, Primo iuuat ipſum dormientẽ, quòd ſic oſtendit & reficit laſſam humanitatem ſuã quæ vt olim manducat & bibit; ita hic dormit. Secũdò iuuat mare & vẽtos, quod dormiente Chriſto & permittente poſſunt fremere, & ſuas vires expedire in ſanctos, quibus, inquit, Ioann. datum eſt nocere terræ & mari. Alioqui tremendum eſt vigilantis verbum & dicentis, Nolite tangere Chriſtos meos, Tertio, Iuuat diſcipulos præſentes: vt ſuas vires explorent, vt ad orationis flammas excitentur, vt de ſe parum, de Chriſto ſemper & multum ſibi promittãt, vt eius virtutem agnoſcãt, explorent & fruãtur. Quarto, Iuuat tempora omnia, vt diſcant Paſtores & Magiſtri populorum rectores in puppi ſtare, reſidere & vigilare: clauum ducere nauim regere: alioqui dormiente Magiſtro, periclitãtur. Diſcant etiam quo ducant ceruicalia, commoda, delitiæ, quæ in Chriſti nauicula ſunt à morbidulis inuenta: nempe ad ſomnum & ocium: quod ſi ipſimet Magiſtri & rectores conſulant pupillos ſub omni cubito, & faciant ceruicalia ad capiendum, ſeducendum animas: vide quid ſequatur, & quid eis comminetur Dominus, tanquam ſe ductoribus, in Ezec. Quintò. Iuuat potiſſimum fidem noſtram, vt in procellis, & commotionibus, diſcamus malis noſtris remedia talia comparare, quale ſibi hodie diſcipuli in tanto periculo ſapientiſſime conſtituunt.

Secundo Acceſſerunt ad Ieſum, & ſuſcitauerunt eum: Tempora propria

Marginal notes: Ioann. 18; Pſalm. 13.; Iob. 1.; Act. 17.; Mar. 5.; Luc. 8.; Apocal. 7.; Pſalm. 104.; Ezec. 13.

pria habet oratio,quibus potiſſimũ
& fructuoſius inſtat, In lætis gratias
agimus: in triſtibus miſericordiam
implorat:quare toto corde iſti ſe cō
mendant.d. Domine Salua nos: peri-
Marc. 4. mus. Apud Mar. Præceptor, non ad
te pertinet, quia perimus? Vide qua
affectuum mixtura, ad Dei gratiam
nos reuocamus, fides orat. Domine
ſalua nos: magnum eſt in tanto peri-
culo adhuc operam petere & ſperare
Timor addit, Perimus, ſed & è mor-
Pſalm. 129. te reſpirat fides, in faciem vitæ, pſal.
Pſal. 43. De profundis clamaui ad te, &c. Ita
ſæpe in Pſalm. excitatur à pijs patien
tibus, Exurge, quare obdormis? ob-
liuiſceris, inopiæ. & tribulationis
noſtræ?

Tertio. Surgit Magiſter è ſomno.
Ita ſurgentem inducunt omnes euā-
geliſtæ. Quanti eſt hæc ſuſcitatio
Pſal. 67. Chriſti? Pſalm. exurgat Deus & diſ-
ſipentur inimici eius. Euigilans cir-
cum omnia reſpicit: & ecce ô quales
fluctus, quales ventos, Nauicula om-
ni ope deſtituta, fracto malo, velis cō
ciſsis, mare implet, uenti urgent, diſci
puli laſſi, ultra nequeunt reluctare,
hæc omnia cernit Chriſtus, At ali-
quid peius, quod intus latet, Procella
eſt cordium titubantium; hanc abo-
Pſal. 45. minatur ille, hæc cauſa malorum eſt,
quicquid urgeant cætera, modo con
fidat cor, uana ſunt, Turbabitur ter-
ra, & transferētur montes in cor ma-
2. Cor. 12. ris, non timebimus. Ita dictū eſt Pau
lo laboranti. Sufficit tibi gratia mea.
Ad corda igitur turbata primum ſe
ſe cōuertit Chriſtus & dicit. Quid ti
Marc. 4. midi eſtis modicę fidei? Apud Marc.
Nec dum habetis fidem? Hinc pro-
cella, hinc tempeſtas, quōd non cre-
ditis, Alioqui credentes, omnia poſ-
Pſalm. 4. ſumus, inquit Paulus. Firmato corde
pax Chriſti exultans, exuperat omnē
ſenſum, Tunc ad externa mala ſe uer
tit, Et imperauit uentis, Et mari im-
perat tanquam dominus; Lu. Incre- Luc. 8.
pauit uentum & tempeſtatem aquæ:
tanquam arbiter & iudex. Marcus ad
dit aliquid amplius: Et comminatus
eſt uento, Tanquam neptunus & do Marc. 4.
mitor, Et dixit mari, Tace & obmu-
teſce: Qui tacet non obiurgat, at for
te obiurgare poteſt, & inſultare, qui
uerbo obmuteſcit, nec facit, nec po
teſt: prouidet ergo præſentibus & fu
turis malis, ut nullam unquā habeat
mare poteſtatem nocendi ſuis, mo-
do ipſi uelint. i. confidant.

Sequitur obedientia uentorum &
maris, Facta eſt, A quo? ab eodem à
quo motus. Tranquillitas duplex ut
erat duplex motus animorum, & flu
ctuum, Magna, Ita magnum motum
ſedat, & magnam tranquillitatem ſe-
dat maxima Chriſti virtus.

Quarto, Quid hinc lucratur Naui
cula & ſchola Chriſti? mirati ſunt ho
mines. Marcus. Timuerunt timore
magno. Lucas utrunq;. Timentes mi
rati ſunt, Mirantur potentiam Magi
ſtri, timent & reuerentur maieſtatē:
Mari, & uentis imperat, & obediunt
ei, Ita dominus eſt omnium, auditur
ab omnibus: ſubijcit ſibi omnia: &
ſuis etiam, modo cum eo ſint facile
eſt ſedare & ſuperare omnia. in hac
uirtutis maieſtate clamat Dauid. Di- Pſalm. 6.
ſcedite à me omnes inimici mei &c. Pſalm. 118.
Declinate à me maligni: &c. Et Pau-
lus: Deus eſt qui iuſtificat, quis eſt,
qui condemnet? ſi Deus pro nobis,
quis contra nos? Amen.

Habita Piſauri. 1571.

IN EADEM DOMINICA QVARTA Poſt Epiphaniam.

Matth 8. *Ecce motus magnus factus eſt in mari.*

VARIA & inæquali ſorte vtimur in hoc ſeculo; vt eſt mare hoc ſua natura mobile, vt etiam à ventis contrarijs agitur: modo læta modo triſtia ſubimus: modo quieſcimus pro votis: modo aduerſa ſunt omnia: modo ſuppetunt;
1.Ioan.2. modo deſunt omnia. Nunquam in eodem ſtatu permanent.&c. Et tamē Deus nobiſcum eſt, comes, ductor vitæ, dominus omnium: & patitur nos ita multiformiter agi; habenas dat amicis & inimicis quaſi dormiat, & nulla illi cura ſit de nobis, Ita illi, Ambulat ſupra cœli cardines &c. Ille tamen omnia corde alto ſic moderatur magna prudentia, Sic ſub preſſuris ſuos ab amore ſeculi huius prouocat ad maiora.i. ad amorem æternitatis, Sic proſperis exercet & experitur mititatem cordis humani, Aduerſis patientiam, animi robur & guſtum crucis ſuæ, Sic damnat & purgat multi mundi peccata; multa etiā bona ſic proſperis huius vitæ remunerat, Sic locum illuſtrem parat miſericordiæ ſuæ, vt exurgens & liberans ſuos nullo labore præripiens, in maieſtate agnoſcatur Dominus vniuerſorum, qui in ſerenitate agnitus minime fuerat, Tantus eſt fructus crucis & tempeſtatis, Chriſtus illuſtrior adoratur, Hoſtes eius, & noſtri obmuteſcunt & humiliantur: Amici & ſerui eius liberati erudiuntur, ſtupent, & glorificant liberatorem.d. Qualis eſt hic? ita hodie docet pulcherrima hiſtoria euangelica, de Nauicula agitata &c.

Habet narratio partes tres, vt triplicem rerum ſtatum nobis obijciat Primus eſt, quo mare vadoſum eſt; In hoc Chriſtus cum ſuis aſcendit, & cum naui fertur in altum, Apoſtoli alacres nauigant, nauicula proſpero vtitur curſu: iubilant omnia. Secūdus eſt quod mare procelloſum eſt, In hoc Chriſtus dormit, Apoſtoli laborant, ſed vane, nam periclitantur & compelluntur, Nauicula complectur fluctibus. Tertius eſt quo mare accipit imperium Chriſti exurgentis & fit tranquillum, Chriſtus mari imperat & diſcipulos arguit: Apoſtoli docentur, mirantur, & extollunt virtutem Chriſti. Nauicula ſub oculis & imperio Chriſti in tuto eſt.

Primo. Sic igitur primum conſcē- Marc.4.
dit nauim Chriſtus cum Diſcipulis Luc.8.
placido tempore, aſſumptus ab eis vt dicit Marcus. Et aſſumens eos, vt dicit Lucas. Quæ ſpecies eſt vitæ cōmunis quā tempore pacis ducimus, mixtura quædam carnis & ſpiritus, qua modo à Chriſto ducimur ad miſſas, ad conciones, ad elemoſinas quaſdam, ad annua ſacramenta: modo illum ducimus ad vanitates, ad ludos, ad luxus, ad injurias, In quibuſdam nos illi ſeruimus; In quibuſdam ſeruire nobis cogitur, Sic fert tranquillitas maris; pax mundi habet iſtas mixturas, Facile autem mare ſic quietum allicit ad nauigandum; quare Apoſtoli conſcendunt nauim audaciſſimi expandunt vela, currunt in lato hoc & placido mari, vbi omnia pro votis; omnia ſibi polliceri poſſunt de hoc rerum ſtatu, omnia conantur facere & fieri, ò quam amabile eſt hoc mare. Opti-

re. Optimus comes eſt Chriſtus in hac pace, optimum illi adeſſe, illi ſeruire, eius titulis, honoribus, ſacerdotijs, prouentibus frui ſine labore, & dolore. Mare enim fert, venti ſunt proſperi & impellunt, quo volumus, mũdus colligit, venerantur omnes, ô beatam nauiculam, In hoc fauorum tempore plantatæ ſunt eccleſiæ, condita Monaſteria, Abbatię, auctæ decimę, donata patrimonia, omnia ſerena, Interim autem nouit Chriſtus quo loco habeatur à ſuis: quantam illi fidẽ, ſpem, religionem præſtent, Quomodo tractetur eius verbum; quàm frequens ſit ſacramentorum vſus, Quæ ſit prouentuum eccleſiaſticorum & etiã prophanorum (ſunt enim Chriſti omnes) diſtributio, Hæc enim ille à ſuis primo loco quærit; Quæ omnia cum tempore ſereno male habeãtur, & diſpenſentur: Cogitur pro ſui gloria, & ſuorum ſalute, mutare tempus Igitur.

Luc. 8. Iob. 1. Secundo Ecce motus magnus factus eſt. Vnde factus? Deſcendit, inquit Lucas, procella magna. Ergo deſurſum eſt. Ita apud Iob. Ignis quem accendit ſatan, de cœlo venit. Ita ne mutatum eſt mare & obſcuratum quod tam ſerenum & ſuaue fuerat? Quid hic Nauicula? tanta procella eſt, quòd (ita Matthæus) operiebatur fluctibus, fluctus, (inquit Marcus) mit-

Marc. 4. tebat in nauim, ita vt impleretur. Tã audax eſt procella iſta, quòd & in nauiculam Chriſti inſilit, & implet eã? Quid hic Apoſtoli homines Chriſti?

Luc. 8. Lucas. Compellebantur, & periclitabantur; mala patiebantur, peiora timebant, quid hic Chriſtus dominus? Dormiebat, Vbi? In puppi, quomo-

Marc. 4. do? Super ceruical, addit Marcus, tot commoda exigit ad dormiẽdum hodie? Dum nauicula Chriſti duram habuit puppim, qui locus eſt regiminis, aſperam paupertatem inſtantia quottidiana, martyriis, intus timores, foris pugnæ, ægre potuit in illa dormire Chriſti ſpiritus, quin ſemper vigilantiſsimus, & feruentiſsimus fuit, Vbi autem Diuina miſericordia, & pietas optimorum Principum conſtruxit in ea puluinaria, & ceruicalia, commoda; honores, pacem mundi, Eheu quam facile dormitum eſt. Vbi Luc. 5.
vero, in puppi, in prima ſede, cui dictum eſt, Duc in altum, Chriſtus dormire cœpit; oculos claudere, negligẽter curare Dei regnum, & frui lætanter ſpiritu, & vento mundi huius, Ecce motus magnus. Veh nauiculæ, vigilat caro; inſultat mundus, vexat Satan omnia intentãt mala, & Chriſtus ductor dormit? Nos, Nos illi oculos clauſimus; nos vires adempſimus, nos eneruauimus, & impotentẽ fecimus, vt plane dormiens nihil valeat, nihil faciat. En quantus motus hęreticorũ ex omni parte: dormientibus nobis, & mare iſtud noſtrum placidum nauigantibus, en quæ, & quot, & qualia & quanta Zizania, quot impietatum genera inuenta ſunt? quot modis nauicula impetita, quot eccleſijs, metropolis, patriarchalibus ſpoliata? En ab oriente quantus motus turcarum, nunc miſerum Cypri regnum deuorantium, & aquas ſuæ impuritatis in Chriſti populum immittentium; vt qui nuper fuerant baptizati, nunc impio Mahumeti circuncidantur. Omnia ſcit Chriſtus in puppi dormiens, & tamen patitur, Tum vt ſic puniat ſuorum infidelitatem, quæ radix eſt malorum omnium, non enim digni sũt Chriſti nomine, cruce, baptiſmo, euangelio, ſacramentis, qui tam fœde tractant omnia, Tum vt ſic erudiat ſuos in ſchola patientiæ, & charitatis,

vt ſuos diuiſos & in ſua ipſorum viſcera furentes Principes chriſtianos, in vnum reuocet ad obſtandum communi omnium hoſti. Si enim de hæreticorum motu, quo quinquaginta annis iam vexatur Chriſti eccleſia, agimus, negare non poſſumus, quin per Dei miſericordiam oculos noſtros ſic aperientem multum profecerimus, illis etiam nos edocentibus, quos Chriſtus voluit in noſtri confuſionem noſtros magiſtros facere; A quibus enim renouata eſt memoria conciliorum iam prorſus oblitorum, niſi ab hæreticis proteſtantibus, & ad concilium conuocandum ſollicitantibus? Certe ad eorum inſtantiam Concilium Tridentinum coactum eſt, tametſi in eorum iudicium & condemnationem, A quibus renouatus eſt vſus & frequentia verbi Dei? ſtudium ſanctorum Patrum? catechiſmi, Inſtitutiones puerorum? certe ab hæreticis: noſtri enim Paſtores iſta prorſus omiſerant, & alto ſomno Chriſtum, etiam in puppi dormire coegerant: atque interim paſcebamus illum ſomnijs, poetarum fabulis, philoſophorum placitis: oportet ergo inquit Paulus, Certe nobis oportuit hæreſes eſſe. Non mirum ſi Chriſtus dormiens permiſit commoueri mare & fluctus temerarios in ſuam nauim introire: non modo populos ſed & populorum ductores, ſacerdotes, religioſos, Epiſcopos, Cardinales etiã quoſdam infici & inficere, Puppim contingere non potuit, eſt enim in ea Chriſtus, à qua nunquam recedit, orauit, inquit pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Si etiam de motu turcarum cogitamus, En fructus, en inſtantia Patris Patrum; En preces Reipub. potentiſſimæ, & afflictiſſimæ rogantes vt Principes Chriſtiani conueniant; alioqui abſorbet Chriſti hoſtis regna, prouincias, eccleſias, nomen ipſum Chriſti extinguit. Vbi Aſia, Africa, tanta pars Europæ? & ecce imminet miſeris his reliquijs Tempeſtas maxima: eſt ventorum impetus vrgentiſſimus, Nauicula opprimitur, quid agendum ne pereamus? ne eccleſiam Chriſti prorſus adimant nobis hoſtes Chriſti? Docet hiſtoria quid exemplo noſtro fecerint Chriſti Diſcipuli.

1.Cor.11. Luc.22.

Acceſſerunt ad Ieſum, & excitauerunt eum &c. Nos à Chriſto fugimus, & interim imploramus, Mentem & Legem eius abominamur; & interim confidimus & oramus vt ſaluet nos, cum nos illum aſſidue perdere & extinguere ſatagamus. Marcus. Non ad te pertinet quia perimus? Nos populus tuus, oues paſcuæ tuæ, quicquid tamen tandem commeriti tui ſumus, tibi ſtamus, tibi cadimus. Non ad te pertinet ſi eccleſiæ tuæ pereunt? altaria tua polluũtur? ſacramenta tua vel fœdantur vel negantur? Sacerdotes tui fugãtur? verbum tuum adulteratur? nomen tuum blaſphematur? Non ad te pertinet ſi regna tua à Turcis occupantur, ſi crucem tuam deprimit luna, ſi templa tua fiunt Moſcheæ? ſi tibi ipſi imperat, inſultat & præualet hoſtis tuus Mahumet, ſi hæreditas tibi à Patre à mari ad mare tributa, in dies magis anguſtiatur, ſi à finibus tuis excluderis velut impotens, qui tamen es omnipotens, propter nomen tuũ propitiaberis peccato noſtro multum eſt enim: Ne tradas beſtijs hæreditatem tuam, & animas confitentes tibi. Ne des nomen tuum in opprobrium. Sic ſic, oratio tribulantium excitare à ſomno Chriſtum poteſt.

Marc.4. Pſalm.74. Pſalm.73.

Tertio

Tertio. Tertium igitur tẽpus eſt, quo euigilat Chriſtus, & duo facit excitatus. Primo, erudit & monet diſcipulos perterrefactos, vt tempeſtatem cordis quaſi radicem mali tol
Luc. 8. lat. Quid timidi eſtis? Lu. vbi eſt fides veſtra? hæc infidelitas, hæc in-
Marc. 4. uerſa religio, hæc tepiditas animorum mala omnia induxit. Secundo, præcipit mari & ventis: Et vt Marcus addit. comminatus eſt. d. Tace & obmuteſce. Agnoſcit & exercet Chriſtus potentiam ſuam, vbi excitamus
Pſal. 23. & oculos aperimus ei, quare ſurgens dominus eſt virtutum, Dominus potens in prælio, quid tum? omnes euangeliſtæ. d. Facta eſt Tranquillitas magna, Ceſſauit ventus, vtinam viuamus, & moriamur in pace & tranquillitate ſpiritus & eccleſiarum, Vti-
Matt. 8.
Marc. 4.
Luc. 8. nam ceſſet tempeſtas, Quid Apoſtoli? Matthæ. Mirati ſunt. Marc. Timuerunt timore magno: Luc. Mirati ſunt ad inuicem. d. qualis eſt hic? Mari & Ventis præcipit, & obediunt ei. Quam melius fuerat, ante motum maris, dum ſalua erant regna, Chriſti virtutem agnouiſſe, ſed quando ſic tulit iniquitas noſtra vt vexemur, Orat eccleſia. Deus qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere, da nobis ſalutem mentis & corporis vt ea quæ pro peccatis noſtris patimur te adiuuante vincamus. Exaudiat Dominus. Amen.

Habita Piſauri 1571.

DOMINICA QVINTA Poſt Epiphaniam.

Parabola Zizaniorum. Matt. 13.

EXPANDIT Dominus Deus noſter glorioſa lumina ſuæ ſanctiſſimæ veritatis ad gloriam ſuæ Maieſtatis, & ſalutem mundi, Gloria eſt illi, vt cognoſcatur & ametur, Salus mundi, & vita æterna ſtat in Dei cognitione, & fruitione. Talis à Deo conditus Homo eſt, qui poſſet egregie factorem ſuum, & agnoſcere & colere, & per eum ad eum recto curſu tendere tanquam in finem ſuum, Inuidit inimicus Dei & hominis ſatanas: tentauit in cœlo gloriam Dei obſcurare & non potuit, quin ex Angelo præcipitatus eſt, & factus Demon, Hic ad ruinam hominis conuerſus eſt, Et primum tentauit ſi poſſet veritatem illi totam, id eſt lumen quo Deus erat cognoſcendus & colendus, eripere; cultum Dei inuertere & ad idola mundum trahere: quod & in pluribus obtinuit, Veritas tamen ſuo loco apud Dei filios, in domo Iſraelis ſtetit, & demum per Dei filium, & eius prophetas Apoſtolos ad credentes omnes, in toto orbe diffuſa eſt & dilatata: hanc impugnauit etiam vt leo apertis inimicitijs, ſed non præualuit, nam ſemen fuit ſanguis Chriſtianorum: & per medios ignes, faces, tormenta innumera creuit indies veritatis lumen, Tum induit ſatan faciem Draconis

ſallacem, conatuſque eſt ſub ſpecie boni & veri veritatem polluere, errores immiſcendo; ac ſub ficto ze'o animas ſeducendo, Et hæc ſunt illa Zizania de quibus agit parabola euangelica narrans diſtincte, vbi ſint ſeminata; à quo, quando, quomodo maturata, ac tandem iudicata, Eſt, autem Parabola hæc à Chriſti fidelibus ſem per expendenda ſed his potiſſimum diebus noſtris, hac in parte omnium infeliciſſimis in quibus tot Zizaniorum montes & maria, tot hęreſum & perfidiarum, quotquot vnquã, fuerunt ex inferis ſuſcitata & in fide orthodoxa ſuper ſeminata: Ita vt quàm plurimi neſciant quid credere debeât Alij dubitent quid tandem futurum ſit, vtra pars ſuperior euaſura, an Chriſti, an Belial, Auget difficultatem, quòd in dies augentur Zizania, & inſuper nouas quottidie acquirunt vires, fauores principum, populorum, regnorum, Quid igitur tandem fiet? an ſic ſemper de vera religione dubitabitur? omnia liquido tractat Parabola, quare in Dei gloriam; in ſanctiſſimæ veritatis orthodoxæ fauoré in fidelium & piorum conſolationem, in ſatanæ, & impiorum confuſionem eſt diligentiſſime pertractanda.

Simile eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Habet Parabola partes, & periodos tres, in quibus tres Dei virtutes illuſtrat, In prima bonitatem, In ſecunda Patientiam, In tertia iuſtitiam.

Primo. Primũ igitur bonitas Dei exprimitur in hoc, quòd nullo mundi merito prouocat is, ſua ſola miſericordia bonum ſemẽ ſeminat in agro. Ager Domini eſt cor hominis, in quo ſeminauit Primo cognitionem Dei, quæ inducit amorem, & fructum facit obedientiæ. Secundò cognitionem mundi; quę fructum facit timoris, & cautelæ quaſi inter laqueos & hoſtes perambulãtem. Tertiò cognitionem ſui ipſius, quæ fructus facit, dolorem pęnitentię, & propoſitum emendandi &c. Ager etiam Domini eſt eccleſia catholica, In hac ſeminauit filios regni. i. credentes: Ager maximus eſt Mundus totus, in hoc ſeminauit veritatis ſuæ lumen, ſacram illam Panacæam quam è Iouis capite natam fabulabãtur, Vtque bonitatem hanc mundus commodius caperet, non totam ſimul veritatem à principio effudit, ſed paulatim de tẽpore in tempus reuelauit. Naturalibus primum, quæ ad Dei cognitionem naturalem ſecundum principia vniuerſalia pertinent, Deinde Patribus & Prophetis quę ad legem & legis cerimonias, Tandem per filium & filij ſapientes & ſcribas in plenitudine temporum effudit ſemen copioſiſſimũ, Quicquid ergo veri ſcit mundus à Deo accepit, vt ſemen vitæ: ita dictum eſt Petro, caro & ſanguis nõ reuelauit tibi. Nec ſufficit reuelari, quod pertinet ad cauſam efficientem: niſi & imprimatur menti, quod pertinet ad formalem, ita de lydia teſtatur Lucas, quòd prædicante & ſeminante Paulo in thiatira Aperuit Dominus cor illius &c. Materia & ſubiectum, eſt anima bene diſpoſita: diſpoſitio eſt humilitas & obedientia: De humilitate Chriſtus, Reuelaſti ea paruulis, De obedientia, ſi quis voluerit voluntatem eius fa. qui mi. me; cognoſcet de doctrina, Ita igitur agnum hunc ſuum ditauit Diuina miſericordia, & ſancto ſemine ſuo fœcundauit; vt fructum vberẽ gloria inde referret, Nos autem ipſi ſumus id quod ex nobis quærit,

Matt. 16.
Act. 16.
Matt. 11.
Ioann. 8.
1. Cor. 4.

quærit, Vnde Paulus, omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti.

Secundo. Cum autem dormirent homines. Hic iam incipit ſecunda pars, in qua Dei patientia eſt exercenda, In primis patitur, quod ij qui in agro ſuo colendo, & defendendo maxime vigilare debent; quos ibi poſuit quaſi canes, ſpeculatores, & cuſtodes regere & paſcere populos verbo & exemplo, dormiant & domitant, Nō ſunt quidem mortui, vt videntur, ſed dormiunt, qui mortuus eſt, plane inutilis eſt alijs & ſibi, qui vigilat prodeſſe poteſt ſibi & alijs; At qui dormit, ſibi tantum ſeruit, dum ſomno reficitur, & impinguatur, Cæteris plane inutilis: ita vigilant Paſtores & ſibi & ouibus proſpiciunt: Dormiunt mercenarij; & idola, paſcunt ſeipſos, cæteris omnibus contemptis, Dormienti bus his. Occaſionem hanc non prætertit Draco fallax, inimicus Chriſti, vigilat enim & circuit quærēs quem deuoret. Superſeminauit Zizania in medio tritici: & abijt, Tria dicit. Primo quod ſuperſeminauit inimicus; ſecundo quod in medio tritici, Tertio quòd poſt patratum ſcelus abijt. De Primo ſeminauit Deus, ſuperſeminat diabolus, quod antiquum, & Paternum eſt, id Dei eſt, cuius vna voluntas & vna veritas eſt, latior quidem & ſanctior: at ſemper vna: quod nouum eſt & vetuſtati contrarium, id totum ſatanæ eſt: hæreſis, aut ſuperſtitio, Apud Io. dicit Chriſtus ſuis, teſtimonium perhibebitis de me, qui ab initio mecum eſtis. Seminat etiā Deus, quod agro ſufficit: quod ſuperfluum eſt, id totum ſatanæ eſt, Deus enim regulat hominem ſecundum ſuum gradum vt maneat in vocatione ſua: Diabolus ſemper extrema docet vt mundū confundat, Lex, & verbum ſacrum, Dei traditio eſt: gloſſæ, quæ verbum iuuant & quaſi agrum colunt vt fructificet, eccleſiæ ſunt. Gloſſæ vero quæ verbum ſuffocant, & ſpinis & malis ſenſibus implent, diaboli ſunt. Superſeminat autem diabolus longa & conſtanti perfidia, ſemper addens mala malis, nouas perfidias & noua ſcandala ſuggerens, ſerpit enim impietas, vt cancer, inquit Paulus, Error errorem trahit, Incipit à ſchiſmate & ſeparat ab eccleſia, hoc primum ſaxum mouet, nam eo ſtante. i. obedientia ſalua, nemo fit hæreticus: eo moto facit ſchiſmaticum: Deinde corrumpit ſacram ſcripturam, adulterat Dei verbum contra ſenſum eccleſiæ & facit hæreticum, Adhuc ſuperſeminat & tollit negatque totam ſcripturam & facit apoſtatam, Auctor eſt diabolus, Finis eſt Dei vituperium & mundi perditio, forma eſt error in intellectu, & perfidia in voluntate, quam Paulus vocat ſubuerſionem, Materia eſt mala vita, dicunt Theologi, quòd nunquam hæreſis eſt prima culpa, & docet experientia in Luthero, in Henrico rege, In beza &c.

Ioann. 3. | *2. tim. 2.* | *1. tim. 1.*

De ſecundo, dicit quòd in medio tritici, Quod ſuperſeminat diabolus, & Antichriſti eius miniſtri, ſuperbia eſt, & audacia totius perfidiæ fons, ſcriptum eſt enim qui addet ad hæc, addet Deus ad animam eius, Quod vero in medio tritici, Aſtutia eſt & dolus, quo mala bonis immiſcet vt ſimul naſcantur ſimul & metantur, Non ergo Zizania ſola, ſed cum tritico & in medio tritici ſeminat, ſub ſpecie religionis & zelli, non modo in moribus, & regulis mundi, nō modo in gloſſis & ſcriptis Patrum, quæ omnia contaminarunt temerarijs cēſuris, ſed & in ipſo Dei verbo venena ſua

na ſua immiſerunt; libellos ſpecioſos titulos præfer entes conſarcinarunt; Non eſt ſacramentum, non eſt verbum, quod à ſatana & eius Angelis non ſit vel ſublatum, vel deprauatũ, Quare caue tibi, & diligenter explora triticum, ne quid mali ſit immixtũ Extollunt Chriſti crucem, vt tollant noſtram. Extollunt ſanguinem Chriſti, vt tollant pœnitentiam, Extollũt ſatisfactionem Chriſti, vt tollant noſtrum Purgatorium, Extollunt fidẽ: vt depriment bona opera, Extollunt Dei gratiam, vt ſubuertant liberum arbitrium, Extollũt ſacerdotiũ Chriſti, vt tollant ſuffragia ſanctorum, Extollunt Matrimoniũ; vt detrahant Cœlibatui, Extollunt orationem mentalem, vt vocalem tollant, Extollunt ſobrietatem ſpiritus, vt derogẽt ieiunijs, Extollunt Dei verbum; vt detrahant canonibus eccleſiaſticis, tam periculoſum eſt, ab iſtis Chriſti Inimicis, & ipſa bona accipere, quando patet quòd vbique ſunt immixta zizania. Ne miremini ergo aut doleatis, ſi ſancta Mater eccleſia vetat legi, aut haberi Biblia, commenta, Patres, è manibus, & prælis eorum: ſunt enim omnia contaminata; bona malis immixta.

De tertio d. quòd abijt. Hoc pertinet ad hypocriſim, qua diabolus celat opus ſuum, ac ſi non fecerit, Sic enim à principio quicquid aliud meditari & velle vult, quam eccleſiam turbare, ſacramenta tollere &c. qui id moliri videtur, vt eccleſia reformetur, Dei verbum audiatur ſæpius & purius, & ſacramenta digne tractentur, alioqui niſi abiret, & ſe abſconderet: ſi à principio dolos retegeret, nemo ſuſciperet: Hinc primi illi libelli: centum grauamina: De Captiuitate babilonica quibus meres tantum malorum ſugillabantur; & reformatio eccleſiæ prætendebatur, Vide quo creuit malum, quid in tactum relictum eſt, Ita & Deus ſeminauit & abijt, peregre profectus, relinquens hominem ſibi & in manu conſilij ſui, vt volens operaretur, & proficeret, Diabolus etiam cogere hominem non poteſt, nõ occidit niſi volentem: quare iacit impura ſemina; obijcit carni libertatem: principibus bona eccleſiaſtica diripienda, & abijt, ſcit enim quantum ad malum prona ſit hominis cogitatio, vt vere homo excuſare ſe nullo modo poſſit.

Cum autem creuiſſet herba. Creuit per Dei gratiam mundum illuminantem, & multum fructum fecit, Ita cœperunt à principio ſtudia ſanctarum ſcripturarum, & linguarum florere, Cœperunt patres vtriuſque eccleſiæ latinæ & græcę frequenter in manibus haberi, nouiter imprimi, gloſſis, epiſtolis præfationibus, indicibus illuſtrari, cœpit Dei verbum auide audiri, quolibet die feſto conciones haberi: cœperunt pueri in ſcholis imbui ſuper articulis fidei, & doctrina chriſtiana ingeri quibuſcunque, Ita quòd magnus apparebat fructus, merito damnabatur Paſtorum ſomnus & ignauia, quibus dormientibus, verbum Dei poſthabitum fuerat humana philoſophia, & fabulis etiam Poetarum immixta loco Diuini verbi populis obiecta &c. Omnes amabant Eraſmum; Beatum Rhenanum. Rubertum Stephanum, Tanquam nouæ huius lucis auctores, Sed eheu creſcentibus herbis apparuerunt Zizania, Detectæ ſunt inſidię, quibus ſacra omnia corrupta fuerant, & omnis religio inuerſa, Ipſemet Eraſmus (ioco an ſerio, vere

an

an ficte Deus ſcit) datis epiſtolis teſtatus eſt, ſe numquam potuiſſe tot damna eccleſiæ diuinare, ſe à principio fauiſſe nouatoribus, quòd bonã mentem prætenderent, eccleſiæ ſcilicet reformandæ; ſed tandem aduertiſſe, quòd id moliebantur, vt ſacra omnia polluerent, & veritatem Chriſti confunderent. Hic ergo ſerui & Miniſtri Chriſti apertis oculis, neque in conſilio poſita, facile conferentes noua hæc veteribus regulis patrum, zizania, & fidei ſcandala cognouere, ſuam negligentiam deteſtati; Ad dominum, à quo vno eſt ſalus, ſe humiliter contulere, & de intruſis ſcandalis, non ſine tamen ſuo rubore, conqueſti ſunt, Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti, vnde ergo habet zizania? ita ſciunt ſerui Dei, quòd ſemen vetus, quòd regulæ eccleſiæ, quòd doctrina apoſtolica & ortodoxa bonum ſemen & veritas ipſa Dei eſt: de hoc non dubitant, Tot ſanctorum ſanguine firmata eſt, Tot concilijs approbata, Tot ſeculorum conſentientium calculis roborata, Vnde ergo zizania? Deus & mundum & hominem bonum fecit, & oĩa vidit valde bona: vnde ergo tot mala? oculus bonus eſt è Dei manu, vnde ſuperbia & vanitas? Aures dociles, vnde tãta obturatio? Manus beneficæ; vnde tantum ocium & ſæpe tot ſcelera. cor purum. Vnde tanta fraus, & malitia? Vere mirum eſt, vnde tanta ſit peccandi licentia etiam in medio tritici, vnde tanta facilitas ſeducendi. Tanta commoditas adulterandi Dei verbum & eccleſiam confundendi, vt Cui vis facile ſit & ciuitates & prouincias, & regna ſubuertere: quid tam dulce habet peccatum & potiſſimum fidei ſcandalum, quid boni in ſe habet tanta temeritas, quòd tam facile à populis ſuſcipitur & veneratur, Deus offenditur, à quo bona omnia tributa ſunt? Homo ipſe ſubuertitur, excæcatur, corrumpitur, Mundus totus alteratur, politiæ vaſtantur, templa diruuntur. Monaſteria depopulantur, Sola impietas gaudere poteſt, vnde ergo tot zizania, vnde illis fides, & reputatio? inimicus homo hoc fecit, De ſatana loquitur, & vocat hominem, tum vt innuat, non ſine homine fieri, cogere enim non poteſt, vtcunque malis artibus fallat: Tum etiam vt doceat artem diaboli qui ad fallendum hominem humanam aſſumit ſpeciem. i. ſe ſe accommodat ſenſibus, guſtui, & appetitui humano vt carnalibus carnalia obijciat. Auaris largos prouentus: Ambitioſis ſpecioſos titulos &c. omnibus omnia fit, Ita commodus & conſonus videtur, & tamen inimicus eſt, mortem intentat, mala omnia comminiſcitur Tum addunt ſerui Dominici honoris, & propriæ ſalutis curioſi, Vis eamus, & colligamus ea? ita qui prius ocioſi & ſomno ſepulti fuerant, nunc ſubito zelo, & impatientia correpti ſunt, ſemper extremi. Non, ne forte ſimul erat. & triticum. Quanta eſt hæc domini patientia, qua nolens perire aliquos, tempus dat pœnitentiæ, Nec ſemper vana eſt Dei patientia: hac enim lucratus eſt nabucdonoſor: Mannaſſem: Petrum, Magdalenam &c. Ideo dicit, ſinite creſcere, quod non ita intelligendum, vt non liceat Iudicibus tollere malum (vt iubet lex) de medio, aut malum ſit hæreticos comburere, quando & ipſi Geneuenſes impium Michaelem ſeruetum exhumatum ignibus tradiderunt: ſed

videtur

videtur hæc patientia duobus in caſibus locum habere poſſe, Primò, cum ſpes eſt reſipiſcentiæ, Id enim molitur eccleſia, vt lucretur, Secundo, cũ mali puniri non poſſunt, niſi & boni eradicentur, In hoc grauiter peccauit Theodoſius magnus in ciuitate theſſalonica, in qua omnes indiſtinctè iuſſit necari: quamobrem à D. Ambroſio, repulſus eſt ab eccleſia Dei, ideo iubet Paulus, Abſcindãtur qui vos cõturbant, Ita ſublato Loth, Sodomæ pereunt.

Gen. 16.

Tertio. Suum tamen locum habet iuſtitia, cum iubet Dominus meſſoribus. Colligite zizania: & alligate in faſciculos ad comburendũ, Colliguntur zizania, vbi hæretici, & peruerſores ſeparantur ab eccleſia, & excommunicantur, Tandemque eijciũtur à facie Dei, quæ maxima eſt pœnarum: ſeparant hic iudices eccleſiæ, In morte Angeli Dei: Alligate. Primo fit hoc, cum Dei gratia deſtituuntur quę animum liberum facit ad bonũ, Secundo, in morte, cum ſic premitur impius, vt moriens obliuiſcatur ſui, Tertiò, poſt mortem in inferno, vbi ligatur oculus mẽtis ad mala ſua videnda, & voluntas ad nolendum, quam amara cathena; tanto magis quod inſolubilis eſt. In faſciculos, nihil agit indiſtinctè Dei iuſtitia, explorat qualitatem & quantitatem culpę, & iubet: quantum fuit in delictis tantum date ei tormentum, ſuos ergo quiſque feret faſciculos, principes, prælati, Nobiles, mercatores, viri, vxores, Religioſi, qualia delicta, talia ligamenta. ad quid? Ad comburendum. Et finis tandem impietatis, Omnis plantatio quam non plantauit pater, eradicabitur, & in ignem mittetur, ignis eſt vindex, & omnia impietatũ genera vorat, Vtcunque proſperent per annos aliquot & ſecula, fauores habeãt magnatum, qui inde ſibi prouentus ampliant, Tandem omnia finem habent, vbi nunc impietas Ariana? vbi Pelagiana &c? De pauculo vero illo tritico vexato & tot zizanijs immixto? congregate, inquit, in horreum meum, Horreum Chriſti in hac vita, eccleſia Romana eſt, Archa illa Noe extra quam quicquid eſt, diluuium eſt. In alia vita, Deitas ipſa eſt quæ omnia in ſe colligit, & reuocat vt in finem. Colligit ergo ſuos Chriſtus, & ſua ſemina vnitate conſenſus omnium ſeculorum, adde & ſanguine ſuorũ corroborat, Satanas diſpergit & perdit: Chriſtus congregat & ſaluat, vt ſat ſit tritico ſuo, cum illo eſſe, & vna ſit ſanctorum omnium ſors, vt vbi Corpus, Ibi Aquilæ. Amen.

Matt. 15.

Habita Piſauri. 1571.

IN FESTO PVRIFICATIONIS Beatæ Virginis.

De iuſtis fruentibus, & expectantibus Chriſtum Dominum.

INQVIETVS eſt mũdus, & mille turbinibus agitatus, eget pace Perditus, atque innumeris periculis circunfuſus eſt, eget ſaluatore, Cœcus eſt, & infinitis tenebris obſitus, eget lumine, Sine honore, deiectusque eſt: eget gloria, Chriſtus ad hæc omnia à Deo Patre datus eſt, vt ſit pax noſtra, ſalutare, lux mundi, gloria: Ad hæc natus eſt, & inter nos per Dei miſericor-

ſericordiam incarnatus. Incipit iam comparere, guſtus verbi Dei, reformatio eccleſiarum, frequentia ſacramentorum, Diligẽtia Prælatorũ &c. Nato Chriſto in Bethleem, ſtatim circunſtant illi tria hominum genera. Primi repugnant: Herodes, ſinagoga, quotquot carnales ſunt, quorũ Deus venter eſt, quibus videtur incõmodus Chriſtus. Secundi agnoſcunt & fauent, retinent, fruuntur, Maria, Ioſeph, Magi, Paſtores, quotquot ex animo pietati incumbunt. Tertij nec ſpernunt, nec adhuc retinent, ſed expectant, vt ab eo quandoque conſolentur. Audiunt mira à paſtoribus, & Magis de Chriſto nato: ardent & ipſi occurrere nato & frui, ſed varijs negocijs impliciti, detinentur & prorogant. De primis nihil dicamus, Non effugiẽt ſuum iudicium, oremus pro eis, vt conuertantur & viuant. De reliquis duabus hominum claſſibus loquitur & egregrie tractat hiſtoria euangelica, Proponit enim; Quid primi facere debeant, pro digne retinendo Chriſto, Quid ſecundi pro acquirendo, Primis exemplo ſunt Maria & Ioſeph, Secundis eſt Simeon iuſtus & expectans. videamus nunc ſingula.

Poſtquam completi ſunt dies purgationis. Poſt dies quadraginta. Maria, non quidem vt purgetur, non.n. eget quæ nũquam polluta eſt, quæ è ſpiritu ſancto concepit, cõcipiendoque auxit in ſe omnem gratiam & puritatem, ſuſcepto in ſe ſole iuſtitiæ, Sed tantum vt legi pareat, formamq; cerimoniæ legalis adimpleat, Ita de lege meminit Euangeliſta. d. ſecundum legem Moyſi, Et mirum quòd quater de lege in paruula hac hyſtoria mentionem facit, vt innuat, quòd potius vt obediant legi, quam vt vlla neceſſitate ducantur, hæc omnia fiũt Immo neque lex vrget Mariam ad hoc coram Deo: nam lex iubet ſic, Mulier ſi ſuſcepto ſemine immunda eſt &c. Maria nullum ſemen ſuſcepit quo potuerit immunda fieri. At coram oculis mundi ſatisfacit, & exemplum præbet obedientiæ. Inducunt igitur puerum in Hieruſalem &c. vt intelligamus ſic digne retineri Chriſtum natum, ſi coram Patre in Hieruſalem. i. Eccleſia ſtatuatur, & à patre cognoſcatur, & coram patre ſanctificet. Hic enim tota ſalus noſtra dũ filius hic offertur Patri. Chriſtus vero patitur ſe ſic præſentari, non vt purgetur: in cuius ore non eſt dolus; qui eſt mundi ſanctificatio, ſed tamẽ non ſine cauſa, quin multis de cauſis cerimoniam hanc legalem vt alias quã pluries in ſe recipit. Primo, propter ſeipſum, vt ſuam veram humanitatem, & fraternitatem nobiſcum oſtendat, comparens ſic in forma nobis cõmuni quaſi pollutus qui egeat ſanctificatione, ſic etiam diabolo tegat ſuam diuinitatem, ſic exemplum perfectæ obedientiæ exprimat. Secũdò, vt ſuum incipiat ſacerdotiũ, quo ſe ſe in templo quaſi hoſtiam coram patre ſtatuit, vt nobis conciliet, non enim videre eum poteſt pater, & non vt dilectum aſpicere. Tertio, propter templum in quo ſic præſentatur vt illud ſua præſentia ſanctificet, & glorioſius faciat, ſecundum hoc quã primum, vt Aggeus propheta prædixerat, vt verè Dei domum conſtituat in quo deitas habitet corporaliter. Quarto propter legem & legis cerimoniam, quam ita recepit & ſepelit in ſe cum honore, finis enim legis Chriſtus eſt, quod ergo ſignificabat. i. cerimonia ceſſat, & ceſſat in Chriſto, quod ſaxum illud eſt, in quo pri-

Leu. 12.

F. Franc. Vicecd.   Q   mæ ta-

mæ tabulæ legis franguntur: primæ autem non erant hę quę cerimonias quaſi flores & folia continebant: Quinto, propter Iudaiſmum ſuum, ne in eo ſcandalizetur quaſi legis ſpretore:vt ſic reddat inexcuſabilem ſic etiam ad ſe quaſi ad ſuum alliciat. Sexto ad nos & omnes fideles ſuos reſpicit, vt exemplum in eo veræ purificationis ſumamus: diſcamus ſcilicet Chriſtum noſtrum.i. pietatẽ animi, quicquid Dei dono recipimus, Deo præſentare & coram eius oculis & iudicio ſemper ſtatuere, verbis & proteſtationi addere oblationes turturum, & columbarum vt lex pręcipiebat, Diuites offerebant agnos, & vitulos, Pauperes vero par Turturum aut columbarum, Chriſtus dominus omnium offerre potuit montes agnorum,& vitulorum; ſed quia formam ſerui & pauperis ex charitate & obedientia ſuſcepit, ideo oblationes pauperum imitatur. Supplet coram Deo precioſiſſima oblatio ſui ipſius,quæ toto mundo nobilior eſt.Interim habet myſterium forma hęc oblationum,quas ab homine lex in templo perpetua quadam religione requirebat,ita vt vix natus,cogeretur ſecũ aliquid ferre, quo in domo Domini ſuam ſeruitutem proteſtaretur, & erant victimæ aliæ viuæ, aliæ mortuæ,aliæ ſine ſanguine,aliæ cum ſanguinis effuſione, Sic & nos viuas hoſtias damus virtutum & meritorũ in tẽplo cordis noſtri, ſi iuſti ſumus & vitam gratiæ nobiſcum ferimus. Mortuas autem ſi peccatores,malorum radices in nobis excindimus & mactamus.Ita ſi petulantiam cohibemus mactamus Deo vitulum,ſi ignorantiam erudimus,mactamus ouem: ſi in diſcretionem regulamus,mactamus aſinum: pro ira leonem;pro inuidia canem, pro ſuperbia leonem; pro gula lupum, pro luxuria ſuem. Viuas autem & ſine ſanguine damus pro agno innocentiam cordis: pro turturibus ſolitudinem; pro colũbis puritatem: pro incenſo orationem, pro myrrha mortificationem. Talibus hoſtijs promeretur Deus& mirifice delectatur.Et hæc de primo.

Secundo. Si vero Chriſtum nõdũ cognouimus,aut recipimus, & tamẽ expectamus & non nihil bonæ opinionis retinemus, exemplum prębet Simeõ vir iuſtus, quo verbo Spiritus Sanctus virum hunc totum commẽdat, eſt enim Iuſtitia cumulus virtutum omnium:vocat & Timoratum, Iuſtus enim timet, non legem, non pęnam malis paratam, ſed ne iuſtitiã amittat, ne iuſtitiæ deſit, ne minus aliquid faciat, quod à viro iuſto præſtari debet:ne ſuis imperfectionibus & mixturis Chriſti guſtu, & viſione priuetur. Non ergo eſt timor ille ſeruilis, qui conſcientiam torquet & inquietat, qui operatur ex neceſſitate; cui ſat eſt ſi peccata illa vitet quæ damnare poſſunt. Sed timor filialis eſt, ſanctus, & caſtus, qui timor ne theſaurum perdat ,ne gratiam in uanum ſuſceperit, cauet à malis omnibus etiam paruulis, fugit occaſiones; orat ardenter, à templo non recedit. Expectans conſolationem Iſrael.Pulchro hoctitulo ornat Chriſtum. Quid enim aliud à toto mundo velle poteſt ſeniculus iuſtus, quã conſolari cum Iſraele,& ſanctis Dei in Dei filio? Quam dedecet ſenem alia cogitare? Quam miſerum eſt hominem mox abiturum à mundo,adhuc amare mundum & quæ mundi ſunt quæritare? Cur autem ſic expectabat patiens? Cur templum hac patientia frequentabat? Reſponſum accepe-

acceperat, non viſurum ſe mortem. Eſt ſecretum magnum, quo ſpes viri huius alebatur à ſpiritu ſancto: ſi ſuos alit amicos Deus, & ſecretorũ ſuorum participes facit, &c. Mors fœlix quæ ſic à Chriſto præuenitur: quæ oculos inuenit conſolatos in viſione Chriſti, alioqui ſi ſine Chriſto, mors alia æterna ſequitur. Mortis articulus incertus eſt, & ſemper periculoſus, Ergo vigilandum, & annitẽdum vt Chriſtum Domini videamus, ne ante hoc rapiamur, via vero tuta, breuis, & certa eſt, ſi nos à ſpiritu ſancto duci ſinamus, & petamus vt ille dirigat, nam, & locum & tempus dabit vt Simeoni. Ducitur ille in templum. hic enim locus eſt Chriſti videndi, qui non inuenit in templo, vane quęrit, hic verbum eius, hic vox, hic ſacramenta; hic Angeli, Domus Patris eſt, vbi alibi tutius inuenias filium? ſed vide ne te in templum ducat ambitio, auaritia, ſimonia, vanitas, ocij cupiditas: ſolus dux ſit ſpiritus ſanctus. Nos frequentamus curias, plateas, domos plenas carnis: Et ſi quandoque templa, ſemper in carne petimus & ſacramentum ipſum carnaliter ſumimus, ſine ſpiritu, quid mirum ſi Chriſtum non inuenimus; & guſtamus? Ecce parentes inducũt puerũ Ieſum. Opportune aduenit Simeon: habet quem quærit: adeſt expectatus, Suſcipit ergo lætus puerum, ad pectus admouet; & hic totus dulcedine profunditur. & quaſi olor moriturus canit benedicens Deum, & Patrem ſic per filiũ compellans: Nunc dimittis &c. ſplendidiſsima eſt narratio plena dulcedine & plena affectibus, plena luminibus, Hactenus, inquit, inquietus & ſollicitus vixi: Torquebat me conſcientia peccatorum; expectabam ſaluatorem, vnde mihi pax, Deſideriũ ſalutis angebat: optabam viuere, vt hac tandem die fruerer: Nunc dimittis in pace &c. Pacem animi dat viſio ſaluatoris, promiſſus eſt, optatus eſt; multis imaginibus adumbratus, nũc tandem o me beatum, quia viderunt oculi mei Beati oculi qui vident quę vos videtis. &c. iuuat etiam ex charitate fœlicitatẽ totius mundi in Chriſto proſpicere, & frui; Quod paraſti. Matth. 1[illegible]

Tantum ne (inquit Gregor. lucratus eſt Simeon in vno Chriſti complexu; prius expectabat eum vt conſolationem Iſrael, ideſt tantum vnius gentis: nunc intelligit eum ſpectare ad omnes populos, ſpectare autem gratioſum & amabilem, Lumen gentiũ, quæ ſine Deo errabant, ſacrificabátque ignoto Deo: Populus ergo qui ambulabat in tenebris, lumen accepit, quod illuminat omnem hominem &c. lux vera mentis, quę & ipſos cœlos, & quæ ſupra cœlos ſunt reuelat. Gloriam plebis Iſrael. Hæc enim illa gens beata, Cuius adoptio, leges, teſtamenta, Patres; & ecce omnium maximum, quando ex ea natus eſt Chriſtus ſecũdum carnem, Vtinam vt coram mũdo extollit & excelſam facit domum Iacob & Iuda: ita coram Deo poſsit illam glorificare. Sic ſic optato puero fruitur ſenex iuſtus & in eo ex ſpiritu ſancto myſteria maxima, quæ vniuerſum eius opus concernunt, optime diſcernit; atque effectu ardentiſsimo illi inhæret, ex eo quem ſibi ſalutem, lumen, gratiã & gloriam accipit. Vtinam & nos quandoque ſic in templo, quod toties vane frequentauimus, tantum quia non ex ſpiritu ſancto, ſed ex ſpiritu proprio adiuimus, Chriſtum domini inueniamus, in verbo in ſacramentis amplexemur, & perfruamur;

illi viuamus, eiusque dulciſsimo guſtu emoriamur in pace. Amen.

Habita Piſauri. 1571.

SERMO FVNEBRIS IN EXEQVIIS ILLVS. D. Virginiæ Deruuere Grauinenſis Duciſſæ.

HOſtias, & preces tibi Domine laudis offerimus, tu ſuſcipe pro anima famulæ tuæ Virginiæ, cuius hodie memoriam facimus, fac eã D. de mor. tran. ad vitam. Per Ieſum Chriſtum Domi. noſtrum. Amen.

De remedijs vtriusque fortunæ.

QVam varia ſunt accidentia vitæ huius: quàm incõſtanti, diuerſa, & multiformi vtimur (vt mundus ait) fortuna; læta, triſti, ſerena, opaca; quieta, inquieta; Siue quòd prima cauſa rerum moderatrix ſic ſua voluntate nos in vtrunque vertit, quòd ſi ſic eſt, eam humiliter & reuerenter adoramus. Siue quòd cœlum vt circa nos continue vertitur, nouis motibus, & luminibus, imaginibus influxibus, nouas in nos inducit conditiones; Siue quòd elementa hæc circa nos ſunt ſic alterabilia, Siue quòd nos met ſic contrarijs conſtamus humoribus in corpore, affectibus in animo: Certum eſt, quòd multa contingunt nobis, quæ vt ſtatui, ſanguini, notis noſtris conformia, nobis placent: multa alia in oppoſitum, quæ vt contraria & repugnantia diſplicent. Eadem quoque modo placent, modo diſplicent; modo gaudiũ, modo dolorem inferunt. Multiformi hac mixtura rerum & affectuum plena eſt hominis vita: exẽpla ſunt ſeculis omnibus frequentiſſima, fœlicium, & infœlicium. At inter oĩa memorabile & miſerabile ſẽper erit hoc ꝙ nuper nobis cõtigit, ꝙ nunquam ſine compaſsione repeti poterit. Exultabamus, ridebant omnia, cœli, terræ, maria, principes, populi, plena erant omnia gaudiorum; ſuper tanto bono tam diu optato, & tandem præſtito, fruebamur iucundiſſimi amabiliſſimo aſpectu; creſcebat in dies cognitio donorum, virtutum, gratiarum, atque ita creſcebant gaudia cordis noſtri &c. Et ecce in ipſo ſummo vertice lætitiarum, amariſſimum & acerbiſsimum nouum, quo ſtatim lumina noſtra obſcurantur, ſaltem eclypſantur & obumbrãtur, quòd prima menſis & anni huius die, (ea ipſa qua excelẽtiſſima Lucretia noſtra afflictam patriam reliquit ad nos iter ſuſcipiens) hora tertiadecima, Decima die poſt emiſſum partum, infœlicem illum partum, qui ſibi mortuus, matri mortalis euaſit, ſancte quidem, & glorioſe ſpiritũ Deo reddidit, & ex hac vita in aliam migrauit. Nos miſeri interim ſcribebamus, & longas litteras ad eam deſtinabamus, quibus gaudia illi noſtra, & optatum cognatæ aduentum ſignificabamus. Nos miſeri cogitabamus illam ſollicitare, vt ſtatim expedito partu, quam primum ad nos (quod & illa cupiebat) aduolaret. Nos miſeri iam meditabamur modos, varia honorũ genera, & quibus pro illius meritis, pro cordis noſtri affectibus, aduentum illius decoraremus. Et ecce ex

omnibus, illis officijs, vnum hoc ſuper eſt, vt obſcuremus omnia, vt corpus terræ conditum lachrimis, ſepulchralibus obſequijs honoremus, vt animam Diuinæ miſericordiæ commendemus. Vnum hoc ex tot bonis quibus in ea dilectiſſima fruebamur, reliquum nobis eſt Mare lachrimarum inexſiccabillum, Cor plenum amaritudine inconſolabili; Sic mutata nobis fortuna eſt, ſic gaudia in luctum verſa; ſic Cythara noſtra, & dulces illi harmoniarum chori, in flebiles querelas, & lamenta. In tanta rerum mixtura & multiformitate, velut in alto mari contrarijs flatibus acti, huc illuc impulſi vagamur vix noſtri conſcij, quid agamus, quid dicamus, quid ſimus, & tamen eundum eſt, & remis luctandum, ne obruamur. Remi quibus vtraq; fortuna impellitur & regit tres ſunt potiſſimum, natura virtus, religio. De his agamus paulu-lum, vt præſenti huic noſtræ mixturę remedium aliquod adhibeamus.

Primo natura ipſa, vtcunque habeat in ſe generalia quædam virtutũ ſemina, quibus ad bonum inclinatur, quibus aſſentit primis principijs: habeant etiam indiuidua quælibet ex proprijs complexionibus, ſpirituales inclinationes: Tantum ex origine tã infirma eſt, quòd bona omnia difficulter incipit: cœpta inconſtanter proſequitur, In finem ſuum tandem ſurrigere ſeipſa nõ poteſt, Tam miſere etiam educatur & inſtituitur; adde & In prauis his inſtitutis male habituatur, & incuruatur; Tam infœliciter inſuper ab extra conſilijs, & exemplis malis imbuitur: quòd vix vnquã aliquid deliberat, quòd non ſit extremum & vitioſum. in proſperis itaq; ſi naturali tantum affectu ducimur tam effuſe, intemperanter & vane lætamur: quòd euaneſcimus in manifeſtiſsimas ineptias, inſolentias, temeritates: Ita ex ore Pharaonis exit verbũ illud, Dominum neſcio: rationẽ dat pſal. Dixit inſipiens, Non eſt Deus: Inſipientem reddit fœlicitas, Euanuerunt inquit Paulus in cogitationibus ſuis. Ita quendam inducit Chriſtus fœlicem qui dicit animæ ſuæ temulentæ. Anima mea multa bona habes epulare, & gaude &c. Ita in hiſtorijs prophanis relatum eſt, ex inepta lætitia & riſu obijſſe Sophoclem; Dioniſium tirannum, Diagoram Rhodiũ; Philemonem Poetam: Mar. iuuentiũ & innumeros alios: tam infeliciter in proſperis ducit & regit nos infirma hæc natura, In aduerſis non minus extrema & intemperans eſt: ſtatim enim commouetur, obſcuratur, confunditur, deijcitur, mori vult, vitam abominatur, Ita Chaim, Ita Saul, Et apud prophanos, ſic miſere affecti, & indigne ex vilitate animi mortui ſunt, Nero, Gordianus, Calerius Florianus, Iulianus: omnes principes, qđ malum tãto amplius eſt, quòd in magnis viris exemplo trahit ad eandem diſpoſitionem innumeros, ſed ſic natura affecta eſt, ſic ducit & impellit ſemper ad extrema. Et quoniam natura eadem in omnibus eſt, eiſdem ſubiecta infirmitatibus, Ideo quotquot ea ducuntur, chriſtiani, hæbrei, Itali, barbari in varijs rerum fortunis extremitates has patiuntur.

Secundo. Si vero ad vires, ad affectus Naturæ, additur Virtus, Hęc habentem perficit, & actus eius reddit bonos, Hæc frenum inijcit, & regulã imponit honoris, rationis, debiti, vt non, quod natura iubet, ſed quòd rationi conſonat, id homo in quacunque fortuna, ſemper æqualis, nunquã extremus ex virtute deliberet. Pulchra

chra

chra hæc naturæ qualificatio, Eſt in primis temperantia quæ hominis naturam in ſeipſam componit & venuſtam & amabilem reddit, quæ impetus Iraſcibilis cohibet per clementiã, Flammas concupiſcibilis moderatur per continentiam. Eſt Deinde iuſtitia quæ hominem extra ſe conuerſantem & tractantem ſic rectificat, vt ſiue commutando, ſiue diſtribuendo, ſit verax, rectus, diſcretus, iudicioſus, vnicuique quod ſuum eſt, quòd pro meritis conuenit, tribuens. Actiones inſuper & paſſiones vitæ contingentes, regulat tanquam oculus virtutũ & Dux Prudentia: tanquam manus & brachium fortitudo: prudentia negocium expendit, & conſulit: Fortitudo conſilium accipit & exequitur; Magnanima & Magnifica, ſi quid agendum eſt: Conſtans & patiens ſi quid ferendum eſt. Quoſcunque igitur caſus ſeu lætos, ſeu triſtes, ſic homo virtuoſus excipit, vt eis dominetur ex virtute, Atque in primis prudẽtia mature rem conſiderat, confert præterita præſentibus & futuris, meditatur quid rei cõſonum, quid perſonæ, quid loco quid tempori. Dein de charorum, quibus fidit, adhibet conſilia, omnes libenter audit, iubet libere ſententias proferri. Tertio, ex multis conſilijs illud ſibi eligit ſequẽdum, quod optimum iudicatur, Tandem fortitudini pręcipit, vt rem perficiat. Si ergo ſecundis ventis vtimur ſi fortuna proſpera eſt, ſi optatis bonis fruimur, Hic homo prudens non diſſoluitur, non confunditur, ſed fœlicitates domus illuſtriſſimæ ſecum ipſe intra ſe commemorat, & ob oculos ponit, præteritas per memoriam repetens, quot in hac domo ex vtraque parte fuerint Præfecturæ, Comitatus, ducatus, Generalatus, Cardinalatus, Pontificatus. Si de mulieribus agitur, at caſus præſens exigit, quàm fœlix fuerit Domus hæc Illuſtriſſima in obtinendis ijs, quę ſemper omnium ſeculorum & optimæ, & præſtantiſſimæ fuerunt, & hic iuuat repetere Iſotas, Baptiſtas, Iſabellas, Eleonoras, quæ ſuo tempore nullas maiores, nullas æquales habuerunt, Pręſentes per intelligentiam & fixam conſiderationem intuetur, & gaudet, dum in hac Illuſtriſſima domo repetit, Ampliſſimum cardinalem, in ſuo ordine, ſupra ætatem, ex eius maturo iudicio, qui mundum regit, iam primarium, omnibus gratum, & dilectum. &c. Excellentiſſimum Ducem, Valoroſiſſimum, prudentiſimum, Clemẽtiſſimum, Illuſtriſſimum principem filium, tam grauem, tam cõſpicuum, tam amantem virtutis, laborum patientem, ad maxima natum, Nepotes hinc & inde ſanguine clariſſimos, ſpebus eminentiſſimos, Apud D. Ducem excelſam illam Matronam, tot Principibusq; vtriuſque fortunæ clariſſimis circunuallatam: tot virtutibus conſpicuam, cuius vita norma eſt, cuius camera ſchola eſt diſciplinarum omnium, Apud D. principem, eminentiſſimam iſtam lucretiam, ex eo ſanguine natam qui & ſumma belli gloria, & domi & foris, & in protegenda ſancta ſede apoſtolica, & in promouenda ſacri Imperij maieſtate, & intuenda Italia, & in expugnandis Barbaris per mille centũ & amplius annos parẽ non habuit, ex eo inquã ſanguine pace & armis clariſſimo, ex ea fęlice ſtirpe in qua non homines, mõ foreſti, Azzones, Obizi Nicolai, Hercules, Alfõſi, tãta gloria floruere; ſed & fęminæ ipſæ eminẽtiſſimæ; & formidabiliſsimæ, exercitus duxere, Ciuitates, & prouincias &

Italiam

Italiam totam pro ſancta ſede Imperio titulis ſplendiſsimis rexere, æternamque ſuæ virtutis memoriam poſteris reliquere, Hinc ortam accepimus Lucretiam noſtram, cuius virtutes, dotes ornatiſsimas & corporis & animi in dies magis admirabimini, Futura vero bona ſi prudenti prouidere & diuinare licet, quid magni, quid præeminentis habet mundus in vtroque foro & temporali & ſacro: quod ab heroibus iſtis ſperari & expectari magno iure non debeat? Sint fauſta & fœlicia omnia, Vos magni ad maxima nati agite fortiter, magnanimi, magnifici, omnia pro dignitate. Si vero lætis triſtia ſuccedūt, vel ingruunt, vt nuper nobis iucundiſsimis accidit; non confunditur homo prudens; non naturales affectus ſequitur: ſed virtute, & hos mature ſuſcipit temperandos, & regendos, Vbi itaque audita eſt acerba mors dilectiſsimæ noſtræ virginiæ, Caſum lugubrem prudentia ſic ſibi ob oculos ponit, vt omnes circunſtantias conſideret: & conſolationē ex omnibus ſibi comparet, Præteritas, quòd filiam hanc ex ſanguine nobiliſsimo, cuius initium ex vetuſtate nulla hiſtoria tradit: ex matre rariſsima & ęterna memoria digna ſuſcepimus, Noſtra itaque fuit virgo innocentiſsima, virtutum omnium ſtudioſiſsima, Fuit vxor grauiſsima, amantiſsima & ſi quando opus ſuit, patientiſsima, fuit quinque annis vidua. Noſtis ò optimi Piſaurenſes quam prudēs, quam ſui parca, quam exemplaris &c. In præſentia, iacet corpus, venuſtum illud, & omni gratia cumulatum corpus, iacet, dormit donec veniat eius immutatio, ſit intactum, ſit quietum, ſit intemeratū monumentum, Nemo audeat violare ſanctos cineres, quouſquead vitā iterum reuocentur, Anima vt confidimus, regnat in cælo, vbi nobis opitulari poteſt: vel ſaltem in purgatorio, Vbi à nobis opem accipere poteſt, & vt confidimus, noſtri memor, amans, Apud ſuos interim Auos & pro auos, qui ex Illuſtriſsima illa domo in aliam vitam tranſlati ſunt, In futurū & aliquid boni diuinamus; & quòd in æternam requiem ſi non dū obtinuit recipietur, & ꝙ hoc ſaltē ex immatura morte cōmodū ſuſcipit, ꝙ imminentibus Italiæ malis nō torquebitur; vt facile (vtinam mentiar) tot nobis immineant mala, quòd beatam Virginiam vocabimus, quæ ex tot infortunijs ſit eruta. Huc vſque ducit virtus ipſa moralis, quæ hominem in ſe componit, & corā oculis etiam mundi venuſtum & valentē reddit, At quoniam hominis finis ſupra virtutem omnem moralem & acquiſitam eminet, ideo altius natura promouenda eſt, vt ſuas fortunas, & earum regimen in ſuum finem ducat.

Tertiò. Eſt igitur tertius remus, quo mare hoc varium & inconſtans vniformiter, & conſtanter, adde & ſublimiter nauigatur, Religio, Hæc naturam ſanat, & virtutem perficit; extollit enim in altam quandā, & cœleſtem conditionem, vt homo per eam Diuinitatis cuiuſdam particeps, omnia diuino modo diſtribuat, agat, ferat, cogitet, dicat, faciat: conſtat autem Religio ex diuinis illis virtutibus, quas theologicas, vocant, & quia ex Deo ſunt, & quia in Deum reuocant. Ita quod fides extollit & deificat prudentiam, ſpes fortitudinem, charitas iuſtitiam, ſcopus eſt omnia & oculo quodam diuino metiri, & affectu diuino perficere, ſic

re,ſic vt Primum omnia quæcunque ſint læta, vel triſtia à Deo accipiantur,non à cœlo,non,elementis, non natura:ſed à Deo omnium motore: tanquam igitur diuina non modo vtamur,ſed veneremur. Secundum. vt omnia ſic à Deo immiſſa probemus,tanquam ab infallibili & ſanctiſſima manu prodeuntia. Tertium: vt omnia ſub eius manu, in eius obſequium & gloriam diſpenſemus, & diſponamus, vt in omnibus ille glorificetur,nos in omnibus proficiamus. In proſperis ergo ea potiſsimũ meditatur Religio, quæ Dei cultum ornant & promouent,& de his proprie lætatur.quod D. Car. tam amans ſit religionis:tam deuotus,tam diligens in reformandis eccleſijs ſibi creditis &c.Quòd eccleſiæ Dux, ſit tam ardens ad bona omnia: verbi Diuini auidus auditor;pauperum amator; quod princeps in tam tenera ætate tantam de ſe præbeat bonorum omnium ſpem: Deum timeat: maiores reuereatur,quod eius Mater circa ſe habeat Monaſteria conuerſarum, & orphanorum,capuccinorum,oratoria &c. quod eius vxor illa ſit, quæ in ipſa fornace babilonica inter carbones ſatanæ,& impietatis; neque arſa, neque calefacta neque tincta vlla ex parte ſit;Tanta inſedit animo puro veræ & orthodoxæ fidei perſuaſio, quod populi noſtri omnes catholici,veræ religionis amantes; hæc hæc ſunt quæ admiratur, & commendat Religio; hæc quæ in proſperis optat,amat, & fruitur cum Dei gloria. In aduerſis itidem omnibus eiſdem oculis reſpicit & metitur, ſui ſemper ſimilis. Mortem itaque chariſsimæ Virginiæ noſtræ Dei opus intelligit,ille dedit ille abſtulit, Depoſitũ ſuũ repetijt,iuſtũ eſt, Probamus igitur factũ & humiliter & patienter ferimus, Tanquam beneficiũ,Mortem Deus certe non fecit: inuidia Diaboli & iniquitas hominis mortem introduxit,Sed tamen Deus per filij ſui obedientiam & charitatem, mortis naturam immutauit, cum in ligno crucis vitam in morte ſeminauit,vnde mors vitam ſuam primam amiſit & animam:aliamque in Christo adepta eſt Animam, & ſtimulus mortis peccatum erat: ſublatum eſt. hoc per ſanguinem Chriſti,& vita ſuſcepta ideſt Chriſti gratia, & virtute facta eſt mors vitalis & precioſa, Tum quia per Chriſti mortem deletum eſt Chirographũ &c.Tum quia per mortem noſtram peccata noſtra terminantur: laudant Morales mortem,quia terminat labores, & infortunia vitæ huius,Laudat Religio præter id, quòd terminat peccata, ſi in domino moriuntur,Mortem itaque dilectæ noſtræ vt opus Dei, vt Deo glorioſam,vt vtilem, & commodam, defunctæ probamus,& patienter ferimus, quin vt rem diuinam veneramur. Quid ni? Potuit Abraham manum extendere, vt filium proprium mactaret,tãtum ex religione & obedientia. Potuit Mater Machabeorũ ex religione ſeptem filios hortari vt pro lege patria morerentur. In hiſtoria quadraginta martyrũ,Potuit Mater Melictoris adoleſcentis proprijs humeris portare ad rogum; & nos non poſſumus ex eadem religione & obedientia, mortem filiæ à Deo illatæ patienter ferre? Quid? Potuit ipſa religioſiſsima Virginia,lubens,cõſtans,& intrepida mortem obire: vt omnes qui rem geſtam narrant; in hoc eam præcipue laudantes, quòd hylari & forti animo ſeſe accommodauit vt voluntatem Domini ſui impleret

pleret, tantum ex religione Durum erat naturæ, animam illam ab amato corpore dirimere, Religio naturam iuuit, Suadens non eſſe mortem finẽ naturæ, ſed vitæ huius, & alterius melioris initium, liberari animam è carcere mortis per mortem è luto macu lante, vt vocat Iob è cumulo vinculorum. Pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me, Durũ erat ſanguini, ſanguinem Illuſtriſſimum varanũ ſic terminare: Religio ſuaſit, nihil eſſe terminari hic, vbi omnia prætereunt: ſat vixiſſe hic, vbi cũ tanta antiquitate & gloria vixit: Nũc tranſmitti ad ſanguinem ſuum, quo in perpetuum: id eſt auis & proauis fœliciter fruerctur. Iuuat mori, inquit Socrates, ſic enim ibo ad Deos meos. i. philoſophos, & pſal. me expe-ctant iuſti. Durum erat carni cognatos & amicos, in primis autem dilectiſſimum Patrem relinquere, Patrẽ qui ſibi omnia fuerat: Religio ſuaſit Patrem eſſe fortiſſimum & ſapientiſſimum adde & religioſiſſimum. Adde & nunc noua filia. i. nuru mirifice oblectatum, quare nõ poſſe illam abire in tempore, quo minus doleat quando talem relinquit ſui loco filiã. Durum erat ſpiritui & conſciẽtiæ ſe ſe coram Deo Iudice præſentare, cuius ſeueriſſima ſunt iudicia: Suſtinuit religio, quando & multa contritio præceſſerat, & frequenti ſacramentorum vſu erat munita, & Chriſtum ſibi occurrentem & Angelos ſuſcipientes ſe, & ſinum Abrahæ ſibi paratum, & dulciſſima Matris Iuliæ brachia intenta ad eam in æterna requie ſuſcipiendam præuidebat, & confidebat, quamobrem ſumma cum pace emiſit ſpiritum: quanto minus nos decet pacem eius ſtrepitibus noſtris turbare? Certe recoli non poteſt, nũquam poterit ſine lachrymis, ſed ſint obſecro lachrymæ amoris pietatis, charitatis, non deiectionis, aut confuſionis. ſic triſtantur ethnici qui ſpẽ non habent. Nos de Virgina noſtra multa bona ſperamus.

Speramus & confidimus primum, quòd hinc euocata, ſuſcepta ſit in gloriam beatorum, Vnde nos iuuare poſſit: ſaltem in gratiam, & requiem piorum, vbi à nobis iuuari poſſit.

Secundo. Confidimus ſuffragia hæc noſtra per manus ſanctorum ſacerdotum emiſſa, atque in primis hoſtiam illam ſanctam, placentem, ſemper ſiue cruenta ſiue incruenta ſit, expiatoriam & propitiatoriam, à ſanctis Angelis qui interſunt, ad conſpectum Diuinæ miſericordiæ transferendam atque ad eius odorem, multam gratiam & alleuiatiónem pœnarum huic ſeruæ ſuæ referendam.

Tertio. Confidimus eoſdem Angelos à Diuina clementia remittendos, & deſtinandos ad Purgatórium, vt animam hanc benedictam recreẽt & refocillent.

Confidimus quartò, ab eiſdem Angelis Virginiam noſtram intellecturam quantum nos hodie pietatis & charitatis in eius ſuffragium præſtiterimus. Adiuro etiam primam animam, ex omnibus hic præſentibus quæ à præſenti ad futurum illud ſeculum à Domino vocabitur, vt nomine excellentiſſimi patris, Fratris, ſororum, totius Illuſtriſimæ familiæ nomine, noſtri omnium ſalutet benedictam animam illam, & narret ei, quã tum nos ſimus in illa iuuanda ſtudioſi & religioſi, erimusq; donec intellexerimus eam omnino ex pœnis ad gloriam tranſlatam. Tu pater æterne

venientem ad te creaturam tuam in æterna requie tua clementer ſuſcipe, & in temetipſo glorifica, Tu ſancte Ioannes Chriſti baptiſta & præcurſor, quem Virginia noſtra ſpecialem habuit patronum, & protectorem, tu quoque ſeraphice pater mi Frãciſce, cuius ſacris ſtigmatibus ſpirituali & continua religione affecta fuerat, ſuſcipite clientulam & Diuinæ clementiæ commendate. Sanctiſſima Iulia varana, en filia dulciſſima, tecum habe iam, à qua per annos tres & viginti vidua fuiſti fruere nunc æuo perpetuo, in ipſamet fœlicitate q̃ Deus eſt. Nullum iam tempus, locus, occaſio, conditio, vos ſeparet. Anima benedicta, iam vale dicimus, ęternum vale. Si iuuari à nobis potes, accipe quæ damus, incenſa, vota, hoſtias. & bene habe: Si iuuare nos potes, noſtri memor eſto, vt nos tui memoriam, viuam, dulcem, honoratam in corde noſtro perpetuo retinebimus. Amen.

Habita Piſauri in epiſcopatu, Die 22. Ianuary. 1571.

DOMINICA IN Septuageſima.

Matt 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem.*

STAT vita hæc noſtra ſeipſa lenta irreſoluta inutilis, tempus vane terit, dies, & annos prę terit, & ecce ſenium, Pſalm. 75. ecce mors, ſine fructu. pſal. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt. Et tamen non deſunt ſtimuli ab oĩ latere, qui ab iniuſta hac ignauia & ſomno ſuſcitent. A ſiniſtris ſtimulat ſpiritus aduerſarij ſatanæ, qui (vt inquit D. Petrus) Circuit quærens 1. Pet. 5. quem deuoret, Incitat ad omnẽ culpam, vt ſecum trahat in omnem pœnam. A dextris ſtimulat ſpiritus Dei patris, & domini noſtri Ieſu, de quo Pſalm. 125. Dauid. Dominus in circuitu populi ſui. Et de ſeipſo in ſpecie. Ego mendicus & pauper, dominus ſollicitus Pſalm. 39. eſt mei. Sollicitat ad omne meritum, vt quaſi ad premium deducat ſecum ad omne bonum. Ita perpetuo progreſſa eſt humanitas noſtra iter hos ſtimulos: Incitat ſatan Adamum ad Gen. 3. inobedientiam; ſtatim reuocat Deus ad pœnitentiam. Incitat ſatan Balaamum ad maledicendum; ſtatim immutat illi Deus verba in ore ad bene Matt. 14. dicendum. Incitat ſatan Pharaonem, ad premendum Dei populũ; ſuſcitat Deus Moiſen ad liberandũ. Incitat ſatan Dauid per Berſabeen ad peccandum, Exo. 5. ſtatim reuocat Deus per Nathan ad amare flendum. Hæ vero ſollicitudines quæ ſic vtrunque inſiſtunt, exercent q́; damnant, reddunt que ocia noſtra prorſus inexcuſabilia. Nam ſi ſatanæ ſtudia reſpicimus, quantum ſcilicet ille damnis noſtris inuigilet, an non merito reprehendimur ea voce. Quid ò ſtulti, ò tardi corde. Quid ſtatis hic tota die ocioſi? Aduerſarius veſter diabolus circuit, circumuolat, agitur perpetuo, in omnem ſe ſe flectit formam, vt fallat vt cogat, & vos ò tardi corde, ſtatis? Et ſtatis hic inter ſpinas, flãmas, ſcandala, pericula, damna, inter tot ſtimulos ò ſtupidi dormitis? dictum eſt Ezechieli. Fili hominis ſubuerſores Pſalm. 4. ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas. Ocioſi, inimicus vrget, totus in actu, totus in opere, verba, facta, celũ terram mouens contra vos, & ecce ocioſi

ocioſi eſtis inter tot fremitus, & tēpeſtates? Tota die. Sic tempus teritis ſic dies integras conſumitis? ſic de tota die, tota ſubſtātia, tota vita triūphat Satanas? ſic omnia tandem illi vni dicantur? ſic illi viuimus, vt illi etiam moriamur Pſalm. vſque quo graui corde: vt quid diligitis, vanitatem &c? Si quoque Dei patris à dextris vrgentes ſtimulos contemplamur: vere & grauius reprehendendi ſumus. veriuſque dici nobis & obijci poteſt. Quid ſtatis hic tota die ocioſi? paternos poſuit in via, & proprio nomine viatores inſtituit, peregrinos, & aduenas, vt curratis ad propoſitum brauium. Et ſtatis? Ad æterna bona nos prædeſtinauit, vocauit, induxit: in ſuamet Deitate & fœlicitate finem veſtrum conſtituit, & vós ò indigni, ò proditores veſtri ipſorum ſtatis hic? & præter hæc nil cogitatis? Ocioſi vos actuales, tot virtutibus intrinſecis, & extrinſecis imbuti, ad omnia bona parati & ociamini? animam infinitorum Theſaurorum capacem inanem ſic, & vacuam retinetis? Tota die. Tam longam diem peragitis, & in negocijs carnis & mundi conſumitis; nihil eius, ne horam, aut minutum, aut momentum In Dei gloriam, & obedientiam exigitur? omnia in hac die negocia locum & partem habent, quæ ad corpus, quæ ad mundi mores, & fauores pertinent, ſolus Dei cultus, ſola animæ ſalus, & inſtitutio excluditur? Hæc ocia noſtra, has Dei patris noſtri ſollicitudines egregie tractat parabola euangelica, quę operarios introducit, primū in foro ſtantes ocioſos, Deinde vocante, & impellente patre familias attrahit à foro ad vineam. Tertiò in vinea magis & minus exercet, prout citius, vel tardius à foro, & ab ocio ſe ſe explicarunt. Quarto reducit ad faciem Domini, à quo iuſta, promiſſaque mercede donātur, quibus quidem particulis Parabola ſignificantiſſime complectitur, & exactiſſime tractat vniuerſum negocium, id eſt principium, medium, & finem iuſtitiæ, & ſalutis humanæ. Et ecce hac tali, tantaque rerū mole ingredimur ſanctum hoc iter noſtrum, quo legationem euangelicam mihi à Deo patre, & Superiorum authoritate demādatam expediturus ſum. Principium amplum, certe conueniens &c.

1.Cor.9.

Primò. Conuenit primo loco parabola operarios, atq; in amplo quidem, & lato loco comperit, nempe in foro; ſed quales? Inuenit ſtantes, ocioſos, & hoc minus malum; quot enim ſunt qui vigilant ad iniquitatem, raptores, vſurarij, Adulteri, homicidæ &c? quanti autem ocium hoc referat apud iudicem, docuit narratio illa finalis. Vbi ſolum hoc ad ignem æternum damnatur: eſuriui, & non dediſtis &c. Non progredi, eſt regredi, Non pauiſti, occidiſti. Ineſt autem ocium hoc, & ommiſſio boni ex multis cauſis. vt plurimum ex impotentia quadam naturæ ex iniquitate collapſę, & infirmitate. De qua, ſine me nihil poteſtis facere. Nemo venit ad me, niſi pater traxerit. Ex hac enim infirmitate natura impotens improportionatur Diuinæ legi. Nā lex ſpiritualis eſt, homo carnalis. legi Dei, inquit Paulus, non eſt ſubiecta, neq: enim poteſt. Ociū hoc ſtimulat, debilitatemque vigorat pater familias vrgens, quid ſtatis hic tota die ocioſi? Ite, ite in vineam meam. Hæc enim illa eſt vox, quæ non tam iubet quid ſit agendum, quàm ex intima ſua energia & vi, vi-

Matt.25. Ioann.15. Ioann.7.

Matth. 8. res dat ad agendum. Ad quam centurio. Dic tantum verbo &c. De qua
Matth. 14. Petrus. Iube me venire ad te. Et Auguſtinus. Da quod iubes & iube quòd vis. Ad ocium hoc tollendum ex conſenſu ſanctorum patrum, non modo vtilis, ſed neceſſaria eſt Dei Gratia ſpecialis: Quandoque enim ineſt ex Diffidentia, quòd diu peccatũ ſit, quòd grauiſſima culpa, quòd nulla ſpes veniæ. Contra hanc Pater. Ite ite in vineam, quod iuſtum fuerit dabo vobis. Nouiſſimi fient primi: Quandoque ineſt ex præſumptione quòd creaturæ Dei, quòd ſemen Abrahæ, quòd Chriſti membra ſumus, quòd non repellet plebem ſuã, quòd populus eius & oues paſcuæ eius, quòd tempus non deerit: Contra hanc pater. Ite in vineam: ſerum inſtat, Primi fient nouiſſimi. Multi vocati, pauci electi Ita in foro extra vineam & eccleſiam ocioſa ſunt omnia, mortua omnia, etiam ea quæ ſpeciem boni habent, ſunt enim opera ſine merito, quia ſine vita gratię. Et tales pater inuenit omnes.

Secundo Ad hoc exijt paterfamilias. Quicquid intus operatur Deus naturale eſt, aut ſaltem neceſſarium ad ſuam ipſius neceſſitatem pertinens, & fœlicitatem, qualis eſt productio filij, ſpiratio Spiritusſancti, beatitudo perſonarum diuinarum: Ea omnia non tantũ in ſeipſo, quantum propter ſeipſum operatur. Intus non eſt pater famil. ſed vnius tãtum filij coęqualis, qui replet totam eius paternitatem, & qui illi ſic eſt neceſſarius, quòd ſi per impoſſibile non haberet illum, nullum habere poſſet. foris habet familiam. Hic eſt pater patrum &c, Ad creaturas exit, & exit Pater, quia nõ agit ex natura, ſed ex amore, Ita quòd non tantum Deitas quantum voluntas, aut deitas volẽs, In principio creauit cœlum & terrã. Ad eandem redit quaſi perfecto circulo, non eſſentia, vt eſſentia ſed vt volens beatificat creaturas. Paternitas hæc Dei illa fontalis eſt, vnde omnis paternitas nominatur, quæ filios inſtituit, & in eis parit Primo religionem qua reuerenter dicũt. Pater noſter qui es in cęlis: ſecundo obedientiam qua dicunt, fiat uoluntas tua ſicut in cœlo, & in terra: tertio ſpem, qua dicunt. Panem noſtrum quotda. no. hodie: Nos ſtimulat, & vocat Pater. Primo. Voce amoroſa, quãdo patris eſt, & filios vocat. Secũdò. Voce numeroſa; prima, ſecundà, tertià; quartà, à mane ad veſperam, quacunque ætate mũdi, ab Adamo ad Noe, à Noe ad Abraham &c. quacunque hominum ætate, pueros, adoleſcentes, Iuuenes, ſenes &c. Verbis, factis, minis, promiſſionibus, bonis, malis, omnes ſunt Dei voces. Tertio. Voce vigoroſa. i. ſufficienti, ſi nõ ad complendam, certe ad Incipiendam hominis ſalutem. Ita de gentibus aſſerit Paulus ad Rom. Quod Rom. 2.
ſunt ſibi lex. quòd ſecundum vocem illam Iudicabuntur. ſi tantum lumen non habent vnde ſaluentur, habent vnde ſalutem incipiant. Ita act. teſtatur Paulus ad Athenienſes. quòd Act. 17.
Diuina prouidentia ita mundum diſpoſuit, vt poſſint omnes quærere Deum, ſi forte attrectent eum, aut inueniant, quamuis non longe ſit ab vnoquoque noſtrum. In ipſo enim viuimus, mouemur & ſumus. Quarto. Voce tandem gratioſa, qua conuenit ex pura ſua charitate cum operarijs de denario diurno, & pactum facit: Non certe ex neceſſitate, cũ enim ex naturali maieſtate ſit Dominus, abſolute ex hoc debet il-

li ho-

li homo vt ſeruus obtemperare, tametſi nulla fiat mentio, nulla ſit etiã ſpes præmij. Charitas eſt qua conuenit, & vitam ęternam nobis promittit. Conuentio fit de denario nihil minus Deus promittit, nihil minus quærit homo, quam vitam æternam. Cætera adijciuntur: hæc vna eſt merces. ideo dicit infra Tolle quod tuũ eſt, noſtra eſt, quia nobis promiſſa & debita ex promiſſo. Ita data lege dicit Moyſes. qui fecerit hæc viuet in eis. Atque ita erigit humanam ſpem, vt iucundius operetur. Ita de Moyſe Paulus. Aſpiciebat in remuneratorem. Ita de ſeipſo Dauid. Inclinaui cor meum ad fac. Iuſt. tuas: propter retributionem. Ex hac conuentione debetur nobis operantibus in vinea æterna vita, non ex commiſſo, inquit D. Bonauentura. ſed ex promiſſo. Ita Pſalm. Vt iuſtificeris in ſermo. tuis. Et Paulus ad Roma. Eſt Deus verax & homo mendax &c. Spes iſta erigit ſpiritum orationis noſtræ, vt petentes reſpiciamus non tantum in Dei potentiam, aut bonitatem abſolutam, quæ omnia poteſt, & vult conferre; ſed in Potentiam, & bonitatẽ nobis ſuamet conuentione debitricem: vt dicamus. In iuſtitia, & veritate tua libera me. Qua ſpe & magno animo operarij ſic erecti incitantur ad vineam.

Leui. 18. Heb. 11. Pſal. 118. Pſal. 50. Rom. 3. Pſal. 30.

Tertio. In vinea operantur. Ad hoc enim vocati ſunt; ad hoc Chriſtus mundauit ſibi populum in ſanguine ſuo, ſectatorem bonorum operum. Sit autem opus. Primò. Fidele, opus patriS. Me oportet operari opera patris. Secundò. Diligens, vt non minus pro Deo, quàm mundo & carne laboremus. Sic currite vt comprehẽdatis. Tertiò. Perſeuerans, alioqui non coronatur. Vox iſta operis, & operarij inuiſa eſt luteranis Germaniæ, ſacramentarijs Heluetiæ: Caluinianis Geneuæ: Hugonotis Franciæ, ferre eam non poſſunt, quaſi inimicã diuinæ gratiæ: Et tamen vox Chriſti eſt expreſſa in hac parabola Et apud Matthæum De operarijs, & operibus iudicat. Et Paulus. Gloria & pax omni operanti bonum Et D. Athanaſius in ſymbolo. Reddituri ſunt de proprijs factis rationẽ. Sed eheu, Hæretici vrgent gratiam, & ſemper ſunt ſine gratia. Nos catholici vrgemus opera, & ſemper ſumus ſine operibus. timeo ne idem iudicium ſubeamus.

Tit. 2. Ioan. 9. Matth. 10. Rom. 3.

Quartò. Completur enim dies, & ecce ſerum, quo iterum vocantur operarij à vinea, ad domini faciem. Si dies iterum vocantur operarij à vinea, ad domini faciem. Si dies iſta eſſet æterna, forte poſſent operarij opus differre: at cito ſol occidit: & ecce ſerum. quid tu habes de die tua? quid tu o leuiſsime colligis de opere tuo? A mane, ad veſperam, quo loco modo, ordine te exercuiſti? Certe æquum eſt hominem ſummo mane ſe ſe coram Domino ſtatuere, & rogare vt ſaltem hac die incipiat illi ſeruire, Summo veſpere iterum ad oculos Dei redire, & ibi diem totam excutere: alioqui præterit ſine fructu, vtinam non ſine damno. Sed & cito ſuperuenit vltimum ſerum mortis, quo ſol vitæ huius prorſus inclinat, & diem redigit ad iudicium, & oculos Domini. Hic vero quamprimum ſentit homo inſtare ſerum, oh ſi poſſet horam ſolis redimere; quot bona faceret. ſed vane torquetur, vt virgines illæ fatuæ fruſtra quærentes oleũ ad exornandum lampades ocioſa, & extinctas. Hic vero Pater dicit procuratori Chriſto, qui vere procurat illius

Matt. 15.

lius gloriam,& ſalutem noſtram; Ita oẽ iudiciũ dat filio, Voca operarios Fidelis eſt Deus inquit Apoſtolus, qui nõ obliuiſcit̃ operis nr̃i. Non eſt operarij nomen coram Chriſto ſic odioſum;quin amabile & meritoriũ Redde illis mercedem. Reſpicit in pactionem factam. ideo non dicit. Da, ſed redde quaſi debitam ex promiſſo.Et hęc illa eſt miſecordia Dei, quæ opus ſalutis noſtræ terminat, & complet. Gratia præueniens vocans à foro incipit. Gratia iuſtificans,quę forma eſt infuſa,cõficit: gr̃a cõcomitans augens gr̃am & merita,proficit: Gratia ſubſequens, & acceptãs opus ad mercedem promiſſam ideſt æternam vitam; perficit. Sine hac cætera parum iuuant, vtcunque ſint vtilia, & neceſſaria; Et in hac acceptione proprie conſiſtit virtus operis, vnde fit meritorium vitæ, quia acceptatur ad vitam, ex Dei miſericordia quæ coronat.quæ(ſcopus enim eſt totius Parabolæ) vt clarius illuſtretur iubet vt incipiat à nouiſsimis, qui vndecima hora vocati ſunt, & vna hora vix laborarunt: quod remunerat bona opera Deus,agit ex iuſtitia.quod vero ſemper ſupra condignum, agit ex miſericordia. quod denarium hic promiſſum dat,agit ex iuſtitia: quod vero incipit à nouiſsimis & pares facit ijs qui tota die laborarunt,agit ex miſericordia, quæ tamen non eſt ſine iuſtitia. In danda enim mercede reſpicit Deus opus noſtrum & iuſtitiam ſuam, ſecundum quam dat vnicuique denarium, mercedemq́; promiſſam, In graduanda autem mercede non tam reſpicit opus, aut eius ſubſtantiam, & quantitatem quam reſpicit qualitatem; vt non tanti æſtimet laborem, aut laboris diuturnitatem,quanti affectum,& charitatem: huic & enim reſpondet in cœlo gradus gloriæ.quamobrem fit,quod qui vna hora laborat,tantum recipit,quã tum ij qui tota die;Dei enim miſericordia compenſat ardorem & feruorem poſtremorum, cum opere priorum:quæ certe inſignis eſt miſericordia.latumq́ue campum facit ad pœnitentiam,quando vſque ad ſolis occaſum poteſt homo ad vineam,& obedientiam Dei ſe conferre, vitamq́ue æternam cum latrone paruo tempore & multo ſpiritu lucrari. In hoc ſtat pondus rei, vt ocioſi vocantis Dei gratiam præuenientem nõ ſperant;ſed eam ſequentes à foro ad vineam ſe conferant: quæcunque tandem hora ſit,etiam in ipſo ſolis occaſu.In vinea laborent,fideliter,diligenter & perſeueranter. Occidente ſole ad Domini faciem compareant: ſciantq́ue ſe recepturos promiſſam mercedem æternæ vitæ,per Dei gratiam & miſericordiam ſic operarios ſuos remunerantis per manum D.N.Ieſu Chriſti vt cum eo ſimus, regnemuſque per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Habita Venetijs apud Minores. 1568.

DOMINICA IN ſexageſima.

Semen eſt Verbum Dei. Luc. 8.

SEdet altiſsima Dei Maieſtas in ſemet ipſa,vna, identica,& ſimpliciſsima, ſicq́ue in ſeipſa viuit, quin vita ipſa fontalis, eſt,ſeipſa diues,beata, & fœliciſsima; atque in omnibus hiſce bonis æterna,neceſſaria,& immortalis.Sola clementia,& bonitate extra ſe fertur exit que

Ioan. 5. [margin, beside line 2 of left column]

quæ ad operandum circa creaturas;
& primo exitu dat eis eſſe & vitam,
vitam nobilem, authoris imaginem
referentem, quin & in authorem ip
ſum perfecto circulo, niſi turbetur,
regredientem. Secundo exitu dat ali-
menta vitæ, quibus in eſſe conſerua-
tur. Ita de manu eius ſic extra ſe bona
ſua ſeminantis, alunt corpus herbæ,
plantæ, animalia, cœlum, terra &c.
Alunt animum, quæ pars eſt vitæ po
tiſsima, gratię, virtutes, dona; ipſemet
Dei ſpiritus increatus creato ſe ſe in
ſinuans Non nutriunt autem hæc ali
menta, præſertim ſpiritus, niſi guſten
tur, non guſtantur niſi diſcernantur;
diſcerni non poſſunt niſi ab ipſomet
donante reuelentur. Quam obrem ſe
men, & initium bonorum eiuſmodi
eſt veritas ipſa reuelata, quam ad hoc
ę cœlis detulit Veritas increata, Ver
bum Dei prædicatum, & factis mira
bilibus, & ſanguine ipſo firmatum à
Dei verbo dicēte. Ad hoc veni vt te
ſtimonium perhibeam veritati. Meri
to igitur exclamat hodie parabolam
ſuam diſcutiens. Semen eſt verbum
Dei. Et vere ſemen eſt Dei verbum,
in quo calor ille inanimatus, diſpo
nens ad vitam, actuans, præparans ad
formam: de quo Dauid. ignitum elo
Pſal.118. quium tuum vehementer. De quo
Luc.24. duo illi iri emaus. Nonne cor noſtrū
erat ardens dum loqueretur nobiſcū
in via? In quo etiam eſt virtus illa gi
gnitiua, & propagatiua, qua Deus ſe
men Abrahæ idest fidelium ſemen
multiplicat, & regnum ſuum promo
uet, Prædicans præceptum. Diffuſa
eſt gratia in labijs &c. Paulus ad Cor.
Pſalm.2. Per euangelium ego vos genui. Vir
Pſal.44. tus eſt quoque nutritiua, Panis qui
1. cor.4. cor hominis confirmat: Non enim
Pſal.103. in ſolo pane viuit homo, ſed in omni
Deut.8. verbo &c. Quàm dulcia faucibus
Pſal.118. meis eloquia tua. Virtus quoque au
gmentatiua, quę eſt in ſalutem omni
credenti & operatur virtutes in no
bis. Ex auditu enim verbi innaſcitur
fides quæ eſt ſubſtantia, & quaſi ra
dix bonæ vitę, huic ſuccedit ſpes qua Rom.10.
ſi truncus corroborans ad ſalutem.
fructus addit Charitas. Maturat Pa
tientia; ligat perſeuerantia. Magna
itaque ratione exclamat hodie Chri
ſtus. Semen eſt verbum Dei. primo;
Semen ſua naturali origine nobile,
quia Dei eſt à Deo reuelatum è Dei
ſinu deſcendens; Dei miſteria tra
ctans; in Deum reducens. quid inti-
mius Deo, quam Dei verbum? Ideo
vocat Semen ſuum d. exijt ſeminare
ſemen ſuum. ſecundo, Semen amplū,
ſua facilitate omnibus expoſitum,
Generale, ad omnes pertinens. Pau-
lus. Nunquid non audierunt? in om
nem terram exiuit &c. De quo ſemi Rom.10.
nator iuſsit. Docete omnes gentes.
Prædicate omni creaturæ. Nulla ter
ra eſt tam publica, tam ſaxoſa, tam
ſpinoſa cui ſemen veritatis, vel effica Marc.L4.
cis, vel ſaltem ſufficientis non comi
tatur. tertio, Semen amabile, verbum
vitæ, corda penetrans & demulcēs,
quin commouens, & rapiens, tantū
vt audiatur, admittatur. Nulla mens
vnquam fuit, quæ, niſi plane ſtulta,
ſubuerſa fuerit, alio verbo potuerit Luc.8.
paſci, aut recreati, vel veritatis & re-
ligionis verbo, vtcunque exigua &
implicita fuerit veritatis apprehen-
ſio ſolo etiam lumine naturali in-
dita, quæ Deum eſſe, vnum, ſapientē,
potentem, neceſſarium, prouiden-
tem &c. ex primis illis ſeminibus in
tellexit. Illa vna potuit hominum me
tes ſtabilire, & ad bonum inducere,
viàmque ſalutis, ſi non complere, ſal
tem incipere. Hinc factum eſt quòd
Natura ipſa ad veritatis cognitionē,
tan-

tanquam ad ianuam fœlicitatis inci tauit. Creſcentibus quoque luminibus veritatis, dum clementiſsimus ille ſemina lucis induxit, creuit quoque in hominibus feruor, & deſiderium audiendi, quod quidem irrefragabile eſt argumentum, quo multorum impietas, & ineruditio damnari poteſt. Ita teſtatur Lucas euangeliſta de verbo Chriſti à turbis & populis auide excepto.d. Cum turba plurima côueniret & de ci. proper. ad Ieſum. Et nos quoque per dei gratiam hoc loco teſtari poſsumus quanto cum ſtudio & fauore verbum Chriſti à populis vndique concurrentibus excipiatur.

Sed tamē fauor hic ſuas habet quęrelas, & anguſtias. Olim propheta. Dñe quis credidit auditui noſtro? repetit Paulus ad Roma. ſua quoq; tēpora deflēs. Et ipſum Dei verbum Ieſus Chriſtus, verbi ſui infortunia mēte illa infallibili præuidens, huc dirigit hodie parabolam ſeminis. Primo vt ſuam declaret charitatem in ſeminando. Secūdo, vt ſeminis ſui bonitatem, & amabilitatem aperiat. Tertiò, vt fauorem terræ ſuſcipientis, & turbæ congregatæ ſubijciat. Quarto vt fortunam ſeminis, vna tantum ex quatuor parte fructum afferentis declaret. Quinto vt culpam infortunij in eam reijciat partem, cui merito eſt imputanda. Narrat ergo parabolam ſeminis totā, & hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Indicans ſub communi parabola latere miſteria, ad auditores pertinentia. Turbæ tamen nil vltra curant, tantū communibus illis exemplis paſcunt: At non ſic Apoſtoli. Quia poſtea. Cum eſſet ſingularis, inquit Marcus, doceri volunt. Nihil autem libentius agit Chriſtus quā docere; ſcit enim valde perniciolam regno Dei eſſe ignorātiam; hæc mūdum implet tenebris, quæ vbi ſunt longo habitu confirmatæ, non modo excludunt, ſed obruūt, & expugnant lucem veritatis Nil magis ſeruit Hæreſiarchis quàm ignorantia regni Dei: ſic enim ſtatim incautos opprimunt, aperiunt ipſi ſcholas, formant catechiſmos, impia dogmata pro ſanis obtrudunt; Mūdus ignorans omnia recipit. quare nihil magis pertinet ad paſtorem quam docere. Docturus autem Chriſtus & parabolam ſuam explicaturus, in primis diuidit theatrum ſuum & magnā illam cōcionē in partes duas quarum altera aures audiendi habet & percipit altera vero ſine auribus eſt. De prima dicit. Vobis. veſtri beati ſunt oculi quia vidēt, & aures quia audiunt. Fœlix eſt, cui ſic ſe inſinuat, & ad quem ſe vertit Chriſtus. Datum eſt, Non ſine dono eſt, non enim natura capax eſt: iō clamat Dauid, Illumina oculos. vias tuas demōſtra &c. Noſſe. Parum eſt audiſſe, commune eſt. id ſummum eſt, penetrare; & poſſidere; ingredi ſanctuarium, & faciem Moyſis reuelatam intueri, Miſteria Latēt ſacramēta. Turbæ obſeruant verba, numeros, artificia: Apoſtoli autem miſteria, venam vitę & ſpiritum loquētem. Regni Dei. Huc verbum reſpicit, huius eſt ſemen regni, cœleſtis & diuini, cuius terminus eſt ipſa æterna vita. vere beatæ ſunt aures, & oculi, qui hæc percipiunt cum Apoſtolis. De ſecūda dicit. Cęteris aūt in parabolis. qui ſunt hi cęteri, quos cōmuni hac voce per cōtemptū numerat? Dicit Marcus ij ſunt, qui foris ſunt, Et qui tandem ſunt foris? Addit Apo. foris canes & venefici. Gens canina venefica, malefica, quā Satanas magijs, ſuis, carne, & ſanguine demen- Marc. 4. Apo. 22.

dementat,& ſubuertit,indocilemque
reddit.quid vero ad nos de his qui fo
ris ſic ſunt? Nihil, inquit Paulus. Ad
hos loquitur, & ſemen ſuum obijcit
Chriſtus In parabolis. vt nihil vltra
percipant, ſintque illis omnia velut
verba libri ſignati, & cõmunibus his
glandibus velut porci nutriantur.In-
terim parabolis eiſdem, velut ſigillis
imprimens miſteria ſua in cordibus
fidelium,eoſque per hanc ſenſibilem
philoſophiá ad inſenſibilẽ ſubleuãs.
Beati iterum oculi qui ſic vident, &
aures quæ ſic audiunt.Sed cũ ita va-
ria, & multiplex ſit auditorũ cõditio
vtra maior eſt. Applauſus, fauorque
facierum multus, & tamen ſcimus
corda inæqualia. quid tandem ſore
putamus? Hoc potiſsimum reſpicit
parabola, variam ſeminis ſortunam
obijciens, cauſam quoque varietatis
ſubijciens:vt ex his facile quiſque no
ſtrum de ſe poſsit iudicium proferre.
Audiamus. Summa eſt,quòd ex qua
tuor ſeminis partibus, tres pereunt,
quarta ſola fructificat, vt vere hic
Matt.22. quoq; adijci illud poſsit. Multi voca-
ti pauci electi.Tãto magis beati ſunt
oculi, beatæ aures &c. vt vero hãc rẽ
diſtinctius explicemus, pono tres cõ
cluſiones.Prima. Non eſt nouum,
Deum regnare in paucis Ita à mun
do originali.In domo Adę regnat in
Abel,in Seth, in Enos, & Enoch.In-
finiti ſunt qui pereunt. Temporibus
Noæ octo animæ ex toto mundo
ſeruanſ.In domo Abrahæ vnus Iſaac;
In domo Iſaac vnus Iacob,ita quòd
ex tota proſapia Eſau ſolus Iob le-
gitur ſaluus. è tanta domo Iacob, v-
nus Ioſeph,è toto populo Iſrael duo
vix admittuntur ad terram ſanctam.
Et tãdẽ è tota domo Iacob, & Iuda
ſolæ reliquiæ cõuertuntur. Secunda.
Non eſt huius paucitatis Deus in cã

non vlla eius neceſſaria diſpoſitio, ꝑ-
deſtinatio,vel reprobatio. Nil durius
dici poteſt, vel magis alienum à pater
na charitate ſeminantis; qui in om-
nem terram ſpargit bonum ſemẽ:nec
ſimulat, ſed vere ſeminat. Nõ poſuit 1. Theſſ.5.
nos in iram, dicit Paulus,ſed in ac-
quiſitionem ſalutis,Quòd ſi quem de
ſerit,indurat,reijcit non niſi deſertus
ita quòd induratio & reprobatio sẽ-
per ſequitur priorem culpam & per- 2. Theſſ.2.
fidiam.Ita Paulus.Immiſit Deus ſpi
ritum erroris,vt credãt mendacio:&
iudicentur (obſerua verbum) ij, qui
non crediderunt veritati ſed cõſenſe
rũt iniquitati.Ita in epi.ad Roma.de Rom.11.
ſinagoga.Propter incredulitatem ex
ciſi ſunt.&c.Ad hoc propoſitum ci-
tat hodie Chriſtus verba Eſaiæ. Ex-
cœca cor populi huius &c. Adde ex Eſa. 6.
Chryſoſt. quòd ſic coniuncta perpe
tuo iuſtitiæ Diuinæ eſt miſericordia
quòd nunquam ſic reijcit,quin durã
te hac vita,poſsit reprobus ad cor-
redire,& iterum recipi.Ita de vaſis cõ 2.Tim.2.
tumeliæ Paulus.Si quis ſe emundaue Rom.11.
rit ab his, erit vas in honorem. Et in
epi.ad Ro.de exciſis,Sed & illi ſi non Eſa. 6.
manſerint in incredulitate iterũ inſe
rentur. Et in ipſo feruore iræ, dum Oſeæ. 13.
apud Eſaiã iubet excęcari, meminit
miſericordiæ & modũ indicat ſalutis
d.Ne conuertantur & ſanem eos. Ita
concludit apud prophetam. perditio
tua ex te. Et data lege, quæ via vitæ Leuit.18.
eſt. qui fecerit hæc viuet in eis. Et Luc.10.
Chriſtus.Hoc fac & viues:quòd ſi pa
uci ſeruantur,non eſt Deo imputan
dum, qui vult omnes ſaluos fieri; &
in omnes terræ partes immittit ſemi
na.Tertià.Culpa omnis in terram re
ijcitur,cuius varia & multiplex con
ditio,ſuſceptũ ſemen trahit ad varias
fortunas. Huc reſpicit tota parabo-
læ declaratio diſtinguẽs terrã in par-

tu's quatuor, ex quibus euẽtus quatuor ſemini relinquũtur. Prima itaq; ſeminis pars cadit in terrã communem, & viã publicam, in qua duo potiſsimum patitur damna. Primum q͂ conculcat. Secundum, quòd ab auibus cœli rapitur. Ita facile corda irreſignata, nullis terminis legum, vel rationis, vel obedientiæ clauſa, verbum Dei vanè recipiunt, & receptum duplici ſcandalo ſubijciunt, tum quò ad mores: tum quò ad fidem. Quò ad mores, Primũ cõculcant, ſi quę bona ſunt à natura, vel ab educatione indita quòd à mundi moribus, conſilijs, exemplis opprimuntur. tandem prorſus à ſatana, & angelis eius, auibus rapaciſsimis, omni priuantur temperantia, vrbanitate nobilitatis ſpecie, & fiunt ſicut equus & mulus in quibus nõ eſt intellectus &c. fatui, phrenetici, furioſi. quo vero
Pſalm. 31. ad fidem. Primum vbi nulla eſt cordis cuſtodia, nulla dei & eccleſiæ obedientia, facile ſubeunt curioſitas, ſuperſtitiones opinionum, quę verbum Dei, & eccleſiaſticam diſciplinam cõtaminant. Vbi vero incipit dubitari, & trahi in oppoſitum veritatis, ſtatim tota amittitur fides infuſa: Et ita Satanæ Angeli paucis diebus expoliant & diripiunt quicquid in nobis eſt pietatis, tandemque ex luteranis, ſacramentarij, caluiniani, Hugonoti, Anabaptiſtæ & philoſophi ſine Deo prorſus efficimur. Tanti refert irreſignatio cordis i auditoribus verbi Dei. Secunda cadit in terra petroſa. & natũ ſemen ad ortum ſolis exſiccatur. hi temporales ſunt, ad tempus credunt ſaxa habent in pectore, malos habitus mala conſilia; qua re verbum vix natũ extinguitur. Tertia cadit in terra ſpinoſa, quæ ſemẽ recipit, & retinet. ſed ſimul exortæ ſpinæ tandem ſuffocãt. Spinæ mundo dulciſsimæ, exponente Chriſto ſunt. Solicitudo ſeculi, fallacia diuitiarum, voluptas vitæ, quis vnquã putaſſet has eſſe ſpinas, quę à mũdo tàm vnice diliguntur? quę conuentio ſpinarum ad ſemina? lucis ad tenebras? carnis ad ſpiritũ? vanitatis ad miſſam? fori ad eccleſiam? Et tamen nos imprudentes, hęc omnia ſimul miſcemus; & dotemus ſi ſpię ſuffocant ſemen? Quarta tãdẽ pars cadit in terrã bonam, quę ſuſcipit, retinet & maturat ſemen. Non repulit Deus plebem ſuã. Hi ſunt qui corde bono ideſt ſimplici & paruulo. Et optimo. i. humili & ad obediẽtiã parato, ſuſcipiunt cum gaudio, & retinent quaſi theſaurum cuſtoditum Dei verbum
Et fructum ferunt: hoc enim tandem Eſa. 5.
quęrit Deus ex ſemine. Expectaui vt faceret vuas &c. ferũt autem in patiẽtia, cum ſemper obſiſtat & contra nitatur ſatan & caro: In patientia veſt. Luc. 21.
poſsid. ani. veſtra. Et fructũ vberẽ, trigeſimum quinquageſimũ, & centeſimum, promouendo incipientes, proficiẽte & perfectos: mouendo corda ora, opera. Et per hos fructus ſemẽ perficitur. Ita quòd in his Deus ſeminator glorificatur. Eccleſia & credentes ædificantur. fructuum authores per hęc virtutis exercitia in ſuum principium reuocantur. & digna laborum pręmia recipientes fœlicitantur per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

DO-

DOMINICA In Quinquageſima.

Reſpice, fides tua te ſaluum fecit.

STat mundus hic infœlix,&inſenſatus in ſuis tenebris,quæ tot,tales ac tantæ ſunt quòd miſeram hanc vitam vndique eclypſant, & obſcurant intus,& extra,corpus,& animam turbāt tene-
Matt.25. bræ interiores, ignorantia,dubietas diffidentia,pertinacia.corpus obſcurant gula, ſomnus,ociū immūdities, vanitas, fatua iſta & inſana prorſus viuendi ratio plena ſcandalis.In his tenebris ſedet.quaſi contentus fruitur, &in his radicatur, vſque ad ſenium, hic lætitias,hic dies, noctesq́ue carniſpriuia celebrat,tanto beatior,quāto denſioribus inuoluitur tenebris. In toto Anno, iucundius nunquam viuit,quàm his tenebrarum diebus, quibus, fatua quadā mūdi cōſuetudine qđ lubet licet.Et tamen,ſi recte iudicandum eſt, iuxta commune omnium experimētū, tenebræ hæ nō paſcunt,nec paſcere poſſunt cor humanum:quin omnia hæc ſimul collecta nō ſufficient ad leniendum vel minimum dolorem; tanto minus ad recreandum,vel ſuſtinendum animum in graui preſſura, in ipſa mortis formidine.quamobrem cogitur cœcus hic demens in ſuis tenebris mēdicare quaſi d. Date nobis de oleo veſtro, quia lampades hæ, quas mūdus colit extinctæ ſunt & nullum habēt honoris,aut virtutis lumen, ita quottidie mundus nouas quærit, & inuenit fatuitates & vanitates quibus paſcatur. Sed nihil obtinet, ſemper mendicus eſt.Mendicitas autem hæc duo potiſſimum indicat, primum quòd cor humanum amplius eſt, q̃ fabulis his impleri poſſit,quin tā altum eſt &procerum quòd ab his depreſſiſſimis, tenebris tangi non poteſt. ſecundum, quòd tenebræ mundi huius,qualeſcūque tandem fatuis videantur, vbi veræ æſtimantur,impuriſsimæ,& imper Pſalm.37.
fectiſsimæ ſunt: quare cogitur tandē mūdus eas agnoſcere, & damnare d. lumbi mei pleni ſunt illuſionibus. Neceſſe eſt autem mendicitatem hāc fore perpetuam, quouſque tenebris his occurrat vera lux, quæ eas tollat, & diſijciat.lux mūdi non poteſt quia falſa eſt; lux naturæ non poteſt,quia debilis eſt. Sola lux Chriſti,ſola veritas,ſola religio poteſt cor tāgere, implere, pacare & beare.Minima huius flāmula, vel ſcintilla, plus luminis,& candoris impertit, atque in omnibus difficultatibus, in morte ipſa ſuſtinet quàm vniuerſum tenebrarum pondus inutile. Docet hiſtoria Euangelica, quæ cœcum ſedentem, & vane mendicantem apud damnatam Hyerico,ſolo Chriſti occurſu,confeſtim illuminatum, & conſolatum ponit ob oculos. Materiam vere diebus competentem, ac magno iudicio à Sācta matre eccleſia tractatam.q. d.vide te ô fatui quales ſitis; qualeſque fieri facile Chriſto vobis appropinquante poſsitis,modo velitis. Meminit etiam de domini paſsione,quod tradetur gētibus ad illudendum &c. quod reuera male conſonat tempori, quid enim cōmune habet Chriſti paſsio cū Carnis priuio? Sed ſcit Mater quid velit q.d.Pro his fatuis,cœcis,morionibus, ſcurris mortuus eſt Dei filius? ſanguis ille hos mores exigit? Inde adhibet hiſtoriam cœci illuminati,quam expedit Lucas quatuor articulis iuxta quatuor

cęci ſtatus, quos memorat. In Primo,
Ioann.15. dum ſtat, ſedetque in tenebris ante
Ioann.7. lucis aduentum. In Secundo, dum luci aduentanti ſe ſe accommodat, & appropinquat. In Tertiò, dum inter manus lucis proficit, & lucē obtinet. In Quartò, dum ſuſceptam lucem fruitur, & exercet.

De Primo, Cęcus eſt, & in tenebris ſuis ſecus viā maledictæ Ierico ſedēs, firmus, & inſiſtens, multos iam annos in cœcitate ſuſtinens. Et tamen in eiuſmodi ſeſsione ſua; in qua multum ſibi complacet, cogitur mēdicare, ita ſemper inquieta, & quaſi mare feruens, æſtuat impietas. Mundus autem miſeratus eleemoſinas quaſdam ſuas dat cœcis his fameſcentibus, quibus vanitatem detinet. Si enim quærunt ſolatia corporis, dat crapulas, ebrietates, ſomnos, libidinum infinita maria, ſi quærunt diuitias dat mille acquirendi modos, artes, fallacias, tempora, cābia viridia, ſicca; cum cartulis, ſine cartulis &c. ſi quærunt honores, dat infinitas ad aſcendendum ſcalas, ambitus, adulationes, mendacia, ſimulationes &c. Iſtis eleemoſynis Chain, & Iudæ replet infœlices mendicantes. Sed nihil iuuat; tanto magis vexantur & æſtuant. Vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

De Secundò. Appropinquat lux cęco, & ad damnatam Iericho ſe ſe confert clementiſsimus ſuffragator Ieſus, ſic præuenit ille in benedictionibus. ſic non videntes videt; & ad non quærentem ſe ſe accommodat. Venit autē cum ſtrepitu magno, & ecce ad excitandum fatuos iam iam offert & adhibet tempora pœnitentiæ, vt omnes iſ obſtrepant & intelligant inſtare ſanctam quadrageſimam. Tempus acceptabile ad curandum mala noſtra, ſtrepunt omnes, ſentiunt omnes, ſed vario guſtu. Sunt turbæ præcedentes, quę rationis vſum anticipant, & dorſa vertūt Chriſto, carnales, mundicolæ. Hi magna voce clamant. En quādrageſima, en tempora ieiunij. Quid ergo? edamus, bibamus, inebriemur, voremus omnia, nam diu abſtinendum erit. Et ita dies & noctes manducando, & bibendo terunt, conantur abligurire omnia, quaſi timeāt in quadrageſima fame perire. Ita die & nocte tota ludēdo, ſaltando, deſipiendo impendunt, ac ſi futura virtutis tempora redimant. Et iſto corpore obeſo, pingui, ſaturo, cruditatibus pleno paras te ò infœlix ad ieiunia? Et iſta anima impura, ſomno vinoque ſepulta diſponis te ad quadrageſimā? At peius eſt, quòd & iſti tam ſeduli obſeruatores crapularum, vltimi omnium erunt ad ſuſcipienda ieiunia. Dolēt ſcriptores Germaniæ catholici, ꝙ apud eos hæretici epicurei, quadrageſimam nolūt recipere vllo mō ab eccleſia, à cōcilijs à patribus ſine Dei verbo expreſſo, Carnis priuium vero ſine vllo verbo Dei vel eccleſię à ſola mūdi conſuetudine libētiſsime recipiunt. Quare malo animo Turbę hæ præeuntes obſtrepunt circa Chriſtū. Sunt vero & alię turbę ſequentes, quę bono animo, ſummaque hilaritate Chriſtum adeſſe teſtātur, quot quot oderunt mundi ſcandala, & animarum laqueos: quot ſcenas has ſatanæ deteſtantur. hi toto corde cupiunt, vt ceſſent iam tenebræ, denique locum luci aduentanti: prætereat ſtultum hoc & ſatanicum peccādi ſtudium, ſuccedat pœnitentiæ tempus, quare & ſuas habet turbas Chriſtus, & ſunt Dei gratia in hac turba capita primaria nobilia; illuſtriſsima, eccellentiſsima, Sereniſsima, Reuerendiſsima, &

bea-

beatiſsima. Ad ſtrepitum hunc excitatur cæcus, & quærit quid ſit. Sola hæc inquiſitio poteſt ad gratiam præparare, vt inter pauculas virtutis reliquias ſenſum habeat, homo ad audiendum, & quærendum quid ſibi velit immutatio iſta temporum, cinis inſuſus capiti, altaria nigra, frequentia verbi, mutatio ciborum &c. quorſum hæc? Et ecce audit. quòd Ieſus Nazarenus eſt, nomen, & patriam. Tantundem luminis habuerunt milites Pilati, qui in orto- Ioann. 18. ſciſcitanti Domino, quem quæritis Reſpondent. Ieſum Nazarenum. quid enim niſi communiſsima de Chriſto ſciunt cœci & ſatui mundi huius. Et tamen ad verbum hoc ſe ſe mouet cœcus noſter, & fidem ſuam acquiſitam ex auditu Maieſtatis & bonitatis Ieſu, qui tot alios ſanauit; ſtatim ſe ſe diſponit ad eius lumen & gratiam. Ita virtutes acquiſitæ præparant ad infuſas. Ex ea fide clamat. Ieſu filij Dauid. Hoc vero aliud eſt dicere, quam Nazarenum. quàm longius ſublimius videt cœcus hic, quàm turbæ illæ præcedentes, Dicere enim Ieſum filium Dauid, eſt agnoſcere eum Meſsiam, mundo promiſſum & datum è ſemine Abrahæ, & domo Dauid ad ſanandum &c. Eſt etiam agnoſcere eum carnem ſuam, ſibi datum. Plura his de Chriſto non viderunt illuminatiſsimi prophetæ. Miſerere mei. non ſic colimus, aut inuocamus Dei ſeruos, ſed Deum Dominum omnipotentem. Sanctis dicimus. ora pro me. Marc. 10. Vni Deo dicimus Miſerere mei. Et qui præibant increpabant, quin vt addit Marcus, comminabantur ei, vt taceret. Non poſſunt carnales ferre Chriſt gloriam in vijs Ierico. ſcandalum reputant, ſi his diebus prædicatur Dei verbum; de virtute fit ſermo; ſi quis mentionem faciat hoc tempore de confeſsione, & communione, Vah quam intempeſtiua eſt commemoratio: quare iubent ſileri; ſua habet tempora confeſsio &c. Ita ne ò fatui, omnia tempora habet mors, & omnia non poteſt habere vita & virtus? vobis licet omnia diſsipare in luxum. Chriſti ſeruis non licet eleemoſinas dare? vobis licet viſitare quaſcunque impuras fœminas; Chriſti ſeruis non licet inuiſere templa, xenodochia, virgines orphanas &c? vobis licet omnia impendere, corpus, animam, ſubſtantiam & honorem in obſequium ſatanæ; ſeruis Chriſti non licet peccata ſua deflere, confiteri, communicare in honorem Domini ſui? Cœcus igitur iam Chriſti præco, & ſupplex factus ſupra omnem turbæ, & mundi, & carnis rationem, tanto magis clamabat. Fili Dauid miſerere mei. ſic feruet & Chriſti ſpiritus in hominibus ſuis; ſic animoſa, & importuna eſt fides, ſic ſpernit conſilia carnis, & mundi. Non poſſumus quæ vidimus, & audimus non loqui. venter meus inquit Iob, Iob. 32. ſicut muſtum quod lagunculas nouas diſrumpit.

Stans Ieſus. Tranſitiuus ille Ieſus, qui per aurem vnam ingreditur, per aliam egreditur. Fugitiuus ille Ieſus, qui vix receptus in ſacramento ſtatim recedit ab indeuotis, parum aut nihil prodeſſe ſolet; Stat igitur vt ſuccurrat, ſtat paratus ad conſolandum. Et iuſsit illum adduci ad ſe. Ita Petrus, iube me venire ad te. Matt. 14. Ita in parabola nuptiarum. compelle intrare. Act. 14. orat eccleſia. Ad te rebelles compelle voluntates. quis obſiſtat iubente Chriſto? quin turbæ ſequentes

multa

multa charitate extimulant.d. Animę quior eſto. Surge, vocat te, officium fraternæ charitatis, qua mutuo ſic iuuamur, & ad Chriſtum verbo & exemplo vocamur. His ita excitatus cœcus, relicto pallio, exiliens venit ad Ieſum. obſerua quàm expedite, quam iucunde ſe ad Chriſtum recipit. Relinquit, abijcit pallium, quo impeditur & oneratur, vt cõuolet, ad ſe vocantes. Nos inepti neſcimus ſine tota ſupellectile commodorum, delitiarum, honorum, ad Chriſtum accedere: ne pilum quidem relinquimus, omnia nobiſcum ferimus; & ita corpore pingui, in omnibus conſolati cœlum aſcendere volumus: Magnus hic ſtatim abijcit pallium. Guſtato ſpiritu deſipit caro. Exilit ſaltat, præ lætitia intra ſe non capit quale eſt hoc carnis priuium, vana omnia mundi ſuperans.

De tertio. Cũ appropinquaſſet. Ita propheta. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Ita Pſal. ecce ad te venio. ita iam æger eſt in manu medici, & cœcus in manu lucis. Videndum hic eſt quantum proficiat.

Pſalm. 39. Quid tibi vis faciam? Seruit interrogatio; Primo ad illuſtrãdum Chriſti charitatem, tam amabiliter pauperculum hunc ad ſe trahentem. q. d. Tuus ego ſum, mea omnia tua ſunt: dic tandem, quid vis? quæ eſt iſt hęc tua importunitas? tuum eſt iubere. Deinde ad explicandam cœci huius opinionem & fidem quam de Chriſto concepit. Tertio ad ædificandum plebem, vt intelligant omnes quid iſte velit, & diſcant huius exemplo, quid à Chriſto petendum ſit. Domine vt videam. Ab hominibus humana petit, panem, obolum &c. A Chriſto lucem tanquam à fonte luminum. Quid vero & nos hoc tempore rationabilius petamus, quàm ſi quiſque noſtrum petat. Domine vt videam? Inter tot mundi tenebras, vanites, fatuitates, Domine vt videam. Da vt diſcernam bonum à malo; honeſtum ab inuenuſto, nobilitatem à vanitate; debitum ab vſu &c. Ecce quot cœci. Inter tot fidei & religionis ſcandala, dum quiſque pro capite format ſibi euangelium; vt iam ſi iudæus vel turca velit Chriſtianus fieri, vix ſciat à qua eccleſia baptiſmum petat, Da vt videam &c. Reſpice. Verbum plenum vi & ſpiritu, nõ tantum iubens, quantum cõferens viſionem. Fides tua te ſaluum fecit. Hæc ſtrepitum ſenſit, hæc clamauit, hæc turbarum minas cõtempſit: hæc ad Chriſtũ vocantẽ adduxit: hæc ſupremum lucis beneficium poſtulauit; hæc & cor Chriſti inflexit, hæc manus aperuit: hæc hæres & domina facta eſt gratiarum Chriſti; quare & radix, atque origo eſt bonorum omnium, Si credis poſſum: Et confeſtim vidit. Hoc inſtans eſt ſalutis, quo Chriſtus lumen immittit & tenebras à cœco pellit; cœcus tenebras deperdit & lumen recipit quo formaliter habituatur, & ſanatur in corpore, ſimul & anima, cuius rei argumentum euidens ſequitur. Matt. 9.

De Quarto, igitur dicit. Et ſequebatur eum. Hic iam fruitur, & exercet ſuſceptam lucem, quare & lucis fontem ſequitur, tum vt illi gratias agat de beneficio ſuſcepto; tum vt fonti coniunctus lucem in ſe conſeruet, & exercẽdo augeat. Felix qui ſic à Chriſto inſtructus ſequitur cũ pedibus obedientiæ, & imitationis; diemque totam in Chriſti domini Eſa. 5
ſui ſeruitium diſtribuit. Vt filij lucis ambulate. Vt vero intelligas clarius,

quale quotuplexque lucis genus à
Chriſto recepit, addit Euangeliſta
quaſi exercitium ſpecificans lucem.
Sequebatur magnificans Deum. Ita
plane patet non tantum oculos cor-
poris, ſed & animi ſanatos eſſe, qua-
re & in Dei gloriã retorquetur opus
Et diffunditur in omnes circunſtan
tes. Ita quod, Omnis plebs vt vidit,
dedit laudem Deo. Tale eſt virtutis
robur, quòd tandem in omnium
ore verſatur. Ita concludit hiſtoria
fructum triplicem ex iſta tota actio-
ne. primo, quod cęcus corpore, &
animo illuminatur. ſecundo, Quòd
plebs ex opere lętificatur & ędifica-
tur. Tertio, Quòd Dei virtus, &
Chriſti Charitas in omnibus glorifi-
catur. Vtinam ſic & in tenebris
noſtris contingat ad ſalutem no-
ſtram, mundi doctrinam, & Dei
gloriam. Amen.

FERIA QVARTA Cinerum.

De conuerſione peccatoris in Deum.

NON habet Homo no
biliorem, aut fœlicio
rem ſitum; quã ſi ſit
in conſpectu Domi-
ni Dei ſui: vbi & à do
mino creatore ſuo
bene videatur, & Deum ſuum videat
vel ſaltem quo clarius in hac vita po
teſt, cognoſcat, guſtet, & præſentem
ſentiat. In hoc mutuo cõſpectu crea
tus eſt ſecundum corpus, ore ſcilicet
ſublimi, quare Moyſ. dicit. Inſpirauit
in faciem eius ſpiraculũ vitæ. In hoc
etiam ſecundum ſpiritum. De quo
Gen.2. Auguſtinus. creaſti Domine cor no
ſtrum ad te, de vtroque Dauid. Cor
meum & caro mea exultetur in D. vi
uum. In hoc etiam poſitus eſt in to-
to curſu vitæ eius, vt coram Deo ſe Pſal.83.
ſe exerceat. Ita Dauid. oẽs viæ meę in
conſpectu tuo. Chriſtus. Ego cogno
ſco oues meas, & cognoſcũt me meę
D. Paulus. de ſeruo Dei. Domino Pſalm.118.
ſuo ſtat. Domino ſuo cadit. In hunc Ioan.10.
etiam, tanquam in metam curſus & Rom.14.
finem meriti directus eſt, vt Deum vi
deat, & fruatur. Dauid. quando veniã
& apparebo ante faciem Dei. Paulus.
Tunc cognoſcã ſicut cognitus ſum.
Sic tutus diues, bona dat, bona reci- Pſalm.41.
pit homo, dum in conſpectu Dei ſui 2.Cor.13.
ſe continet. firmabo ſuper te oculos
meos. At quam primum, ſe auertit à
Deo; hoc initium eſt ruinæ, pſal. qui
elongant ſe à te peribũt. Iterum. Ma Pſalm.31.
ledicti qui declinant à mandatis tuis. Pſalm.72.
Superbia remouet hominem ex ocu Pſalm.118.
lis, & obedientia Dei. Remotum pri-
uat Dei gratia, & implet culpa. Culpa
vrget ad fugã, quod tolerare nequit
oculos iudicis. Ita Adam. Timui, eo
quòd nudus eſſem. Ita Chaim. à facie Gen.3.
tua abſcondar. quid inde? Ero vagus, Gen.4.
& profugus in terra. ecce longaui fu- Pſalm.54.
giens. Sic infœliciter vagatur homo
peccator, auerſus à Deo, conuerſus
ad creaturas, ſic aberrato ſcopo, huc
illuc præcipitatur, vt filius ille prodi-
gus à Domo patris, peregre in terrã
longinquam, ſic lupus rapit, & diſper
git oues. Vſq; ad publicas fatuitates
&c. Homo cum in honore eſſet, non
intell. Compara. eſt Iumentis inſipiẽ- Ioan.10.
tibus, & ſimilis factus eſt illis. in hac
auerſione, & diſperſione iuenit crea-
turam ſuam Diuina clementia, à ſe fu
gientem, nec deſerit, nec auertit ipſa
oculos, ſed fugientem ſequitur reuo
cans ad ſe. Ita Adæ Vbi es? ita Chaim
Vbi eſt Abel, quid feciſti? Eſaię. Re-
uertere

uertere ad me, quoniam redemi te. Et nos quoque ô chariſſimi tam turpiter dilapſos, videte & audite quam clementer ad ſe reuocat per Iolem ad oculos ſuos d. conuertimini ad me &c. Et Dominus in Euangelio. Tu cũ ieiunas, vnge caput. & fa. laua: ne videaris. hom. ieiu. ſed patri tuo. Hoc tãdem initium eſt ſanctæ huius quadrageſimæ quo ad faciem Domini reuocamur, Tanquam ad ſtatum ſeruitutis noſtræ conuenientem &cæt.

Conuertimini ad me in to. cor. veſtro. &c. Reſpicit è cœlo Dominus noſter, in altis habitans, & humilia reſpicit. videt nos aberraſſe. dolet per Ierem. Dereliquerunt me fontẽ aquę viuæ &c. Primo. Reuocat ergo. d. cõuertimini ad me &c. Sed conuerſio difficilis eſt. quia pſal. Adhæſit pauimẽto anima mea. Et pſalm. laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruarunt animam meam. infixus ſum in limbo profundi, & non eſt ſubſtãtia. Laqueus vero capiens, & detinẽs triplex eſt apud Io. Concupiſcentia carnis concupiſcentia oculorum. & ſuperbia vitæ Eſt concupiſcentia carnis duo mala faciens. Primo impellit ad mala multa: Tanquam mulier de qua Adam. Mulier quam dediſti mihi ſociam: dedit mihi, & comedi. ſecundo impedit à bono ſeminans difficultates, ne ieiunemus, ſtomaci debilitates, capitis vertigines. vt in parabola nuptiarum. vxorem duxi, non poſſum venire. Iſtę ſunt ollę ægyptiorum &c. Eſt cõcupiſcentia oculorũ cupiditas, radix malorum omnium, idolorum ſeruitus. vſque quo graui corde. &c. Iuga boum emi, vado probare illa, rogo habe me excuſatũ. Eſt ſuperbia vitæ huius & vanitas, quæ mores mundi ad nutum & ſenſum oculorum carnis componit. villam emi, eo videre illam. Mores autem vitæ huius tales ſunt, quod dedecus eſt remittere iniurias; reformare mẽſas, veſtitus &c. His laqueis retinemur &c. Et tamen intonat vox domini. d. Conuertimini ad me &c. Contra concupiſcentiam carnis addit Ioel. In ieiunio fle. & pl. quibus verbis intellige vniuerſam carnis mortificationem, quæ incipit à ieiunio. Ita & dominus in Euangelio. Cum ieiunitatis. &c. Sic ieiuniũ præcipit Propheta: ieiunium probat dominus pro phetarum & quaſi hæreditatem relinquit ſuis. d. Cum abierit ſponſus, filij ſponſi ieiunabunt. Primum etiam & continuum exercitium ſanctæ huius quadrageſimæ, quæ negocium conuerſionis noſtræ continet, eſt vt ieiunemus: ita vt in hoc ieiunio duo potiſſima obſeruemus. Primum eſt vt à carnibus abſtineamus. Ita præcipit Teleſphorus ſeptimus à Chriſto pontifex. Probat, & rationem dat concilium Laodicen. d. Oportet toto tempore quadrageſimę ieiunare & cibis abſtinentiæ conuenientioribus. i. aridioribus vti. non ergo reijcimus carnes cum manicheis, quòd malæ ſint, ſed quòd abſtinentiæ minus competunt. Qui vult inquit abbas, Ioann. Clim. carnibus & ſimilibus concupiſcentiam frenare, vult oleo ignẽ extinguere. Secundum, vt abſtinentes ſemel tantum in die comedamus. Ita hoc requiritur ad quadrageſimam implendam. Ita nunquam à Patribus mentio fit de quadrageſima ſine ieiunio. Ita continue rogat eccleſia pro ieiunio. Traditionem apoſtolicam, vocant ſancti Patres. Baſilius. Socrates. Hieronimus, Leo, Bernardus. Quin Ambroſi. dicit Chriſtũ ſuo ieiunio. & cõſecraſſe, & pcepiſſe nobis quadra-

Ierem. 2. Pſalm. 118. Pſalm. 68. Pſalm. 56. 1. Io. 2. Gen. 3. Pſalm. 4. Luc. 14. Matt. 9.

quadrageſimam. Certe inter canones Apoſtolorũ. eſt 68.d.ſi quis epiſcopus, Presbiter, Diaconus, ſanctam quadrageſimam non ieiunauerit, deponitor. quod ſi laicus fuerit communione priuator. Contra vero concupiſcentiam oculorum. Ioel. ſanctificare ieiuniũ. Sanctificat oratio, vngit eleemoſina, vt D. Maximus Taurienſis. Et Eſa. Hoc eſt ieiunium quod elegi. Frange eſurienti panem. Cum videris nudum operi eum, & dominus in euãgelio. Nolite theſ. vobis theſ. in terra. Contra ſuperbiam vitæ. Ioel. egrediatur ſponſus è cubili ſuo. &c. Et ſancta mater eccleſia. Cinis es, & in cinerem reu. Theſ. vobis. Theſ. in celo, ita ab hac vita in aliam egrediendum. Quid ergo ſuperbis terra & cinis? & his ſtimulis ad conuerſionem & ad faciem Domini reuocatur peccator.

Eſa. 58.

Secundo Quis autem modus conuerſionis exigitur? In toto corde veſtro. Sunt qui conuertuntur ſine corde quòd ex mundo reuocant, verba, modos, cibos, omnia niſi cor: Ita Iſraelitæ in deſertis cor in ægypto habentes ſuſpirabant ad ollas, ad allia & cœpas, vtinam eſſemus in ægypto. ò quàm multi religioſi & ſpirituales ſic ægyptum corpore & non corde relinquunt. Et hi ſunt qui turbant clauſtra, oratoria, ſcholas &c. Sunt alij qui relinquunt corde, ſed non toto. Centauri & monſtra qui mixturas carnis & ſpiritus, quadrageſimę & carnispriuij deferunt. vtinam calidus, aut frigidus. Totum ergo cor requirit conuerſio fructuoſa: ſi non totum D. Thom. per excluſionem extranei. ſaltem totum per excluſionem contrarij. Sunt alij qui adhibent aliorum corda, conuertunt hos & illos. nunquam deſerunt ſua.

Exo. 16.

Apo. 3.

Hoc ſit ergo principium, hæc radix inquam prima, reſpicit oculus Dei, Ad Abel & ad munera eius. Ita Ioel. ſcindite corda veſtra & non veſtimẽta veſtra. Hoc vero contra ieiunia hypocritarum de quibus in euangelio. Nolite fieri ſic. hypo. triſtes: in duobus damnat hypochritarum ieiunia. Vnum eſt, quòd ſunt falſa, ficta, picta, vt appareant. ob hoc exterminantur facies. Talis pictura eſt hypocriſis. de externis multum; de internis nihil curat. Falſitatem hanc in plerisque mulieribus chriſtianis deplorant, origenes. Chriſoſt. & Ambroſius. quòd exterminant & falſificant facies, & hanc vocant hypocriſim. Vah mundus ſolet ſtibia vocare pompas, vanitates, modos, & ſancti patres vocant hypocriſim. Alterum eſt quod ſunt vana, à vero ſcopo. i. ab oculo Dei aberrantia. Vt app. hominibus ieiunãtes. Infœlix commutatio quæ ſibi eligit pro oculis Dei, oculos muudi. Contra Ioel. ſcindite corda, non veſtiméta. Scindit cor timor Dei, ſecuris ad arborem poſita, de qua. Ioan. quis demõſtrauit vobis fugere à vẽtura ira? Timorem emittit charitas, quæ cor ſanat, aperitque coram Domino, & lætificat. Tu autem ò fili, cũ ieiunas, vnge caput. ſic ad vnum quemque apoſtrophat Chriſtus. fugientibus tot: fingẽtibus tot, Tu, tu cum ieiu &c. vnge caput faciẽ laua. i. lætus eſto: vnctio capitis, inquit tertulianus. eſt alacritas mentis Ablutio faciei eſt puritas cõſcientiæ. hæc enim facies eſt, Auguſtinus, vnde te diſcernit Deus. qui intuetur cor, lętus igitur arripe ſanctũ hoc ieiunium D. Baſi. Noli triſtis eſſe dũ curaris. Tertulianus. quid triſte ſit quod ſalubre? D. Bernardus. qd enim graue ſit onus quod tota nobiſcum portat eccleſia.

Gen. 4. Ioel. 2.

Reges & principes: clerus & populus, iuuenes & ſenes, ſimul in vnum, diues & pauper Ita Ioel. canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum &c. Laetitiam hãc in ieiunante pariunt duo. Primum eſt oculus Domini, qui videt cor in abſcondito & videns delectatur, ſimulque abſtinentem ſuum confortat. Forte oculus mundi, carnis, parentum, medicorum contriſtat ſuper ieiunio, quia medici corporis, corpori cõſulũt oculus Dñi recreat. Ita Stephanũ colluctãtem. Ita Antonium in extremis ictibus oculus Chriſti confortat. Aderam Antoni, & ſpectabam certamẽ tuum. Tertiò. Alterum eſt ſpes præmij. Præmium hypocritarum duplex eſt. vnũm, quod picturam & faciẽ reſpicit; hæc laus humana eſt, de qua receperunt mer. ſuam, exclamat hic D. Gregorius. 8. li. moralium. d. ora pallеſcũt, corpus debilitatur, pectus vrget ſuſpiria, & nihil ex tanto labore quæritur, niſi humana æſtimatio. Alterũ quod reſpicit cor iniquum. & eſt æterna damnatio,
Matt.24. quam Chriſtus vocat partem hypocritarum. de ſeruo crudeli, & ocioſo, partem eius ponet cum hypocritis, quid ibi? Ibi, inquit, fletus & ſtrid. dẽtium. Merces vero ieiunantiũm in ſchola Chriſti ampliſſimã eſt. Et pater qui videt in abſcondito, reddet tibi. Quid vero? Theſauros, & quidem amplos, nempe cœleſtes, quare addit. Theſaur. vobis. Theſaur. in cœlo. Theſauros dat gloriæ in fine, & theſauros gratiæ in via, & ſunt omnes cœleſtes. Gloria in cœlis eſt: Gratia ẽ cœlis & ad cœlos dirigit, In hoc reſpicit ieiunium Chriſtianorum. Sunt theſauri gratiarum communes cum cæteris omnibus operibus Chriſtianis: quòd ieiunium conformat Chriſto, quòd exercet, quòd exemplificat, ſed & habet gratias ſpeciales, ita cœleſtes, quod vt ait D. Bonauentura, cœleſtem vitam in terris ieiunantibus tribuit. Habet cœleſtis vita, vt d. Dionyſius Magnus numerat, tres actiones potiſſimas. Purgat, illuminat. Perficit. Has omnes habet ieiunium, vt d. Gregorius in præfatione; Vitia comprimit, mentem eleuat, Virtutem largitur. Purgat ergo in hoc quòd vitia comprimit, præterita, vt opus eſt ſatisfacto- Pſalm. 68.
rium. Ita Niniue. Futura remouet, vt opus medicinale: pſalm. operui in ieiunio animam meam. Illuminat in hoc quòd mentem eleuat in intelligentiam veritatis. Tum ſuper agen- Exod.24.
dis: ita Moſes ieiunus ẽ monte ſina redit legiſlator & forma populi. Tum ſuper ſpeculabilibus, ita Da- Dan.1.
niel ieiunus intelligit, myſteria, viſiones, ſacramenta. Virtutem largitur ad multa agenda. ita Elias ſuſci- 3.Reg 17.
tat mortuos, claudit cęlos, & cæt. ad multa quoque patienda. ita Daniel ieiunus obſtat igni, leonibus, Tan- Dan.1.
quam ex ieiuno factus ſit impaſſibilis. Quod ſi tamen patiendum, adhuc merces maxima locum habet. Virtutem enim largitur & præmia. Premium vero, vt opus eſt meritorium, habet vitam æternam. i. faciem Dei ſui. de qua pſalm. Iuſti Pſalm. 67.
epulentur & exultent in conſpectu Dei, & delectenter in lætitia. Eo itaque ſubleuandus eſt animus ieiunantium, & facilis erit labor, quando hanc abſtinentiam paucorum dierum, ſequitur epulum æternæ fœlicitatis. Surſum corda. pſalm.
Et nunc quæ eſt expectatio mea: nonne dominus? Pſalm. Vbi, the- Pſalm.38.
ſaurus, Ibi & cor: ibi meta, ibi finis vitæ in æterna vita: creaſti, Auguſtinus, cor noſtrum ad te. Ideo in-

quietum

quietum eſt, donec requieſcat in te. Amen.

Habita Romæ. 1572.

FERIA QVARTA Cinerum.

Vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuum.

ECCE tandem ceſſarunt mundi fatuitates, & deliria quibus tot dies, infœlices, & imprudentes filij huius ſeculi deſipuerunt. Quem fructum (dicite ô miſeri) habetis nunc in ijs in quibus, ſi quid mentis eſt, nũc eru beſcitis? ſubintrat per Dei miſericordiam, quam certe nos non commeruimus, ſacroſanctum hoc tempus quadrageſimæ, in quo aut fatui ſanabuntur, aut ſi non, certe parum ſalutis ſpei retinebunt. Conſtat, quòd in hunc vſum Deus Pater, & eccleſia Mater, quadrageſimam inſtituit, vt poſt tot mundi ſcandala, fatui ſanentur, infirmi rectificentur, filij dei per hoc arduum iter ſic exerceantur, vt digne poſſint poſtea celebrare Paſcha domini, in quo conſiſtit ſumma chriſtianorum religio. Conſtat etiam quòd fructuoſa & fœlix ſemper hominibus Dei fuit quadrageſima, vt magnis illis Heroibus & ducibus Moyſi, & Eliæ. Nec aliud remedium Ionas attulit ciuitati Niniuitarum diſſolutiſſimæ, quam ieiunium quadraginta dierum. Et omnibus illis obſeruatoribus magnam attulit
Exo.24. quadrageſima vtilitatem. Nã ex ſua Moyſes meruit Dei domeſticus fieri, ita vt ore ad os alloqueretur, inde
3.Reg.17. legiſlator populi. Ex ſua Elyas meruit Deum videre in ore ſpeluncæ, mortuos ſuſcitare, cœlum claudere, & reſerare. Ex ſua Niniuitæ iram domini ſugere, & ab imminenti excidio, etiam inuito propheta præſeruari. Ioanni Zachariæ filio quo nullus
maior inter natos mulierum, tota vita perpetua fuit quadrageſima. Ioann.3.
Venit enim non manducans, neque bibens. Dominus noſter Ieſus, in ſeip
ſo etiam quadrageſimam ſumpſit, Matth.3.
eamque in deſerto exactiſſime ſeruauit, vt eam probaret, honoraret, merito & exemplo nobis commendaret, & iuberet. Inde recedens, quaſi hæreditatem ſponſi Apoſtolis reliquit. d. cum ſponſus abierit, filij
ſponſi ieiunabunt ita ſemper Apo- Matth.9.
ſtoli retinuerunt, & obſeruarunt, alijsque obſeruandum tradiderunt ieiunium quadrageſimale. Vnde ſancti patres noſtri, veriusque eccleſiæ, præcipue D. Baſilius, Hieronimus, Leo, Bernardus, vocant quadrageſimam traditionem apoſtolicam. Certum eſt, quòd nullum ſeculum fuit in tota Chriſti eccleſia, vt ex hiſtorijs & annalibus colligitur, in quo & vſus, & mentio non fuerit quadrageſimæ. quin ſi vera fari licet, quicquid pietatis chriſtianæ, diſciplinæ eccleſiaſticæ, guſtus verbi, & ſacramentorum relictum eſt in eccleſia, id totum debemus quadrageſimæ. Nos enim vidimus ea tempora arida, in quibus nunquam locus erat Dei verbo, pœnitentiæ, confeſſioni, cõmunioni præterquam in ſola quadrageſima. ita quòd ſi Diabolus potuiſſet, vt conatus eſt, funditus euertere quadrageſimam, certe totum Chriſti regnum facile diſſipaſſet. Remedium itaque malorum ſemper fuit, & erit quadrage-
ſima, quare læta fronte inducit ec- 1.Cor.9.

cleſia. d. Ecce nunc tempus accep-tabile &c. & læta fronte quotquot Chriſti & eccleſiæ ſunt, eam recipere hodie debent, canentes cum Dei miniſtris. Immutemur habitu &c.

Nouit & ſatanas hoſtis Dei, quantum ſibi damni illatura ſit quadrageſima, quare & modis omnibus conatur eam vel impedire, vel turbare, vel vanam, vel nociuam reddere. vtque hæc faciat. Primo audita quadrageſimæ mentione, obiecit illi carniſpriuium, erroribus plenum, quo & præterita tempora infecit, & ad fatua inhabilitauit, quare quo magis ſe ſe approximabat quadrageſima, eo magis ille ſuos in carniſpriuio. i. in regno peccati exercebat. Dic præterita, nocte etiam tota præterita, quid non obtinuit? quo non impulit ſuos iſtos fatuos? Et ita laſſos, fractoſque edendo bibendo, ludendo, ſaltando adduxit ad concionem, & ad ingreſſum quadrageſimæ. Dic tu quàm habiles, quàm ſui compotes, quàm idoneos tum ad intelligendum, tum ad agendum. Secundo. vbi tandem ingreſſi ſunt quadrageſimam, Turbat, ſuadetque ne tantum priſtinum carnis macellum ſubeant: numerat diſcrimina vitæ, minatur interitum debilitatem capitis, cruditates ſtomachi. Adhibet conſultores, patres, matres, amicos carnis, potiſſimum Medicos, viros graues, theoricos, practicos; omnes concludunt contra quadrageſimam. Nec mirum, inquit Ambroſius, ſunt enim amici & medici carnis, ideoque carni conſulunt. Et tamen corpora illa ſunt chriſtiana; & tenentur in primis ſeruire ſpiritui; Medici ſunt chriſtiani & tenentur in conſcientia & ſe & alios, & ſalua diſcretione & charitate, iuxta regulas religionis inſtituere. Nec deſunt modi, quibus poſſunt cibis quadrageſimalibus ſanitatem etiam tueri. Dięta in primis eſt ſaluberrima. Tertio. vbi cernit quadrageſimam à multis ſuſcipi: ſtatim inſilit, & turbat, iubet enim miro modo inſtrui menſas, innumera eduliorum genera coaceruari, luxu regio menſas parari, nunquam potuit carniſpriuium ad tot epularum genera aſcendere, ad quot quadrageſima. Siccine ieiunatur? ſiccine caro maceratur? Hic, Hic merito clamare tenentur medici & animę & corporis, proditur enim vtrunque. Quarto. vbi videt aliquos ſeueros, & frugales eſſe ieiunij obſeruatores, neque hic ceſſat laqueos tendere, quaſi venator perſequens feras illuſtres. Vt quando non potuit impedire, & turbare ſubſtantiam ieiunij, turbet intentionem, & impediat finem. Ita ſuadet martyribus ſuis Hypocritis, vt narrat Dominus in Euangelio, vt exterminent ſibi facies & appareant hominibus ieiunantes. ſic enim receperũt mercedem ſuam, mundi gloriam, & debito fine fruſtrati ſunt. Iſtis omnibus modis ſatan inſidiatur quadrageſimæ, & quod peius eſt, de multis triumphat. Sancta vero mater eccleſia aduerſus hos, Satanæ dolos, & impulſus excitat Dei verbum, quo quottidie iubet ſuos inſtrui, vt intelligant. Primo adeſſe quadrageſimam. Secundo, ſeruandam ſibi omnino eſſe quadrageſimam. Tertiò quo modo, qua regula qua intentione, vt ex ea fructum abunde capiant: Hoc nos potiſſimum Dei Miniſtri agimus apud vos, ò chariſſimi, Hoc ideo miſſi ſumus, Hoc molimur: Audite &c. Pſalm. 90.

Vt Sacra, vt magna res eſt quadrageſima,

geſima, ad magnos effectus inſtituta ita magnis & ſingularibus quibuſdã proœmijs introducit eam ſancta mater eccleſia. In primis eſt tragica illa & terrifica incineratio, qua vt primũ fatua iſta capita hoc mane ſe ſe proſternũt corã alteri, per manum ſacerdotis, quaſi freno iniecto conſpargit, & addit amarã illã proteſtationẽ. Cinis es, & in cinerem reuerteris. q. d. quid tu tandem ò fatue, quid es? Inter tot ſcandalorum, aceruos, quid tibi videris? cinis es. quid ergo ſuperbis terra & cinis? Et quid tandem eris? In cinerem reuerteris. Si in carniſpiriuio non eſt mors, age vt lubet. at iam iam te mors impetit &c. Philolh. de victunas offerẽtibus, loquens de ſacro cinere conſperſo à Moiſe. Admouet vt ante omnia ſeipſos noſcant, & ſuam eſſentiam, ſe ſcilicet de terra mortales eſſe. Deinde addit exercitia duo, quibus in tota quadrageſima, damna reſarcire conatur. Vnum eſt oratio, alterum eſt ieiunium, quibus velut alis promouet ad meliora. Ieiunium eleuat à terra; oratio rapit ad cœlos. Ieiunium diſponit ad gratiam; Oratio petit & accipit, Ieiuniũ fortificat orationẽ, oratio ſanctificat ieiunium. Iubet ergo Mater eccleſia ſuos quotidie in quadrageſima orare; ſacerdotes conſtituit inter veſtibulũ & altare in loco ſancto & eminenti, cuius nec Theodoſiũ Cęſarem dignum Ambroſius cenſuit: vrget. Canite tuba in ſion. ſanctificate Ieiunium, vocate cętum, coadunate ſenes &c. Canite toto corde, & toto ſpiritu ò ſanctæ tubę; ſi vnquã canendũ fuit, nunc maxime, quãdo vndiq; premitur infinitis malis eccleſia Dei. Dicite orate. Domine, parce populo tuo, ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. Ita mundi peccata ſuper anguſtiant Dei regnum. hinc Turcæ, hinc hęretici. Parce &c. Vos quoque ò filij fauete canentibus, ne veſtra indeuotio vanum reddat eorum miniſterium. Quotidie cupio à vobis ſeptem pſalmos pænitentiales perſolui. Quotidie miſſam audiri & deuote & reuerenter, & cum ſilentio &c. Orationi addendum eſt ieiunium. Ita ioel. In ieiunio, fletu & planctu. Ieiunium autem tempori huic competens, & neceſſarium duplex eſt. Alterum ſpirituale eſt quo ab intus exercetur & proficit ſpiritus & hic includit quatuor abſtinentias, quaſi gradus; Prima eſt à culpa mortali, & a delictis carnis. Secunda eſt, ab occaſionibus peccandi, à ſocietatibus, à conuerſationibus. Tertia eſt à præſumptione ſui, qua ſibi homo quaſi idolum placebat: humilitas, promouet hanc, dum hominem coram ſeipſo exinanit. Quarta eſt ab amore ſui, & voluntate propria. Ieiunium hoc ſpiritus D. Auguſtinus vocat generale. Tum quia omni tempore eſt neceſſarium; tum quia totam hominis vitam & perſonam corripit vt ieiunet ab imperfectionibus, Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immũditiæ &c. Alterum carnale & corporale eſt, & huic neceſſariæ ſunt conditiones tres, vt ſit ſalubre: Prima, eſt vt ieiunans abſtineat à certis cibis, ideſt à carnibus & lacticinijs, non quia ſua natura ſint mala; omnis enim Creatura Dei bona eſt. Hic fuit error Manicheorum, non catholicorum. ſed quia inuocatio mala facit id. ſt verbum eccleſiæ prohibẽtis. Potuit Rex Niniuę prohibere ſuis pęnitẽtibus, & bobus & pecoribus ne paſcerentur. ne quicquam

Rom. 6.
Ioann. 3.

quam guſtarent, nec aequam biberent. Potuerunt apoſtoli prohibere carnes immolatas Idolis & ſuffocatas in ſanguine. Cur non poſsit eccleſia prohibere abſtinentiam huiuſmodi? Prohibuit aūt De cõſe. Diſt. ſecunda) in Concilio Laodicenſi. d. oportet in quadrageſima toto tempore ieiunare eſcis abſtinentiæ conuenientioribus (en ratio prohibitionis) ideſt aridioribus vti: Huius decreti inobedientia immundam primo facit conſcientiam tranſgreſſoris; inde carnem, quia coinquinatis nihil eſt mundum. Secunda, eſt vt ieiunans ſemel tantum in die poſt meridiem comedat; ita quòd tenentur omnes chriſtiani (modo infirmitas non excuſet) non tantum abſtinere in quadrageſima à carnibus, ſed ſemel tantum in die comedere. & hoc docendi ſunt filij à parentibus, & in hac obedientia à teneris educandi. Ita patet ex concilio Laodicenſi. Et de conſecra: diſtin. 8. Ex d. Gregorio & euſebio papa. Ita patres omnes græci & latini ſemper coniunctim loquuntur de quadrageſima, & de ieiunio, vt ſciamus non poſſe nos implere vnum ſine altero d. Bernardus. ſuaue, inquit, eſt iugum ieiunij quadrageſimalis Quid enim grauesit, quod tota nobis cum portat eccleſia? Reges, & principes, iuuenes, & ſenes, clerus & populus ſimul in vnũ, diues, & pauper. Inter canones Apoſtolorum, quos græce ſcripſit D. clemens ſucceſſor Petri, eſt Canon 68. in hæc verba: Si quis epiſcopus, Præſbyter Diaconus, Sanctam quadrageſimam non ieiunauerit, deponitor. quod ſi laicus fuerit, communione priuator. Tertia eſt vt Ieiunans indebitum finem ſuam dirigat abſtinentiam. Non in oculos hominum, vt Hypocritæ, qui exterminant facies vt videant. Hilarius legit conficiunt, & obſcurant. Hierõnimus emoliuntur. Chryſo. & Origenes. corrunpunt. Grego. 8. lib. moral. ora palleſcunt, corpus debilitatur pectus vrget ſuſpiria, nihilque tanto labore quæritur, niſi humana æſtimatio. &c. ſed in oculos Dei patris qui videt in abſcondito, Et ipſe reddet, tractat hoc potiſsimũ Chriſtus in euangelio. Et primum damnat ieiunia hypocritarum, tanquam ficta, falſa & vana. ſic ſolent pictores & ſculptores de externis multum curare, vt exacta lineamenta, colores, ora, pectora, frons &c. at de internis, de corde, epate, & inteſtinis nihil. Cur? quia non videntur. Ita prorſus Hypocritæ. Tertullianus. lib. de ieiunio contra pſichicos: Chriſtus leges præſcribat ieiuniorum. Primo, ne ſint ſimulata; no. fie. ſic. Hypo. triſtes Secũdo, vt ſint in hylaritate ſpiritus. vnge caput tuum. Tertio, ſint cum puritate conſcientiæ. faciem tuam laua. Quarto, ſint in ſpe placendi Deo, & merendi vitam æternam. pater tuus qui videt in abſond. reddet tibi. Deinde inſtituit recta ſuorum ieiunia, ut ieiunantes, vngantur oleo, &c. D. Baſilius. Noli triſtis eſſe dum curaris: Tertulianus. cur triſte ſit quod ſalutare eſt? læti ſint & ſereni, contenti quod à Domino videantur. Et ab eo mercedem expectantes, quam ſine dubio reddet. Hiero. & Anſel. docent. quòd vnctio fuit mos paleſtinis in gaudijs. ita Dauid. Ruth. iudith. D Maximus thaurinenſis Epiſcopus. vnctio ieiunij eſt eleemoſina. Chryſ. Hylarius Aug. per faciem interpretantur conſcientiam. ex hac Deus homines ſuos diſcernit. Homo quæ foris ſunt videt, & Deus

In-

Act. 15.

Intuetur cor. Huc ſpectanda, huc dirigenda ieiunia generoſa, vt in ęternitatem tendant. Theſaurizate. Nolite
1.Re.16. ociari, ne dicatur vobis. quid hic ſtatis tota die ocioſi? Vobis. quæ acquiruntur in terris, noſtra non ſunt, ſed hæredum Et hæc cuius erunt? Noſtra ſunt ea tantum. quæ neque mors à nobis auferre poteſt, quæ à periculis tuta ſunt, quæ ſemel adepta, æterna ſunt. Theſauros. quæcunque habet & dare poteſt mundus, theſaurū nō faciunt, ſed vana & anguſta ſunt, non implēt cor. vbi theſaurus ibi cor In cœlo, quicquid habet terra caducum eſt. Væ væ habitantibus in ter
Apoca.8. ra. In cœlo ſunt theſauri permanentiſsimi Dixit Hiuardus frater Bernardi. cœlum vos poſsidebitis ego terram? Huc igitur dirigenda eſt quadrageſima noſtra, & quicquid in ea dicturi, facturi ue ſumus, vt inuito Satana, Iuuāte, quin & iubente Chriſto Domino noſtro taliter omnia ſubleuent nos in æternā vitam. Amē.

FERIA QVINTA cinerum.

Ego Veniam, & curabo eum.

Stat ſuper nos Gratia, & virtus Chriſti Domini Noſtri, ſua naturali maiſtate potentiſsima cui nihil eſt impoſsibile, nihil difficile. Domine tu omnia potes. Cum ea etiam ſtat charitas, & voluntas erga nos clementiſsima, ma prona ad dandum, quàm non ſimus ad recipiendum Merita ſupplicum excedit & vota. Et hæc voluntas potens, & clemens fundamentum eſt humanæ ſpei. è latere noſtro etiam ſtat in nobis ſenſus infirmitatis noſtræ, & deſiderium ſanitatis, ita quod concurrunt hæ voluntates, nos ſanari cupimus, Chriſtus ſanare cupit. At iniquitas ita dirimit & ab inuicem ſeparat has voluntates, quòd niſi approximentur, vna non poteſt in aliam inſtruere. Officium hoc approximandi orationis eſt: nam hæc eleuat humanam, hæc eadem inclinat Diuinam; Ita ſicut incenſum, effert humanum cor. & cœlos penetrans tangit & flectit Diuinum cor. oratio aſcendat ad te Domine, Et deſcendat ſuper nos miſericordia tua. os meum aperui, & attraxi ſpiritum Eleuat humanum duobus luminibus, quibus quaſi alis, fertur, & ſunt duæ uirtutes potiſsimæ. Prima eſt humilitas quæ oritur ex primo lumine cōtemplante propriam miſeriam hinc voces illæ a principio, in pſal. pænitentia Domine ne in furore tuo &c. Pſal.6. Pſal.50.
De profundis clamaui &c. per hanc Pſal.129.
tollitur homo ab omni fiducia ſui & in ſeipſo annichilatur. Secunda eſt fides & ſpes, quæ oritur ex ſecundo lumine contemplante potentiam & charitatem Chriſti medici ſui. hinc fines illi iucundi eorundem pſalmorum. Pſal.7.
Erubeſcant & conuertantur Pſal.50
omnes inimici mei &c. Tūc accepta bis ſacrificium iuſtitiæ &c. Et ipſe redimet Iſrael &c. Pſal.29.
Ita totus homo fertur in Deum: Eadem orationis uirtus ex vi promiſſę miſericordię. Deū & totum Deum flectit in hominis voluntatem, vt quicquid poteſt velit in eius beneficiū. Ita dicit chananeæ. Matt.15.
fiat tibi ſicut credidiſt. Et hæc ſunt Matt.9.
lumina primaria totius hiſtoriæ quā hodie narrant nobis ſancti Euangeliſtæ, in quorum primo obſeruandum quomodo ad Chriſtum veniat. Centurio. In ſecundo quomodo à Chriſto ſuſcipiatur. In tertio quis tandem

dem fructus ſequatur è mutuo harũ voluntatum congreſſu.

De primo. Acceſsit ad Ieſũ Centurio. Remotus erat & diſtantiſsimus ethnicus, incircunciſus. Adducit eum oratio, quam egregię duæ illę ſequuntur virtutes, & fęlicē faciũt. Humilitas. & fides. tanto cum fructu ꝙ eas & admiratur & cõſolatur Chriſtus. Humilitas apparet ex tribus. Pri-
Luc. 7. mo. ꝙ non venit ipſe (vt explicat Lucas) ſed mittit ſacerdotes &c. Et cur mittat, duæ aſsignantur rationes: primam allegant hębrei. Religionem. d. Diligit gentem noſtrã, ædificauit nobis ſinagogam. Et ex his iudicant eũ dignum &c. Reuera aũt opera illa dignũ non faciunt, ſed bene congruũ: non merentur. ſed bene præparãt ad gratiã. Ita in actibus Apoſtolorum. de orationibus & eleemoſinis cor-
Act. 10. nelij. Cõpara nunc tu Militiã huius, ad mores noſtrorũ militũ. & præſertim Euangelicorum, qui diſsipant & cõfundunt oĩa, ſacra, & prophana. Secundã allegat ipſemet. d. propter hoc meipsũ nõ ſum arbitratus dignũ &c. Humilitas igitur eſt, quæ ipſum retinet, & per ſe alios deſtinat, religioſos qui ſi nõ ex ꝑſona, ſaltē ex officio iuuare poſſunt. ſimili humilitate nos, non vt aiunt hæretici, diffidentia, deſtinamus ſanctos ad faciē Chriſti, vt pro nobis intercedãt. ita Bernardus. veteris in Chriſto diuinitatē? Opus eſt mediatore ad mediatorem culpa timidam facit conſcientiam: & hic timor à Chriſto non reſpuitur; quin abunde recipitur, Multiplicatis interceſſoribus. Deinde apparet Humilitas in expoſitione miſeriæ. Dilatat enim, & exaggerat, non excuſat vt hypocritæ, ſed accuſat, atque in ſenſu propriæ miſeriæ exercet humilitatē ſuam. dicit. Puer meus ia. in dom. paraliticus & male torquetur. Luc. erat illi precioſus: periculum eſt ſic precioſe amare innumera bona mundi huius, filios, ſeruos: nam Deus vult pro ſe amorem hunc precioſum, & ſæpe aufert eiuſmodi idola cordis noſtri filios, viros, vt eum vel inuiti amemus ſuper omnia. Ita iuuat humiliari coram Deo & fateri proprias infirmitates d. en domine mi potentiſſime & clementiſsime. Anima mea ſerua eſt peccati: tot dominorũ (Auguſtinus) quot vitiorum, liberam tu feciſti. Culpa deiecit & captiuauit: Iacet proſtrata & eneruata, iacet ſuperba in plumis ambitionis: carnalis in luto luxuriæ: iracunda in flammis vindictæ: Melanconica in cineribus accidiæ; Auara in ſpinis cupiditatis: inuitat ad iacendum concupiſcentia, retinet delectatio, proſternit conſenſus, tegi vſus, dormire facit contemptus. Et in hoc ſomno vane ſomniat bona quędam elemoſinas, orationes, ieiunia, quæ tamen omnia ex culpa mortua ſunt. Iacet Paralitica, impotens, remiſſa, tremens ad omnia, ſi orandum timet capiti: ſi danda eleemoſina, timet marſupio, ſi ieiunandũ, timet ſtomaco. ſi remittēda iniuria timet honori. Et male torquetur exaggeratio eſt Humilitatis. Torquet impiũ culpa, Impius vt mare feruet: ita torquet extra lex, ſupra ira Dei, Subtus inferni horror, intus mala cõſciētia. Et quo magis exercet ſic humilitas, eo magis inflãmat & vigorat rõnem. Tertio tandē apparet ſuprema Humilitatis ſpecies in Cēturiõe, vbi audit Chriſtũ ad ſe venire, & totus cõmouet. ac ſtatim iubet illi dici. Domine noli vexa. i. Nõ ſum dignus &c. Vide quanta ſunt huius humilitatis myſteria. Ex humilitate retinetur ipſe ne ad Chriſtum vadat:

Ex

Ex eadem retinere vult Chriſtum ne ad ſe veniat; Ita prorſus Humilitas priuat eũ Chriſti facie, propter Chriſtum, id eſt vt eum glorificet. In ſimilem animi ſincopem & anguſtiam traxit humilitas Petrum in naui. cum dixit. Exi a me domine. Cur ita expellis ò inurbane? dat rationem Humilitas. Quia homo peccator ſum. Ita alias. Domine tu mihi, tu mihi lauas pedes? nõ lauabis mihi pedes in æternũ. quid eſt homo quod memor es eius? vox conſueta ſancti patris noſtri Franciſci. Domine quis es tu, & quis ſum ego? Tãta eſt Dei maieſtas quo magis ad eum accedis, tanto magis ab eo ex humilitate refugis: vrget enim maieſtas. Ita poteſt accidere ex humilitate, vt quandoq, propter honorem Chriſti, abſtineamus à frequentia ſacramenti, vbi ſentimus ex familiaritate & frequentia ceſſare in nobis, vel imminui feruorem, ſic tamen vt ſciamus, ſemper meliorem eſſe frequentiam, cum conſcientia munda eſt. Melius enim eſt amare quàm timere. Tanta cum humilitate incedit Cẽturio ad rogandum Chriſtum. Fides autem nihilo minor apparet. Primum ex hoc quòd in tam difficili morbo, in paraliſi deplorata, Erat enim (Lucas) moriturus adhuc de Chriſti virtute confidit. Deinde, quòd exponens infirmum medico, totum illi remittit. d. Puer meus iacet &c. nil amplius. Cætera nouit ille tempus, modũ, ſcit pater veſter quibus indigetis. Sic dicimus. Panem quotidianum da no. ho. quòd prius dicimus. Fiat voluntas tua. Breuius eſt dicere Domine puer meus &c. reliqua dimitte illi. Tertio quòd oſtendens cur nõ requiratur vexatio & aduentus Chriſti magno ac ſingulari ſpiritu. d. Dic tantum Verbo. Non eſt ſat Chriſtum adeſſe, qui vbiq; eſt, niſi dicat verbo. & imperet ex miſericordia, vt ſanemur. Dicere productiuum ad intra, operatiuũ ad extra in Deo, omnia dicendo. ad intra dicit verbum. ad extra dicit verbo. Ibi terminans eſt verbum. hic res operata. verbum agnoſcit fides vt ſubſtãtiam & fundamẽtum vnde oritur. Dicere Dei, facere eſt, omnia dicendo fecit. Dic ergo & dicendo facies. Verbum vnum ſufficit. Reſpice, ſurge, exi effeta, obmuteſce, fiat: his omnia facit, illuminat cæcos, ſuſcitat mortuos &c. fidem uero ſuam inſtruit, & probat ualido argumento, ducto à minori ad maius, à finito ad infinitum, virtute ſua, ad uirtutem Chriſti. d. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate &c. Habet hic milites obſequentes quia habet precioſos. amat, amatur. Diſcãt Domini ſic amare ſeruos, & æquitatẽ exhibere illis: diſcant ſerui ſeruire ad oculos dominorum; Ita Dauid amauit ſuos ut noluerit aquã bibere cũ eorũ periculo in maxima ſiti. Ita Ceſar ſuos appellauit cõmilitones. Ita docet Paulus à viſibilibus probari inuiſibilia. Ita ſolent etiam ſapientes ducere infallibilia argumenta ad inueniendum in Deo conceptus proprios, lumine etiam naturali, ex iis quæ in creaturis contemplantur. Primo enim remouent & negant à Deo quęcunq; hic ſunt imperfecta. Secundo. attribuũt illi quæcũq; hic perfectionẽ dicunt. & addita infinitate, ſtatim eliciunt conceptus Dei proprios. i. infinitam ſubſtantiam, potentiam, ſapientiam &c. quãto magis & firmius hoc põt fides, quæ hæret lumini increato, & ĩfallibili? Et hæc de primo.

De Secundo. facile eſt cernere quàm amanter humilem & fidelem oratorem ſuũ recipit Chriſtus. Vix enim

Luc. 5.
Ioan. 13.
Pſalm. 8.
Matth. 6.
2 Re. 23.

requiſitus.d.Ego veniam & curabo. Non venit Chriſtus ſine cura, nō eſt Ieſus ſine ſalute.beati qui ſæpe veniē tem ad ſe ſuſcipiunt, præcipue in Euchariſtia. Ita iterum dicam Merita ſupplicum excedit,& vota: hoc enim

Iacob. 1. potiſſimum eſt lumen tertius narrationis. Tribuit abundanter,& non improperat. obſerua autem Chriſti ſapiētiam fœcundiſſimam qua contrarijs modis vtens, eundem tamen in ſuis effectum parit. chananeæ fidē & Reguli exercuit ſe ſubtrahens. Et tandem coactus eſt exclamare.ô Mulier magna eſt fi.tua. Centurionis fidem exercet ſe ſe exhibendo, & ſtatim ad eum cūdo. Ad eum enim gradum ſic hominis fidem promouet; quòd tandem Audiens miratus eſt. Certe magna res eſt,quæ Chriſto mirabilis eſt,Non admiratur autē Chriſtus,(Origines) quæ mundus colit, ſuperbiam,vanitatem,pulchritudinē affectatam,Diuitias,Titulos,Coloſſos, & piramides has: nihil ſunt coram oculis Chriſti. Miratur ille virtutem,quia Deus virtutum eſt. Et regnum in virtute poſuit: ita magnus, pulcher eſt coram Chriſto ille tantum, qui multum virtutis habet. Et tanti facit orationem, quantum ſecum illa fert virtutum & harum duarum præcipue, humilitatis & fidei. Auguſtinus ſuper gen.quod miratur Dominus non perturbati animi ſignum eſt,ſed docentis magiſterium quo fidem hanc mirandam declarat, D. Maximus li. primo de charitate. Non placet Chriſto nuda fides, talis eſt dęmonum, vide quam fidem admiratur Chriſtus, viuam, operoſam, mi ericordem, religioſam: ſic vna virtus augetur actibus aliarum virtutum D. Thom. 22.quæſt. 3. artic. 1. ad tertium.

De tertio, quis fructus ſequitur ex hoc congreſſu? maximum, narrat Euangeliſta. Primo quòd Chriſtus commendat fidem Centurionis & præponit eam omnibus credentibus non inueni tantam fidem & cætera. Non (Chryſoſtomus) comparat perſonam perſonis:ſed gentem genti, vt Paulus. Iſrael ſectando legem iuſtitiæ in legem iuſtitiæ non peruenit,& tamen alibi. Nunquid repulit Deus plebem ſuam? abſit. Rom. 9.

Nam & ego Iſraelita ſum. Per Iſrae- Rom. 15.

lem etiam potes intelligere eos ex Iſraele tātum,qui Domino ęgros ſuos commendarunt. In Iſrael igitur gen te ſua, cui promiſſus, à quo inuocatus,cui datus, in quo natus eſt: non inuenit tantam fidem. In propria venit & ſui non receperunt:Ad centurionem vix pedem mouit: Iſraelem vocauit verbo & factis,vane omnia. Centurio ſolo vno verbo contentus eſt.Quid aūt hoc? Malū augu riū Iſraeli. Hæ primitiæ ſunt gētium Iā verū erit. Oſeę verbū. vocabo nō plebem meam plebem meam. Multi veniēt ab oriente & occidēte &c. vocatio gentium ad ſilo. Gen. Nec venient ad ſeruiendum.vt ſomniant hebrei ex Eſ.14.loquitur.n.ibi deexi tu è Babilone.ſed ad ſacerdotia,&iudicia vt ex Eſ.56.& vl. expreſſe patet ideo addit.Et Recumbēt cū Abraā. &c. Quid vero de Iſraelitis & ſacerdotibus his audiētibus? filij regni eijciētur foras. Vtinam & profectus euangelij apud Indos non portendat nobis &c. Deinde commēdata fide, exaudit fidem. d.vade ſicut credidiſti fiat tibi. Duo dicit. Dat ſanitatem; & dat eo modo,quo petita eſt,ſicut crediſti:non ſicut oraſti: nam ſpiritus orationis eſt fides.Poſtulet in fide nihil hæſitans.Et ſanatus eſt puer in illa hora.

hora. Quantū narrat cumulum gratiarum. Primo, quòd ſanat. Secundo, q; puerum illum paraliticum deſtitutū. Tertio, quòd ſanat abſens. Quarto, quòd ſolo verbo. Quinto, quòd ſtatim ita dixit Chananeæ. fiat tibi ſicut vis. Hoc autem facto. primo illuſtratur Chriſti poteſtas, & clementia. Secūdo autēticatur vocatio gentium & eiectio Iudæorum. Tertiò exaudit. pro votis Cēturio, & eius ſeruus ſanatur. quarto inſtruitur oratio noſtra, vt bono animo accedat ad Chriſti potentiam & charitatem implorandam, modo ſit humilis & fidelis. Nam hoc illi promittitur, & hoc exemplo firmatur, quòd ſi hominis voluntatem in Deum extollet: voluntatem etiam Dei pronā, & incitatam inueniet ad hominem iuuādum; ita quòd quæcūque poterit beneficia præſtare, ea omnia volet in ſui gloriam & credētium ſuorum ſalutem: Amen.

Matt. 15.

Alia introductio ad euangelium Centurionis.

SAt faciles ſumus ad agnoſcēdas infirmitates Fratrum; & ſæpe tam acuti, vt diuinemus & iudicemus multas, quæ non inſunt Non tam faciles ſumus ad ſentiendū & compatiendum quare neque ad ferendū, aut q̄rendū illis remedia. quin ſæpe traducimus, (Duritia phariſaica,) & maledicimus: ſi hoc non; ridemus, leuitate puerili, & illudimus. ſi hoc nō ſaltem oſcitantia incogitante, negligimus, dicentes cum Chaym: Nunquid ego cuſtos ſum fratris mei? Et tamē vnicuique mādauit Deus de proximo ſuo. Et Dominus exemplo ſuo docuit vt alter alterius abluamus pedes. Et Paulus. Alter alterius onera portate.

Gen. 4.
Eccl. 17.
Ioan. 13.
Rom. 12.

Et in prima Corinth. per totum caput duodecimum. docet quanta ſit vnio membrorum in corpore Chriſti quod ſint diuerſa; quod oīa neceſſaria omnibus; quod ſæpe ignobiliora ſint magis neceſſaria, quod ſibi ſic omnia conſonant; quòd ſi patitur vnum compatiuntur omnia &c. In prima Timo. graduauit curam. d. Si quis ſuorum curā nō habet & maxime domeſticorum, in fideli eſt deterior. Quod ſi nos ipſi infirmos ſanare non poſſumus: ſaltem procuremus aliūde remedia. Inducat præsbiteros, & orent pro eo. Si ij non ſuppetant, nos ipſi eamus ad Deum virtutum, & commēdemus ægros noſtros: Nam ſi non poſſumus eis mereri vitam æternam: hoc enim poteſt homo Iuſtus ſibi ipſi tantum. Si non poſſumus mereri primam gratiam & ſanitatem de cōdigno. hoc. n. poteſt Chriſtus. Poſſumus per congruentiam quādam; non enim poteſt amicus noſter Chriſtus ſpernere bonam voluntatem ſeruorum ſuorum, aut vanā facere Ita orās: Stephanus ſanauit Saluum phariſeum inſultātem. Ita Mater Auguſtini, vt ipſe fatetur, ſanauit filium Manicheum, Ita hodie in Euāgelio, Centurio ſanat ſeruum ſuum paraliticum &c.

1. Tim. 5.
Iac. vlt.
Act. 5.

Habita Romæ. 1572.

FERIA SEXTA cinerum.

Eſtote perfecti ſicut Pater veſter cœli &c.

VIuimus in tanta confuſione ſpiritus, & oppreſsione iudicij; quòd ſæpe ſumus in multis, & grauibus erroribus, in ira Dei, in ſcandalo

etiam bonorum omnium,& nō mo do non erubeſcimus; ſed in miſerijs noſtris gloriamur. Hoc autem prouenit ex ignorantia, qua neſcimus, in quo conſiſtat vera gloria, & verus honor, cum tamen ſemper de honore magnifice loquamur. vere autem hic inter nos ſola virtus eſt honorifica: ſupra nos ſola Dei gloria, in quā vnam,& creaturæ omnes, & creator ipſe reſpicit, & ob quam vnam operatur. Nullus ordo, equeſtris eſt, qui non iudicet equitem ſine honore eum, qui coram principe ſuo leges eius tranſgreditur. Et præſertim ſi princeps ſit iuſtus, diſcretus,&c. quomodo ergo ſint honorati qui tam expreſſe violant præcepta regis regum, cuius voluntas inobliquabilis eſt? quis ordo poteſt honorare hos, quos damnat Deus? Nos vero in caligine hac noſtra nil minus curamus quam Dei gloriam: Non curamus, quia Deū non amamus; amor enim Zelum habet; non Amamus, quia non guſtamus, nam Deus noſter amabiliſsimus eſt, amor eſt, ignis conſumens eſt, qui non diligit non nouit. Non guſtamus quia palatus hic noſter corruptus eſt; ſtomacus plenus humoribus & amoribus noſtris, qui non admittunt aliū. Ex Neque amor Dei dignatur his noſtris admiſceri. Delicata eſt diuina conſolatio, non admittit alienam. hoc fonte ex hoc ſtomaco, & corde infecto, prodeunt corruptiones oīs Diuini amoris, in quo tota Diuina lex,& obediētia cōſiſtit. hinc leges,& ſtatuta carnis quę mundū inficiūt,& Deo rebellant: vt dicat quottidie ſua hypocriſi: fiat voluntas tua: ſemper autem intelligat propriam implere. Hinc mores iſti damnati qui mundum obligant & ligant in ſua damnatione. Nobilitatem in pompa, luxu, vanitate, alioqui indigna, auara &c. Mercaturā, in fraudibus, vſuris, cambijs,&c. alioqui nulla habeat cōmercia Pulchritudinē in fucis, ſtibijs, pictis, laruis, alioqui non compareat. Honorem equeſtrem in vltionibus, duellis, &c. alioqui ignaui habeantur &c. Ex hoc eodem fonte prodierant temporibus D. noſtri Ieſu commenta ſinagogæ, quibus legem Dei in amore proximi contaminarant; de quibus hodie tanta cum emphaſi pronuntiat in Euangelio, vt voluntatem Dei ſuo loco reſtituat,& mundum in ea vna vel inuitum conſtituat. Audiſtis. Nota res eſt, recepta ab omnibus, generalis infectio: Deinde Eſt antiquis. Forte per antiquos intelligit ſacerdotes, præſbiter enim idem eſt, quòd ſenior. Ita à patribus imbuti ſunt filij, hoc lacte nutriti; qui quærit alios mores inducere, videtur mundum innouare. Dilges. Ita Dei clementia paterno amore hominē creat. in amore inſtituit, & per amorem virtutis, ad amorem mercedis & gloriæ reuocat ſumma legis Dilectio. Nihil ſcit niſi amare Pater, Nihil vult niſi amari, In hoc lex & prophetæ, Primus autem amor & ſupremus ſit erga primum & ſupremum bonum. Diliges Dominum Deum tuum. Toto corde, tota anima, to. fortit. to. mente Luc. 10.
Amor eſt non diuiſus aut diſperſus, qui vnus eſt & in vnum bonum tendit, ſed graduatus eſt, & creſcens. Amor cordis eſt dulcis, ſenſualis, qui omnes ſenſus hominis rectificat in Deū, hic cōplectitur lachrymas ſuſpiria, guſtus ſacramētorū, orationū, cōpaſsiones Chriſti naſcentis viuentis,& morientis. Amor animæ rationalis eſt,& cōplectitur ſtudia, ſpeculationes

lationes, intelligẽtias, quibus anima aſcendit ad inueſtigandos Theſauros ſcientiæ, & ſapientiæ Dei. Amor cherubicus, & acutus, Amor fortitudinis operatiuus eſt, & ex illa intelligentia deducit amantem ad actiones, & labores, ad ſubſidia pauperum regimina hoſpitalium, conſolationes. afflictorum, ad Inſtructiones ſimplicium, audacem facit, patientem, magnanimum, perſeuerantem in laboribus, in erumnis, ambidextrum, potẽtem omnia. Amor mentis ſupernus, ſeraphicus eſt, non tam excellens quam excedens, extaticus, qui ſpiritum rapit ad ſuperna, & conſortem facit diuinæ naturæ, vt conuerſetur in cœlis: vt vi amoris huius conſumentis tranſelementetur, & transformetur in deitatem ſic amatam, atque in ea viuat, moueatur, & ſit. Hoc primum mandatum legis eſt. Et hoc inficit humana hypocriſis, deducens totum Dei cultum ad pura verba, picturas, cerimonias, promiſſa, pacta. &c. nihil autem præſtet. Secundum ſimile huic ab eo pendens, quaſi à luce radius, à fonte riuulus; Amorem illum continens, ſecundum adijciẽs, qua ratione dicit D. Tho. amorem proximi, prout amatur propter Deũ & in Deum, perfectiorem etiam ſolo amore Dei. Secundum hoc ſubijcit lex dicens. Diliges Proximum tuum. Et hic ſuas adiecit Caro gloſſas, quibus amorem hunc proximi ita turbauit vt de eo cum fructu tractari nequeat, niſi tractatus in certa capita diſtribuatur, vt declaretur nobis. Primo, quis ſit proximus. Secundo quomodo diligẽdus. Tertio qua ratione, & cur diligendus. Et hęc omnia paucis verbis, ſed magna, & ampliſſima authoritate pertractat Chriſtus in Euangelio.

De Primo. Proximi nomine intelligunt Hębrei, gentem ſuam Iudaicã cæteros tanquam alienos excludẽtes contra quam falſam intelligentiam, Chriſtus narrauit parabolam Samaritani, & concluſit, Proximum eſſe cũ, Luc. 10. quicunq; ſit, qui noſtra eget miſericordia. ſententiam recipit caro, ſic vt omnes includat latinos, græcos, hebreos, tantum vno hominum genere excluſo, qui amari nullo mõ poteſt, Et hi ſunt inimici. Aduerſus hoc pronuntiat Chriſtus. Ego autẽ dico vobis, Diligite inimicos. obſerua quantam emphaſim habet. Ego autẽ. &c. Ego Dei verbum, & veritas. Ego inſtaurator mũdi, De quo pater, ipſum audite. Dico. i. impero. Dicere Dei ad extra eſt iubere, dixit & facta ſũt. Vobis, qui perfectiora mecum ſectamini, qbus datũ eſt noſſe myſteria.

De Secundo, Hoc opus, hic labor eſt, habet enim Caro innumeras aſtutias vt præceptum hoc ſibi accommodet. Obligat lex naturæ, quęcũq; vultis vt faciant vobis & vos illis. Declarat amplius lex ſcripta, vt multa obturet diuerticula: Dilige ſicut teipſum, quis. n ignorat, quali quanto ve amore ſeipſum diligit? ſed clariſſimè numerat Chriſtus in euangelio quęcũq; vult. d. diligite, Benefacite, orate date cor, manus, verba, facta; quomodo? Hic dandæ ſunt regulæ conſtantes. Si inimicus & infenſus eſt, ex iniuria accepta, quam tu intuliſti, Merito hic obligant leges omnes, vt tu ipſe vulnus inflictum cures, vt inclineris, vt pacem vltro poſcas, & inferas: ita Chriſtus. ſi offers munus tuũ ad altare &c. Relinque ibi munus. i. ſta in propoſito ſacrificandi & Deũ colendi, non abijcias Dei cultum, vt ſolent noſtri ſtatim fugere confeſſiones. &c. ſed remoue impedimenta,

menta, reconciliare fratri, & tunc ve niens offeres & ſacrificium acceptũ erit. vnum horum neceſſe eſt facere, vel dimittere altare, & ſacramenta, vel indigne accedere, quod peſsimũ omnium eſt, vel reconciliari fratri. Si vero inimicus illator iniuriæ fuit. Hoc durius eſt, & tamen hoc quoq; ſub ſuo canone comprehendit Chriſtus. Conſidera igitur hic, quòd illa ta iniuria tria ſecum intulit damna. Primum fuit offenſa Dei, quæ mundum deordinauit, dum tibi incommodus fuit, contra Dei voluntatem. Damnum hoc non eſt ab homine remittendum, Dei enim eſt: neque inimicus vt talis eſt ideſt Diuinæ legis tranſgreſſor, amandus eſt, atq; ideo neque imitandus eſt, vt reddas ei malum pro malo. Dion. de d. nom. ca 4. in natura non eſt malum: addit Cyrillus Hieroſolimitanus. vbi eſt? in voluntate. Sed ex iuſtitia odio habendus: ita tamen vt ſemper ſepares perſonã à culpa, Orandus tamen Deus vt, remittat. Secundum fuit. Turbatio hominis læſi; qui ſtatim repletus eſt ita, odio, & rancore, quo totum cor infectum eſt, quaſi veneno accepto: Hic vero tu cogita, quam vile eſt ſic facile ad quodcũque verbum quaſi ventum turbari, huc illuc impelli ad libitum cuiuſcunque Quid demiſsius, dici poteſt? Et tamen fœminæ fere omnes, viri quam plurimi huic ſubſunt vilitati. Et excuſant quòd complexio, & bilis vrget: Vah pueri. 50. annorum nondum agnoſcitis complexionis pericula? nondum curare cœpiſtis? Hoc damnum omnino reſarciendum eſt. Diligite inquit Chriſtius. Non ſtant ſimul dilectio & odium. quare omnis rancor, cum ſignis omnibus ſuis proximis, & remotis, omnino ex animo tollendus eſt: & in hac re potiſsima cura, ne te decipias, euome odium, & tu iam curatus es. Tertium fuit illata iniuria in perſona, honore, ſubſtantia. Damnum hoc vel eſt præſens & actuale, ita quòd adhuc quottidie impellor, vel præteritum. Si præſens, non obligo te in conſcientia, vt feras patienter, ita quòd vim vi non repellas, tutela enim eſt de iure naturę, modo ſit inculpata, ſi tamen feras, & magno animo lædentes ſuſtineas, opus patientiæ, & perfectionis eſt. de quo Salom. in Cant. ſicut lilium inter ſpinas, Ita amica mea inter filias. & poteſt intantum creſcere, vt patienter feras, primo, non reclames tranſeat calix &c. ſemper tamen addas, fiat non ſicut ego volo, ſed ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Deinde feras in ſilentio, nihil turberis, ſicut homo nõ habens in ore redargutiones. Tertiò lęteris in anguſtia, ibant Apoſtoli gaudentes &c. In vitis patrum legitur de quodam Anachorita, qui percuſſus à Dæmone in maxilla vna, ſtatim læſus obiecit alteram. Et illico fugatus ea charitate eſt Dæmon. Non tamen ad hanc ſuſtinentiam obligamus, niſi perfectos qui ſpiritu dei ducuntur. De chriſtianis ſui temporis Tertullianus. in apolog. lib. 2. cap. 37. poſtquam narrauit acerbas inimicitias gentilium contra chriſtianos, quos, & ipſis ſepulchris perſequebantur, & in faucibus mortis, narrat quòd cum poſſent vlciſci, nolebant, quia ſibi magis licitum putabant occidi quam occidere. ita Dauid pepercit Sauli, ſpectaculum facti ſumus mundo, Angelis & hominibus: quid mirantur & ſpectant? En vſque in hanc horam eſurimus maledicimur & benedicimus. blaſphemamur & obſecramus: Tam mirabilis

Cant. 2.

Act. 5.

1. Cor. 4.

&

& reuerenda Angelis, & hominibus, & ipſis dęmonibus, eſt Chriſtiana patientia. Auguſtinus. de ci. dei li. 5. c. 26. refert Theodoſium Eugenio victo perſecutoribus & eorum filijs ſtatim pepercitſe, quin & eos honoribus auxiſſe. Si præteritum eſt damnum. Vel compenſari poteſt, vel nō. Si poteſt, & acerbus ille non curat, Non impedio quin ius tuum perſequaris coram iudice, ſine rancore tamē, quin ex charitate. Ad Dei gloriā: Ad mundi iuſtitiā. Ad ſanādum illū perditum. Ad exemplum aliorum. & etiam ad Ius tutādum ſaluis legibus, quod ſi non curas tu, & amore Dei remittis & pateris, non improbo, quin ſummopere laudo tāqua opus perfectionis. Si vero vellet compenſare, ſed non poteſt; atque adeo pacem petit, rogat, Miſericordiam habe in me, & omnia reddam tibi. Hic omnino tenetur homo Chriſti miſereri Matt. Nonne oportuit & te miſereri conſerui tui? Neque dicas ego dimiſi, Agat iuſtitia, Nam & ille ſeruus conſeruum tradiderat in manum iuſtitiæ, & tamen audit, ligatis manibus &c. Ita ex corde diligendus eſt inimicus. In teſtimonium vero internæ dilectionis quid adhibendum, vt notum ſit te ſine rācore eſſe. Benefacite. opere iuuāte, ſaltem vt ſis ſemper paratus ad iuuandum. Non enim obligo te vt cum eo conuerſeris aſſidue. Maxime ſi dubites ne peius aliquid contingat, ſi tamen facias ex Dei amore, perfectio eſt, ſi vero ope re tuo non indigeat, aut à te iuuari nolit. Orate. Hæc ſumma religio eſt, quam in cruce primo loco exercuit Amantiſſimus Ieſus noſter. Hāc nemo impedire poteſt. Ora pro inimico ſicut pro te ipſo: Primò, vt Deus illi donet ęternam vitam, ne vadat ad eum blaſphemandum apud inferos, ne etiam nobilis illa creatura ſuo fine fruſtretur. Secundo, vt det illi in hac gratiam bene viuendi, vt non vltra Deum offendat & eccleſiam turbet. Vt Deus det illis pœnitentiam, & reſipiſcant à laqueis diaboli. Tertiò, vt ſi alter corrigi non vult, corripiat illum Deus. In chamo & freno maxillas eorum coſtringat: ſic enim & de ſeipſis precantur ſancti. Hic vre, hic ſeca: vt in æternum parcas. Pro morte non ores, niſi ſit Eccleſiæ hoſtis, aut Reipu. Sic enim bonum publicū priuato eſt præferendum. Sic. D. Anaſtaſia de viro ſuo rogabat. Si elt emēdandus, Iube locum dare ſanctis. qa vexabat eccleſiam: Pro ſpirituali iniuria non licet (Auguſtinus) oras vt moriatur malus, & facti eſtis duo mali. Hæc de Secundo.

Matth. 18.

2. Timot. 2.

Pſal. 31.

De Tertiò. Magni, & ardui huius amoris, magnam, & arduam dat rationem, In quam ſupra omnem carnis, & mundi, & cordis etiam ſuimet perſuaſionem reſpicere debet amator chriſtianus. Vt ſitis filij Patris veſtri &c. Eſt ne vllus ordo equeſtris qui hanc Dei filiationē dignitate ſuperet? Verbum breue, ſed fœcundum quod tres cauſas ſic amandi complectitur. Prima eſt condecentia. Decet enim filium imitari patrem cuius imago eſt; Paulus, eſtote imitatores Dei ſicut filij chariſſimi. Greg. Nyſſ. ſimilis homo Deo fit non ſecundum naturam, ſed actionem. Dei formis eſt amor hic (Cirillus) imprimitque in nobis vultum patris. Pluit Ille ſuper bo. & malos Solem ſuum oriri facit &c. Plus de Dei pluuia & ſole fruuntur mali quam boni, quia communiter mali ſunt ditiores, habent latas familias, regiones, agros, armenta: boni ſunt ſoli, poſſet

poſſet diuidere hos ab illis, vt hæ-
breos olim in ægypto. Sic ergo decet
ſanctos & Dei filios. Secunda eſt vti-
litas. Nam vt amor hic maximus eſt,
ita maximum habet paratum præ-
mium. Si ſalutantes ſalutatis, quam
mercedem habebitis? Quia ethnici
multi iniurias ſpreuerũt, vt de Socra.
narrat Diogenes Laertius. quod cal-
cem impingenti, nil comminatus eſt.
Et mirantibus eius patientiam di-
xit, quid ſi me Aſinus impetiſſet? idẽ
feciſſem. Idem de Diogene, & de ca
tone. quam mercedem habebitis? er
go ſi iuſtus amat amicum non mere-
tur? & tamen ſolent Theologi dice-
re, quod quicquid facit homo in gra
tia eſt meritorium. Reſp. quicquid fa
cit ſecundum inſtinctum gratiæ eſt
meritorium. ob hoc Salom. Neſcit
homo an amore an odio dignus ſit.
& Paulus, nihil mihi conſcius ſum,
quia neſcit homo an ſecundum gra-
tiam & eius inſtinctum operetur, &
ſi opera bona ſint ex genere. Dimitti
Luc. 6. te & Dimittemini. Et addit. Menſu-
ram bonam, conſertam, coagitatam,
ſupereffluentem dabunt in ſinum ve
ſtrum, quantum igitur vtile eſt nobis
remitti peccata noſtra; Tantum expe
dit remittere proximis, & diligere
inimicos. Huic enim potiſsimam
remiſsioni Deus promiſit remiſsio-
nem. primo propter excellentiam
actus. Nulla enim eleemoſina maior
quam remiſsio iniuriarum D. Augu-
ſtinus. Martyrium cordis vocat, D.
Gregorius aĩ patientiam, Secundo
propter correſpondentiam actus,
quaſi huic miſericordię debeatur mi
Matt. 5. ſericordia, iuxta illud. Beati miſericor
des, quoniã miſericordiã cõſequẽtur.
Matt. 6. & Iterũ. Eadẽ mẽſura qua mẽſi fueri
tis remetietur vobis Tertio per ex-
perimentum Diuini amoris, cuius
maximum indicium eſt amor inimi-
corum: quando propter Deum, &
eos amamus, à quibus natura refugit
Tertia eſt neceſsitas, quæ tollit om-
nem excuſationẽ. Ita D. Nonne opor
tuit, & te miſereri? Pater eſt qui præ
cipit & legem dat Deus: filius Dei,
Deus eſt qui legem exponit & inter-
pretatur. Vltra præceptum exemplũ
dat, & prior diligit, obſeruatoribus
præmia ponit, temporalia, & æterna.
Neglectoribus æterna comminatur
damna. Hic neceſſe eſt, vel eius volũ
tatem & omnia ſimul bona reijcere;
Vel amoris huius leges, ſic reſarci-
tas, & explicatas, ſupra quoſcunque,
humores, & amores alio vocantes ſu
ſcipere & implere. Si rijcimus, certi
ſumus nos viciſsim à Deo reijci, &
inter eius inimicos conſcribi. Si reci
pimus certi ſumus, quicquid de no-
bis ſtatuat, vel iudicet mundus: nos à
deo recipi in filios, quod ſi filij ſu-
mus (Paulus) & hæredes, Hæredes
quidem dei cohæredes autem Chri-
ſti. qui viuit, & regnat deus. Per om-
nia ſecula ſeculorum. Amen.

Dilige Proximum ſicut teipſum. D Th. opo. 18. cap. 13.
Particula illa modificans breuis eſt,
ſed fœcunda: obligat enim amorem
proximi ad quatuor conditiones. Vt
ſit verax, vt ſit rectus, Vt ſit ſanctus, 1. Tim. 1. 1. Cor. 13.
ſit fructuoſus.

Primo. Verax, ſic enim homo ſeip
ſum vere diligit, vt ratione ſui diligat
alia, quæ ad vſum ſuum quærit, ſæpe
cum eorum deſolatione, vt panem,
vinum, veſtes, quæ vſu conſumuntur.
Sic diligat proximum ratione eius.
non quòd ſibi ſit vtilis, aut commo-
dus, ſic amant meretrices, & merce-
narij. Sit ergo charitas de corde puro.
conſcientia bona, fide nõ ficta. Cha-
ritas non quærit quæ ſua.

Secundo.

Secundo. Rectus, Iuſte diſtribuēs & maius bonum præponens minori. ſic homo diligit in ſe primo animã, & bona animæ, ſecundo corpus & bona corporis, qui ſecus facit, inique amat, qui diligit iniquitatem odit animam ſuam. Sic proximo quærendum eſt primo bonum animæ, ſecũdo corpus, tertio corporalia. Pſalm. 10.

Tertiò. Sanctus in Deum ſcilicet, & Dei gloriam reſpiciēs. ſic ſeipſum homo diligens dicit Deo, Paratum cor meum &c. Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? Ita propter Deum amare debet proximum, & reſpectum hunc omnibus præponere hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum diligat & fratrem ſuum. Pſalm. 107. 1. Ioann. 4.

Quarto Fructuoſus, & operoſus. Charitas enim non eſt ocioſa. Sic homo diligit ſe, non tantum affectu, ſed effectu. Sic & proximo non tantum bene velit ſed vt addit Chriſtus bene faciat. Filioli non diligamus verbo, neque lingua ſed opere & veritate Addit ergo. Benefacit &c. Benefacite. ſic veraciter, iuſte, & ſanctè, & fructuoſe, iuuate, ſed bona facite, exſtēdite opus per gradus, vt. Primo vbi opus eſt, ſeruiatis proximo etiam hoſti in bonis, & ſpiritualibus, & temporalibus: ſaltem in eius neceſſitate: ſaltem prompto ſitis animo. Secundo vbi opus eſt patiamini etiam pro eo multa incommoda. Ita Paulus omnia ſuſtineo propter electos, vt ſalui fiant, Tertio vbi diſcrimen imminet animæ eius, exponas etiam corpus, & vitam: quod eſt ſummum charitatis pignus, vt ſi videres chriſtianum proximum ruinæ, facilem ad ſeductionem, Tyrannum imminentem & comminantem vt cogat abnegare Chriſtum, hoc loco teneris eripere eum, etiam cũ periculo vitæ. ita Paulus. omnia impendã, ſed & ipſe ſuper impendar pro vobis. Ioann. 3. 2. Tim. 2. 2. Tim. 2. 2. Cor. 12.

Habita Romæ. 1572.

SABBATO *Cinerum.*

SI nos tempore ſerenitatis, & beneficiorum non agnoſcimus bonitatem Dei, non gratias illi agimus, nõ ad eius honorem viuimus, potius tribuimus omnia, Naturæ, Fortunæ, Induſtriæ &c. Et quod de Iſraele dictum eſt. Incraſſatus, impinguatus, dilatatus, recalcitrauit. & iterũ. Filios enutriui & exaltaui, &c. Deus autem omnino agnoſci vult, & pro gloria ſua, & pro vtilitate noſtra, & velle debet. Pro gloria ſua, quia non poteſt agnoſci, & nõ diligi, ac magnifieri. Ita Io. qui non diligit non nouit Deum. Ita Dauid. Notus in Iudęa Deus: Ideoq; in Iſrael magnum nomen eius. Pro ſalute noſtra, quia hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant &c. Cogitur ergo, qñ in proſperis non agnoſcitur, mutare manum, flagellareq;, vt velimus nolimus in eius manũ reſpicere, in uocare, præſentē magnificare & adorare cogamur. Ita Aegyptum prouinciam olim totius fere mundi altricē, totius Aſiæ paradiſum, quia in commodis non intellexit, ſed populum Dei afflixit, ſacrificia impediuit, naſcētes pueros oppreſſit: altera manu viſitauit, ranis, muſcis, ſanguine, tenebis, grandine, peſte vaſtauit, tãtum vt agnoſceretur, ac Deus, & dominus haberetur. Si autem hæc vera, vt veriſſima ſunt, cur nos patienter manum eius non ſuſtinemus? Si tantum Eſa. 1.

F. Franc. Viced. X pro

pro gloria ſua faceret, ferendum eſſet;nam dominus eſt, An non,inquit æquum eſt de meo facere me quod volo?Ita Iob.Sit nomen Domini benedictum.Quanto vero æquiore animo ferendum eſt,quando prter gloriam ſuam,ſemper magno cum commodo, & lucro noſtro nos exercet? Paulus.A domino corripimur,ne cũ hoc mundo damnemur. Ita Dauid. Bonũ mihi quia humiliaſti me. Sed ſi nunquam ij dixerint,nonne experimur nos, quomodo in tempore ſerenitatis,& fœlicitatis diſſoluimur, atque de Deo,de anima, de paradiſo, vel inferno ne cogitamus quidẽ. Vbi autem premimur,ſtatim oculos tollimus,manus leuamus, confugimusq; ad liberationẽ?Ita Dauid.Ad dominum cum tribularet clamaui;Ita hodie Petrus cum cœpit mergi, Domine ſaluum me fac. Adueniẽte autem liberatore, quãta rerum mutatio fiat ecce nobis ob oculos in Euangelica hiſtoria, vbi quàm primum ex nocte fit dies,ex tempeſtate,quies, ex deſtitutis,beati,ſine Chriſto minãtur omnia,cum Chriſto iuuant omnia.Summa eſt,ꝙ ideo Deus adfligit quos amat, vt cognoſcatur, cognitio autẽ iſta parit duos fructus precioſos. Primus Dei prementis & liberantis gloriam,Secũdus eſt,inſtructio, & ſalus noſtra,videbitis,ergo quanta cũ gloria ſua; quanta cum ipſorum ſalute apoſtolos hodie nauigãtes exerceat. Duas autem potiſſimum partes habet hiſtoria. In prima videre eſt,quales ſine Chriſto ſimus.In ſecũda quales cum Chriſto, atque huc proderit contemplatio. vt vbi viderimus vitã hanc noſtram,ſi Chriſtus abſit, totã eſſe fortunam,ac tempeſtatem timemus.Præſente autem Chriſto totam eſſe quietam,& commodã ſperemus ſicq; inter metum & ſpem viuamus. Quantum ad primam partem narrãt nobis Euãgeliſtæ.præſertim Matth. & Marcus, ꝙ cum dominus noſter Ieſus pauiſſet turbam illam Galileã, miraculoſa quinq; panum creſcẽntia, vidẽs turbam ex ſtolida quadam ſua lætitia,& gratitudine commotã, vt raperet eum,& regem faceret, volenſque omnem huius facti & dominij affectati ſuſpicionem à ſe eximere.Primum quidẽ dimiſit apoſtolos, immo nolentes ab eo diuelli,compulit,vt ſtagnum tranſirent, ſeque in ciuitate Geneſareth Betſaida præſtolarentur. Deinde dimiſit & turbas. Ipſe autem aſcendit ſolus orare in mõtem.It in montem, vt nos à turbarũ planicie.i. vilibus affectibus ad ſublimia regni Dei myſteria ſubleuet,orationemque noſtram in monte.i. in eleuatione ſpiritus collocandam doceat.It ſolus Chriſtus, quia ſolitudo eſt Mater orationis, vbi cor in diuerſa non trahitur, vbi oratur in abſcondito,it oraturus, cũ ipſe nulla egeat oratione, duplici de cauſa. Tum vt doceat nos frequenter orare exẽplo ſuo; tum vt impleat officiũ ſacerdotij ſui, ſtetq; pro hominibus coram patre Deo ad interpellãdum;fructus autem orationis huius duplex eſt: Alter generalis,quo ſuis omnibus prodeſt,bonaq; omnia opportuna impetrat. Alter ſpecialis,quo Nauigãtibus & mox premẽdis à tẽpeſtate(Orig.) Apoſtolis ſuis ſuccurit,prouidetque de remedio. Erat enim nauis in medio mari.Preſſura vrget ab omni latere: Nox eſt, tempus incommodum, quo pericula ipſa nec cerni poſſunt: Mare turbatum eſt,& ventis contrarijs agitatur.ſunt in medio mari, per viginti quinque, aut triginta, ſtadia inquit Ioann. Quare diſtant à terra,

Præſi-

Præſidium abeſt. Ieſus, enim erat ſolus in terra. cum Ieſu tutum eſt tribulari; nam ille prouidet omnibus. ſine Ieſu vero acta omnia, dicit enim. ſine me nihil poteſtis. cũ Ieſu Petrus paratus eſt & in mortem ire. ſine Ieſu quam primum cœpit mergi dubitat. cum Ieſu occurrit cohorti, ſine Ieſu non fert Ancillæ vnius vi.... Merito clamat Paulus. ſi Deus pro nobis quis contra nos? At ſi diſtat ille à nobis, ſi nos in mari, ille in terra, quis erit pro nobis? Nos vero in mari ſumus, quandiu in hoc mundo verſamur, atq; à domino peregrinamur. Si enim mare mobile, inconſtans, & inquietum eſt, quid mobilius hoc vi

Iob.14. uendi ſtatu, qui vt dicit Iob. Nonquã in eodem ſtatu permanet? modo eleuatur, modo deprimitur, modo attollitur ſuperbia, mõ premitur, egeſtate, modo ſperat, mõ timet: ſi fluit mare, quid magis fluit quam vita hęc noſtra, oẽs morimur, & quaſi aquæ dilabimur &c. priorum non eſt memoria. Si monſtra innumera habet mare, quę non habet hic mundus immania, voracia, formidabilia? ſi pericula habet mare, quæ à nauigantibus enarrantur, quę loca tuta ſunt in hoc mundo, quæ pacifica, quæ ſine dolo, aut vi? Si ventis modo his, modo illis turbatur mare. Quæ rabies rerum, factorum, dictorum, affectuũ, effectuũ non turbat nos? Quo loco nauis hæc vitæ noſtræ ſe ſe locare, vbi non ſentiat ventos contrarios? Si diues eſt, vrget ambitio, faſtus, auaritia, ęmulatio, timor mortis. Si pauper eſt, vrget inopia, preſſurę, filij alendi, impatientia. Si iudex eſt, vrgent munera, reſpectus perſonarum, fauores potentum amicitia: Si mercator eſt, vrget cupiditas, fallacia, cumulatio illicita, vſurę. Si doctus eſt, vrgent honores, curioſitates, inuentiones proprij capitis, hæreſes, Si ſimplex eſt, vrget, ignorãtia, dubietas, ſuperſtitio, negligentia. Si ſenex eſt, vrgent ægritudines, nimius amor mũdi, inſtans timor mortis. Si iuuenis eſt, vrget ſanitas, robur indulgentia patrum, mala exempla, malæ ſocietates. Si mulier eſt, vrget vanitas, forma affectata, liuor, inuidia, oculi oĩum. Si ſacer eſt, vrget Iudas iſcharioth: Simõ magus, cor mũdanum, hypocriſis. Si Apoſtolus eſt, vrget ſpes, timor, mala, conſcientia, veritas ipſa quæ odiũ parit. Sic Nos in mari.i. in perpetua corporis, animi, & fortunæ agitatione ſumus. Solus Chrs in terra, ſolus ipſe ſtat, ſolus ſecũ pacem & quietẽ hẽt. Nauim interim ſuã apoſtolicã.i. Eccleſiã periclitari ſinit, & vẽtis tempeſtatibusq; perpetuis agitari, vt cernitis, intus timores, foris pugnæ. Nec noua eſt hæc procella. D. Baſilius lib. de Spiritu Sancto, cap. 30. deſcribit pulchra metaphora ſui temporis tẽpeſtates, ſicq; de ſtatu eccleſię loquitur. Cui comparabimus pręſentem ſtatum? Similis eſt bello nauali, vbi vtrinq; claſſis in claſſem irruit, pugnatq;. Adde violento turbine agitari claſſem, obſcuram noctem impendere, inuiſibilia fieri omnia, quare & confundi, vt nullum ſit amplius amicorum, vel hoſtium diſcrimen, vbi ſymbola propter confuſionem non agnoſcũtur. Adde & mare ĩtumeſcere: è nubibus ingentes aquas erũpere & horrẽdam inſurgere ex triplici cauſa tempeſtatẽ Ventis quoque vndique flantibus claſſem inter ſe collidi. Ex his autem qui in acie ſtãt, alios ſeipſos prodere & trãſfugere; alios ſimul impellere ſcaphas quę à ventis feruntur, & muto ſe trucidare. Adhæc cogita permiſtum quendam & horribilem ſoni

itum per vniuerſum id mare reſona
re,ex ventis,ex colliſione nauium,fer
uore maris,ex clamore belligerantiū
vt neque principis nauis, neque nau
cleri vox audiatur;ſed ingens tantum
quidam tumultus, malorum exceſſu
propter vitæ deſperationem,omnem
illis peccandi licentiam impendente.
Statue tandem ingentem quendam
morbū,ex gloriæ cupiditate inſaniā.
ita vt dum nauis ad fundum fertur
hi tamen nihil de contentione remit
tant, Ita olim, inquit Baſilius, ſecta
Ariana ſola hoſtis erat eccleſiæ,huic
ex aduerſo loco oppoſita; Poſtea in
partes innumeras diuiſa eſt,factaque
irreconciliabilis inimicitia:Hæc vero
tempeſtas eccleſiarum, qua te dem
marina procella non eſt efferatior,in
qua & omnes patrum termini com-
moti ſunt. Sublatum eſt dogmatum
munimentū,& omnia circūaguntur
quia putri fundamento incumbūt.
Nos viciſsim alii in alios,mutuo īter
nos ſubuertimur. Tantum habemus
ſoc etatis,quantum in communi ad
uerſarios odio habemus. Vbi præter
ierint hoſtes iam nos mutuo con
fligimus. Naufragia ſunt innume-
ra: Alij ex hoſtium incurſu; Alij
ex occultis inſidiis. Alij ex impe-
ritia Ducum; quam vero procel-
lam non patimur à principibus?
Nox caliginoſa eccleſias occupat,fa-
cibus mūdi ſublatis,cōtentio adimit
mali ſenſum; clamat vndique con
tentio, & ſonus indiſcretus. ex quo
alij ad Iudaiſmum; alij Græciſmum;
alij ad Gentiliſmum declinant,nulla
habita rōne ſanctę ſcripturæ aut apo
ſtolicarū traditionū. Erroris autem
ſimilitudo omni coniuratione fir-
mior eſt. Theologi sūt impuri,quare
& multos habent ſectatores malo-
rum.ſicque tota Nauis quaſi in me-
dio mari periclitatur. Chriſtus aūt
Solus in terra,agitari quidē ſuos pa
titur; nō quia non poſsit ſuccurrere
non quia nolit, amici enim ſunt, &
prædilecti. Sed opportune, & cer-
to cum fructu eſt faciendum Neque
enim incuria, vel igorantia fuit,
ꝙ ſic eos compulit nauigare. ſciebat
enim quid turbinis paſſuri eſſent.ſcie
bat & quid eruditionis ex eo relaturi
eſſent. Ita dicit quos amo corrigo,
&c.viderant Apoſtoli nuper magnū
illud miraculum,quòd quinque pani
bus tantam turbam pauerat. & tamē
teſtatur euangeliſta. ꝙ non intellexe
rant de panibus, Tāta erat eorū craſ-
ſities. Sunt ergo amplius audiendi:
& hoc fit egregie in præſenti caſu;
Tantus eſt Chriſti amor quod nulla
noſtra perfidia à nobis inſtruēdis
eum reuocat. Quid mali non eſt à
Chriſto commerita eius eccleſia? In
quo non offendit? In quo non apo-
ſtatauit,& fornicata eſt cum amato-
ribus ſeculi? in ſcientia cum Philo-
ſophis, Poetis, &c. In moribus cum
Epicuris, Sardanapalis &c. Repudia
re eam potuit,ac debuit, ſed noluit.
Tantū inſtruere, ac exercere voluit;
ſicque paſſus eſt eam vexari à Vētis
modo tirānorum effundentium ſan
guinem, quouſque draco ille factus
eſt totus ſanguine ſanctorum rūfus;
& ebrius. modo hæreticorum, cum
ex Dracone factus eſt anguis, latēs ī
gramine,mordens in ſilentio, hære-
ſum fucis, & dolis cruentius eccle-
ſiam vaſtans. Hic inſufflant venti,
ebiones,Corinthi,Eluidij,Eunomij,
Arij; vſque ad hæc tempora noſtra
quibus nulla fuere miſeriora. hic
enim tota nauis ſcinditur. Hic nulli
parcitur lateri. Hic noua quotidie
prodit hæreſis. Non habet Hydra tot
capita,quot impietas. Laborant apo

ſtoli in remigando. Hoc enim pro prie Munus eſt apoſtolicum, labora re pro ſancta dei eccleſia. Ita Paulus labora ſicut bonus miles, opus fac euangeliſtæ. Sic ſuos ſemper habuit operarios Chriſtus. Tempore tyrannorum laboratum eſt, Patientia & cõſtantia, ita quòd (Tertullianus) ſe men chriſtianorum ſanguis fuit; tẽpore hereticorum, laboratum eſt fide, & doctrina, ſemen fuit verbum Dei, & traditio apoſtolica, Hic multa ſecere optimi illi Cypriani, Athanaſij, Baſilij, Hilarij, Cyrilli, Chryſ. Hiero. Ambr. Auguſtini. &c. Nunc opus hoc noſtrũ eſt, væ mihi, inquit ille quia tacui. & Paulus. væ mihi ſi non euangelizauero. Si nõ dixeris ei (Eze.) ille morietur, ſanguinẽ autẽ eius de
Col. 4. manu tua requiram. Ideo monet Paulus Archippum. vide miniſteriũ quod accepiſti in domino, vt illud impleas Hic ergo quiſq; officio ſuo fungitur Nauim regit Prudentia; Vela pandit fides, Anchoram iacit ſpes, exonerat charitas, & eleemoſina. Haurit aquas contritio, obſtruit rupturas timor, tutatur ab undis humilitas; ſicque la
1. Cor. 3. boratur ab omnibus loco ſuo. Chriſtus autem in terra videt, & delectatur in opere, numeratque ſingula, vſque ad quartam vigiliam. laborãt illi, ſed ventus præualet, ego plantaui, Apollo rigauit. ſed neque qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid. Alias per totam noctẽ piſcati ſunt fruſtra: Hi quoque fruſtra remigant, niſi adueniat ille, ſine quo labor omnis eſt
Pſalm. 66. vanus, ſine quo nihil. Ille ille miſereatur noſtri & benedicat nobis. illuminet vultum ſuum ſuper nos, ne tenebræ nos comprehend t, alioqui nauis operietur. ſperate in eo omnis cõgregatio populi. omnem ſollicitudinem veſtram proijcite in eum, ipſi cura eſt de uobis; Prope erit in uocantibus eum in veritate. Et oportune ſcit ille tempus, videt omnia, numerat momenta noſtra in terra, ſtabilitateque ſuæ æternitatis, quare ne diffidamus. ſat hactenus lucrati ſumus quod ſtatum noſtrũ ſine ipſo probe cognouimus Iam aderit ipſe & mutabuntur omnia. Suſtineamus bono animo:

Tam imbecilla eſt humanitas noſtra, tam fortis, & bene munitus mũdus totus contra nos, vt dum ſine Chriſto ſumus, inſultẽt omnia, veniẽte autem ipſo, protinus mutãtur omnia, & quæ primum premebant, & inſultabant maria, illico premũtur. Eſtque hic ſecundus ſtatus vitæ noſtræ quo cũ Chřo fruimur. Et sũt hic tria potiſſimũ conſideranda: Primum qñ venit Chriſtus. Secũdum. qũo venit. Tertium. quid pręſtat aduentus eius. De primo, quarta vigilia noctis, prope lucem. ſ. cum iam nox ſæuire amplius in ſuos nõ poterat. Ita deſtituit, & mortificat nos, vt cũ minus ſperamus viuificet: ſicq; illius eſſe opus, & non noſtrum dignoſcamus. Nos. n. tota nocte fruſtra remigauimus: Hic ergo diſcamus, in nulla nos quantũuis longa & vrgẽtę calamitate deſperare. Pſal. Cõfortare, eſto robuſtus, viriliter age, ſuſtine Dominũ. Ita Iob. poſt infinitas ſuas miſerias adhuc ẽt ſi occiderit me, ſperabo in eum. ita 1. Cor. 10.
Paulus. fidelis non patietur tẽtari vos Iacob. 5.
ſupra id quod poteſtis. ita Iacobus. patientes eſtote, & cõfirmate corda veſtra &c. Bernardus. quantũcũq; ſæuiat tribulatio, nõ memineris te derelictũ, ſed ſcriptũ eſſe. Cũ ipſo ſum in tribulatione. Et ego aliud interim in tribulatione qd requirã? Bonũ mihi domine tribulari, dũ mõ ipſe ſis mecũ. Nobiſcum aũt eſt, nam videt om

nia &

nia & adeſt in tempore oportuno. De ſecundo. quomodo venit? Venit ad eos ambulans ſupra mare. Mirabilis eſt hic veniendi modus; venit cum minus ſperatur, cum iam acta omnia putabamus, venit & inſolito modo, vt dignoſci vix queat. Ambulat autem Chriſtus ſupra mare, non quòd corpus phantaſticum habeat, vt dixit Manicheus, & Theodorus ille Epiſcopus Pharanitanus, de quo Beda, ſed ex maieſtate carnis ſuæ, quæ potuit ſemper eſſe glorioſa, ni maluiſſet nobis ſeruire habitu inuentus vt homo, ſic autem dominium ſuum oſtendit quo ſibi ſubiecta eſt, non tātum aqua maris, ſed & omnis creatura. Agnouit elementum conditorem ſuum, & ſubſtitit. Ipſe ergo ſic dominus omnium ſuper aquas ambulat, & volebat præterire eos. Ita olim in Emaus: finxit ſe longius ire: voluit (Auguſtinus) vt alienos à ſe, & ſe indignos præterire: Ita & præteriens ſolet in nobis ſui deſiderium excitare. Ita dilata gratia ſolet magis placere; ſic ergo venit ad nos, quaſi perdat & confirmat quaſi alio tentat, ſi ſic quandoque ſeruat nos, quaſi perdat: ſic confirmat quaſi deſtituat. Ita ſeruauit & magnificauit Ioſephum, Dauidemque per infinitas perditiones, ſic enim mortificat, & viuificat. De tertio, quid præſtat aduētus eius? Duo magna contraria. Primo, Illi vt viderunt eum ambulantem ſupra mare, putauerunt phantaſma eſſe, & exclamauerunt. Mirabile dictu, venit vt liberet, & ecce turbat. Omnes enim vt viderunt conturbati ſunt. Quàm inepta eſt caro noſtra ad intelligenda Chriſti negocia, ita naſcitur mundi pace, & ſalute, potiſſimum vero Hieruſalem. Et ecce ad auditum eius, turbatur Herodes, & Hyeroſolima tota; Reſurrexit à mortuis vt effundat bona omnia quæ ſecum tulit è regno patris, vnde venit maxime apoſtolis ſuis. Et ecce quam primum videntes ingredientem foribus clauſis, conturbati, & exterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre. In cauſa autē eſt, quia adhuc nox eſt, lux venit in tenebras, & tenebrę eū nō cōprehēderūt. ſic ſumus in aſſueti regno Chriſti: vt quæcunque de nobis ſtatuit, quomodocunque ad nos venit; phantaſma & alienum à moribus & carne noſtra putemus. Venit aquas mundi huius premens, pompas ſeculi huius ſpernens, amores omnes noſtros damnans; præcipit iniurias dimitti, damna illata pati, ſuperflua dari pauperibus, & ſimilia, quæ iudicio noſtro phantaſmata ſunt, & facta impoſsibilia: Et tamen Chriſtus eſt Dei filius, & non phantaſma: Dei voluntas, & non humana inuentio. Phantaſmata ſunt apud nos, incerta monſtra, Hydrę, centimani, cerberi, & Briarei, nullum nomen, nullam formam certam habētes, cernite obſecro num ſciam vobis oſtendere phantaſmata; Magiſtratus, & iudices, ſunt ne domini, an ſerui? ſi ſerui; legum, an paſsionum? donant an vendunt iudicia? vendunt ne Deo an hominibus? ò quæ phantaſmata. Mercatores ſunt ne Hebrei an chriſtiani? Vtiles Reip. an damnoſi? Cambia iſta moderna, ad quæ tota iam negociatio reducitur, ſunt ne dona, an damna? Mutua an vſuræ? Merces an precia? ſicca an virida Realia, an rea? Vendunt ne rem an tempus? Nummus eſt ne merx ac merces? Mulierum crines ſunt ne mortui, an viui? Facies ſunt ne vultus, an laruæ? Conuerſatio eſt ne libera, an ſubiecte? Religioſi ſunt ne ſacri, an ꝓphani? mortui mūdo an vi-

ni? Caro an ſpũs? Dei, an mũdi? Corui: an Palũbi? Angeli, an Diaboli? Hæc hæc ſunt Phantaſmata, ſine carne, ſine oſſe, ſine nomine, ſine vlla conſtãtia; videntur eſſe aliquid & non ſunt, vanitas vanitatum &c. Chriſtus econtra carnem, & oſſa habet, & poteſt à principio terrere in aſſuetos, tandem agnitus, tactus, & receptus beat. Mirabili autem conſilio (chriſoſtimus) ſic exercet ſuos, vt vbi vrgentia mala eſt expulſurus, grauiora tũc inducat. ita abraamum vltima vice tentat de morte filij. Ita Ioſephum deducit vſque ad mortem; ita Iſraelem vſq; ad ora leonum. Apoſtolos quoque mox liberaturus, ad extremũ timoris ſuo hoc aduentu perducit, ita vt ſemianimes exclament: rationem horum omnium dat Marcus. d. Erat enim cor eorum obcęcatum. Quid turbat corda noſtra in Chriſti præſentia niſi cęcitas? Quid turbat hæreticos vt putent Euchareſtiam digniſſimum ſacramentum, eſſe phantaſma niſi cœcitas? Ille tamen adeſt conſolaturus, Et ſtatim, periculum eſt in mora, locutus eſt eis, ita vox eius dulcis & ſuauis, vbi cognita & domeſtica eſt, vt erat Apoſtolis. Cõfidite, Timor omnis, & turbatio ex defectu fidei eſt. ipſa enim ſola eſt in ſubſtantit illa ſperandarum rerum &c. in qua vna firmantur omnia, Ego ſum. vox nota dicentem (Hieronimus) explicat: Vox autem iſta vt terret impios, ita quòd, dicente eo in horto militibus, Ego ſum ſtatim ceciderunt retrorſum, ita pijs iucunda eſt, vix maria audit hanc ſe vocantem prope monumentum, & ecce tota exultat, ac in eum ſe proripit: Quantam potentiam, bonitatẽ ſecum adfert ſola iſta Chriſti vocula, Ego ſum. Quid enim boni ſecum nõ eſt? quid mali ſecum eſt? Hæc vna ditat ſacramẽta vnde paſcimur; Hæc vna morti noſtræ occurrens in vitã æternam mutat. merito igitur addit. Nolite timere. quid vero cum Chriſto timeam? ſi ille pro nobis quis contra nos? Nemo eſt qui condemnet? Merito Petrus ait. Paratus ſum tecum in carcere, & in mortem ire. Carcer enim tecum mihi fiet paradiſus, & mors vita. Valde autem hic obſeruandum eſt, quod cum omnia interna & externa turbata reperiat, corda ſcilicet Apoſtolorũ & maria quã corda. Pax enim externa ſine interna nulla eſt, nam impius ſe ſolo vt mare feruet. Internam autem vbi aſſecuti ſumus, externa parũ turbat, ſic enim pax Chriſti exultat in cordibus, quòd exuperat omnem ſenſum, ita dicit in mundo preſſuram, in me pacem habebitis. oritur autem tota hæc Pax e Chriſti verbo, quo præſentiam, & tutelam eius audimus: Quare, & firmati illico ſunt Apoſtolorum animi, vt ne dum perire ſe in nauicula vtcunq; agitata dubitent, ſed & Petrus tanto ardore flagret, vt per ipſa maria tempeſtoſa velit ad Chriſtum ire; arbitratus nihil poſſe eum ab acceſſu retrahere: Dicit ergo apud Matthæum. Domine ſi tu es, iube me venire ad te. Non dicit. Ire ſuper aquas, hæc enim mera eſſet leuitas, & oſtentatio Fugienda ſunt pericula, cum per ea ad Chriſtum non tendimus. vbi vero ad eum itur, nulla timenda: Et dixit imo & innuit Manu. d. Veni. Sic delectatur Dominus in fide, & amore noſtro, vt ſigna, ac teſtimonia amoris non modo non reſutet, ſed præbeat ipſe, taliter dixit illi poſt reſurrectionem. Simon diligis me. Sic ergo Petrus, & ſua fide, & domini nutu prouocatus (non enim temeraria debet eſſe expoſitio periculorũ) recto pallio

lio ſe ſe immittit feruenti mari: quantus feruor qui mare totum nō timet. Quāta Chriſti tutela, quæ è mari hominem ſuum tutatur. Nos vero quando è naui exibimus? quando pallia iſta noſtra ſimulata proijciemus? quando ſignum veri amoris Chriſto dabimus? Non timet Petrus, Maria, nos vero calicem aquæ formidamus. Sed notandum quòd iter ad Chriſtū via arcta eſt, feruet enim mare, & quo proprius accedis, eo ventus fit validior. Facile eſt exire ex ægypto, & ſpoliare etiam eum, fit enim die vna: facile eſt nauem deſerere, fit enim momento vno. at priuſquam ad mel & lac terræ ſanctæ peruenias, innumera pati & facere oportet, per annos 40. Seſe enim opponunt omnia. Mare, & venti Petro inſultant: quare & feruor remittitur fideſque titubat; ſic ſæpe & ſancti Dei dubitarūt, vt Moiſes ad aquas; Elyas ad iuniperum; Requiritur ergo Perſeuerantia, qua pericula omnia vincantur; oritur autem ex facie Chriſti ſi ad eam tantum reſpiciamus. At vbi in nos & maria figimus oculos, ſtatim concidimus. Nihil enim cernimus quod in ſpem prouocet, quare mergi incipit Petrus, & vnum præſidium habet, quòd clamet Domine ſaluum me fac; Hæc vna ſpes nobis eſt in periculis omnibus, præſentem Chriſtum inuocare. Ille ergo damnata fidei paruitate, tanquā malorum omnium radice, data manu ſuſtinet, ac cum eo in nauem aſcēdit: Hic vero ſalua ſunt omnia, ceſſat ventus, Mare trāquillum fit: Apoſtoli intra ſe ſtupent; agnoſcunt filiū Dei, Dominum mundi, quare & adorant, ac ſumma cum lætitia fruuntur. Nauigant cum eo, vſque Geneſareth, ſalutemq; per ipſum generalē aduehunt. Non agnoue runt in panū multiplicatione. Nunc in tempeſtate aperti ſunt oculi filium Dei adorant. Iam vtile eſt nobis quandoque vexari, vt ſic Dominum noſtrum incognitum nobis agnoſcamus, in cuius cognitione ſtat vita & ſalus noſtra, in periculis agnoſcamus, ac præſentem habeamus, vt à temporibus, æternis eius præſenti gratia liberemur. Amē.

DOMINICA PRIMA
In Quadrageſima.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

VErum quidem eſt, quòd multæ, & graues ſunt tentationes, & anguſtiæ vitæ huius, quòd mundi practica plena laqueis, quòd ſatan mundi Deus potentiſſimus, & infeſtiſſimus eſt, quare Militia eſt vita hominis: & talis militia, quòd vbique pugnat, & vt plurimum perditur. Sed & verū eſt, quòd maximam horum malorum partem homo ipſe ſibimet parat, ac ſi in ſua pernitie delectetur; ſiue quòd negligens & ignauus eſt, in inquirendis armis quibus ad tantam luctam ſe præparet: ſiue quòd & frequenter ſua pericula ſibi ſeminat, & arma contra ſe dat inimico, dum quærit vires ad venerea: dum ambit honores, in quibus eleuatur: dum falſificat ſibi faciem, vt eam pulchritudinem augeat in qua & perit & alios perire facit, ſiue quòd in lucta animo concidit, & ſe ſe victum, vix tactus hoſti tradit: Facit hæc homo, certe facit, & hinc tot triūphos, & victorias dat ſatanæ; ſed facit quia vult, quia ſic ſibi infenſus,

&

& ſuæ dignitatis prorſus oblitus eſt. Non quod & arma & vires & modos, & exempla non habeat, quibus & ſe tueri, & hoſtem lædere; & expectare patienter, & ſuſtinere fortiter; prouocare audacter, & repellere grauiter, & glorioſe nequeat. Poteſt hęc omnia ſi vult homo chriſtianus, & poteſt in virtute capitis ſui Ieſu; & ſatan ipſe ſcit quod poteſt, & nunquam ſine dubio agreditur vt enim hæc ſciret homo, hæc ſciret, atque experiretur ſatan; vt vires nobis daret & illi demeret. Ductus eſt in deſertum &c. Mirabilis, & memorabilis actio eſt hæc quam hodie narrāt nobis Euangeliſtæ, vbi in aperto cāpo ſimul occurrunt & pugnant filius Dei, & inimicus Dei. vterque multa potēs, & multa ſciens; vterque prouiſionibus ad pugnā paratus, cōparet.n. Chriſtus & ſecū adfert fidē, humilitatem & Religionem, contra adfert Satan; Aſtutiam, Temeritatē, importunitatem. Nos omnia obſeruemus, & vſum noſtrū in conuertamus. Primo vt diſcamus vigilare, & vbique locorum, & temporum nobis timere, etiam in ſolitudine, in religione, in quadrageſima, ſi enim venit ad Chriſtum ſolitarium, quem hactenus vidit naſci è virgine, per annos 30. innocētiſsime viuere, nuper dies 40. Ieiunare. quanto ardentius ad nos? Beatus qui ſemper eſt pauidus, ſemper itaque expectemus: Secundo, expectemus importunium, in omnes formas ſe ſe vertētē vt fallat, vt cogat in leonem, draconem, aſpidem & baſiliſcum, in deſerto, in templo in monte. quo magis nos ſequeſtrabimus, aut eleuabimus (chryſ.) eo magis inſiliet tanquam venator qui ſequitur feras in montibus, non ſic beſtias domeſticas. Tertio, expectemus magno animo & confidēti, nam vtcunque natura ſit infirma, virtus eſt capitis noſtri Chriſti, cui vnimur & à quo robor accipimus, & confortamur, in eo poſſumus omnes, ille pro nobis pugnat, & vincit. & vt morte ſua (Grægo.) mortem noſtram ſuperat, ita tentatione ſua noſtras debilitat, tutatur, hebetantur ſagittæ in petra, quæ Chriſtus eſt. ita artes ſatanæ eluduntur in capite, vt membra ſint ſalua. In eo ſimus, in eo pugnemus, dicit enim confidite, ego ſum: nolite timere.

Proce.8.

Marc.6.

Quartò diſcamus modos, quibus Chriſtus Magiſter noſter ſibi prouidet in pugna & eum in omnibus (Chryſoſtomus) ſequamur, & imitemur, omnis eius actio noſtra inſtructio. Habet Chriſtus pugnaturus prouiſiones pręcedentes, concomitantes, & ſubſequentes, quibus negocium ſuum fœliciter conficit. Præcedentes ſunt. Prima, obedientia, qua Ductus eſt in deſertum à ſpiritu Sancto. ſequitur ſuum ductorem, quin compulſorem & in ſpiritu ſancto ſe ſequeſtrat, Ideo non eſt ſibi timendum. Ita Iſrael in fundo maris, & in deſerto. Ita nos in quadrageſima, quicquid dicant caro & medici, obedientia eſt, præteriri non poteſt ſine culpa mortali. Ergo omnino facienda eſt, ſic tamen vt expectes tentatorem, qui vt non pepercit Paradiſo cœleſti, nec terreſti, Ita nec tuæ ſolitudini aut pœnitentiæ parcet. Vt tentaretur à diabolo: ſpiritus ſanctus ducit, Chriſtus ducitur? Ad diabolum ducitur, quid ex hoc congreſſu expectandum? ſumma bonitas ducit, manſuetudo ducitur: ad iniquitatem ducitur. Ita & hic traditur Chriſtus poteſtati tenebrarum, vt in

paſsione,hæc eſt hora veſtra.Ita tra-
Luc.22. ditur ad tempus Iob vt tentaretur.
Hinc nobis meritum,hinc ſubſidiũ,
hinc exemplum quòd pontificem
habemus tentatum per omnia &c.
Heb.4. Didicit ex his quę paſſus eſt &c.Obe
dientia hæc fundauit monaſteria, &
ſolitudines Aegyptiorum,à tempori
bus. D. Marci in Alexandria de qui-
bus Philo. De quibus & Niceph. lib.
11. cap.35. quod ſerapion habuit in
Aegypto vſque ad decem millia mo-
nachorum; Secunda eſt ratio, hæc
enim prouidet omnibus,ſine hac nũ
quam eſt Chriſtus, qui alijs dicit.
Oportet ſemper orare,qui ſine Deo
eſt.ſine fide eſt,carnis eſt. Vide tamẽ
ne hanc inficiat ſatan ſuperſtitioni-
bus &c. Eſt genus Dæmoniorum
quod ſine oratione non pellitur.
Solitudo commoda eſt orationi.Cy-
prianus,Chriſoſtomus,erat cum be-
ſtis,quia deſertum inuium erat omni
nibus. Tertia eſt ieiunium: ſic enim
abſtinet Chriſtus ab omni cibo ſpiri
tu ſancto delectatus, vt per quadra
ginta dies & noctes nihil ſumat.Vitã
ſpiritualẽ incipit Chriſtus à ieiunio,
contra heretici a luxu &c:poteſt hoc
mundi ſpiritus,vt in negocio ſecula-
ri abſtineamus.alibi occupati, Quan
to magis ſpiritus Chriſti? Ita Moy-
ſes,ita Elyas. Guſtato ſpiritu deſipit
omnis caro.Eſt autem ieiunium vita
quædam cœleſtis, & paradiſi imago,
vt dicit Ambroſius.Vbi ſine vita mũ
di huius viuitur.Videre eſt in vitis pa
trum ꝙ quanto magis ſanctiſſe im-
plent Deo, tanto minus mundi hu
ius capiunt.Ita qđ pane, ſale, & aqua
nutriebantur:& ſæpe ſola euchariſtia
Et certe vita ieiuna vita cœleſtis, nã
vt illa eſt (teſte D.Dioniſio) purgati
ua,illuminatiua pfectiua, ita ieiuniũ
purgat;tum quòd pro peccatis cõmiſ
ſis ſatisfacit,tum quod contra futura
præmunit.pſal.operui in ieiunio ani- Pſal.68.
mam meam.Ita Iudith, & Heſter ſe Iudith.8.
ieiunio munierunt contra pericula Heſter.4.
carnis;illuminat etiam tum ad agibi- Exod.24.
lia vt poſt ieiunium Moſes accipit le
gem, qua mundum inſtituit & D.
Franciſcus Regulam qua tantam mũ
di partem perficit. Tum ad ſpecula-
bilia, Ita Elyas poſt ieiunium videt 3.Reg.19.
Deũ:Daniel intelligit myſteria. Per-
ficit etiam & roborat; primo ad tra-
ctanda ardua, vt Elyas ieiunus aperit 3.Reg.17.
cœlum,ſuſcitat mortuos,aſcendit in
currum igneum quaſi corpus habeat
impaſsibile. Secundo ad ferenda &
ſuperanda aduerſa. Tertullianus ob-
turat ora leonum quaſi corpus ha-
beat ferreum, tres pueri ieiuni extin
guunt impetum ignis.Tria hæc ieiu
nij beneficia,quibus vitam cœleſtem
nobis impertit,tangit eccleſia in præ
fatione.d.Corporali ieiunio, vitia
comprimis,mentem eleuas,virtutem
largiris.

Cum itaque ieiunaſſet.Eſuriit.Ve
ra caro quando eſurit,curanda eſt &
ipſa,ne ſit indiſcreta religio.Ne fidas
carni:habet ſuã eſuriem quã quando
ſentiet;Tantum caue tibi, ne illudat
ſatan; Inſilit enim ſtatim obſeruans,
ſi quando caro eſuriat, & appetat ali
quid. Hic iam arripit Chriſtus pro-
uiſiones concomitantes pugnam,
quæ duæ ſunt.Patientia, & conſola-
tio ſcripturarum. Quibus hortatur
Paulus,vt ſpem habeamus. Patientiã
exercet fame, quæ maxima om
nium eſt quotquot vnquam vllus ho
minum expertus ſit.Nam vt comple-
xio Chriſti vigoroſior omnibus eſt,
ita & maxima ſenſit incommoda, in
quibus & maxime meretur. Ita
& voluit vſque ad extremum vitæ
conſeruare vigorem, ita vt moriens
cum

cum clamore valido exaudiretur, vt maxime in omnibus pateretur, & maxime mereretur, Dimittit ergo humanitatem Deitas ad ſuas vires, quas hactenus ſuppleuit, & ecce fame perit, qualem ſentire debet ſtomacus vigore valens poſt ieiunium 40. dierum. Fames hæc Chriſti, Primo oſtendit in eo veram humanitatem. Secundo meretur nobis, vitam æternam, & gratiæ auxilium in omni inopia. Tertio exemplum dat abſtinentiæ excellentis. Quarto prouocat ſatanam qui omnia explorat, circuit quærens &c. Conſidera tu hic ô chriſtiane morbide & delicate, cuius capitis membrum ſis, & quam conueniens ſub hoc fameſcente Chriſto menſas inſtruere opulentas, & ſuperfluas &c. Conſiderat & Diabolus : & tanquam ad graue ſpectaculum miratur, & confunditur, vt nunc maxime dubitet de qualitate Chriſti, in quo perpetuas has contrariorum mixtiones obſeruat. Naſcitur puer paruulus, ſed ex matre virgine. Iacet in præſæpi pauper, ſed canunt angeli, adorant Magi, circunciditur vt peccator, ſed ab angelis vocatur Ieſus. Præſentatur templo vt pollutus: ſed celebratur à Simeone & Anna. Fugit in ægyptum, ſed ducunt, & reducunt Angeli. ſubditus eſt parentibus, ſed puer diſputat in Sinagoga, venit ad iordanem, ſed celebratur à Ioanne, Baptizatur in flumine, ſed teſtimoniũ accipit à patre &c. Venit ad deſertum & ſtat cum beſtijs, ſed ecce ieiunat, & ſine vita viuit. Et tamen poſt quadraginta dies eſurijt, & tanta fame premitur. Hic itaque accedit Tẽtator primus omnium, Magiſter omnium lucifer, qui ſemina tentationum iecit in cœlo, in paradiſo terreſtri, hic vnus omnia audet; hic ad Chriſtum quoque venit tentator, vt ſeſe inſtruat ſuper negocio: & illum ſi poteſt confundat. In primis autem conatur à fide auertere, & ad ſenſus ſuos trahere, vt quando illi non prouidet pater Deus ſed fame perire ſinit, vertat lapides in panes, & conſilia ſua recipiat. Diabolus credit tranſubſtantiationem lapidum in panes eſſe poſsibilem, Sacramentarij non credunt, &c. Ita agreditur ſatan quot quot inuenit in anguſtia victus, & inopia, quaſi ſine Deo ſint, vtcunque in baptiſmo declarati ſint filij Dei. hortaturque vt contemptis legibus Dei, quæ duræ sũt carni, & moribus ſeculi huius incompatibiles, alias accipiant viuẽdi leges teneriores. hinc mundi corruptio. Prædicatores ſunt in deſerto quadrageſimæ, prædicant ieiunia, & lapibus his quærunt tangere corda lapidea; nonne verba mea quaſi ignis &c. inſtat diabolus vt faciant panes, mitiora doceant &c. Sed pro ſe & pro nobis viriliter obſiſtit Chriſtus. Reijcitque aduerſariũ, non poteſtate Diuina, quod facile poterat, ſed virtute, & fide dicens. Scriptum eſt, Non in ſolo pane &c. Ita per conſolationem ſcripturarum ſe ſe tuetur. verbum Dei Chriſtus, verbo etiam ſe tuetur; & in verbo cõſtituit tutelam noſtram; nam ex verbo fides vero ignea nequiſsimi tela extinguit &c. Non in ſolo pane. in vita D. Ioan. Chyſoſt. legitur, quòd quidam Anthemius gentilis ridebat hoc Chriſti verbum dicens, vitam noſtrã pẽdere à natura, terra ſole &c. ſtatim arreptus eſt malo ſpiritu; & non prius liberatus, quam blaſphemiam reuocauerit.

Circuit Satan, inquit Petrus, quærens quẽ deuoret. Ad diſidentiã non

pertraxit, redit ſecundo, mutat locũ, in ciuitatem ſanctam & in pinam tẽpli aſſumit, Remigius vocat pinam, ſedem Doctorum. Ibiq; in loco ſpirituali ſpiritualiter tentat, conaturque ſanctum hunc tam confidẽtem ad præſumptionem incitare. Parum etenim ſollicitantur ſancti Dei ſuper panibus, aut lapidibus, ſed vbi ad ambitionem exiguntur, hic, hic facile cadunt. Tentat ſatan doctores in cathedra, dum ſequuntur ſpiritum domini & docent vt inſtruant & ædificent: Mitte te deorſum, accommoda verbum ad humores mundi, applaude auribus, delecta &c. Doctor autem eſt in cathedra vt aſcendat, & ſe & alios ducat ſurſum, nõ deorſum Dicit ergo. Si filius Dei es, mitte te

Pſalm. 90. Deorſum. vtq; caſum facilitet, addit Ex Pſal. Angelis ſuis mandauit &c. obſerua hic. Primò, ꝙ diabolus ẽt ad ſublimia ducit, habetq; miros modos & ſcalas eleuandi, ad gradus, & honores. Secundo, ꝙ habet etiam in Hieruſalem & in templo, inter ſacros, & religioſos, ita ꝙ facit non modo comites, barones, ſed epiſcopos, prælatos &c. quot quot contra conſciẽtiam & leges eccleſiaſticas promouentur. Tertiò quòd eleuat & ſublimat, vt deijciat, & præcipitet. contra Deus humiliat & ſubleuat. mortificat & viuificat. vix in templo collocauit & ecce iubet. Mitte te deorſum: tam crudelis, & acerbus eſt hic glorificator, & ſubleuator. Petrus Chryſol. quid ineptius dicere potuit filio Dei quam mitte te deorſum? Debuit potius dicere, Aſcende ad cœlos vnde veniſti. Quarto quòd non poteſt ipſe deijcere, niſi homo ſe ſe deijciat. Hieronymus. Debilis eſt hoſtis, non occidit niſi volentem. D. Auguſtinus, Chriſtus ligauit ſatanam fortem, vt diriperet vaſa eius, canis ergo ligatus eſt, nemine mordere poteſt, niſi qui ſe illi coniungunt mortifera ſecuritate, latrare põt, ſollicitare poteſt, mordere nõ poteſt. Ita olim D. Antonius deriſit ſatanam, qui in forma pueri nigri tentabat eũ, d. quid tu tãdẽ facies? puer es, & ater es, turpis & impotẽs. Quintò quod aſtute imponit, etiam ſacris vtens ad perniciem, prout iudicat nos in re aliqua delectari: ita quando Chriſtus reſtitit ex verbo per verbũ impugnat. d. ſcriptum eſt, Angelis ſuis &c. verbum autem eſt, vel truncatum, vel deprauatum. quod commune eſt hæreticis diaboli membris. pſal. nõ eſt de Chriſto, ſed de viro ſancto. Hieronimus, Ireneus, Theophil. Auguſtinus in Ioan. trac. 18. hinc hæreſes, cum ſcripturæ bonę intelliguntur nõ bene, Et hic patiẽs & humilis eſt Chriſtus, verbumq; Dei arripit quaſi enſem ſuum. d. Scriptum eſt. Non tẽtabis &c. ſcio quid Angelis, Scio quid mihi præceptũ eſt. &c. Ego interim in mea vocatione manebo.

Iterum Aſſumpſit eum diabolus in mõtem &c. Tam importunus eſt ſatan, ꝙ adhuc reſumit vires: & mutata harena mutat luctã. conaturq; per auiditatem regnandi Chriſtum ad pedes ſuos ſternere. Quid. n. non facit, non patitur, non violat mundus, tantum vt regnet? Hæc omnia mihi tradita ſunt. Dei ſunt ex naturali dominio. Satanę tradidit mundi imperium iniquitas, qñ vix habet Deus vbi virtus regnet. Tam magnus Rex eſt Satan ambitioſorum, ſuperborũ, auarorum, luxurioſorum, &c. Cuicũque vult dat, tam facile ad libitum ſuum mundũ hunc circunducit. Numera omnes ſuperbos, auaros, carnales, hypocritas, &c. etiam in templo

& mo-

& monaſterijs, hi oẽs Diaboli ſunt. Cæteri Dei ſunt: Vide quot ſint, Quicquid rerum cõſumitur in luxu, Diaboli eſt. ſola neceſsitas Dei, vide quantum Deus habet ex hoc mũdo. Hæc omnia tibi dabo, &c. His neceſſe eſt cadere. Et quantus caſus eſt, ab honore Dei, ad cultum Satanæ? Cadere & adorare Satanam, non eſt tantum flectere genua coram Satana: nã hoc pauci faciunt: tametſi nõ deſunt Magi, ſacrifici Veneris, Venefici, Lamiæ, &c. Generaliter autem colere Deum eſt obedire Deo, & ita Satanam. Dixit olim Samuel Sauli. Genus ariolandi eſt non obedire Deo. Vocat Paulus, Auaritiam idolorum ſeruitutẽ. Quotquot igitur Satanæ magis obediunt quàm Deo, &c. Et hic ampliſsimum habet adorantium numerum.

Trãſit hic Chriſtus à patiẽtia ad Religionẽ, nõ ſine verbo tñ & ait. Vade Satana, ſcriptũ eſt: Dñm Deum tuum adorabis, &c. Verbo illo. Vade. repellit aduerſarium & in hoc verbo repulit eũ D Antonius. d. Chriſti ſeruus ſum; ſi poteſtis, ô belluæ, deuorate me. D. Margarita virgo magnanima ſatanam ſuum proiecit ſub pedibus ſuis. d. ſternere ſuperbe Dæmõ ſub pedibus fœminæ. D. Baſilius coegit ſatananam, vt coram populo redderet chirographum. Dominum Deum tuum adorabis. Dominus eſt ſua maieſtate naturali. Deus eſt. ua bonitate neceſſaria colendus. Illi ſoli ſeruies. lus eſt Deus, primus, independens, neceſſarius, infinitus, ſummus, principiũ & finis; ergo illi ſoli ſeruies. ſeruiũt Angeli in cœlis. ſeruis tu in terris tanquam eius carnifex, & ſanctorum vexator, tandem in inferno tanquam exemplum implacabilis iuſtitiæ. Repulſus non poteſt ſtare ſatan: ſed abit. Et ecce loco eius, Acceſſerunt Angeli: conſequunt in Chriſto vexato duæ prouiſiones prima lætitia animi, & pax cordis. ſecunda conuerſatio Angelorum. Ita facit cum tentatione prouentum. Ita te atur. D. Hieronymus. quòd poſt tẽtationem, videbatur ſibi choris Angelorũ intereſſe. quis iam ſufficiat narrare miniſteria, quæ Domino ſuo ſic exercito, & de hoſte triumphante exhibent ſanctiſsimi ſpiritus. &c? Nos iam ſatis didicimus quid à ſatana expectandum ſit; quid contra eius vires & fallacias attulerit Chriſtus caput noſtrum quid nos in eius nomine & virtute viciſsim adferre poſsimus. Reſtat vt in eo confortemur. & ex eius ore virtutẽ accipiamus dum dicit. ecce poteſtatem do vobis calcandi ſerpentes. Et tandem de victoria iam ſecuri, læti in faciem cadentis hoſtis, dicamus Deo Gratias. qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

FERIA SECVNDA PRIMAE DOMINICAE In quadrageſima.

Venite Benedicti Patris Mei percipite regnum &c.

PErgit paupercula vita noſtra in finem ſuum, dies agit, menſes, & annos: tandem vbi ceciderit lignum, ibi ſtabit. Dum in curſu eſt, omnia mixta, ſpinæ roſis, fatuæ prudentibus, zizannia tritico &c. in fine diſtinguẽtur omnia, & vbi ceciderit lignũ. ibi ſta bit. In curſu picta sũt omnia, & multa non con cognoſcuntur, vt

vt debilis eſt mundi oculus.hypocri‑ſis fallax,& aſtuta.In fine Dies domi‑ni declarabit.&vbi ceciderit lignum ibi ſtabit.Dies vitæ huius noſtra eſt, noſtro arbitrio ſubiecta,quocunque volumus,poſſumus eam impellere,ad vitam,& mortē,bonū & malum:Diē etiā ſatanę in qua multis bonis fruit, & in qua multos triūphos habet. vlti‑ma aūt dies Dñi eſt ad ſolā eius glo‑riā deſtinata. Glorificabitur in ea iu‑ſtitia Dei,quæ couſque ſuum locum non habet.habuit Potentia creando ſapientia ordinando, Miſericordia redimendo mundum:ſuū in iudicio habebit iuſtitia,quę interim multa re‑linquit ex diſpenſatione mala impu‑nita,& bona irremunerata.Glorifica‑bitur in ea Humanitas Chriſti alias à mundo iudicati,cum fiet iudex viuo‑rum & mortuorum:cum in nomine Ieſus omne genuflectetur,cum vide‑
Phil. 2. bunt in quem transfixerunt.
Ioan. 19. Veniet omnino dies illa, vanum‑que aliter credere, & dicere cum fa‑tuis.cuncta manēt vt ab initio.Morā facit dominus meus.Veniet.Ita ratio ſuadet:Ita prophetæ Malac. Ioel.Da‑niel,Eſaias,Iob,Dauid,nihil magis re‑petitū in ſcripturis quam dies illa do‑mini magna. conſentiunt Apoſtoli, Petrus in ſecunda.epi.Paulus,ad Co‑rint.in 2.ad Theſſ.clariſsime omniū id eſt iudex ipſe Chriſtus,& monuit toties.Vigilate,vigiliate. Addiditque tāquā ſigilla imprimentia parabolas; de Talentis, de virginibus. De piſci‑bus, de Nuptijs;de vinea;de Zizanijs Vt q; manū extremā adhibeat, ne res vllo modo poſsit in dubium verti.cla‑riſsima narratione in euangelio ho‑dierno explicat,&ob oculos ponit iu‑dicium ſuum, ſecundum particulas tres,in quarum prima explicat ante‑cedentia quædam. Secūda iudicium & ſententiam ſuper vtranque partem Tertia.executionem, quæ in æterna bona,vel mala deſtinat.

Ad Primā pertinet inſtructio thea‑tri, quæ conſtat ex præſentia iudicis & adductione iudicandorum. Iudi‑cem adhibet. d. Cū venerit filius ho‑minis &c. Magnis verbis magnum tribunal inſtituit, quaſi Regiū & ſu‑premū. veniet omnino & de hoc ad‑uētu dico tria. Primo q̄ ſm iudiciū particulare, cuiq; proximus eſt dies mortis,inqua vitæ,aut mortis ęternæ quiſque iudicium recipit. Ita quòd vbi ceciderit lignū,ibi vel in Dei gra‑tia,vel in ira perpetuo ſtabit.hic ergo vigilate,vigilate .Secūdo quòd ſecun‑dum iudicium vniuerſale totius mū‑di,tardus eſt.Ita in parabola virginū. tardante ſponſo. &c. Tardat, in‑quit Petrus. nolens perire aliquos. Tardat ad lucrū.Tertio de hac tardi‑tate nemo certus eſt,vel eē pōt & q̄a Matt. 25.
de die illa nemo ſcit, neque Angeli 2. Petr. 3.
Dei.Si tamē coniecturas quærimus, ex ijs quæ Chriſtus docuit,& poſt eū Paulus. Tres habere poſſumus. Pri‑ma eſt. publicatio euangelij in toto Matt. 24.
orbe.Et in hac nos proficere multū poſſumus,quando iam videmus præ‑dicatum Chriſti verbum,in tota lon‑gitudine terræ,ab Oriente ad Occi‑dentē. In latitudine etiam in tota par‑te,& hemiſphęrio Aquilonari, vſque ad extremos Boreales,qui habent ze‑nith ꝓ polo, & æquinoctialē ꝓ Ori‑zonte: diemque vnam in toto anno ſex menſes, dici ſex alias noctes. Ad antarcticū etiā, iā pertranſijt Crux Chriſti per Luſitanos ad caput bo‑næ ſpei,mare rubrum & perſicum,vſ‑que ad Calecuth. Remanet vltima pars ad Arcticū. Quare vigilate, &c. Secunda eſt.Cū venerit defectio. ſā veritate Orthodoxa, & vera Religiō.

Quid de hac? Iam ſumus ad reliquias. Tanta mūdi pars defecit ad Mahumetem. Tanta alia ad ſomnia Græcorū tanta alia ad cōmenta hæreticorum. Quare vigilate. ne confundamini. Leuate capita, appropinquat redēptio, &c.

Tertia eſt. Cum reuelatus fuerit ille iniquus homo peccati, filius perditionis. De hoc ſcelerato nullum adhuc nouum habemus: ſed tamen iam habet innumeros præcurſores; Omnis qui ſoluit Ieſum non eſt ex Deo & hic eſt Antichriſtus. Quare & hic vigilate. In ianuis eſt.

Veniet autē Chriſtus homo, filius hominis, cui pater dedit omne iudiciū. In maieſtate. non vt prius in humilitate Iudicandus. Maieſtatem hāc vocat Paulus. Aduentum gloriæ magni Dei. Primò. Eſt maieſtas perſonę quam expreſsit Daniel, Caput glorioſum, capilli lanei, oculi flammei, Vox ſonora, ex ore gladius. Secundò Eſt maieſtas comitatiuæ. Et oēs angeli eius cum eo. Angeli ſunt innumeri. Millia millium aſsiſtunt ei, & decies centena millia miniſtrāt ei. Angelos virtutis vocat Paulus. quid poſsit Angelus vnus expertus eſt Senacherib, quid poterunt omnes ſimul? Tertiò eſt maieſtas throni & poteſtatis. Sedebit in ſede Maieſtatis ſuæ, Rex ſedet, & ſedendo iudicat infallibiliter, imperturbabiliter, inappellabiliter. Iuſtus eſt & rectum iudicium eius. Nō turbat eum Amor, odiū, paſſio, ignorantia, indulgētia, ſeueritas, ſedet animo & in iuſtitia iudicat Rex, ſuprema poteſtate, quæ non admittit ullam appellationem, neq; ad alium, neque ad ſeipſum. Deinde adducuntur iudicandi. Et in ſonitu tubæ, & voce Archangelii cuius ſonū dixit D. Hieronimus, ſe ſemper in auribus habuiſſe, ac ſi clamantem Archangelū ſemper audiſſet. ſurgite mortui, venite ad iudicium, & teſtatur quòd ſemper ad ſonitum ſuſpirabat. Cōgregabuntur. Mundus nunc diſperſus eſt, in cœlo, in terra, ſub terris. Varij cultus, variæ ætates, variæ perſonarū manierię. Tunc omnes in ſimul rapientur, in ætate Chriſti ad locum vnum. Vbi? De loco varie opinati ſunt curioſi, De valle Ioſaphat dixit Ioel. exponit D. Auguſtinus vigeſimo de Ci. Dei, tantum nominis ſignificantiam, ſignificat enim Ioſaphat, iudiciū Domini. Hoc eſt quòd vno verbo exprimit Chriſtus. vbi? Ante eum. Hoc vero notandum. Quo fugis peccator? A Deo placato, ad eundem iratum. Pſam. quo ibo à ſpiritu tuo. Hic reteguntur omnia, facta, dicta, cogitata, originalia, actualia, mortalia, & venialia, bona, mala, accidentalia, habitualia: nec deſunt accuſatores. Accuſat Moyſes, i. lex: Accuſant opera quæ ſequuntur illos. Accuſant filij patres, ſubditi prælatos, laici ſacros: oppreſſi Diuites oppreſſores. Sanguis Abel contra Chaim, accuſat diabolus, Accuſant & reuelant, inquit Iob. cœli & terra. Teſtes duo ſunt extra. Angelus cuſtos toties deceptus, conſcientia intus, toties violentata; & ſecundum teſtimonium huius iudicandi ſunt omnes. De hac rerum & conſcientiarum explicatione Apocal. libri aperti ſunt: & iudicati ſint mortui. quot videbantur aliquid eſſe & hic nihil ſunt, quibus dicetur. Ego nunquam noui vos: Ita formatum eſt theatrum. Nunc audiamus iudicium.

Tit. 2. Dan. 7. Dan. 7. Pſalm. 138. Iob. 20. Apoc. 20.

Ad Secundam igitur partem attinet ſententiæ prolatio, quæ quidem habet proœmium in facto, quòd exibunt Angeli, & colligent grana, & ſeparabunt

parabunt ſcandala de regno Dei, ita ſeparabunt oues, humiles, patientes, fœcundas, Ab hædis illis, qui olim procaces, Inſolentes, vani nihil exiſtimabant: omnia pro leuitate capitis, ſine lege, & ſine Deo ſaltabāt. hic firmantur. Tum ad dextram ſe vertit iudex, qui lætatur non in perditione, ſed in benedictione, cuius viſcera ſunt miſericordiæ & gratiæ, qui omnia fecit, omnia factus eſt, omnia paſſus vt ſaluaret. Venite. Ita olim ad
Luc. 9. Mat. h. 24. crucem, qui ſequitur me. Nunc quoque ad præmium. vbi corpus ibi & Aquilæ. Benedicti Patris. Maledicet illi, tu benedices. Benedictionem vocat Apoſtolus hæreditatem ſanctorum. Poſſidete. Credidiſtis, ſperaſtis
1. Cor. 4. à longe, oraſtis, Adueniat regnum tuum. Iam percipite. Regnum, quam fœlix labor trium dierum, momentaneum & leue tribulationis, æternum gloriæ pondus operatur. Et ecce regnum accipit. Et regnabunt in ſecula ſeculorum. Paratum vobis. Parauit ab æterno omnibus voluntas Dei antecedens, quæ rationalem condidit creaturam, vt ſummum bonum intelligeret &c. Quæ poſuit nos in acquiſitionem ſalutis: quæ vult omnes ſaluos fieri. Parato termino, parauit & media virtutis, & obediētiæ, per quæ homo virtutis capax, honorifice, ſecundum ſibi conuenientem electionem, ad terminum ſuum volens perueniret. quod ſi natura per culpā debilitaretur voluntas illa prouidēs omnibus de remedijs ſufficientibus, ad conſequendum paratum regnum, parauit Chriſtū reparatorem, & decreuit per eius merita mundo ſubuenire, dareq; ſuis curſoribus vires, gratiam, ſacramenta, virtutes, quibus ſi vellent per obedientiam ſuæ voluntatis ad finem paratum perducerentur. itaque iam parauit & terminum & media. Sic autem parauit, vt offerret ipſe, certo daturus, non autem cogeret ad recipiendum, legibus tamen additis, vt qui acciperet, in eis viueret. Qui reſpueret, in ſua culpa periret. Niſi enim ita intelligas paratum eſſe à voluntate antecedente regnū, non inuenies, quomodo liber homo remanet: quomodo ſibi imputari poſſit vita vel mors. Nam ſi volūtas Dei abſolute ſtatim immutabilis eſt, Et ſuper ea voluntas hominis nullum habet conſilium liberum, cum ſit voluntas eius mouens mota. atq; ideo moueat, ſicut mouetur: Certum eſt quòd in ſcripturis exprimitur lex illa data cum hac libertate. qui fecerit hæc viuet in eis. Et Paulus cōfirmat Leui. 18.
per exemplum, de brauio currētibus parato. Eadem diuinitas in ſua æternitate infallibiliter vidit obedientes, 1. Cor 9.
& rebelles, vt centrum eſt iudex totius circumferentiæ, & æternitas temporis, vocat ea quæ non ſunt tanquā ea quæ ſunt. Ab æterno igitur manens in ſuis regulis eadem Dei volūtas ſubſequens, efficaciter deſtinat obedientes ad regnum, cæteros ad interitum. Ita dicit Paulus. ſic curri- Rom. 4.
te vt comprehendatis: Ita Chriſtus. 1. Cor. 9.
Hoc fac & viues. & Confirmat hic. Luc. 19.
Eſuriui &c. De operibus autem hic dico. Primò. quòd non intelligit tantum opera miſericordiæ temporalis, quin magis de ſpiritualibus quæ potiora ſunt. Secundo. quod in his concludit omnia bonorum genera; quoniam charitas eſt, forma & anima virtutum omnium. Princeps per eas leges iudicat, quas condidit. legis Chriſti ſumma eſt Dilectio, per hanc ergo merito iudicat. Tertio. quòd opera iſta merentur paratum regnū, non tam ex natura operis, vel ex pon

dere volun.tatis humanæ,quæ tamen neceſſaria eſt, & ſine eius conſenſu nihil fit,quàm ex Dei gratia & miſericordia,prædeſtinante,iuſtificante, & nunc acceptante. Hinc ſequitur quòd ſerui Chriſti bono animo operantur, & totis viribus conantur: In operibus tamen ſuis non eleuantur, in quibus ſeipſos vix ſentiunt, tantũ præualet vbique guſtus Diuinæ gratiæ. Humilitas ergo extenuat,& annihilat opera,non damnat tamẽ. Damnant heretici: Eleuãt Phariſei. Reponũt fideles & in manu Chriſti,& ſuarum manuum obliuiſcuntur.d. Serui inutiles ſumus,& hic. Domine quando te vidimus eſurientem &c. Quo magis autem humilitas extenuat: eo magis amplificat Chriſtus iurans. Amen dico vobis,Quod vni ex minimis his &c. Gaudete pauperes ĩ hoc verbo,quando ſic in vobis vbiq; conſors fortunę vult eſſe Chriſtus. Cum ipſo ſum in tribulatione. Attendite Diuites ne Chriſtum inpauperibus algentem ſpernatis. Aut enim non creditis aut non amatis. Et hæc de parte dextra.

Ad Siniſtram deinde conuerſus, mutata facie, à gratia ad iram fulminat in impios diram & amaram ſententiam. Leo rugiet,quis nõ timebit Diſcedite. Priuatio iſta(Chriſoſtomus)maior eſt omni geena. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Maledicti? Qui declinant à mandatis, In mundo benedicti;ecce coram Chriſto damnantur. In ignem. Eſt ignis corporeus inextinguibilis ad vrenda corpora inconſumptibilia in æternum. Eſt ignis ſpiritalis includens viſionem pœnæ & nolitionem. Ignis
Eſa.67. eorum non extinguetur. Vermis nõ morietur. ęternus autem debetur ignis voluntati,quæ infinitam bonitatem læſit, quæ vſque ad mortem perſeuerauit in culpa, argumentum quòd ſi in æternum vixiſſet, in æternum peccaſſet, & hæc æterna peccandi voluntas punitur æterno igne: Eſuriui & non dedi illis &c. quid paſſuri ſunt, qui pauperes expilarunt & oppreſſerunt,quando illi ſic puniuntur,quia non ſubuenerunt? Se ſe excuſant, prætexuntque ignorantiam. Domine quando te vidimus? ſed eſt ignorantia affectata,quæ non extenuat, ſed auget culpam. Vere neſciunt,qui doceri nolunt; qui ad cõciones ludendi, vel cenſurandi cauſa ueniunt: qui nihil minus quam doceri uolunt. Et ita ignaui ad mortem & ad iudicis faciem ducuntur. Et putant ſe tunc excuſari quòd neſciunt? Verum obijcitur illis, quòd potuerunt ſcire ſi uoluerunt, quòd pauperes excitarunt, quòd illos ante eorũ ora poſuit ut commoneret, ſicque tollitur omnis excuſatio. Et hæc de ſecunda.i.de ſententia.

Ad tertiam pertinet executio. Ibunt hi in ſupplicium æternum, Ibunt omnino, reuocari non poteſt iudicium, nam regis eſt. Si beata uirgo cum omnibus Angelis & ſanctis, uelint ſuccurrere uni, non poſſunt hoc loco. Si Noe, Iob & Daniel fuerint coram me, &c. Filium, & filiam non liberabunt. Vane hic dicitur. Date nobis de oleo ueſtro. Clauſa eſt ianua. Iſti autem qui fugere nequeunt: latere nequeunt, Compatere non audent. Mori non poſſunt. Viuere nolunt. Quærẽt mortem, & fugiet ab eis. Iuſti autem in vitam æternam. Ad vitam tendit vita, & ad vitam æternam quæ viuit in fonte vitæ,quę eſt eſſentialis vita ;dũ in ipſomet Deo Deum videt, & fruitur. En vita ad ſe rapit viuentium corda tan-

da, tanquam terra viuentium. Illa vna labores minuit, & mortẽ ipſam dulcẽ facit quando per eam tranſitur ad vitam. Illam parauit Pater, meruit filius. Ad illam creauit nos potentia patris. Redemit ſapientia filij. ſanctificauit bonitas ſpiritus ſancti. videte ò chariſsimi ne ob hanc vitam mortibus plenam, amittamus illã. quamobrem dico & omnibus dico ò filij vitæ, hæredes vitæ, vigilate, vigilate. Amen.

FERIA TERTIA DOMINICAE PRIMAE
In quadrageſima.

Ex ore infantium, & lactantium, perfeciſti laudem.

VIſitat D.N. Amantiſsimus Ieſus dilectã ſpõſam ſuam eccleſiam tabernaculum, quod fixit Deus, & non hõ. Quam tot laboribus acquiſiuit, quã inter ſpinas, flagella, clauos cruces. in faucibus mortis, in corde terræ reperit, quã ſanguine ipſo ſuo purgauit vt haberet mundam, ſine ruga & ſine macula, quam reddens tam inſtanter commendauit Petro; & Paſtoribus quos loco ſui reliquit in terris Regere eccleſiam, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Videt eã à falſis amicis ſui & proditoribus contaminari: dolet primum intra ſe, & torquetur vſque ad lachrymas ſanguinis è corde ſuo, Demum apud ſe ſtatuit vltionem.
1. Cor. 3. Tẽplũ Dei ſi quis violat, hunc diſpendet Deus. Hinc ruinæ eccleſiarum Aſiæ, Aphricæ, Græciæ, & tot diebus
Gen. 6. noſtris occidentalium, vſque ad has reliquias. Ita in mundo originali, videns quòd omnis caro corruperat viã ſuam indoluit, Tactus dolore cordis intrinſeco. Inde iratus apud ſe ſtatuit. Non remanebit ſpiritus meus. 1. Gen 9.
&c. Delebo hominem de terra, ſuper ſodomis quantum indoluit cum Abraham, quid non permiſit vt ſeruarentur à. 50. iuſtis ad decem, tandem iratus, Delebimus locum iſtũ. Super Exo. 14.
Aegypto & Pharaone, quid non tentauit vt flecteret? Tãdẽ Glorificabor ait, in Pharaone, ſcient Aegyptij quoniam ego ſum Deus. Ita narrant euãgeliſtæ, quòd appropinquans Chriſtus d.n. Hieruſalem, fleuit ſuper il- Luc. 19.
lam. Vtinam cognouiſſes & tu &c. Inde ceſſatis lachrymis, excelſo, iratoque animo, vt imminentis ruinæ ſignũ daret, præſentemque malitiam vindicaret, in Hieruſalem. Et Commota eſt. Commouentur omnes, ſed non vna ratione. Pueri & turbæ ſim- Matt. 21.
plices ad ſamam Lazari ſuſcitati, mouentur deuotione, & occurrunt palmis, vocibus clamantes oſanna. &c. Ita turbat puros animos religio præ dulcedine & guſtu, qui inſolitus eſt carni: ita ante Archã ſaltabat Dauid.
Ita Maria concepto filio abijt in Luc. 1.
vtero matris exultauit ad occurſum Chriſti. Ita Paulus turbat' raptus, eſt Ibidem.
ad tertium cœlũ, tãta ſui confuſione quod neſcijt, ſiue in corpus, ſiue extra corpus. Ita in cantica ſponſus miſit manũ & tetigit me & continuo 2. cor. 12. Cant. 5.
intumuit venter meus &cæt. contra turbantur & commouentur Phariſei, & ſcribæ. Principes terræ turba Pſalm. 47.
ti ſunt, cõmoti ſunt, tremor apprehẽdit eos. Turbat ira: Ira naſcitur, ab inuidia qua non ferunt Chriſti gloriã. & d. Quis eſt hic? quæ patria? A Nazareth Galileæ &c. Quæ claritas ſanguinis? filius fabri. quæ ſanctitas vitæ? ſcimus q̃a peccator eſt. Quę eruditio?

ditio? Cum non didicerit. Quis mundi fauor? turba hæc ignorãs, quæ nõ nouit Deũ. Deinde ab auaritia, quæ timet cõmodo ſuo. & quod timet impius eueniet illi. Abſente Chriſto iniquitas, & vanitas mũdi quieta eſt, Et dicit Pax, Veniente ipſo & verbo eius mala opera retegente: commouentur omnes. ita Achab ad Elyam. quis es tu qui conturbas Iſraelita de Paulo & ſcylla. Homines iſti conturbant

Act. 16. ciuitatem. ob quæſtum ſublatũ. Vtinam nos ſicut habemus ſatrapas clamantes contra Chriſtum, & commotos aduerſus eius veritatem Ita habeamus paruulos Oſanna filio Dauid; & Zelãtes ꝓ eius honore, vt zelat ipſe pro honore patris.

Et Intrauit Ieſus in templum. Hic totus mutatur, Chriſtus, corde, facie manibus, alius plane fit. Exprimit euãgeliſta iratum animum .d. eijciebat ementes & vẽdentes è tẽplo. & mẽſas numulariorum, Et cathedras vendentium colũbos. euertit, quanta commotio eſt hæc manſuetiſsime Ieſu? factum certe mirabile, & extraordinarium, inſolitũ mitiſsimo Agno: alienum etiam ab eius miniſterio, & legatione. Non enim erat ſacerdos, aut curator Templi iudaici, nec eſſe

Heb. 7. poterat, vt probat Epi. ad Hæb. quia non erat de tribu leui, ſed iuda. quid ergo ad eum pertinet ſi templum illud polluitur? quòd ſi propheta eſt. Agat verbis, nõ manibus. factum mirabile eſt, & à Hieronymo connumeratur inter principalia Chriſti miracula: ſed à mirabili etiam & potentiſsima cauſa emanat. Cauſam tetigit Ioãnes. in alia conſimili occaſione. ex

Psal. 68 pſal. zelus. do. tuæ comedit me. zelus amor impatiens eſt, & feruens; zelus autem triplex eſt, quo hic mouetur Chriſtus Erga Patrem ſuum dom. Deum. quem videt inhonorari. Erga Patriam ſuam Hieruſalem, quam videt ex hoc interituram. Erga eccleſiam ſponſam ſuam, quam præuidet, non minus pollui.

Primo Zelus eſt erga Patrem, quẽ vnice diligit. Videt eius domũ pollui & ferre non poteſt. Polluũt aũt duo quorum alterum apparet, Alterum latet. Apparet quòd ex tem plo facta eſt domus negociorum, in qua emitur, venditur, commutatur &c. Hoc ferre non poteſt. Deus colendus. cætera omnia alibi tractanda. terra quidem, tota ei & ſancta eſt: tamen nõ tota æqualiter ſancta. Ita Iacob. locus iſte ſanctus eſt. Ita Moyſi. Terra in qua ſtas ſancta eſt. ſolue calciamenta Ita ſpecialiter dicatum eſt Deo tabernaculum. Deinde templum Salomonis ab iſtructore & fundatore, iterũ à Zorobabele, iterum encęnia, tum à Machabeis, ſemper mirabili cum pompa, quam & Deus approbauit, luminibus, promiſsionibus &c. Nihil turpius cerni poteſt in homine Chriſtiano, quam ſi eccleſiam plateam faciat: orat pro vobis ſacerdos. Vos autem? Petit ille ſaluari vos à Deo. Vos autem? ſacrificat pro ſtatu veſtro. Vos autem quid? alterũ quod maxime offendit Chriſtum omnia penetrantẽ. Et eſt hypocriſis, ſpeluncа, & antrũ, in quo latẽt latrones, auari mercenarij, tanto peiores & nocẽtiores, quãto latentiores. Hypocriſis, ſpelũca maledicta quæ ſub prætextu religionis propagandæ, ſacrificiorũ, facit ex templo mercatum; & ventri ſuo conſulit. Talem ſpeluncam retexit Daniel in qua latebant voraces illi ſacerdotes Baal, & ſub nomine Idoli, 30. oues quottidie deuorabãt. Huc reſpicit Chriſtus. d. feciſtis ſpeluncã latronum. Et hanc ſpeluncam

Gen. 28. Exod. 3.

Zz 2 præ

præ omnibus abominatur, tanquàm Deo patri offenſiſsimam, quæ de eius honore, & nomine, & ſacrificijs, negocia facit Purgato templo. Illuminantur cœci claudi ſanantur. Hæc ſunt quæ à tẽplo requiri debent, non alia lucra. &c.

Secundò. Zelus eſt erga patriam Hieruſaem, cuius & ipſe ciuis eſt ſecũdum carnem. Salus ex Iudeis. Miſſus ad oues Hieruſalem: Videt eam interituram: ſcit cauſam mali eſſe ſanctuarium. Ideo ingreſſus Hieruſalem tam longam & latam, recta pergit ad templum. Tum vt inſtituat nos, vt primo quæramus regnum Dei, quolibet mane, antequam ad negocia pergamus, ad minus intremus eccleſiam, ſi non poſſumus audire miſſam quolibet die, ſaltem adorare, & diem Domino commendare. Tum vt ſignificet radicem malorum omnium eſſe templum. Eſt enim, inquit Chryſoſtomus, ſacerdotium in ciuitate, ſicut ſtomachus in corpore toto: ſanus ſanat: æger inficit omnia. Si Templum ſanum eſt in fide & doctrina. ſanat mundum, ſola eccleſia Romana, quæ præſtigia non recipit, Cadentibus alijs, fidem catholicam toties ſeruauit. vos eſtis lux mundi: Si enim templum inficitur, & ſal infatuatur, in quo ſalietur? Quid mundum infecit niſi templum infectum? Qui fuerunt primi illi corruptores; Arius, Manes, Euticeſ, Priſcillianus, Montanus &c. quis Berengarius: & de noſtris quis Luterus, Bucerus, Lambertus, Pellicanus, Oecolampadius, Munſterus, Caluinus & cætera. Niſi omnes Apoſtatæ à ſacerdotio? quis Sergius corruptor Mahumetis niſi apoſtata à Monachiſmo? Periit ſcientia à ſacerdotibus, nil peius dicit poteſt. Si quoque templum ſanum eſt vita & moribus: mundum ſanctificat verbo, & exemplo. Dux enim populi eſt. Deduxiſti eos velut oues in manu Moyſis & Aaron. Ob hoc voluit Deus ſacerdotium ornari veſtibus, mitra, rationali, tintinnabulis, vnctione, loco eminenti, vt reuerendum faceret corã mundo D. Antonius abbas nihil magis amauit quam benedici à ſacerdote. Diuus pater Franciſcus dicere ſolebat: ſi mihi occurrerent ſimul Angelus, & ſacerdos. prius me flecterem coram ſacerdote. quid dico de patribus his ſanctiſsimis? Conſtantinus Ceſar mundi princeps, quot modis coluit ſacerdotium, quot honores a ſe ad ſacerdotium traxit? Theodoſius Cœſar, nonne publicè coram Ambroſio Mediolani ſe ſe proſtrauit & fleuit, vt ab eo benediceretur? Quid de his catholicis dico? Attila Hunorum Rex, mundi flagellum, diſsipata Germania, vaſtata Italia, mox Romam funditus euerſurus à qua poteſtate repreſſus eſt, niſi à ſacerdotio? vbi enim occurrit illi Leo ſanctus Pontifex, nudis pedibus, cum clero ſuo, ſtatim vires omnes illius fregit. quid de hominibus? Elementa mortua cedunt ſacerdotio. Marcellino epiſcopo Anconitano ſe ſe obijcienti pro ſalute ſuorum pepercit ignis, qui iam magnam Anconæ partem incenderat. Tam ſalutare eſt mundo ſacerdotium, vbi & doctrina & moribus valet. Contra ſi corruptum eſt, inficit & perdit mundum: Ita apud Ezechielem c.8. narratur cauſa potiſsima ruinæ Hieruſalem ex ſanctuario proueniſſe, locus notabilis eſt vbi Propheta narrat ſe à Dño raptũ & cõſtitutũ in Hieruſalẽ, ante fores templi, vt ob-

ſeruaret

ſeruaret abominationes, quas, inquit faciunt hic. vt recedam à ſanctuario meo. obſeruat ille quatuor potiſſimũ narrat ſe vidiſſe abominationes, qui bus vniuerſum ſanctuarium polluebatur. Primo. vidit in introitu ante fores, Idolum zeli, impediens ingreſſum. Hic amor proprius eſt, qui tot annos fores eccleſiæ occupauit, ne virtus, & Dei cultus locum haberet in ſanctuario, quam primum per Dei gratiam ſublatum eſt idolum, & amor carnis ceſſit amori Dei. En virtus ingreſſa, en diſciplina reſtituta, en obſeruatio canonũ, epiſcopi ſunt doctores, Et reſident in eccleſijs; Beneficia dãtur per examina, virtutum, non ſanguinum &c. Sed peiores adhuc videbis. Secundo. vidit templum vndique obſeratum, iubet vox. fode parietem & introſpice, fodit, & vidit intra ſanctuariũ Imagines belluarũ multarum pictas in pariete. Et ſeptuaginta ex ſenioribus, qui in tenebris dabant thura imaginibus, & quiſque colebat belluam ſuam. d. Non videt nos Dominus. Sic quiſque domi habet in tenebris ſuis belluam ſuam & colit, vtcunque in conſpectu hominum ſit ſpecioſus: colit ignauus Aſinum, iracundus leonem, Guloſus Lupum, inuidus canem; luxurioſus porcum: elatus Pauonem, Hipocrita vulpem: Et hæc ſunt ſcelera occulta, quæ Dei gratiam extingunt in eccleſia, quæ ſaltem impediunt meritum operis operantis: Non ſunt idonei interceſſores Domini contemptores. Adhuc peiores videbis. Tertio Vidit Mulierculas quaſdas collectas, & ſimul in templo flentes, & flebant adonidem ſuum inconſolabiliter. Hi ſunt in eccleſia animi illi muliebres & effæminati, qui olim fruebantur Adonide ideſt commodis, pompis, luxu, pluralitate beneficiorum, ocio, fœliciſſimi omnium & ſpecioſiſſimi. Nunc Reformatio, Concilium, ſedes Apoſtolica extinxit adonidem, vocauit ad opus, & labores, abſtulit incompatibilia: iuſſit curari animas, prædicari verbum, viſitari Eccleſias, inſtaurari pietatem, Eheu quàm amare delicatuli & morbiduli iſti Prælati plorant. Adhuc peiores. Quarto Vbi ingreſſus eſt ſanctum ſanctorum. Vah quid vidit? inter veſtibulum & altare, viginti quinque viros ampliſſimos & grauiſſimos qui vertentes dorſa & terga Altari, adorabant orientem Solem. Et hoc prope altare domini? quid turpius? Hi ſunt maximi illi conſultores & mundi columnæ, qui eccleſiam ſuſtinent & ecce terga vertunt altari: nil minus curant quam dignitatem eccleſiæ: Adorant autem ſoles ſuos, à quibus lumina, titulos, penſiones accipiunt, Alij ſolem imperij. Alij Hiſpanum, Alij Gallum, obſequi Regibus non eſt malum vbi terga non vertuntur altari, quin vtile eſt eccleſiæ fauoribus Regum protegi. Et hæc ſunt quæ templum vaſtant, & vnde ira Domini prouocatur. quare addit propheta ex perſona Dei ſic irritati. Ergo & ego faciam in furore meo, non parcet oculus meus, nec miſerebor. Magna itaque ratione zelatus eſt Chriſtus patriam ſuam Hieruſalem, & in templum inuectus tanquam in cauſam malorum omnium imminentium.

Tertiò Zelus erga eccleſiam ſuã chriſtianam, in templo illo lapideo ſignificatam, quò vult nos omnes docere, vt templum noſtrum curemus, & expurgemus, nec cogatur ipſe vlciſci: Tẽpla noſtra ſpecialia ſunt

corpora

corpora noſtra:in quibus habitat ſpi
ritus ſanctus. Templum eſt corpus,
Altare eſt cor,victima eſt ſenſus: ſa
cerdos eſt ſpiritus, Gladius verbum:
ignis charitas. Hinc eijciendæ ſunt
beſtiæ,quæ vitam noſtram inficiunt.
A corde iniquitas, ab ore perfidia
ab auribus curioſitas, ab oculis vani-
tas,à manibus rapacitas,ab intellectu
cœcitas, à voluntate obliquitas &c.
Eiectis beſtijs, & numulariorum, id
eſt ſenſuum cathedris, Iam libere po
terit in nobis Chriſti ſpiritus cœcos
illuminare & claudos erigere. Quòd
ſi ſatrapiæ,ideſt mundi mores, & car
nis vanitas non ferunt, Si Hieruſalē,
iſta generalis non recipit; ſi tota ec-
cleſia non reformatur, Recipiat cùm
noſtra Bethania;doceat in nobis, re-
gulet familiam noſtram, purget pe-
ctora noſtra;vt pueri noſtri; humili-
tas,ſimplicitas,puritas illi occurrant,
illumque tanquam prophetam & do
ctorem ſuum glorificent. d. oſana
oſanna filio Dauid: Amen.

FERIA QVARTA DOMINICAE PRIMAE In Quadrageſima.

Ecce pluſquam Ionas, & pluſquam Salomon hic.

HAbet Chriſtus. D. N. lu-
cem,vitam, & virtutem
in ſe ſufficientiſsimam.
Habet radios, ſpiritus,
opera potentiſsima, tum ad illuſtran-
dum Maieſtatem ſuam,tum ad inſtru
endum, & quietandum omnium cor
da:Illuminat, inquit Ioann. omnem
Ioan.1. hom.venien.in hunc mundum. Ha-
bet ſanguinem,merita,corpus,animá
tam, mortem, gratiam, gloriam
o: mille mundis, Habet & magna,
vniuerſali charitate offert,pro mundi
vita:nil magis amat, quàm iuuare,ad
hoc venit,vt vitam habeant &c.Mun
dus his bonis eget,& ſolis his,ſine qui Ioan.10.
bus cœtera non iuuant;Optat etiam; Matt.7.
quodam modo quærit Et tamen tan
tus hic bonorum cumulus in paucis
reſtringitur. Quia monſtruoſam hāc
inæqualitatem patitur Chriſtus in Eſa.8.
hoc mundo ſuo: quòd vt dixit Eſa:
Alijs eſt lapis precioſus in ædificatio
nem: Alijs eſt petra ſcandali in offen-
ſionem.Et vt Symeon: Alijs eſt reſur
rectio. Alijs ruina;Et vt Paulus. Alijs
odor vitę in vitam.Alijs odor mortis
in mortem. Non quidem ſua culpa; Luc.11.
quia vnus ipſe eſt omnibus, vita, lux; 2.Cor.2.
at mundi culpa,quem inuenit inęqua
lē,atq; ideo inæqualiter afficit, vt ſol
etiam ex varia rerū diſpoſitione,lique
facit, & indurat:inęqualitas oritur ex
fide: ita dicit D. Petrus vobis cre 1.Petr.1.
dentibus honor: non credentibus
autem in lapidem offenſionis & in
petram ſcandali: Varie, afficit Chri-
ſtus, quia variam inter nos currit
fortunam;ſunt pauci humiles, & ſim
plices qui credunt. His honor eſt,
his bona omnia præſtat, his ſignum
ſalutis eſt.Hos habet Cariſsimos,hos
vocat amicos, hos habet loco Ma-
tris,fratrum; ſororum &c.tantum ex
hoc quòd credunt,& faciunt volunta
tem patris,& ſuam.Hanc eandem for
tunam inæqualem paſſus eſt ſpiritus
Chriſti; Et in hac hodie conſtituit
Hiſtoria euangelica; plenam luce,di-
ctis & factis ſtupendiſsimis: Nuper
eiecit Dęmonium mutum,ſurdū &c.
Et ecce quam inæqualiter factum re-
cipitur. Sunt ſimplices, qui credunt
ci,verbum ſuſcipiunt in ſalutem, fa-
ctum mirantur. d. Nunquid hic eſt
filius Dauid? In poteſtate ſpiritibus Marc.1.
immundis imperat,& obediunt ei.In Luc.11.

ter

ter hos exclamat feruẽtiſsima illa: Bea
tus vẽter qui te portauit, & cętera. Sũt
alij qui aperte reijciunt, & blaſpho-
mant. d. In Belzebub principe Dęmo
niorum Dęmonia eijcit. Et teſtantur
Matthæus, & Marcus quod impij &
blaſphemi iſti erant ſcribæ & phari-
ſæi. Sunt tertij qui ſimulant ſe creden
tes, & amicos, ac diſcipulos, & tamen
non proficiunt; quia ſine guſtu ſe-
quuntur, quare ſemper præſentia de
ſpiciunt, & noua quærunt. quærunt
enim non vt diſcant, ſed (Lucas) vt il
ludant: vt tempus terant; Hos intro-
ducit hodie Euangelium, poſt tale ac
tantum ſignũ: quo ſimplices illi Chri
ſtum Dauidis filium ideſt Meſsiam
agnouerunt; ſic compellantes Domi-
num, ficta ac ſimulata facie. Magiſter
volumus à te ſignum videre. Magi-
ſter. Ita Ioab ad Amaſa ſalue mi Fra-
ter. & occidit eum. Reg. & xx. Ita Iu-
das. Aue Rabbi. Volumus, quam in-
decens, vt ſeruus coram Domino di-
cat, volo, vtiná nulla ſit voluntas no-
ſtra. Et addit Lucas. quòd ſignum de
cœlo quærebant; Ac ſi cætera illa mi-
nora ſint, terrea, humilia facta, quam
vt excelſis iſtis ingenijs ſatisfacere poſ
ſint: Det igitur ſigna illuſtria è cœlo,
qualia olim Moyſes, Ioſue Samuel;
Elyas, & Eliſeus: qui in concionibus
quærunt, quæſtiones altas, dubia ex
quiſita: ſtilum elaboratum, verba pu
ra: conceptus eminentes, Atque inte
rim præſentes conciones non guſtãt,
& pro indictis habẽt, ſemperq; ſuper-
habẽdis negociãtur. Hi ſunt ex hac
ſchola: vtinã nõ ſint qui verbũ aperte
reijciãt, & perſequãtur, Heretici, pro
phani, corruptores, Impugnatores:
Sed oĩbus pro ſe pro nobis alto ſpiri
tu reſpondet Chriſtus. Vtinã hic ſaltẽ
audiatur; certe audiri vult, quando
tam aperte & clare loquitur, Obſe-
cro chariſsimi attenti excipite.

Recte de Meſsia dixit Eſai. quòd
Emanuel hic, butirum & mel come Eſa. 7.
deret, vt ſciat eligere bonum & re
prob. malũ. Et neceſſaria eſt electio,
& diſcretio iſta ad recte iudicandum
inæqualitates mundi huius, alioqui ſę
pe fallimur. Prauum eſt cor hominis,
& inſcrutabile, quis cognoſcet illud?
Deus enim ſeculi huius vafer eſt:
Grauiſsimus iudex omnium eſt Chri
ſtus, & Chriſti ſpiritus, ſcrutans cor
da, & renes, Ideo tute de omnibus
pronunciat, & pro meritis omnibus
ſatisfacit: Tertios tentatores deſpi
cit, atque ad turbas circundantes ſe
ſe conuerſus dicit. Generatio mala &
adultera &c. Vide quàm acerbus eſt
hodie Chriſtus. Dici non poteſt, quã
ægre ſuſtinet ſimulatos, quam odio
habet laudes, & ſeruitia Hypócrita
rum. Ad iniurias, ad damna illata non
commouetur, vocant impij Dæmo
niacum, Samaritanum &c. Placide Ioan. 8.
reſpondet, ego Dæmonium non ha- Ioan. 18.
beo: Percuſſus coram Caypha vix re-
ſpondet: ſi bene locutus ſum, cur me
cedis? Hypocritas ferre non poteſt:
Rogant olim diſcipuli Phariſæorum Matt. 2.
mira cum humilitate & reuerentia.
Magiſter ſcimus quia verax es, & viã
Dei in veritate doces, & non eſt tibi
cura de aliquo, nec enim reſpicis
in faciem &c. Quanta laudum catæ-
na: dic ergo, licet dare cenſum Cæſa
ri an non? Quid vero ad hæc Magi
ſter tàm laudatus? Reſpondit toruo
oculo: quid me tentatis hypocritæ?
ita nec iniurijs frangitur, nec laudi
bus eleuatur, conſtans hic Emanuel,
& cordium iudex. Simili conſtantia
de ſuis his nouis diſcipulis, ſigna
quærentibus, hodie dicit: Gene-
ratio: quo verbo indicat malitiam nõ
eſſe tam perſonalem, quam radicalem

Ier.7. totius gentis.de qua Iere. filij colli-
Act.7. gunt ligna,patres ſuccendunt ignem.
Luc.32. De qua Stephanus. quem propheta
rum non ſunt perſecuti Patres veſtri?
vocat Io.Genimina viperarum.Mala.
Praua conceptam in medullis habens
iniquitatem; peſsimam vocat in fine.
vbi de profectu malorum ſpirituum
dicit. Ita, inquit, fiet Generationi
huic peſsimæ. Ita malum dicimus ſa-
tanam,ideſt in malo firmatum,impœ-
nitentem.mala vult, mala facit, pati-
tur &c. Quanta malitia, Veritatem
agnitam impugnare, Scripturas ſa-
cras deprauare,mutilare, corrumpe-
re.Signa quibus totus mundus trahi-
tur, aut non videre, aut abominari
aut obſcurat, vt in cœco nato, aut
Belzebub tribuit? Et Adultera: Adul
tera: Alludit ad pacta & promiſſa, qui
bus Deus toties in peculium, & fidē
ſuam ſuſcepit gentem hanc,toties illi
ſuam obſtrinxit miſericordiam. To-
tieſ'e contra illa ſe ſe totam Deo pol
licita eſt toties veniam obtinuit. Et
ſemp fide fracta apoſtatauit.Ita Adul
teram & fornicariam ſæpe vocāt pro
Eſa.57. phetæ,quòd ad alienos Deos ſe ſe in-
Deut.32. curuauit. Ita Moſes. Generatio per-
Daui.13. uerſa & infidelis vocat filiam Augu-
ratricis.Daniel ſemen chanaam.Eheu
quot inter nos ſunt adulteria, quot
apoſtatæ, ſi de promiſsis non ſeruа-
tis, & quæ in baptiſmo & quæ toties
in pœnitentia protulimus, iudicandi
ſumus.Sponſus animæ legitimus Chri
ſtus eſt, cui anulo fidei ſubarata eſt,
cuicunque alij ſeſe committit; adulte
ra eſt.Signum quærit.Infidelitas, aut
certe vanitas eſt,Signa quærere,poſt
quam veritas probata eſt, recepta:
Alioqui neceſſe fuit (Thomas) veri-
tatem à principio, tanquam ſuper-
naturalibus confirmare: inde ſuper-
fluum. Periculoſum etiam eſt ſigna-
quærere.Nam facile poteſt ſatan illu-
dere. Antichriſtus in omni virtute ſa
tanæ,in ſignis, & prodigijs; ſanctos
occident Chriſti ſeruos. Et interim
carnifices ſuſcitabunt mortuos.
Nunc tempus credendi eſt, non vi
dendi: fides hæret verbo, ſatis enim
probatum eſt verbum, ſat ſan-
guinis præſtitum. Et ſignum non
dabitur ei,niſi ſignum Ionæ prophe-
tæ.vnum hoc relinquitur iudeis,nam
ſignum iudicij eſt ferale,& funeſtiſsi-
mum ſignum, quo perpetuo diſcer-
nentur, Habet Ionas in ſe cumulum
ſignorum, quæ omnia iudeis morta-
lia ſunt. Habet in principio, in me-
dio,in fine.In principio. Cum à Do-
mino eijcitur è iudea, vt ad Niniuem
tendat. Peſsimum ſignum eſt pro iu-
dea,vt ad Niniuem tendat.Peſsimum
ſignum eſt pro iudea;quando eam de
ſerunt Dei prophetæ, Egreſſo Loth
è Sodomis, perit Sodoma: Egreſſo
Iſraele ab Aegypto, concidunt om-
nia.Ita egreſſo Chriſto ab Hyeroſoli-
ma, ſtatim euertitur. Religio con-
ſeruat regna.In medio. Cū in itinere
mittitur in mare. ſtatim tempeſtas
tollitur.Tribus diebus latet in corde
terræ: tertia die emittitur. Hoc ſi-
gnum ſignorum eſt in Chriſto, in-
quit Auguſtin. quòd Mortuus eſt
& reſurrexit. Ita alibi. Soluite tem-
plum hoc, Ego in triduo excita- Ioan.2.
bo illud. Cuius autem rei proprie ſi-
gnum eſt Mors in Chriſto? Hu-
manitatis & charitatis immenſæ, qua
dilexit nos,& tradidit ſeipſum pro no
bis.cuius rei ſignum eſt Reſurrectio?
potentiæ ac Maieſtatis Diuinæ: Hæc
autem duo, quid conferunt Chri-
ſto? Totū id q̄ ad ſalutē noſtrā re-
quiritur.Mortuus eſt pp delicta no
ſtra. Reſurrexit pp iuſtificationē no
ſtrā.nobis ergo Mors Chriſti ē ſignū
remiſ-

remiſsionis peccatorum, reſurrectio ſignum iuſtitiæ acceptæ. qui ergo in his Chriſtum non agnoſcit, & recipit, nullam ſpem ſalutis retinet. In fine quod reſtitutus Ionas, Niniuem ingreditur: homo propheta, ignotus, peregrinus, ſolus; prædicat verbum Dei, ſine ſignis. Et ecce ſtatim ad pœnitentiam inducit. Hoc ſignum eſt infractæ Iudæorum pertinaciæ, viri Niniuitæ merito ſurgent in Iudicio cũ generatione iſta: Ecce enim pluſquam Ionas hic Ieſus Nazarenus. Ille propheta, hic Dominus prophetarũ. Ille ignotus, hic è ſemine Dauid: in propria venit. Ille inuitus & amarus etiam propheta, hic volens, hic gratioſiſsimus. Ille ſolus. Hic cum ſapientibus, & ſcribis, & prophetis. Ille verbo ſolo egit: Hic ĩnumera adiecit miracula. Ille terminũ quadraginta dierũ præſcripſit. Hic quadraginta annorum. Ille auditus eſt. Hic in ſe & in Apoſtolis reprobatus. Et ecce pluſquam Ionas. Ille enim ciuitatem vnam conuertit, qui fructus fuit ſuæ prædicationis. Chriſtus per apoſtolos mundum totum inuaſit, & expugnauit, quo facto ſe vere Dei filiũ & mundi ſaluatorem irrefragibiliter probauit. Tanta enim fuit fœlicitas, & progreſſus euangelij Chriſti: vt neceſſe fuerit, vel nullũ Deum eſſe; vel Chriſtũ eũ eſſe Dei filiũ, quẽ ſe ꝓfitebatur. Surgẽt ſecula illa oĩa in nos, & in fidelitatẽ noſtrã iudicabunt: ſurgent & huius ſeculi partes illæ noui orbis, quæ tanto cum ſpiritu & feruore ſuſcipiunt Chriſti incogniti Euangelium. Nos vero poſt tot ſecula adhuc frigidè, & inutiliter audimus: Adhuc noua molimur, adhuc nos ipſos in Dei verbo quærimus: Surgent & populi decepti in nos, qđ illi ſuos apoſtatas tanto cum ſpiritu & feruore audiunt: Nos noſtri tam frigidè, vt vix digitum moueant pro Chriſti ſeruitio, vbi illi ad impugnandũ Chriſtum omnia faciunt, & patiũtur. Det Dominus mentem ſanam, vt eius virtutem & vitam agnoſcat mundus in verbo præſenti, atque in eo proficiat ad eius laudem. Amen.

ſup F. Franc. Viced.

Neapoli apud Archiepiſcopatum. 1569.

FERIA QVINTA DOMINICAE PRIMAE In quadrageſima.

QVando ſpiritus noſter eſt opus, & creatura ſpiritus Dei omnipotentis, Iuſtum eſt vt ab illo pẽdeat ab eoque ſolo duci ſe, & regi patiatur. A quo enim tutius, aut glorioſius ducatur, quam à creatore ſuo? Dicat ergo quaſi catulus ſequens. ſpiritus tuus bonus deducet me &c. Pſal. 142. Dicat cum gaudio. Dominus regit me, &c. Pſal. 22. ĩ loco paſcuę, ibi me collocauit. Quãdo etiam ſpiritus Dei ſic regit creaturam ſuam, & ad paſcua ducit, iuſtũ eſt vt ad ea paſcua, eamque menſam ducat, qua ſaturari poſſit, & expleri; ne perpetuo in eius cura, & manibus ſit miſera, & deſolata. Quòd ſi ſic. Ad nulla paſcua, aut menſam ducere poteſt ſpiritum noſtrum, quam ad ſuam ipſius, & ad ſeipſum. Cum enim ratione imaginis anima noſtra capax ſit Dei, ac Diuinæ fœlicitatis, Ex vi capacitatis huius, opus eſt, aut eam perpetuo fameſcere, aut in Deo ipſo ſolo ſatiari: Ita Dauid. Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ: Apud Pſal. 35. te eſt fons vitæ. Ita D. Auguſtinus. Creaſti cor noſtrum ad te, inquiẽtũ

eſt don.rcq.in te. Ad cam igitur mẽſam duci & admitti neceſſe eſt ſpiritum hominis, in qua ipſemet creatoris & ductoris ſpiritus beatus eſt: vt intellectus hic noſter repleatur lumine ipſo gloriæ Diuinę. Appetitus hic noſter eą ipſa bonitate fruatur, & repleatur, qua Deus ipſo; atque ideo ratione obiecti Deificetur. Nam ad nihil minus creatus eſt. Ad hunc honorem, & ſtatum ſcrtcũ imago in qua creatus eſt. Quòd ſi nunc, dum peregrinamur, & diſtamus, à patria menſa; non poſſumus pane illo frui, qui integer eſt, cuiq; fauces, & ora replet, Micis interim de menſa cadentibus alendi ſumus; alioqui certum eſt, nos nullis aliјs cibis nutriri poſſe. Cætera omnia vt vana ſunt, ita non nutriunt, non enim implent; immo non tangunt cor. Micæ cadentes è ſumma illa domini menſa ſunt dona; & virtutes, quæ per ſpiritum ſanctum creatorem in ſpiritum noſtrum creatum infunduntur, ad refrigerandum, ad illuminandum, ad deducendum nos in finem noſtrum. Ideo dicunt theologi quòd à Deo ſunt, in Deum reuocant, & Deo implent. Fides illuminat, & purgat cor, repletque mentem diuino lumine: quodque in cœlis facit lumen gloriæ, vniens creaturam creatori vt eo mediante beetur, Hoc facit in terris fides. Vnit creatam mẽtem lumini increato: fundatque tanquam ſubſtantia rerum ſperandarũ, & argumentum non apparentium in homine regnum Dei: vt ſit capax altitudinis, latitudinis, profunditatis: myſteriorum Dei; quæ ſine lumine fidei ſunt impoſsibilia. proportionaliter, lumen in cœlis glorificat, gratia in terris iuſtificat. Amor inde Diuinus afficit, affectioneſque hominis replet Diuinis conſolationibus, ſatiat deſideria; Educit è finibus Chananæorum, extinguit amores & deſideria mundi, totamq; creaturam rapit, diſponit, & habituat ad amores & obſequia creatoris. Sed & aliud amplius facit ex ratione imaginis ſpiritus increatus ſic vnitus creato; Et eſt hoc, quòd ſeipſum actuat, & exercet in eo; ſicut actuat in ſeipſo; niſi, quòd in ſeipſo actuat, & exercet ſe ex naturali & neceſſaria ſua perfectione: in homine vero actuat ſe, ex gratia & amore, in ſeipſo facit vt perficiatur ab æterno, In homine tantũ vt perficiat. In ſeipſo igitur Diuinus intellectus, in patre, diuino lumine plenus, per actualem intelligentiã Deitatis, implet mentem Dei Diuino verbo, ſicque generat filium ſubſiſtentem. Voluntas etiam diuina, plẽna & fœcunda infinita Deitatis affectione, & complacẽtia actuali, ſpirat diuinum amorem, & ſpiritum ſubſiſtentem; ſicque actualibus iſtis emanationibus, diuina trinitas exercetur, & completur. Ad eius imaginem & ſimilitudinẽ, ſpiritus ſanctus in creatura actuat lumen fidei infuſũ & per eam extincta iam quacunque intelligentia carnis, quod Paulus vocat captiuare intellectũ in obſequiũ Christi. exprimit in ea actuales intelligentias ſupra naturales, & diuinas, quibus concipit myſteria, & parit actuales conſenſus, in ea omnia, vtcũque facta difficilia, quæ ſibi à Deo proponuntur & reuelantur. De qua re D. Petrus ſi quis loquitur, tanquã ſermones Dei. Et Paulus. An experimẽtum quæritis qui in me loquitur Chriſti? Et Lucas de Lydia Purpuraria. Aperuit dñs cor Lydię, vt intenderet ſup his quæ dicebãtur à Paulo Sic igitur fides iſta captiuam facit & ligat mentem, quaſi catellam, vt vbi-

1.Cor.
1.Pet. 4.
2.cor. 13.
Act. 16.

que

que ſequatur Dominũ ſuum. Amor idem facit in affectione;quam ſpoliat omnibus mundi amoribus; & in vnã domini ſui menſam reducit;huiuſque Diuini amoris vbique ſuntuales partus & expreſsiones facit. vt dicat. Renuit conſolari anima mea: vnam
Pſal. 76. petij à Domino,hanc requiram.dicã
Pſal. 26. domino.Ego ſeruus tuus, & fil. anc.
Pſal. 115. dicat cum virgine.ecce Ancilla Domini.fiat mihi ſecundũ verbum tuũ. Ita cõpletur in creatura, imago creatoris ſecundum vtranque rationem, & habitualis impreſsionis & actualis expreſsionis. Diuinarum virtutum; qua imagine in tantum delectatur Dominus ipſe,& creator,vt miro ſtudio conetur vtranque partem iuuare & conſolari.Intellectum igitur lumine fidei ſic affectum, & exercitum, tanta charitate cõplectitur,vt in dies ad clariora promoueat; ſeſe totum illi inſinuet:ſe etiam in ſcripturis incorporet,membra,atque affectiones humanas corripiat,caput, man⁹, oculos.ſomnum, vigiliam; &c. tñ vt ab homine intelligatur.voluntatem etiã ſic erga ſe bene affectan, ſic ſe totam effundentem. & proprijs amoribus euacuantem:ſic ad ſuam menſam anhelantẽ, ſumma cum animi hilaritate ſuſcipit & recreat.Poteſt differre, vt exerceat,& illuſtret;At tandem vt totam illam in ſe recipit: Ita totum ſe illi tradit. Poteſt tacere, poteſt aliena negocia ſimulare. Tandem cogitur dicere:fiat tibi ſicut vis.vide quanto cum lucro voluntas humana ſe ipſam perdit: quando pro ſua, Diuinam accipit:In qua ſtatim paſcua illa opima reperit, quibus omnia ſua deſideria beatafacit: percurramus nunc breui-
Ioan. 1. bus hiſtoriam Chananeæ, quæ vniverſam hanc praxim abunde & luculenter exprimit:

Egreſſus Ieſus ſeceſsit in partes Tyri &c. Duos mirabiles,& amabiles egreſſus proponit nobis euangeliſta. quos ſequitur lõge mirabilior cõgreſſus. plenus luminũ, plenus virtutum, plenus amorum mutuorũ Egreditur Ieſus à finibus Iudæorũ.quos flectere nullo modo poteſt. Et ecce venit ad Chananæos,quorum Metropolis in Phœnicia erat Tyrus ad gentem hanc maledictam:ad non plebem; vt Oſe. 2.
Oſe.ad non dilectam. Egreſſu autem hic vanus eſſe non poteſt,aut ſine lucro. ſecum enim fert Chriſtus lumina,& faces gratiæ ſuæ præueniẽtis, qua mundum excitat ad ſe:& mundi ſalutem orditur lux Chriſti ſenſibilis: rumor operũ mirabilis gratia præueniens, illa percutit oculos, & aures: hęc percutit animos. Egreditur à finibus illis ex alio latere Mulier Chananea;ſuorum oblita, ſuorum idola reſpuens, fines illos, & mores omnino renuens. Mundus multos habet fines vtiles, delectabiles quos omnes egredi debet pœnitens. Apud Chriſtum vnũ eſt neceſſarium. Obliuiſcere populũ tuum,& domũ pat.tui.Quidam Pſal. 44.
exeunt de Chananeis,ſed non de finibus eorũ Auguſt.in de vera;& fal.pœni.ca. 8. quos peccaſſe pœnitet, ſed non omnino.reſeruãt enim ſibi quædam in quibus delectentur dimiſſa pelle reſeruant imaginem eius domi. Dimiſſo epiſcopatu quẽ iuſte tenere nõ poſſunt,ſeruãt penſiones. Egreſſa quo tendit? Quoad Chriſtum quem aduenisse ſenſit. Mirabile dictu:Iudæi Chriſtum ſuum deſpiciunt. Chananei quærunt.Ideo dicit euãgeliſta. Ecce. Aduertite, malum Iudæorum omen,fœlix fauſtumque Chananeorum initium. Secum iſta adfert cor bene affectum,ad quærendam Chriſti gratiam:Nempe ſpiritum habitua

tum fide excellēti,& vere magna:con
grediuntur,& in congreſſu vterq;,a-
ctuat ſuā virtutem.Mulier actuat, ex
erceťque fidem ſuam,atque excellen
tem feruentemque orationem: Inde
ad maiora ꝓuocata,exprimit religio
nem ſupremam : Tandem humilita-
tem.oratio implorat Chriſtum, &
eius gratiā q̄rit.Religio firmat, colit
& adorat. Humilitas cogit & ligat
ac ſuū facit.Chriſtus exercet,actuat-
que Diuinam gratiam ſuam,mirabi-
li cum ſapientia, qua ſimul exercet,
augetque & ꝑficit fidē creaturæ ſuæ
vtque hoc faciat. Primo ſe ſurdum ſi
mulat.Secūdo alienum circa maiora
occupatum. Tertiò acerbum, tan-
quā erga immeritā & indignam. Et
tandem victus omnia dat,ſeſeque to
tum tradit.Fiat ut uis:Exprimit itaq;
Chananea ex fide ſua cumulum virtu
tum,quaſi ex fonte, & vt Paulus di-
cit,ex ſubſtantia:ſic enim fides radix
eſt virtutum omnium, vt Charitas
Rom. 1. forma : Ita Paulus dicit, iuſtus ex
fide viuit . exponit, Concilium
Tridentinum ex Diu. Auguſtino.
quia initium bonæ vitæ fides eſt.
Exprimit autem primum e fide
ſua orationem . d. Miſerere mei fili
Dauid &c. Duo lumina dat hic fides
è quibus format Mulier orationē:
Alterum eſt,quo comprehēdit miſe
riam ſuā magnam, magna egentem
miſericordia & virtute, q̄n filia male
vexatur à Dæmonio:Filiam nec viuā
habeo, nec mortuam : quottidie
centies moritur,& tamen viuit, vt la
ceretur.ſcimus quam potēs eſt ſatan
quàm crudelis vexator. exempla ſunt
frequētiſsima.quid fecit Iob. quid vi
ris Saræ.quid Antonio. quid Macca
rio.quid nō male vexet inimicus,cui
parcat hoſtis acerbiſsimus? &c. ſci-
mus etiam quam alte ſentiāt Matres
filiorum morbos,& damna; Domi-
nus per Eſa. Nunquid poteſt mulier Eſa. 49.
obliuiſci infantis vteri ſui? quare faci
le diuinare ſcimus quāta ſit mulieris
huius anguſtia Alterū eſt, quo fides
concipit Chriſti potentiam,& boni-
tatē quo lumine vocat filium Daui-
dis. i. Deum hominem factum, per
viſcera miſericordiæ, & ad miſericor
diam præſtandam. Paul. Debuit per Heb. 2.
omnia fratribus aſsimilari, vt miſe
ricors eſſet:Dominum vocat, cuius
omnipotentiam implorat.filium Da
uid.i.Potentiam nobis accommoda-
tam in carne noſtra.Et non reſpon-
dit.&c.Mirum. Verbum tacet verbū
factum eſt mutum. Hoc autem ſilen
tio tria facit ſapientiſsimus. Primò.
Grauitatem facti inſinuat. quando
hic à gētili requiritur:quando & Ma
ter tot dies reliquit filiam in manū
ſatanę.Secundo, charitatē apoſtolo-
rū prouocat ad rogandū pro ea.Ter
tiò, Mulieris fidē exercet, atque ad
meliora prouocat,ſæpe etiā Chriſtus
tacet,quia non expedit nos exaudiri.
Ita roganti Paulo,ſufficit tibi gratia 1. Cor. 12.
mea.Videt tacētem:Audit ſe miſſum
ad oues tm̄ Iſrael.& non cōfunditur
Si.n.tacet non negat. Hiero.Non ne
gat ſe miſſum gentibus: ſed quòd pri
mū Iudæis,vt illis non recipientibus,
iuſta fieret ad gentes tranſitio. Si ad
oues Iſrael miſſus:Non ſunt ex Iſrael
tantum, qui ſecundum carnem ſunt
Iſraelitæ,ſed qui ſecundum ſpiritum
& fidem, ſi ad Iudæos primo venit,
ad confirmandas promiſsiones pa-
trum,Ad gentes venit ſecundum mi
ſericordias.His perſuaſa, Excutit ex
eadem fide Religionem, qua firmat,
atque adorat Chriſtum; Et ad pedes
eius proſtrata, agnoſcit Dominum,
ſeque eius ſeruam conſtituit, hoc
enim eſt vere adorare. Inde addit:

Ad-

Adiuua me.ago quod poſſum & ni hil poſſum,tu fer opem. Potes,ſcis, huc ideo te contuliſti; teipſum obtu liſti. Oro te iuſtificeris in ſermoni- bus tuis: ſi tu deſeris, ad quem &c?
Pſalm.50. Ille autem optimus probator altius retrahit gratiam ſuam,ſeminatq; ma iores difficultates,vt de illis fides glo rioſius triumphet. Non eſt bonum ſumere panem filiorum &c. Si domi nus te humiliat, patere bono animo & d.Bonũ mihi quia humiliaſti me, canem dicit,& filiam facit,vide quã- tum differant apud Chriſtum fideles ab infidelibus, illos vocat filios hos canes. Difficultates has tam alte ac- cipit fides, quòd nõ modo à ſua ora tione, & religione non deterretur; quin potentior ſurgit, & in his plan- tat robora ſuæ ſpei. vtque hoc faciat excutit humilitatem, qua ſe catellam Chriſti agnoſcit; atque inde arguit, obligatque eum ad ſcalẽdum de mi cis &c.humilitas hæc captiuat gratiã Domini;Superbis reſiſtit humilibus dat gratiam;Aperit ergò cor,ac totũ præbet catulæ ſuæ.d. O Mulier ma- gna eſt fides tua:Et quanta eſt,quam ipſe dator fidei, & explorator admi- ratur & extollit? Magna eſt ex perſo na;nam eſt mulieris Chananeæ. Ma- gna ex ſubiecto,nam tantam miſeriã ſubijcit miſericordię.Magna ex obie cto:nam in tanta miſeria ſperat exau diri Magna ex comitibus,parit enim tantam religionem,& humilitatem. Magna etiam fit ex fructu:Nam im- petrat quęcunque vult.Fiat tibi ſicut vis.Fiat noſtrum, eſt obſecratiuum: vt fiat.vol.tua. & in fine aliquot pſal- morum,fiat,fiat, Fiat Chriſti eſt im- peratiuum.Fiat,verbum Diuinũ eſt, quo facta ſunt omnia, quod in ſe cõ tinet totam Dei potentiam, ſapien- tiam,& bonitatem,& ecce in volun- tate mulieris reponitur,quantam vſu ram accipit catella iſta: Dat ſeipſam & accipit Chriſtum. Dat voluntatem ſuam,& ſe catellam, & ſeruam Chri- ſti cõſtituit:pauculas micas obſecrat & Ecce totum Chriſti cor, & robur in ſuam conſolationem accipit. Ibi reperies omnia, vbi abnegaueris om nia. Ita delectatur dominus noſter in fide,& obedientia noſtra, ita liben ter exercet,augetque,& actuat in nõ bis dona,& virtutes ſuas, ita per eas in ſe nos accipit, & in nobis delitia- tur. Nobiſque viciſſim ſe totum tri- buit.En fructus, filia ſanata eſt,Ma- ter conſolata, fides laudata, oratio exaudita, Religio ſuſcepta, Humili tas ſubleuata. Chriſtus in omni- bus glorificatus, Apoſtoli ædifica- ti. Amen.

FERIA VI. DOMINICAE PRIMAE IN Quadrageſima.

IAcet infœlix hæc,& ægra turba noſtra creaturarum languen- tium ex infirmitate, cæcarũ ex ignorãtia: claudarum ex irreſo lutione: aridarum ex indeuotione. Omnes corripit piſcina, & cõcluſit ſub peccato,vt omnium miſereatur. Sanare non poteſt piſcina: nam ſi lex poſſet iuſtificare, gratis Chriſtus mortuus eſſet.Hoc facit, quòd reci- pit ægros, diſponit per porticus, & miſerabile ſpectaculum facit infirmi tatis humanæ coram Diuina miſeri cordia:Reuelat iniquitates, etiam ſe cretas,vſque ad intimas concupiſcen tias. Turbat aquam conſcientiæ, & iram operatur ex pęna propoſita cul pę;Incitat deſiderium ſanitatis,& ad iuſti-

Gal. 3. iuſtitiam accendit, qua ratione legē D. Paulus. vocat pedagogū in Chriſto. Tum aduenit Angelus teſtamenti, cui virtutem ſanatiuam piſcinæ infundit, ſicque elementis addito verbo fiunt ſacramēta operatiua ſalutis, & iuſtitiæ humanæ. Ex his facile eſt iam intelligere parabolam, quòd piſcina eſt lex: quòd infirmi ſunt peccatores, quòd infirmitates ſunt peccata, quòd Angelus eſt Chriſtus, quòd aquæ motus, eſt attritio: quòd virtus infuſa eſt dei gratiā, quòd ſanitas eſt hominis iuſtificatio. Ad hanc igitur & eius ſeriem explicādam prouocat nos neceſſario piſcina, iſta euāgelica, mirabili hoc exemplo paralytici ſanati: quare de hac non diſcedendo a litera euangelij, & à decretis ſacri concilij Tridentini, aduerſus hæreticorū ineptias, Deo dante tractabimus.

Nobile ſubiectum Diuinæ Gratiæ ſuæ, in hac tāta Piſcina, ſeligit ſibi hodie Chriſtus D. N. in quo & miſericordiam ſuam illuſtret: quòd ſanat. Et ſapientiam, quòd certo ordine certiſque progreſſibus ſanat. Et patientiam ſimulque obediētiam ægri commendat: Et nobis tandē format exemplum ſanitatis & iuſtitiæ conſequendę. Seligit igitur ex vniuerſa iſta morborum congerie, hominem paralyticum: octo & triginta annos habentem in paralyſi, atque hunc oculo miſericordiæ reſpicit, ſuſcipitque curandum: atque id quidem tanto artificio facit, vt in eius cura, vniuerſū negocium iuſtificationis noſtræ à peccatis, abūde, diſtinctéque per certa capita deſcribatur. Sūt capita quinque, quibus tota cura comprehenditur. Primum comprehendit, octo & triginta annos paralyſis, vſque ad Chriſti aduentum ad piſcinā, in quo conſiderandum eſt, quicquid homo peccator, ſtante peccato, ante omnē motum Diuinæ gratię ſpecialis pro ſua ſalute, facere poteſt: ſicque ad iuſtitiam ſe ſe quoquo modo accommodare. Hæc tria ſunt in ſumma, q̄ ſplendent in hoc paralitico. Primum quòd patiens eſt, tot annos ſuſtinens & alens ſpem ſuam. Et hanc patientiam non deſpicit Chriſtus. Videns, inquit Ioan. quod multum tempus haberet &c. Secundum eſt quòd in hac ſpe ſemper optat, & confidit aliquo modo ſanari. Ita quæcunque religio, etiam ſolo naturæ lumine mota, adorat Deum omnipotentem, & omnibus prouidentem, vniuerſaliter vel ſpecialiter neceſſario, an uoluntarie: mediate, uel immediate, hanc ſpem excitat Chriſtus. d. Vis ſanus fieri? Tertium eſt, quòd inter ea nihil mali legitur: poteſt eſſe bonus, moralis, ſecundum ſuam cōſcientiā, & legem ſcriptā in corde, vt ſit pius, iuſtus temperatus, habent harum uirtutum ſemina belluæ. clementiæ, Delphinus: Prudentiæ formica, obedientiæ apes &c. De his tamen omnibus quid ſentiendum pro iuſtitia peccatoris? Dico tria. Primo, quòd non ſunt peccata, niſi vt ſunt imperfecta. Secundo, quòd non ſunt merita condigna, quòd ſine gratia gratificante. non etiam congrua ſufficiēter diſpoſitiua, quia ſine gratia ſpeciali præueniente. Tertio, quòd non ſunt vana coram Deo, quare & Romanis ꝓpter has uirtutes, multas uictorias cōtulit, & obſtetricibus Aegypti domos, diſponunt remote, ſic tamen, quòd Deus non deſpicit, quin reſpicit, & de hoc ſequitur. Secūdum quòd motum Gratiæ præuenientis continet, Dum Chriſtus ad Piſcinam venit, & inter omnes ſeligit paralyticum, neque caſu, aut fortuna: ſed

ſed ex certo conſilio. Videt illum, inquit, Io. oculo illo quo meliora probat, ſcit ꝙ multum tempus habet &c. Probat ergo illius patientiam, & interim noſtrā inſtruit, cõſolaturq́; patiẽtiã: qñ intelligimus Deum ſcire mala noſtra & malorum tempora oĩa numerare, cum ipſo ſum in tribulatione. Tum dulciter compellat. Vis ſanus fieri? quo verbo tria facit. Primo voluntatem requirit, volentem trahit; Non iuſtificabit te ſine te Neque ipſos infantes baptizamus, niſi dicant volo ore ſaltem patrum & ſuſceptorum. Secundo, in ſpem (Cyrillus) excitat ſanitatis, quando homine indiget, & ecce ab homine compellatur: forte hic miſertus eius iuuabit ad deſcenſum aquæ. Tertio, noſtros monet curatores & confeſſores, vt ſic ſuos ægros poſt multos annos, quibus in eadem iniquitate manſerunt; ſemper in eodem ſtatu redeuntes: compellent ſic. vis ſanus fieri? ſine hac voluntate, & propoſito actuali nulla remiſsio, ſi ſi mi quid facis? Deum derides, an ſerio confiteris? nondum tibi tempus videtur, vt è tali morbo exeas? Nihil quæris è ſacramento hoc, niſi cerimoniam ſine fructu? obſerua autem ꝙ Gratia iſta præueniens ſic compellãs non eſt forma, aut qualitas infuſa, ſed motus tantum Diuinæ manus, ſic attrahentis; ego ſto ad oſtium & pulſo. vox illa clamãs. venite ad nuptias &c. Quod paralyticus ſic compellatus, & excitatus, è libertate ſua, poteſt vocanti bene, & male reſpondere: Non cogitur, ſed vocatur, trahitur, ſed volẽs: Tertuli. li. 2. contra Marcionẽ, agnoſcit in hac hominis libertate maximã partem imaginis Dei. Ita D. Auguſtinus De ſpiritu & lit. c. 34. Conſentire & diſsẽtire humanæ volũtatis eſt. Et ſuper Ioan. cœtera pót hó nolens: credere non niſi volens. Ante Auguſtinũ Paulus, & Barnabas, vobis miſſum eſt verbum ſal. huius, ſed quia repelli-
tis. Ante Paulum Stephan⁹. vos ſem- Act. 13.
per reſtitiſtis ſpiritui ſancto: Ante Act. 7.
Stephanum Chriſtus. Quoties volui
congregare, & noluiſti? Ante Chriſtũ Matt. 23.
Salomon, vocaui & renuiſtis. Renuo- Prouer. 1.
ntem adhuc vocat certis horis Dei gratia vſque ad vndecimam: tandem deſtituit; indurat, obſcurat. Auſert maceriam, Sic derelictus homo in periculoſo, & difficili ſtatu eſt; De quo Io. Nõ poterant credere. Quo ego vado, vos non poteſtis venire. Paulus. Non relinquitur hoſtia pro peccatis &c. ſola tamẽ finalis impœnitentia eſt ſimpliciter irremiſsibilis: quare & ab ea deſtitutione reuocatus eſt Nabucdon. & Manaſſe. Et de Iudæis Paulus. Potens eſt Deus iterum inſerere illos. Annuentem vero &
conſentientem Dei gratia curandũ Rom. 11.
ſuſcipit. ſicq́ue in eo turbat piſcinam, dat & auget motus atritionis, quibus peccator agnoſcit, & fatetur ſuam miſeriam. Hominem non habeo. Agnoſcit neceſsitatem gratiæ, optat obſecrat, ſicque diſponitur ad iuſtitiam virtutes acquiſitæ ſunt immediata præparatio. Hæc autem diſpoſitio diſtinguit pœnitentem à peccatore. Promouet gratia præueniens opus atritionis ad ſtatum contritionis ad amorem, ex timore. vt tandem d. Tibi ſoli peccaui; pater peccaui in cœlum & coram te. Multi vocati, pauci electi. Qui? Illi inquit D. Auguſtinus ad Simplicianum q. ſecunda. illi qui vocantem non contempſerunt, ſed credendo ſequuti ſunt. Hic ſequitur Quartum, quo Chriſtus paraliticum ſic excitatum præparatũ ſanat. d. Surge. vox operatoria eſt. Verbum practicum, quale eſt ſacramen-

mentorum noſtrorum, iubet quod vult & dat quod iubet:vt ſurges & ſimul vires ad ſurgendum dat. Sic ſanat Chriſtus. Tollit paralyſim, dat robur, Tollit culpam:infundit gratiam & ſic iuſtificat formaliter. hęc enim gratia ſanatiua: non tantum eſt motus Dei:ſed forma & qualitas à Deo creata, & infuſa homini, qua ſanatur, & iuſtus fit. Veſtis illa nuptialis: Charitas diffuſa in cordibus. Quare principiũ iuſtitiæ fuit à gratia pręuenien te. finis eſt in gratia iuſtificante, qua ratione Paulus merito dicit. Gratia
1.Cor.15. Dei, ſum id, quod ſum. Pſalm. Miſeri
Pſalm.88. cordia preueniet, miſericordia ſubſequitur. Sublato morbo, & ſanato paralytico. Tum ſequitur. Quintum. quo ad oſtendendam, ad probandã; ad exercendam; ad augendam ſanitatem, ſanato præcipit Chriſtus. Tolle Grabatũ, & ambula. obedientia hæc eſt, Primo ſatisfactoria pro præteritis. Secundò, meritoria gratiæ & gloriæ. Tertio. teſtiſicatoria virtutis. Quartò, puocatoria ſinagogæ. Hoc facto primum illuſtrat gratiam ſuã quando apparet hunc alias impotentiſſimum, robuſtum iam, & bene valentem, effectum eſſe. Ita quod prius lectum ferebat hominem, & quocunque volebat decumbentem ferebat. Nunc eius homo lectum defert. Sic ſic probatur veritas, & vigor diuinæ gratiæ, ſi vere reſipuimus, ſi domini ſumus cupiditatũ &c. Hoc deinde auget gratiam acceptam, hęc.n. obedientia duplex habet meritum, gratiæ, & glorię, quare & confirmat, & auget hoc exercitio robur. Hoc tandem occaſionem dat Iudæis, probandi, vel improbandi opus. Erat.n. ſabbatum: Ita omnia obſeruat Chriſtus in opere. Monebant igitur ſcrupuloſi. Sabbatum eſt non licet tibi tollere grabatum. Ita frequẽter Chriſti obedientia turbat mundi ſabbata, & feſta: damnat enim ocia, luxus, ludos, pompas, in quibus conſiſtũt ſabbata mundi huius quare tutores horum ſabbatorum ferre non poſſunt. D. Thom. in tertia par. q. 40. ar. 4. Ad primũ. tripliciter excuſatur Chriſtus à ſolutione ſabbati, & legis. primo. quia lex non vetat opus diuinũ, quale eſt opus Chriſti, ſed humanum. Secundò, quia nõ vetat opera ſalutaria aĩæ, & corpori quale eſt opus Chriſti. Tertio. quia non vetat opera quæ pertinent ad diuinum cultum, & gloriam. Ille autem. Qui me ſanum fecit. Debitores ſumus Deo, non carni, vt ſecundum carnem viuamus, quid illi aut iſti faciant, ſuadent ve, noſtra nõ refert: vnum hoc premat, Quid Chriſtus præcipit. Quis eſt qui tibi dixit. Tolle &c. duo dixit. Primum quòd ſanus factus eſt. De hoc nihil, non enim recreat hæc narratio, ſanitatẽ illam mundus parui facit. Secundum eſt quòd qui ſanauit, precepit, vt tollat grabatum. Hoc vero quia turbat ſabbatum mundi, maxime reprehenditur. Duo & nos perſpicimus in ſeruis Chriſti. Primum quòd ſani ſunt, viuunt ſecundum virtutem, miracula patientiæ, charitatis; fortitudinis præbent. Hæc mundi oculi non vident. nemo de his loquitur. Secundũ eſt quòd ſani iſti viuunt ſatis alieni à mundi moribus, à ludis, à luxu, à vin dictis. Hoc intolerabile eſt carnalibus, quare murmurant Iudæi de grabato: & quærunt auctorẽ. Ille vix natus in Chriſto, non agnoſcebat Chriſtum. Et tamen tanta pro Chriſto faciebat. Nos nati ſumus, educati, inueterati in Chriſto; nos illum nouimus de illo & oĩbus eius partibus egregie dicimus, ſcribimus, diſputamus, & ni

nil pro

hil pro illo facimus. Vt igitur Chriſtus opus ſuum compleat, Iterum inuenit in templo, vocat ad ſe & ait. Ecce iam ſanus factus es, &c. Ita apud nos, poſt iuſtitiam ex contritione acceptã exigit Chriſtus homines ſuos in templo, ad ſacramentum pœnitentiæ, vt confirmentur & augeantur dona: Neſcit homo an odio an amore dignus ſit: facile dubitare poteſt, an contritio fuerit ſufficiens: vocatur ad ſacramentum pœnitentiæ, vbi ſacerdos illi dicit. Ecce iam ſanus es: ego abſoluo te & cætera, Noli peccare. Et hoc officium ſacerdotis eſt, ſanatum præmunire contra futura: Non dicit. Ne peccato, ſed Noli peccare. Non poteſt confeſſor præcipere pœnitenti, ne peccet. hoc enim humana non fert imbecillitas. At prę cipere omnino debet, vt nolit peccare, vt propoſitum non peccandi habeat. ſine quo nulla habetur remiſſio Ambroſius. Pęnitentia eſt male acta plangere & plangenda non committere: quantum ſcilicet ad propoſitum & Nolle. Nullus actus charitatis quantumuis feruens, poteſt propoſitum hoc ſupplere niſi martyrium. Ne deterius &c. Nam meritò ex maiore ingratitudine, magis contra te iram Dei prouocabis: Dęmoni addes vires, reuertetur enim cum ſeptẽ ſpiritibus nequioribus. Tibi quoque ex vſu difficilior fiet pęnitentia, quare vide ne redeas ad vomitum, fuge occaſiones &c. Abijt ille homo, & nuntiauit Iudeis quia Ieſus eſt qui fecit eum ſanum. Ita iam iuuat omnibus enarrare Chriſti miſericordiam: nõ pudet iã amicitiæ Chriſti, reddit opus in auctorem. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertẽtur in medio eccl. laudabo te. Quod ſi de Paralyſi noſtra loquimur, quid autem dicere poteſt peccator iuſtificatus. niſi Ieſus eſt qui me ſanum fecit: Multa certe concurrunt; ſed tamen omnia in Ieſum redeunt: Gratia Dei ſum id quod ſum. Eſt cauſa efficiens creans gratiam, remittens culpam. Ieſus. Eſt cauſa meritoria. Ieſus eſt cuius liuore ſanati ſumus. Eſt cauſa miniſterialis ſacerdos. Ieſus eſt qui inſtituit. Eſt cauſa inſtrumentalis ſacramẽtum: Ieſus eſt qui dat efficaciam. Eſt cauſa formalis gratia. Ieſus eſt qui infundit. Eſt cauſa diſpoſitiua, volũtas hominis. Ieſus eſt qui mouet Eſt cauſa finalis, Ieſus pro cuius gloria omnia fiunt, ſit illi gratia, quando eius gloriæ ſalutem noſtram ſic coniunxit, vt ipſe in nobis glorificetur: nos in illo & per illum ſani & ſalui ſimus. Amen.

Neapoli. 1569.

SABBATO PRIMAE Dominicæ.

MVlta, ac Magna ſunt beneficia, quę in Homine ſanãdo Diuina tribuit Miſericordia, vt meritò & hominẽ miracula talia in ſeipſo (vt ſibi cõceditur) ſentientem exhilarent, vitãque illi hylarem, & beatam tribuant, modo ab ea ſanitate nõ cadat. Et ſpectatores in admirationẽ trahãtur, vt merito ſtupeat Sinagoga ſup homine illo noſtro qui 38. annos ad piſcinã infęlix iacuerat, oĩum miſerrimus & ecce ĩ momẽto ſurgit, ambulat, & grabatũ portat. Neq; .n. in vniuerſo, eſt mutatio maior, quàm vbi hõ peccator iuſtificatur, Id eſt, vt Chriſtus dicit, renaſcitur, atque alius à ſeipſo fit, cor

ſit,cor nouum,& animam nouam ac-
cipiens. Multa enim comprehendit
in ſe hic motus,& præſertim quatuor,
quæ ad iuſtificandum impium neceſ-
ſario concurrunt. Mouens, Mo-
tú: Terminus à quo,& Terminus ad
quē: vt in illuminatione aeris;illumi
nat Sol; illuminatur Aer; Tolluntur
tenebræ: Infunditur lux: Hic iuſtifi-
cans Deus eſt, non hoc nos docent
Lutherani. Non ſunt ipſi veritatis
huius inuentores: Acceperunt ipſi a
nobis,& eccleſia noſtra,quæ antequā
ipſi,& Patres eorum naſcerētur, hoc
ſemper docuit: iuſtificatur anima pec
catrix:tollitur peccatum: infunditur
gratia.Quare,vt cernitur, motus hic
mixtus eſt ex receſſu, & acceſſu,
receditur à peccato, & acceditur ad
gratiam;neque hi duo ſunt vnus,nam
poteſt eſſe vnus ſine altero; poteſt
Deus dimittere peccatum, & non in
fundere gratiam, quanquam non ſo-
leat;Poteſt infundere Gratiam,& nō
dimittere culpam, vt Angelis, Ma-
riæ &c. Secundum primum motum,
Iuſtificatio eſt remiſsio culpæ,remit-
tere aūt eſt non imputare: nihil enim
proprie tranſacto actu peccandi, ma-
net in peccatore niſi reatus ideſt obli
gatio & imputatio ad pœnam; tunc
ergo remittitur,cum tollitur illa. Se-
cundum alterum motum,iuſtificatio
eſt infuſio Gratiæ.& bene nota,quòd
non dixi imputationem eſſe,ſed infu-
ſionē:Nam in hoc quoque falluntur,
& fallunt miſeri Lutherani, quòd con
tra omnem Theologiam ſentiant, &
doceant, iuſtificari nos per imputa-
tam quandam nobis Chriſti iuſtitiā,
ſine vlla infuſione, quod ſi ſic eſ-
ſet quid ergo dicit Ezech. & Ioel.
effundi ſuper vos aquam mundam?
quid Paulus docet, charitatem dif-
fundi in cordibus noſtris? quid ve-
ſtis illa nuptialis ſignificat? infun-
ditur ergo, ac donatur nobis gratia,
quæ nobis inhærens nos formali-
ter iuſtificat & ſanat. Motus hos duos
pulchre expreſsit Paulus. ad Ro. per
exemplum oleaſtri, à quo primum cæ
duntur rami inutiles; ecce remiſsio
culpę in primo motu: deinde ijs ſubla
tis inſeritur bona oliua, ecce infuſio
Gratiæ in Secundo,cuius virtute fru-
ctificat:ſed & Pſal. vt idem Paulus cō Pſalm. 31.
ſiderat vtrunque fœliciter exprimit. Rom. 4.
Nam de primo dicit Beati quorum
remiſſæ ſunt iniquitates, & quid ſit
hæc remiſsio clarius explicat. Beatus
vir cui non imputauit Dominus pec-
catum. hoc enim modo remittitur.
Remittit (Aug.) cum non videt,qua-
re orat pſal. Auerte oculos à peccatis Pſalm. 50.
meis; non videt cum non imputat:
De ſecūdo addit.Beati quorum tecta
ſunt peccata.quomodo teguntur pec
cata? Coram mundo,Hypocriſi:Cō
ram Deo? D.Petrus,Charitas operit
multitudinem peccatorum. hæc er-
go infuſio charitatis omnino requiri
tur.Hæc illa Diuina qualitas eſt, quæ
animam Paralyticam firmat,obſcurā
illuminat; terram facit puram & albā
(quod Eſaias dicit)vt nix.Hæc mores
inſtituit, hæc vitam immutat,hæc le-
gem implet,hæc lectulum ſine tædio
portat: Hæc animam iuſtificatam fœ
licitat, ac in ipſo paradiſo collocat.
Mirantur cæteri externa, ac de lectu-
lo petunt Iudæi, quis eſt qui dixit ti-
bi, tolle grabatum & ambula: At ſa-
nus ipſe ſanitatem ſuam admiratur at
que ideo hanc præfert.d.qui me olim
miſerū infirmū mortuis inuidentem
me ſanū fecit.Ille iuſsit,illi oīa debeo
At bone vir,quis obſecro, te ſanū fe-
cit? Neſciebat inquit Ioannes. Hoc
vero plane iniquum eſt, vt tantæ ſalu-
tis ſuæ cauſam ignoret,quare iterū in

uenit eum Ieſus in templo, ac ſeſe illi pateſacit. Nobiſque pulchram occa ſionem tribuit, vt quando iam ſatis narrauimus, & progreſſus, & partes iuſtificationis noſtræ, priusquam à præſenti hiſtoria recedamus pro abſolutione tractatus huius, cauſas quoque ſalutis huius noſtræ ſubijciamus, vt ſic ſciamus quibus acceptum ferre hanc ſalutem debeamus. Cauſam autem iuſtificationis narraturi, à communibus illis quatuor exordiemur, quæ de re quacunque a ſapientibus petuntur, nempe efficiente: Finali, quas vocant extrinſecas: formali; & materiali, quas vocant intrinſecas, quibus, & aliæ quædam ſubijcientur. Primo. Quæ igitur eſt cauſa efficiens, vel operans iuſtificationem? Deus ſolus eſt, & nemo alius, qui ſic iuſtificat. concluſio hæc non eſt (vt diximus) lutheranorum, tamen ipſi veritatem hãc exaggerant, vt ſub hac innumeras falſitates obijciant: veritas hæc noſtra eſt, eccleſiaſtica eſt, Romana eſt. Pauli eſt Rom. 8 Eccleſiæ fundatoris: Eſaiæ eſt, qui cap. 50. dicit. Dominus Deus auxiliator meus, ideo non ſum confuſus, Iuxta eſt qui me iuſtificat, quis contradicet mihi? Dominus Deus auxiliator meus, quis eſt qui condemnet? hæc eadem Paulus Hæc eadem Iob. Quis poteſt facere de immundo mundum niſi tu, qui ſolus es mundus? Ratio etiam conuincit hoc ex vtraque parte iuſtificationis. Nam ſi iuſtificare eſt remittere culpam Solus ille remittere hãc põt, qui ſolus eſt læſus, quare. d. per. Eſ. Ego hoc ſum Dominus, qui deleo iniquitates. quare merito mirantur ij, qui in Chriſto Diuinitatem neque agnoſcunt, neque credunt. quod peccata remittat. quis eſt hic, qui etiam peccata remittit? Et Chriſtus ipſe authoritatem hanc tanquam diuinam ſtupendo miraculo confirmauit. d. vt ſciatis quia filius hominis poteſtatem habet dimittendi &c. Surge &c. Si quoque iuſtificare eſt Gratiam infundere, quis poteſt illam infundere, niſi qui poteſt creare? Quis creare. niſi qui Eſa. 35. poteſt cauſas omnes ſupplere. Quis hoc niſi omnipotens? Eſa. Ego Dominus & non alter, formans lucem, & creans tenebras. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Secundo. Quæ Pſal 83. eſt cauſa finalis? Triplex eſt gloria: hoc enim factum eſt multis modis glorioſum. Prima gloria Dei eſt, qui hic illuſtrat mirifice ſuam miſericordiam. Miſericors enim & miſerator Dominus, & Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Sic autem propter ſeipſum operatur omnia, vt in omnibus glorificetur. Secunda gloria Chriſti eſt, qui vt in peccatis crucifigitur, vt teſtatur epiſtola ad Heb. Ita in iuſtificatione reſurgit, nouamque accipit vitam qua in iuſtis viuit, & operatur. Tertia eſt gloria iuſtificati: qui & ipſe nouam adeptus vitam, conſors factus Diuinæ naturæ alius homo eſt, aliusque apparet, lux mundi factus: forma & exemplũ bonorum operum, quæ præparata ſibi fuerant (Eph. 2.) vt in eis ambularet, lectulumque portaret ad Dei gloriam, ad ſui vtilitatem, ad ædificationem fratrum. Tertio. quæ eſt cauſa Formalis? Forma eſt quæ dat eſſe, vel ſimpliciter vt anima, vel ſecundum quid, vt accidens. Quid ergo eſt quod homini formaliter dat eſſe iuſtum? quid niſi iuſtitia inquam, non imputata, ſed infuſa, ac impreſſa: hoc autem non ita intelligo, vt omnem iuſtitiæ imputationem reijciam, abſit, nam & hanc ſuo

loco ſtatuemus. At quòd per illam
imputatam formaliter, non iuſtifica
mur, ſed per hanc infuſam. quæ no
ſtra ſit, & in nobis operatur; quod ſi
dicas. Pſalm. non cupit ſe in ſua iuſti-
tia liberari, ſed Dei. d. In iuſtitia tua li
bera me. Ego imprimis adducam
Pſalm. dicentem. iudica me ſecundũ
iuſtitiam meã. Deinde adducam Au-
guſtinum, & Davidẽ ſibi ipſi ſic cõci
liantẽ; iuſtitia Dñe tua eſt, & mea eſt.
tua, qa à te data; mea, quia mihi data
Neceſsitatem aũt infuſæ charitatis,
præter illam increatam, quę Deus eſt
& appropriatè ſpiritus ſanctus, abũde
ſatisque probarũt ſacri Theologi; q
omnes has vanitates, per hæreticos
modernos ex inferis ſuſcitatas, & vi-
derũt, & ſtrenue confutarunt: vt non
ſit in his neceſſe multum immorari,
catholicis recte agnoſcẽtibus, quod
cum per charitatẽ, & gratiam anima
fiat Deo ſimilis, oportet ĩ ea poni ali
quid, quo fiat ſimilis, non enim fit
aſsimilatio ſine forma inhærente.
Deus aũt talis forma eſſe non poteſt.
Præterea quòd, iniuſtus diſplicet, &
idem iuſtus placet, non eſt ex Dei
mutatione, qui immutabilis eſt, ergo
vel amittit, vel acquirit. certe amittit
culpam, acquirit gratiam. Si dicas; Au
guſtinus. 10. confeſ. dicit, quòd Deus
eſt vita animæ, vt Anima corporis, er
go formalis: Dico, quòd ſimilitudo
eſt in effectu, quòd ambo viuificant,
non in modo efficiendi. Nam Deus
viuificat effectiuè, vt ſol illuminat:
Anima formaliter, vt lux illuminat:
Requiritur autẽ charitas hæc, & for
ma infuſa in anima, non quia Deus
de potentia abſoluta non poſsit ani-
mam ſine hac diligere, (ſaluo meliori
iudicio) nam animam Adæ, & Ange-
los creatos ĩ puris naturalibus potuit
diligere, non enim ibi eſt cauſa vlla
odij, vel non dilectionis. At requiri-
tur propter inſufficientiam (Rica. &
ſco.) quæ ſine charitate creata, non
poteſt ſe ſufficiẽter in Deum moue
re; nam ſi tantum ab alio, vt à ſpiritu
ſancto moueretur, nil mereretur eo
motu, in quo nihil ageret; Ad tria er-
go (Ricar.) neceſſarius eſt habitus in
fuſus in anima, primo vt per ipſum ha
beat voluntas ſpiritum ſanctum ſibi
vnitum per gratiam permanẽtẽ, etiã
tempore quietis. Secundũ vt ſit prõ-
pta, & digna recipere motionem,
& coactionem ſpiritus ſancti. vt coo
peretur ſpiritui ſancto meritoriè. Nã
ſi ex ſe diligere poſsit bonum natura
li ſua dilectione, non tamen ſupra na
turali & meritoria, niſi cum facta eſt
& ipſa ſupra naturalis; agere. n. pſup-
ponit eſſe tale eſſe formaliter tribuit
charitas. Quartò, q̃ eſt cã naturalis
Homo, vel Anima, vel immediate, &
primo voluntas, quę in ſe vere hanc
formam ſuſcipit; ac templum fit ſpiri
tus ſancti, vt in Deo maneat, & Deus
in eo: Quintò; quę eſt cauſa diſpoſiti
ua, ſeu pparatoria? Hæc bene notãda
eſt, vt tollatur acceptio perſonarum,
ſcimus enim ex Deo nõ de eſſe quin
omnes iuſtificet: Nã teſtatur apoſto
lus ab Timotheum. orandum eſſe
pro omnibus: & hoc bonũ, acceptũ-
que eſſe coram Deo, qui vult om-
nes ſaluos fieri; & qui vnũ omnium
mediatorem dedit. quare neque per
mediatorem ſtat quin omnes ſalui
fiãt. Hic ergo requiritur in homine
cauſa diſpoſitiua: qua præparatus par
ticeps ſalutis, & iuſtitiæ fiat, quæ om
nibus ſic diſpoſitis, eſt communis.
Nec vere prodit ex libero hominis
arbitrio, per gratiam præueniẽtẽ mo-
to, & vocato, & adiuto, continetque
ea omnia quæ homo facit in attritio
ne cordis ſui, in cognitione culpæ, in
dete-

deteſtatione, immo operibus bonis ex genere, & moralibus: quæ omnia, & ſi non merentur gratiam, quæ non datur merito, ſi prima eſt: tamen diſponunt ad gratiam. Ita ſcriptum eſt, præparate corda veſtra Deo. Ita Ioel cõuertimini ad me, ego conuertar ad vos. Ad hanc pertinẽt virtutes acquiſitæ, quæ ex auditu proſluunt, fides, ſpes, & charitas; Ante omnia fides hic requiritur, quia credamus, Accedẽtes ad Deum, quia eſt, & remunerator bonorum, & punitor malorum: fides hæc ſubſtãtia eſt rerum ſperandarum: fundamentum ſalutis. Non tamen ſufficit ad iuſtitiam: Nàm ſi eſt ſola acquiſita incipit tãtum præparare: & non præparat. ſi etiam eſt inſuſa, quantum eſt ex ipſa, (nam ordinarie ſimul infunduntur omnes virtutes quantum eſt ex Deo) non iuſtificat. ſed eſt ultima, & immediata diſpoſitio ad iuſtitiam. Forma vero iuſtitiæ eſt charitas, ſine qua nemo iuſtus; vt Chriſtus. ſi Deus pater veſter eſſet, vtiq; diligeretis me. Et ĩ ſapiẽtia: Ego diligentes me diligo: Sextò, quæ eſt cã meritoria? Cuius merito datꝛ iuſtificatio? iuſtificatio dupliciter ſumitꝛ pro ea qua fit hõ ex iniuſto iuſtus, cũ recipit primam gratiam gratificantẽ, quæ res una eſt cum charitate: pro ea deinde, qua iuſtus fit iuſtior, de qua oramus. Da nobis fidei, ſpei, & charitatis augmentum: Si de prima loquimur. Cauſa meritoria noſtræ iuſtificatiõis eſt ſolus Chriſtus, cuius dono impetratꝛ nobis remiſſio peccatorũ; nam poſuit in eo Pater iniqtates omnium noſtrorũ. Ille eſt agnus tollens peccata mundi: Illius merito donatur gratia, cuius liuore ſanati ſumus; qui ſanguine ſuo reconciliauit mundum ima ſummis. Ita probat epiſtola heb. firmiſſima rõne, ſãguinẽ eius innocẽtẽ mundare cõſcientias ab operibus mortuis: ita & Pater Ambroſi' dicit, nos ſub pellibus Eſau. i. ſub Chriſti iuſtitia; nobis ſic imputata ꝙ eius merito nobis donatur forma iuſtitiæ ita Paulus, bonã oliuã inſeri in nobis, & nos in illa, cuius virtute fructificemus. Honorẽ hunc alteri non tribuimus. In hoc falſo accuſãt nos Hæretici: nos ab illis iſta non diſcimus Chriſtum eſſe mediatorem, & vni cũ & nomen eius eſſe mediatorẽ, & vni cum, & nomẽ eius eſſe, in quo oportet nos ſaluos fieri, & nõ eſt in aliquo alio ſalus: Sed modum illi ignorant huius ſalutis. quare & perperã de illo ſentiunt, & docent; ꝙ. ſ. per ſolã eius imputationem iuſtificamur. Nos vero imputationem admittimus, & adoramus, at eius merito dicimus donari nobis virtutes, & infundi gratiã, ita loquuntur Apoſtoli, alioqui ſine iuſtitia iuſti; & ſine virtute virtuoſi erimus, quòd monſtrum eſt dicere. quòmodo autẽ virtutibus his veſtiamur, & ad eius formam trãsfiguremur, (ipſo bene fauente) cras explicabimus: Si de Secũda loquimur. i. de augmento iuſtitiæ: Cauſa meritoria integratuꝛ ex merito Chriſti, & merito iuſti diuinæ gratiæ cooperantis, ſic tamen, quòd meritum Chriſti eſt principale ex vigore illius regulæ; vbicunque concurrũt cauſa prima, & ſecunda, prima ſemper concurrit principaliter & potiſſimè. cum ergo ad meritum concurrãt Gratia, & Volũtas. prima pars gratiæ tribuitur. ſic tamen quòd, & volũtas non excluditur, Ita Paulus, non ego, ſed gratia Dei mecum. Septimò, quæ eſt cauſa inſtrumentalis, per quam gratia, & iuſtitia iſta diffunditur? inſtrumenta ſunt ſacramenta, quaſi canalia per quæ illabitur in nos aqua iſta cœleſtis: non

quòd

quòd ex materia habeat virtutem vllam ſuper naturalem, ſed præſtant ex pacto, & promiſſione: qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, ex huius virtute; adeſt verbo virtus, & per verbum elementum fit ſacramẽtum, & per ſacramentum homini tribuitur. Ita q; aqua corpus tangit & cor abluit. qua rõne & vocauit baptiſmũ Paulus, lauacrum regenerationis. Intellige tamen, quod cum ſeptem ſint ſacramenta, nõ omnia iuſtificãt eodem modo. Nam ſi de prima iuſtificatione loquimur, qua hõ fit ex iniuſto iuſtus, duo tantum iuſtificant, Baptiſmus, & pœnitentia. Baptiſmo.n. liberamur à culpa originali, & actuali ſi inſit: Penitẽtia ab actuali: Si de ſecunda, ideſt de augmento loquimur. Sic omnia poſſunt iuſtificare.i. iuſtitiam augere. Regula enim illa Hieronymi cõuenit oĩbus. qui mundus venit, mundior abit. Neq;.n. ſacramentum poteſt eſſe vanum. Octauo quæ eſt cauſa miniſterialis? Sacerdos legitimè inſtitutus. nõ quidẽ eſt author, ſeu dator iuſtitiæ (vt falſo nobis imponunt hæretici) dicimus.n. hanc vocem eſſe ſuperbã, vt teſtatur Hieronymus, ſi ĩ eo dixerimus, Nos peccata remittimus, nos iuſtificamus; ſed Miniſter eſt, & diſpenſator diuinæ gratię. vt Paulus & vocat Dei coadiutores: Miniſterium aũt hoc & inſtituit, & approbauit D.N. Ieſus d. ſicut miſit me pater &c. Quamobrem ſi in peccatis ſumus, iam facile ſcire poſſumus, qũo ſanari & iuſtificari poſſimus, ſi ſcilicet nos ad diuinam gratiã vocati, præparemus: ſi Gratiã à Deo petamus, ſi per meritum Chriſti petamus, ſi ad piſcinam non Moſaycã illam, ſed Chriſtianam.i. ſacramenta accedamus, ſi ea à legitimis miniſtris ſuſcipiamus: Ita enim cum Deus ſit verax, & fidelis, remittet nobis culpã & infundet gratiam, qua formaliter ſanabit nos, ac ſui digna tabernacula faciet, ac in ſui faciem transfigurabit ad Gloriam ſuam, Gloriam Chriſti, & ſalutem noſtram. Amen.

DOMINICA SECVNDA In Quadrageſima.

O Quam difficile eſt, eleuare mentem hanc noſtram, cæcam, & fatuã, in lucem, & intelligentiam vllam purã veritatis Chriſti. Et quam difficilius rapere cor noſtrum, vagum, & inſipidum in vllum guſtũ obedientiæ Chriſti. Eſt veritas Chriſti cœleſtis; Mens humana, terrena deorſum: vt proportionentur, neceſſe eſt adhibere verba, facta, lumina, ſenſus, ſtupores, miracula. Eſt obedientia Chriſti ſpiritualis, alta, æternam vitam inſtituens: cor humanum carnale eſt, demiſſum, præſentibus inhians; vt in amorem æternorum rapiatur, opus eſt innouare omnia, ſequeſtrare à moribus mundi, cumulare teſtes è cœlo, è terra, ex inferis, Deitatem ipſam aperire: fatuam hanc mundi prudentiam obſtupefacere, & extra ſe ponere. Alioquinos omnia, vel vt fabulas prętérimus vel ſi quid recipimus, totum ad ſenſum carnis accommodamus. Et in eo guſtu tã miſere ſeneſcimus, quòd vel nunquam Dei regnum agnoſcimus, vel carnaliter tractamus: Et tamẽ ſi ſaluari cupimus, Hic vnus Chriſtus, Dei filius, agnoſcendus, audiendus, & ſequendus eſt. Ita in diebus

carnis ſuæ, difficilis cognitu fuit,
Matth. 16. D.N.Ieſus, Alij Elyam, alij Ieremiã
Ibidem. alij vnum ex prophetis ſibi fingebãt:
Tandem Petrus edoctus à patre cœleſti, glorioſam illam confeſſionem protulit. Tu es Chriſtus filius Dei viui, laudauit hominem Chriſtus, ac ei ob fidem profeſſam, claues regni cœlorum pollicitus eſt, qua re maxime lætatus eſt Petrus, ſed ſtatim in ſenſum carnis ſuæ omnia accommodauit, atque fœlicitates multas in hoc ſeculo ſibi confinxit. quas omnes ſpes fatuas vt confunderet, Chriſtus ſtatim cœpit narrare, quod eum oportebat in Hieruſalem, multa pati &c. Quibus auditis Petrus quaſi è regno mox depellendus, ſuiſque maximis ſpebus eludendus, obiecit
Matth. 16. ſe illi d. Abſit hoc à te Domine. Non erit hoc. Vide quam inſolens caro eſt. Chriſtus dicit. Oportet ita fieri. Caro autem non erit hoc. quare conuerſus ad illum Chriſtus terribili quodam vultu d. vade poſt me ſatana: ſcandalum mihi es, Nõ ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum. Tam abeſt mundi ſapientia, à regulis Dei. Multa ſcit in atrijs, in curia, in plateis, nihil in eccleſia: Multa in mundi moribus, & præceptis, nihil in Dei obedientia: ad inferendas iniurias potentiſſima. Ad remittendum debiliſſima. Ad luxus ditiſſima. Ad eleemoſinas pauperrima: Ad peccandum ferrea: Ad pœnitendum lutea: quam vt altius confunderet, & damnaret intulit Chriſtus canones quoſdam regni ſui, Qui amat ãni-
Ioann. 12. mam ſuam in hoc mundo, perdet eã. qui perdiderit in hoc mũdo, Inueniet eam. Et addit. quid pro-
Matth. 16. deſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur: animæ autem detrimentum patiatur? ſi non eſt mors, ſi nulla huius vitæ reddenda ratio: ſi poſt hanc vitam non eſt alia: age vt lubet: at ſi alia eſt æterna poſt hanc, quid prodeſt hic habere, & conſolari animam, & in illa æterna perdere? &c. Veriſſima ſunt hæc, ſed paradoxa, & à ſenſibus mundi huius tam aliena, quòd vt recipiantur, neceſſe eſt cumulare teſtes à cœlo, & terris, viuos, & mortuos, loca, tempora, lumina, voces, oracula, miracula, ſtupores, vt vllã apud habeant. Omnia iſta colligit hodie Chriſtus in glorioſiſſima ſua trãsfiguratione, tantum vt ſuadeat Petro, & ſuis, quaſi argumento clariſſimo, addito etiam guſtu ſuauiſſimo, ſummam hanc veritatis. Primo. quòd ipſe eſt Dei filius dilectus. Secũdo, quòd ipſe eſt mundi legitimus Magiſter. Ex quibus duo alia ſequũtur. Primo, quod ipſe tenetur obedire Patri ſuo per omnia, vitam, mortem &c. Secundo, quod mundus tenetur obedire illi per omnia. obedire autem bono animo debet, quando eius humilitas eſt plena gloria, & vera gloria, &, quæ æternam & numquam perituram fœlicitatem adfert. Summa ſummarum eſt, quod mundi ſalus conſiſtit, in intelligentia veritatis. Et in obedientia voluntatis Chriſti Nunc iam fœliciter montem conſcendamus, & Gloriam Chriſti ſpeculemur.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, Ioannem, & Iacobum &c. Nobiliſsima actio eſt Chriſti transfiguratio; nobiliorem in tota vita non habuit: aperit enim hic viſcera ſuæ fœlicitatis. Tria in ſumma cõtinet: Gloriam, Guſtũ, Doctrinã. Gloria eſt ſplẽdidiſsima Guſtus eſt ſueuiſsimus. Doctrina eſt fructuoſiſsima: Ad Gloriam pertinent, perſonæ, locus exercitium,

immu-

immutatio, vultus, & veſtimentorũ, ouaes lucida, vox paterna: prophetæ. Ad guſtum pertinent: conuerſatio ſanctorum, extaſis Apoſtolorum: Diuina dilectio Patris, & filij ſecretum myſterii. Ad doctrinam pertinẽt colloquia prophetarũ, Reuelatio Maieſtatis filij Dei, Præceptum obedientiæ: Admonitio apoſtolorum.

Primo. Gloriam itaque ſacratiſſimæ huius trãsfigurationis, quam vocat D. Petrus, Magnitudinem Chriſti; quin & honorem, & gloriam, à Deo patre acceptam, celebrant multa. Primo, perſonæ adhibitæ, quibus retegitur: ſunt enim & numero paucæ, tres tantum: & his indicitur ſilentium: qualitate præſtantes. Petrus Ioann. Iacobus, Tres illi perpetui ſecretarij, ad maiora vocati: ad ſuſcitandam filiam Archiſinagogi, Ad agoniam in horto, linguæ illæ fœlices, q̃ in vniuerſum hæbreis, græcis, latinis gloriam Domini reuelabunt. Speculatores facti, inquit Petrus, magnitudinis eius, ò vere beati qui vidẽt, quæ vos videtis, ſed & beati qui vos narrãtes audiunt. Secundò locus: Eminens eſt, mons excelſus. Theatrum competens altitudini myſteriorum: laborioſus eſt; ſed aſſumit Chriſtus omnia facilitabit, & fœlicitabit. Surſum corda: quæ ſurſum ſunt ſapite. Valles ima mundi hæc non conſpiciunt. Renuit conſolari hic anima mea. Eſt etiam mons ſeorſum poſitus: vndique excilus & auulſus à planitie inter Nazareth, & Capernaum. Ita ſequeſtrat ſuos amicos & ſecretarios Chriſtus, ita ſubducit à mundi moribus: Hic ſacerdotes, hic religioſi, hic perfecti & amici iudices mundi conſtituuntur. Tertiò exercitia, q̃ duo ſunt in hoc mõte, quem Petrus merito vocat, Montem ſanctũ. Sunt autem oratio: & ſanctorum conuerſatio, quibus perpetuo ditare ſolẽt ſuas cellas, & ſolitudines dei ſerui: vt orẽt, & legant. A quibus vbi ceſſatum eſt; Eheu quantum declinatum eſt à Monaſtica perfectione: quantum intrinſeca ſpiritualis vita imminuta. Creuerunt clauſtra, dormitoria ſumptuoſa, horti: ſed ocium ab oratione & ſtudijs inferiora ſuſtulit bona. Quid. n. poſsint & ſoleant ea ſpiritus exercitia, en quod ſequitur. Quartò, immutatio viſus, & veſtimentorum. Transfiguratus eſt ante eos. Sic, ſic oratio, ſic lectio ſanctorum, & prophetarũ conuerſatio immutat hominem, q ſi non: argumentum eſt magnæ debilitatis. Mutatur autem hic in Chriſto hoc glorioſo: Non ſubſtantia: non quantitas; ſed figura, & qualitas. Paulus ad Philip. Expectamus do. Ieſum, quòd transformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ (Theodoretus) trãsformationem vocat, nõ mutationem, quia mutatur tantum forma. D. Thom. in 3 par. q. 45. Claritas Chriſti hic fuit claritas gloriæ, quantum ad eſſentiã, non, quantum ad modum eſſendi. Deriuatur enim à Deitate, & anima glorioſa, quæ ſemper potuit ſic redũdare in corpus ſed diſpenſatiuè factũ eſt, vt in corpore paſsibili expleret noſtræ redemptionis myſteria. Non redundat tamen ſicut in corpore glorificato, q̃ nõ eſt permanens; quare fulgor hic in corpore mortali, miraculoſus eſt, ſicut cum ambulauit ſupra mare. ſplendet facies vt Sol: Et pluſquam ſol; nam in reditu facies iſta ſolem obſcurabit: veſtimenta alba vt nix. Non eſt autem hæc Chriſti gloria noua, aut extrinſeca: ſed tota intrinſeca, qualem perpetuo habere debuit, & habuiſſet, niſi charitate

Philip. 3.

date, qua nobis inſeruiebat, cõpreſſa eſſet: fons lucis huius eſt Deitas: à Deitate prodit in animam beatam. Ab anima in corpore in veſtimenta: Ita à Deo in Chriſtum: à Chriſto in ſanctos ſuos. ſicut vnguentum quod deſcendit à capite &c. Merito autem lux capitis ſolaris eſt, & fulua, qa lux fontalis eſt: veſtimentorũ aũt, quaſi lunæ, argẽtea & alba, qa lux participata à ſole eſt. De cuius plenitudine accepimus. iſta itaque oratio Diuinum exercitium immutauit, totum Chriſtum Ita glorioſum reddit. quid non poteſt oratio? videmur nos per eam quaſi per catenam trahere ad nos cœlum, & certe trahimus dona cœli: ſed & interim illa eleuat nos & trãsformat. Vbi ſe Chriſtus erexit in altũ, ſta-
Ioan. 1. tim fit ſibi alius, & gloriã ſuã ſibi aperit vti qui ſequuntur ad alta. En probatio in Chriſto. Ante eos. o inſenſa
ti Galatę, inqt Paulus. quis faſcinauit vos, non obe. veritati. Ante quorum ocu. præſcriptus & crucifixus eſt Ieſus. Hæc ſunt quę ad gloriã pertinet.

Secundò. Guſtum ſuauiſsimum Montis huius cęlebrãt. Primo. aduẽtus Moyſis, & Elyæ ſummorum prophetarum, qui huc ad odorem Domini ſui glorificati rapti ſunt; & eius vultu fruuntur. Nunc tãdem cõſolatus eſt Moyſes qui tam inſtanter olim petebat. Domine oſtende mihi faciem tuam. Sic ſic decet Moyſem & Elyam Chriſto adeſſe, qui finis, & cõſummatio eſt legis, & prophetarũ: qui etiam Dominus, & iudex futurus eſt viuorum, & mortuorum Diu:
1. Gal. 3. Thom. Apparuit hic anima Moyſi, per aliquod corpus aſſumptum. Helyæ autem in proprio corpore, nõ de cœlo. empireo, ſed ex eo loco in quem curru igneo delatus fuerat. Et colloquũtur. Non terũt tpſ; nõ ſunt inutiles Veh ijs qui in cella habẽt ſanctos mutos, libros clauſos: Nemo prophetarũ aut patrum, ſine ſciẽtia, & guſtu mortis Chriſti ſaluatus eſt. Loquuntur autem de exceſſu, quem completurus erat: exceſſum vocat Chriſti mortẽ: vere exceſſum charitatis, humilitatis, patientiæ, nullum finem habet, etiam in morte clamat, conſumatũ eſt: expirat, & ecce aliud infligitur vulnus. Et ecce adhuc ſanguinem habet quem fundat. Et ecce adhuc. patitur in ſanctis ſuis. ſic omnia excedit, ſic ſeipſum ſuperat in morte. Ad hãc ſummam religionem i. patris obediẽtiam aſpirat Chriſtus, ad hanc hortãtur Prophetæ: In hanc enim reſpiciunt lex, vmbræ, figuræ, ſacrificia, prophetiæ: ſine hoc ſanguine nihil ſunt oĩa: Sic ſic Dei amici, & ſerui, veri ꝓphetæ ſemp hortanẽ ad obediẽtiã: pſeudo aũt ꝓphetæ & Antichriſti ſoluũt Ieſũ, ad libertatẽ carnis, crapulas, ad libidines &c. Ad Guſtũ ẽt hũc pertinet raptus Petri quo dulcedine quadam ſuprema perfuſus inquit. Domine bonum eſt nos hic eſſe: Ita vere bonum eſſe cum Chriſto cum ſanctis, in monte ſancto, ſeorsũ à curis ſeculi: Ita niſi caro ſuas immiſceat ineptias, ſua ocia, ſuas cantilenas, ſuas: ſpes etiã ĩ monaſterijs? ẽt in ſacerdotijs? eti ã in monte Tabor coram Chriſto & prophetis? ita plane; catuli, auiculæ, vaſa florum; Muſicæ prophanæ, & interdum ſacræ, prophana mente exercitæ in cellis monachorũ oĩa ſunt carnis tabernacula Bonũ hic eſſe; tñ vt de Hieruſalẽ, de periculis, de morte nõ fiat ſermo. quare addit Beat⁹ hic & cõſolatus. Faciamus hic tria tabernacula. &c. Neſciẽs quid diceret, inquit Lucas, ineptiæ ſunt: fatuitates, conſilia carnis. Primo. quid ęget Chriſtus tabernaculo

in via? An hic perpetuo manendum? Domum inquirimus non manu factam. Currite vt comprehendatis: quid currenti opus eſt tabernaculo? Deinde, ſi velit Chriſtus tabernaculum. Quid tot offerre tabernacula? An diuiſus eſt Chriſtus? An ſectas meditamur? An cum lucifero ſolium contra ſolium ſtatuimus? Aſtitit regina in veſtitu de aurato. hic vnus eſt; circundata tamen eſt varietate, ſed varietas ornat: non multiplicat tabernacula. Caput eſt Chriſtus, Elyas, & Moſes membra eius. Corpus vnum Chriſtus, Et eccleſia. Vnum ſufficit Tabernaculum: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit filius hominis. Tabernaculum vnum Chriſti, & ſuorum eſt obedientia Patris. In hac manendum, ab hac nunquam recedendum. Hæc eſt volũtas mea, vt faciam voluntatem patris. Tabernaculum Chriſti in nobis interius eſt obedientia, volũtas, amor, de hoc dicit, veniemus ad eum, & manſionem apud eũ faciemus: exterius eſt charitas & miſericordia in pauperes, de quo nudus eram, operuiſtis me, hoſpes eram, collegiſtis me. Sed cupit caro ſcindere Tabernaculum Chriſti, vt debilitet obedientiam Dei, propriaque conſtituat Tabernacula, carnis cõſilia, mũdi præcepta, mores, omnia diſtincta à tabernaculo Chriſti, vt debuerunt omnia in vnam Dei obedientiam dirigi: ſed ſtupor hic carnis iam docendus eſt. Et hoc tertium erat.

1. Cor. 9.

Pſal. 44.

Ioan. 3.

Tertiò Adhuc eo loquente, quàm amans eſt Dei miſericordia, quã cupida docendi homines ſuos, quibus & ipſa verba rumpit in ore, vt non poſſunt effutire vanitatem capitis ſui vt vellent. Ecce nubes lucida. Ita panno aureo ornat theatrum filii pater, olim in morte texit quaſi panno nigro tenebris montem caluariæ ad honorandas exequias eius, in monte Syna dum dabat legem timoris, poſuit nubem caliginoſam, fulgura, ſonitus &c. quod ſi miniſtratio mortis fuit in gloria, inquit Paulus, quanto magis miniſtratio vitæ: vtinam paululũ huius nubis obtegat corda noſtra, & excitet aures ad amplexandã hanc patris vocem, & doctrinã. Hic eſt filius meus. &c. Duo exprimit, vnde ſequitur tertium. quibus vniuerſa Religio continetur. Primũ, quid eſt Chriſtus coram Patre. Hic, & hic vnus: ſi non ſit hic, nemo alius eſſe poteſt: q̃ enim ſunt in ſanctiſsima Deitate, ſic ſunt ſimpliciter neceſſaria; vt oppoſitum ſit ſimpliciter impoſsibile. ita quòd pater ſi hunc non haberet filium, nullum haberet: vnigenitus eſt in eſſe naturæ: primogenitus in eſſe gratiæ. Eſt non fuit, vel erit: ſed Eſt perpetuo emanans, & ſubſiſtens, immutabilis, omnia portans &cæt. Filius, deſcendit in identitate naturæ producens, ingenitus, & innaſcibilis Pater eſt. Productus filius: Ego qui alios parere facio, ipſe non pariam? Alijs generationem tribuo, ipſe ſterilis ero? Meus: mihi idem in ſubſtantia, coæqualis, meam omnem euacuans fœcunditatem. in Pſalm. filius meus es tu: ego hodie, quia non tranſit generatio, genui te, quia perfecta & abſoluta eſt. Dilectus: Totum amorem pater impendit filio, totum filius rependit patri. Dilectus meus mihi, & ego illi: omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. In quo mihi bene complacui, in filio creato, non potuit ſibi complacere. quin coegit eum vt diceret, pœnitet me feciſſe homi. ait Euſebius emiſſ. ſed in hoc: vinea facta eſt dile-

2. Cor. 3.

Eſa. 66.

Pſalm. 2.

Cant. 2.

dilectio:In Chriſto omnia ſibi pater
Apoc. 5. gratificauit. In Chriſto elegit, iuſtificat,glorificat, Agnus occiſus ab origine mundi,ipſe eſt pax noſtra.

Quid ergo nobis? Ipſum audite. Ita Magiſtrum conſtituit atque inde nos eius diſcipulos, iubet Magiſtrum audire: quia quid aliter caro ſanguis,mundus, natura ſuadent: ipſum audite: Huc omnia rediguntur,vt vel nulla ſit ſalus:vel audiatur, & ſuſcipiatur hic vnus Chriſtus. Ex hoc auditu fides: Ex fide cognitio, & intelligentia. Ex hac obedientia Chriſti.hæc ducunt in montem ſanctam quæ eleuãt ad montem, ad regnum Dei. In quo ſi non ſunt carnales,Nobiles,equites: ſunt prophetæ & apoſtoli. ſi non mundi phaleræ,& fauores, eſt lucida Chriſti nubes,& conſolatio ſpiritus. Hic ſi à principio caditur,Caditur in faciem, non retrorſum vt Iudas & impij. Apoſtoli cadunt in faciem, vident caſum,facileque tangente,& cohortante Chriſto ſurgere poſſunt. Sic tamẽ vt ſuas fœlicitates non inuulgent canibus: ſed dicant inter ſe, ſecretum meum mihi,Scio cui credidi.Donec filius hominis à mortuis reſurgat: Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis Dilectam,donec ipſa velit: Tunc liber erit ſermo, tum palam narrari poterunt amicorum Chriſti ſfauores, vt agnoſcat mundus: ſummam hãc eſſe ſalutis ſpem: vt Mens humana capiat veritatem: cor humanum ſuſcipiat obedientiam Chriſti; Amen.

FERIA SECVNDA DOMINICAE SECVNDAE In quadrageſima.

NObiliſsima Hominis cõditio, potiſsimaque in eo Diuinæ imaginis pars eſt libertas,qua volens, & eligens de ſe ſtatuit ac deliberat. Eſtq; libertas,tanto nobilior,quanto à malo,à tentatione, ab inclinatione mali eſt remotior; ad bonum autem pronior & facilior:quouſque ad eam libertatem perueniat, qua prorſus ab omni malo, & culpa ſit expedita; & non poſsit tantum non peccare, ſed non poſsit peccare. Ita ex natura, & intrinſeca ſua perfectione, liber & impeccabilis eſt Deus, Ab extrinſeco ſunt beati. Contra miſerrima hominis conditio eſt, ſeruitus illa peccati, qua quodam modo vinctus quaſi mancipium Satanæ non poteſt non peccare:trahitur in culpam,& in culpa ligatur: vt de Nazaretanis dicit,Ioann.Non poterant credere. Ligat autem ſic voluntatem primo,ipſa ſeipſam,ex negligentia,qua ſe,ſuaque omnia bona reſpuit, atque vt pecudem ſe trahi patitur ad macellum. trahit ſua quemque voluptas. ſecundo ligat culpa, maxime habituata:qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. funibus peccatorum quiſque conſtringitur ligat potiſsimum auaritia:vſque quo graui corde &c? ligat concupiſcentia, & amor mulierum, vxorem duxi, non poſſum venire. Adam. Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi, & comedi,quaſi dicat ex ſocia dominam feci:& non potui non obedire.

Tertio ligat Satan ſua importunitate impediens, præoccupans conſilia, illudens oculis, & imaginationi. Quarto ligat Deus ira ſua deſtituens impios; ligatis manibus & pedibus, proijcit &c. Conſidera quòd nemo poſſit erigere, quem ille deſpexerit: Status hic miſerrimus eſt. In hoc tamen relinquit hodie Chriſtus Sinagogam, & ſtatuit quaſi cadauer abeunte anima, inutile, in ſuo interitu ligatum. Explicat autem infortunium hoc tribus verbis, quorum primum continet receſſum eius finalem. Secũdum continet mortem eorum triſtiſſimam. Tertium cõtinet cauſam vtriuſque vrgentiſsimam. Quod recedit ipſe nõ reuerſurus. Quòd morientur Iudæi in peccato. Quòd vtrunque accidet eis ex incredulitate. Sunt omnia iudicialia, & tremenda.

Primo. Ego Vado. Verbum hoc in ore Chriſti grauiſsimũ eſt. Eſt enim Verbum maieſtatis: Verbum doctrinæ. Verbum iræ implacabilis. Obedientiæ ſic. Ego Vado: quocunque me pater vocat. ſequor eius voluntatem bono animo. Ille me miſit, & mecum eſt. A me ipſo facio nihil, ſed quęcunque illi placita ſunt facio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam voluntatem eius. In horto d. Pater ſi vis, tranſeat calix. Verun tamen non ſicut ego volo, &c. In hac voluntate ſanctificati ſumus. Maieſtatis ſic. Ego Vado. Magno animo vadit ad magna facinora, ad delendam culpam, occidendam mortem, claudendum infernum, aperiendum cœlum. Ideo magno ſpiritu dicit. Ego Vado. Scio quæcunque ventura ſunt in me, & alto animo vado intrepidus. Nemo tollit animam meam à me. Ego vado: & pono illam. In hac maieſtate dicit Iudæ, Quod facis, fac citius. Ad Apoſtolos adhuc in menſa, ſurgite, eamus hinc. In hac dicit Pilato. Non haberes poteſtatem in me, niſi tibi data eſſet de ſuper. In hac conſolatus eſt mulieres in via. Nolite flere ſuper me In hac diſcipulis, ſi diligeretis me gauderetis, quia vado ad eum, qui miſit me. Doctrinæ ſic. Vt ab eo, quiſque noſtrum diſcat ſæpius, ſecum repetere hoc verbum. d. Edo vado, vita in curſu eſt. Omnes quaſi aquæ dilabimur Ecce iam ſenium. Quid repoſui de preterito? Quo loco ſum hodie coram Deo? Quo me in futurum vita iſta deducet? vado enim, & non ſto. Quo miſer vado. Iræ implacabilis ſic, Ego vado, ò Iudæi, tot annos vobiſcum egi, verbis & factis conatus ſum vos ad me reducere, omnia deſpicitis, Ego iam vado, non rediturus. Ita medicus dimittit ægrotum, vbi videt eum non audire ſua præcepta. Olim in Ægypto poſt quadringẽtos annos redijt: In Babilone poſt ſeptuaginta, Nunc non erit liberator vt prædixit Moiſes vſque in finem erit conſummatio, vt Daniel. Superquartum non cõuertar Amos. Me autẽ ſic à vobis ſublato. Quid tum vos ò infœlices?

Ioan 8. Pſal. 39. Matt. 26. Ioan. 13. Ioan. 19. Luc. 23. Ioan. 14. 2. Reg. 14.

Secundo. Quæretiſme, oratio eſt ecclyptica, deficit enim: Et vane, ſine fructu quæretis: aut enim non inuenietis: aut vltorem. Scriptum quidem eſt. Quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis: ſed certis quibuſdam conditionibus quærendum & pulſandum eſt. vt adſit Modus conueniens: Locus idoneus. Tempus congruum. Alioqui vane quæritur & non inuenitur: Modus requiritur (Origenes) vt quæratur ex amore, & ſtudio obſequendi. ſic dolet quòd non quæritur in pſal, Perijt fuga à me; non eſt qui requirat animam mea: ſic quæſierunt paſtores, & Magi, & inuenerunt, at que

que adorauerunt. Quærunt Iudei Meſsiam per aſtutiam, & odiũ Chriſti quærendus eſſet in ſimplicitate cordis, vt iubet Salom. Quæſiuit Herodes, & non inuenit, quia ad perdendum ex odio. Ita in pſal. Erubeſcãt, & cõfundanť oẽs. q̃rentes aĩam meã quæſiuit Eſau pnĩæ locum, cũ lachrymis, & non inuenit, quia ex rabie, & non ex amore, quæſiuit. Locus requiritur, vt bona Chriſti, quærantur in Chriſto. In ipſo enim ſunt theſauri & non extra ipſum: Iſrael ſectando legem iuſtitiæ. in legem iuſtitiæ non peruenit, quia iuſtitiam extra Chriſtũ quæſiuit. quærũt Iudæi Meſſiam in talmud, in expoſitionibus Rabinorum: ideo vane. quærendus eſſet in lege, & prophetis. Quæſiuit ſponſa Salomonis ſponſum dilectum in lectulo, & commodis vitæ huius, & nõ inuenit: Circuiuit vicos, & plateas, quærens; in negocijs; & non inuenit. Cum pertranſiſſem. in qt; inueni quem diligit anima mea: Ita dixit Petro, & Andreæ petentibus. Rabi vbi habitas? venite, & videte. Et eduxit eos foras iuxta Iordanẽ, oĩno excũdũ ẽ curis ſeculi hui' ſi q̃s Chriſtũ quærit. Ad montẽ Myrrhæ, & collẽ thuris. i. ad mortificationẽ corporis, & ſubleuationẽ ſpiritus Tempus requiritur, vt dum ille vocat audiamus: quærentem, quæramus. Ita Paulus. Dum tempus habemus operemur bonũ. Ita Chriſtus. Dum lucẽ habetis credite in lucẽ. Ita Eſ. quærite dominũ, dũ inueniri põt. inuocate, dũ ꝓpe eſt: alioq pulſantibus poſt ianuã clauſam dr. Neſcio vos. q̃ſiuit Deum Saul, Antiochus: ſed ſero, q̃rẽdus fuit Meſſias à iudeis in fine ſeptuaginta ebdomadarũ Danielis: Iã vane q̃runt, Non inuento autem Chriſto, quid fiet de his quærentibus vanis, & in

Rom. 1.

Cant. 3.

Ioan. 12.

Gal. 6.

Ion. 12.

Eſa. 55.

Eph. 2.

fœlicibus? in peccato veſtro moriemini: Hoc peſsimum omnium, eſt: Naſci in peccato, commune eſt infortunium, omnes naſcimur filij Iræ. Cadere in peccatum, communis fragilitas. Non eſt homo qui non peccet. viuere in peccato, commune periculum. quis me liberabit de corpore mortis huius? At mori in peccato, extrema eſt infœlicitas, quæ nullum habet remedium. Conſidera morientem in peccato, & in ira Dei efflantem animam, quibus, quotque anguſtijs circumuallatur. ſi præterita ſua reſpicit, omnia perdita ſunt, aut ocioſa, aut damnoſa: Si præſentia, ſupra vrget Deus, infra infernus: intra conſcientia, Extra Dęmon inſultans. Si futura, omnia æternam miſeriam ſecum ferũt: oh ſi parum temporis ad quærendum Chriſtum daretur. Date nobis de oleo veſtro. quot legata, quot opera pia inſtituerentur? Non damno, quin probo, vtinam fiant in tempore oportuno. Tutius eſt maturare. Sic ergo infœlix Iudæa in ſua morte ligatur, & ligata relinquitur in peccato ſuo. Ita inquit, in peccato veſtro. Noſtrum proprie fit peccatũ cum mortua conſciẽtia, familiare & domeſticũ eſt: amatur fouetur. Hoc potiſſimum ad mortem inducit, vt auaritia &c. cur vero ſic morituri ſũt Iudæi? Dat rationem.

Pſalm. 1.

3 Reg. 8

Rom. 7.

Mat. 25.

Tertio. Quo ego vado vos non pot. venire. Tranſit ipſe ex hoc mundo ad patrem; tranſit à morte in vitam. Eo non poſſunt illi peruenire, quare excluduntur à vita, quæ omniũ maxima pęna eſt. Cur aũt? Niſi credideritis q̃a ego ſum, Moriemini in peccatis: Hoc proprie eſt peccatum Iudæorum, quòd non credunt. Stephanus. vos ſemper reſtitiſtis ſpiritui ſancto. Hęc igitur radix malo-

Rom. 12.

malorū eſt:quòd non credūt: ꝓpter incredulitatem,inquit Paulus, exciſi ſunt:Chriſtus via eſt, & oſtium ad patrem:Illi repellunt viam & oſtiū, hoc facto, certe ſine via venire, ſine oſtio intrare ad patrem nequeunt. Moriemini in peccatis veſtris. Ita ex vna infidelitate,vt ex mala radice,omnia effluūt ſcelera.Sic volūtarie peccantibus non relinquitur hoſtia pro peccatis.Quid ergo? Diuidit mundū in partes duas, & vtranq; reuocat in ſuum principium,& ſuam originem ſurſum,& deorſum. ſeparatq; longo interuallo ſe ab illis.d. Vos de deorſum eſtis. Vnde?ex inferno?ex limbo ex purgatorio?è centro terræ? explicat.d.Vos de hoc mundo eſtis.Tam deorſum, & infimus coram Chriſto eſt mundus hic? Tam ima ſunt,quæ nobis tam alta videntur? Philo.in tractatu de Gigantibus,prope finē.Alij ſunt terræ filij.Alij cœli,& Alij Dei. Filij terræ,venantur voluptates corporis &c.Filij cœli tenēt artes,& ſciētias,mētēq; exercent philoſophi &c. Filij Dei ſunt ſacerdotes, & prophetæ,qui non ſe miſcent humanæ Reipublicæ,nec mundi ciues ſunt,ſed maiores: pertinent enim ad mundum intelligibilem. &c. Ego de ſupernis ſum. Non de aere,non de cœlo iſto viſibili. De ſinu patris eſt.Et ad eundem patrem tēdit, per viam ſupernā virtutis,qui quærit eam, & inuenire vult, ad fidem,ad virtutē veniat, vias communes relinquat;ſicq; certo reperiet, nam & ille quærit dum tēpus eſt. eritq; nobis ſi ſic oportunè quærimus & inuenimus, In vita dux, & anima ipſa noſtra in morte ſalus, & vera vita. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Habita Neapoli. 1569.

FERIA TERTIA DOMINICAE SECVNDAE In Quadrageſima.

POtuit Deus à principio ſolus creare mundum hunc vniuerſum, cœlum replere Angelis inuiſibilibus,& luminaribus viſibilibus. Terram herbis,plantis, & animalibus, Creando non eſt exhauſta, non laſſata virtus, non enim effecit aliquid ſibi adæquatum.Quare & potuit ſolus mundum conſeruare,& propagare. Tamen ex condecentia,vt honoraret etiā creaturas ſuas, ad propagādum adhibuit ſecundas cauſas;poſitiſq; in eis virtutib' ſeminarijs dixit. Creſcite & multiplicamini &c. Ita à principio ſolus Gen.1. Deus ſua ſapientia,ſine Regibus,aut iudicibus,mundum gubernauit ſolis legibus, quas in cordibus ſcripſerat: potuitque ſic ſemper ſolus omnia regere:ſed honoris, & commodi noſtri gratia. (D.Tho.) vt exprimeret etiam in creaturis modum ſuæ virtutis qua non tantum in ſeipſo eſt,ſed, vt influit etiam alijs. excuſſit leges è ſinu, & ſcripſit in tabulis: adhibuit etiam Magiſtratus, & poteſtates viſibiles, quas inuiſibili ſuo ſpiritu, & poteſtate diuina imbuit; atque pro mūdi regimine conſtituit cathedras ſolia, & tribunalia. Vtque eſt humana natura mixta ex corpore,& anima Ita mixtam inſtituit cathedram: vnā laicā,qua corpora,fortunæ,honores regerentur, & vnde populi haberent pacem,iuſtitiam,& abundantiam, Alteram ſpiritualem qua animarum ſalus promoueretur, & qua velut ductore in ſuum finem reuocarentur.

Hoc facto diuiſus eſt mundus, in Magiſtratus, & Populos, Cathedras, & Cathedrarum ſubditos, quorum vtriſque ſuas leges impoſuit, ne ſuos fines transgrederentur. Vt eſſent Rectores ſedentes in cathedra, ſine paſſione vt è cathedra iuberent cum diſcretione, & charitate, vt leges ipſi primi præſtarent. Patere legem quam tu ipſe tuleris. Vt ſubditi audirent iubentes è cathedra, vt in omnibus obedirent, vt cathedram à perſona diſtinguerent. Leges has tractat D. N. in Euangelio, doletque à ſcribis male obſeruatas, & ſuo loco reſtituit, ita quòd relinquit, In cathedra authoritatem, In vita Phariſeorum iudicium, In ſubditis perpetuam obedientiam.

Super cathedram Moyſis ſederũt ſcribæ &c. nobiliſsima, & ampliſsima fuit in populo Dei cathedra Moyſis, vt cui data eſt vtraque poteſtas laica, & ſacra, regnum ſcilicet & ſacerdotium; deduxiſti eos, velut oues in manu Moyſi, & Aaron: cathedra laica regnum comprehendit, & poteſtatem in corpora, & fortunas, ad laudem bonorum, & vindictam malefactorum: de qua: Per me Reges regnant: De qua Daniel. Tu es Rex Regum, & regni poteſtatem dedit tibi Deus. De qua Paulus. Non eſt poteſtas niſi à Deo. Et Chriſtus. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Excelſa imago eſt Diuinæ maieſtatis. Exigit etiam viros excellentes, iuxta conſilium Ietro: qui ſint. Primo, Sapientes, theorici, & practici: ſciant quæ tractant, habeant ſceptrum oculatum. ſecundo. Timentes Deum. ſciant ſe Dominum habere in cœlis. Domino ſtare, & cadere, in eius oculis iudicare. tertio in quibus ſit veritas: Non aſtuti, non legum tortores, non litium amatores, non legum violatores: ſciant ſaltem in ſeipſis, ſua culpa lites non protrahi. quarto: qui oderint auaritiam. Mirum, quòd culpam hanc ſic inter omnes exprimit Tanquam iuſtitiæ inimicam: principes tui ſocij furum: quomodo? cur? In muneribus iudicabant. Hæc eſt religio tribunalium. Populorum autem religio eſt, Primo. Vt honorent, & colant Magiſtratus, Tanquam numina: in quorum pace, ſtat pax mundi, è quorũ manibus, & ore, Dei voluntatẽ, & iudicia ſuſcipiunt. Secundo Vt obediant eorum voluntati, vſque ad aras: qui enim poteſtati reſiſtit Deo reſiſtit. Ductores ſunt, duci ſe ſinant; Tertio. Vt iuuent bonis, cui tributũ: tributũ ſic Dominus pro ſe, & Petro, ſoluit cenſum Didrachmatę. Iuuẽt ẽt orationibus apud Deum. Hæc de cathedra laica: De qua apud Iudæos Chriſtus non multa dixit: qa iam iſta ſublata erant ex eis, iuxta vaticinium Iacob, & data Gentibus, Pilato, Herodi &c.

Pſalm. 76. Prouer. 8. Dan. 2. Rom. 13. Matt. 22. Exod. 18. Eſa. 1. Rom. 13. Matt. 17.

De cathedra ſacra, & ſpirituali tractat, quæ proprie dicitur cathedra, ex doctrina, qua populum in Dei cultu inſtituit. Hanc expreſſe inſtituit Deus, & diſtribuit per ordines varios leuitarum, ſacerdotum, vſque ad ſummum ſacerdotem Aaron, qui vt teſtatur Paulus, vocatus eſt à Deo. ſic tota tribus leuitica, in qua ſola voluit ſtatui hanc Hierarchiam ſuã. Hãc, vt ſublimẽ ornauit titulis, veſtibus, vnctione, miniſterijs, loco: priuilegijs, iuriſdictione & poteſtate tãta, vt dixerit. qui nõ obedierit ſacerdotis imperio morietur. In hac tempore Dñi noſtri, ſedebant ſumma auctoritate ſcribę & Pharyſei, ſed male, & magno cũ ſcãdalo, quo facile fieri poterat, vt populi rudes, cõfundẽtes cathedrã cũ

Deut. 17.

perſo-

perſonis, vt merito vitam Phariſeo-
rum ſpernabant: Ita & doctrinam,&
cathedram ſperneręt: Hoc enim po-
tiſſimum molitur Satan vt regnum
Dei confundat,& euertat. Videt præ
latos, & ſacerdotes male viuere, &
ſcandaloſè, obijcit eorum ſcandala
populis,ſtatim ſcribit centum grava
mina:de captiuitate babilonica; im-
plet mundum his malis, ſic ſacerdo-
tes ex moribus dehoneſtat,& reddit
odioſos. Tum vnit ſacerdotiũ ſacer
dotibus,& ſimul cum eorum ſcanda
lis odioſum facit; ac conatur euerte-
re.ſublato ſacerdotio,iã ſuſtulit vsũ,
& miniſterium ſacramentorum, quę
à ſacerdotibus diſpẽſantur.& verbũ.
ſublatis ſacramentis, & verbo Dei.
Ita tota ſublata & euerſa eſt religio:
patet iam in tot prouincijs,quas hac
ſola arte ſubuertit Diabolus Cum ta
men à principio videretur id tantum
ageret:vt eccleſiam reformaret,& mo
res clericorum corrigeret. en quo
res tandem deducta eſt, vt ſint ſine
ſacerdotio,ſine verbo,ſine ſacramen
tis,& ſine Deo. Ab hac diabolica cõ
fuſione timet Chriſtus in Euãgelio.
Ideo exacte ſeparat mores Phariſęo-
rum ab authoritate cathedrę. Mores
deteſtatur,& reprobat; atque in pri-
mis ſtria Phariſeorum crimina princi
palia. Primo ambitionem,& interio-
rem,quòd omnia faciunt, vt videan
tur.& exteriorem, quòd dilatant phi
lacteria,magnificant fimbrias, vt in-
de videantur ſummi legum cultores;
amant primos accubitus in cœnis:ca
thedras in Sinagogis; ſalutationes in
foro;titulos patrum, & Magiſtrorũ.
Non autem ægre fert Chriſtus vt ſa
cerdotes honorentur, quin ipſe præ
cipit,ideoque & loco,& veſtibus, &
Num. 15. titulis,honeſtauit. Non etiam vt fim
brias habeant, quibus ex Numer. à

populo diſtinguuntur,ſed quòd Ma
gnificant, & in eis ſummam conſti-
tuunt religionem, quæ tamen mini-
ma eſſe debuit. Dolet quòd calices
ſunt aurei,ſacerdotes lignei: paſtora
le argenteum, Paſtor ferreus: Mitra
gemmis ornata: caput virtutibus va-
cuum: Dolet,non quòd habeant ca-
thedras,loca.ſed quòd amant: Habe
re debent à populis, nam eis conue-
nit.patres re vera ſũt,vt ſe vocat Pau
lus & Magiſtri.ſed quærere,& ama-
rę non debent: Hunc amorem & am
bitum taxat Chriſtus. Secundo, ama
ritudinem & acerbitatem in præci-
piendo, quod indiſcreti alligant one
ra importabilia: Nam ſalua pietate,&
obedientia,mites eſſe debent: paſce-
re filios amoroſè. Vti poteſtate in ę-
dificationem, & conſolationem po-
pulorum: obſeruare vires, & ea pręci
pere quæ tempora, loca, hominum
ingenia ferre poſſunt. Tertiò, Negli-
gentiam,& ocium in operãdo, quod
cœteris præcipiunt. Digito ſuo no-
lunt ea tangere. Dicunt, & non fa-
ciunt. De ſimilibus philoſophis. La-
ctantius li. 3. c. 15. ſimiles ſunt medi-
cis qui in titulis habent remedia, in
pixide venena. Hoc vero, id eſt quòd
primum requiritur in paſtore, vt ver
bo doceat, exẽplo moueat, ſic enim
exemplo ſuo mollificat præcepta &
dulcia reddit. presbiteri, inquit Pau
lus. duplici honore digni ſunt, qui
qui bene præſunt verbo,& exemplo:
Alioqui ſi tantum docent: Minimi
ſunt in regno cœlorum: Matth. Ita Matt. 5.
mores Phariſæorum damnat. Cathe
dræ vero authoritatem nõ immiſcet
hominum moribus, hæc enim diui-
na eſt,quare hanc omnino eſſe vult
ſaluam, & neceſſariam religionem
obedientiæ imponit ſubditis.d. Om
nia quæ dixerint vobis, ſeruate, ani-

mo re-

cadunt, rationem dabunt ſeueriſſimam. De obedientia veſtra reddetis vos, quare ne confundite. Tantam curam adhibet Chriſtus in tuenda cathedra Iudaica, quæ tamen paucos poſt annos interitura erat: quam & mortuam iam, & ſpiratam tãtum honorauit D. Paulus, vt pœnituerit eum ſacerdoti Annaniæ ſcelerato maledixiſſe, d. Neſciebam quia Pontifex eſſet:& tamen ſolo nomine erat, nã in morte Chriſti ſpiratum erat Iudaicũ ſacerdotium: quanto magis credendum eſt Chriſtum curare cathedram ſuam chriſtianã, quam verbo ſuo inſtituit, ſanguine ſuo ditauit, authoritate ipſa ſua Diuina obiecit etiã portis inferorum? quanto magis cupere, vt qui in ea ſedent, ornent eã moribus, cathedræ, & miniſterio tanto competentibus? quanto magis bene ſedentes, docentes, ædificantes, amare, tueri, coram hominibus, & Deo commendare? Quanto magis, male ſedentes, male docentes, aut male viuentes, reſpuere, & damnare? Et eo caſu. Quanto magis optare, vt cathedræ authoritas, à ſacerdotum vita mala diſtinguatur? Quanto magis in omni caſu; Cathedram ſuam à ſubditis, coli, honorari, iuuari, obediri? Veriſſima ſunt hæc omnia: quæ vt melius intelligantur, ſunt de Chriſti cathedra hic à nobis aliqua ſtatuenda: Attendite. Act. 23.

I.

Primò. Cathedram ſuam reliquit Chriſtus in terris, cui mox aſcenſurus ad patrem, aliamque vitæ rationẽ ingreſſurus, commiſit curam eccleſię ſuæ: non quòd ſolus non poſſet eam, etiam è cœlis regere, ſed quòd ita voluit nos honorare, & conſolari, vt à ſimilibus regeremur. Reliquit autem plenam Diuina ſua poteſtate: quòd tanto facilius fuit, quòd iam humana ta Deitate, facile, & humanari potuit Diuina poteſtas. Deus ergo ſui loco Deos reliquit mundi rectores, poteſtatem vero iſtam reliquit ſub nomine clauium regni cœlorum, quas oppoſuit, & ipſis portis inferi: quas voluit ſoluere, & ligare in terris & in cęlo: quòd nulla alia poteſtas poteſt: Et ſunt claues duæ, vna ſcientiæ: alia iuriſdictionis, ita coniunctæ, quòd ſciẽtia ſine iuriſdictione, non eſt clauis: iuriſdictio ſine ſcientia nõ ædificat. Clauis ſcientiæ, eſt poteſtas diſcernẽdi. Clauis iuriſd. eſt poteſtas iudicandi. Has claues nullus Angelorum habere potuit.

Secundò, Claues iſtas D. N. Ieſus promiſit Petro apud Cęſaream: d. Tibi dabo claues &c. Quæ promiſsio, quia infallibilis, tanti fuit, vt non nulli ex patribus, voluerint collatas ibi fuiſſe claues. Communis tamen opinio tenet collatas fuiſſe poſt reſurrectionẽ. Sic igitur à principio Petrus placuit Chriſto, quòd ſtatim mutauit illi nomen. d. vocaberis Cephas: inde in mari, cæteris dixit. laxate retia &c. Petro autem. Duc in altum: Pro ſe, & pro ipſo ſoluit cenſum: Prope paſsionem. Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu conuerſus confirma fratres: Poſt paſsionem. Paſce oues meas, Rege agnos meos &c. Ita ſemper Petrus, nominatus eſt Petrus inter Apoſtolos. Petrus in electione Matthiæ, in concilio &c. Matth. 16. Ioan. 1. Luc. 5. Ibidem. Luc. 22. Ioann. 21.

Tertiò, Reliquit Petro & ſucceſſoribus: Ita, &c. omnia: alioqui non haberemus verbum, ſacramẽta: ſunt enim data Apoſtolis, & ſucceſſoribus: ita Paulus de euchariſtia. Donec veniat. Ita Chriſtus vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi: Certe non cum Apoſtolis, qui paucos poſt annos deceſſerũt; ſed cum 1. Cor. 11. Matt. 18.

Apoſtolorum ſedibus, &ſucceſſoribus. Ita intelligendus eſt D. Auguſtinus. cum dixt, claues non eſſe datas Petro, ſed eccleſiæ, quia non tam perſonę Petri quam ſedi, & ſucceſsioni. Ita alibi dicit, quòd claues non vnus ſed vnitas accepit. Ita D. Chry. intelligit, cœlum & terra tranſibunt. verba mea non tranſibunt. Idem dicēdum de ſucceſſoribus Apoſtolorum, quibus vna cū Petro data eſt Poteſtas ordinis conſecrandi; & apoſtolatus prædicandi. & iuriſdictio abſoluēdi, & ligandi in particularibus eccleſijs. Petro autem in toto grege: quare inquit Bernardus ad Eugenium .lib.2. cæteri ſunt paſtores gregum. Petrus autem paſtor paſtorum, ideo Papa.

Quartò Succeſſor Petri eſt Pontifex Romanus; ita teſtātur temporum omnium teſtimonia, omnium etiam ordinum. Teſtantur Pontifices ipſi Romani ſanctiſsimi, & Martyres, Xyſtus Primus ad Gratū ep. prima. Anacletus Diſcipulus beati Petri, Siritius ad Himerium Tarraconēſem. Marcellus ad Epiſcopos Antiochię. Euſebius, ad Epiſcopos Thuſciæ. Teſtantur Patres latini. Ciprian. ad Antoniarū de Cornelio: Hyeronimus de Damaſo. Bernardus de Eugenio. Teſtantur Patres Grȩci. Cyrillus Alexandrinus. Euſebius Ceſarienſis. Teſtantur imperatores. Cōſtantinus Magnus. Valētinianus. Martian. Galla. Placidia mater Theodoſiij. Teſtantur cōcilia Generalia, Nicenū primū: Epheſinum primum, vocatq; totius vineę cuſtodem, Calcedonenſe, vocatque œcumenicum ſexta ſynodus. Florētinum, Omnia authoritate Rom. Pon. congregata, & cenſurata. Ex his igit relinquitur in hac cathedra, & ſede Romana claues illas regni cœlorum eſſe, cū ſuis priuilegijs, quæ duo ſunt Habet clauis ſcientiæ infallibilitatem; ſecundum hanc cathedra iſta errare in fide non poteſt: pſtigias non recipit. In hāc enim inquit Tertullianus, Apoſtoli totam ſcientiam, cum toto ſanguine transfuderunt; ex hoc habet quòd magiſtra, & matrix eſt eccleſiarum omnium: Habet iuriſdictio ſupremam poteſtatem, vt omnia iudicet, & à nemine in terris iudicetur. Ita concilium campanię in cauſa Marcellini. Prima ſedes à nemine iudicaſ. In cauſa Symachi: Cauſam tuā Dei iudicio reſeruamus. Tridentina ſynodus, tādem poſt multa, decreuit, omnia dicta ſine præiudicio ſanctæ ſedis Apoſtolicæ. iudicat autē omnia tanquam ſuprema. ita tutata eſt aduerſus conciliabula multa: Athanaſiū. Fauianū, Ignatium. ita & in ſummos reges & Cȩſares aīaduertit: Henricum quartum. Ottonem quartum, Federicum ſecūdum. Henricū ſeptimum. Ludouicum Bauarum. Huic igitur potiſsimū Chriſtus curā reliquit eccleſiæ ſuæ; vna cum toto ſacerdotio illi adhærenti, in quod per Petrum per caput influit, poteſtas. Primo orādi, & ſacrificandi pro populo: Mediat enim inter Deum & homines, ex hominibus aſſumptus & pro hominibus conſtitutus. Sit ergo bonus. Secundò benedicendi, & ſacramenta omnia adminiſtrandi. ſit legitimus. Tertiò, docendi, & verbo paſcendi, interpretandi. ſit ergo peritus. Quartò, regendi, & præcipiendi: ſit ergo Diſcretus. qui in cathedra ſedet, Populus econtra cathedram, & ſedentes in ea: Primò honoret: Secūdò obediat. Tertiò iuuet quantum poteſt: temporalia dans pro ſpiritualibus: Si boni ſunt ſedentes: Et cathedrā & perſonam colat. Si mali ſunt: Perſonam relinquat Domino ſuo,

cui

cui cadit. Cathedram quæ Domini eſt ſemper colat, quæ nunquam cadit Dominus autē cathedræ iuſtus retributor. Malos ſacerdotes, & prelatos ſuo tempore iudicabit. Populorum obediētiam iuſto præmio coronabit Cathedram ſuam aduerſus, nō modo malorum hominum mores: ſed & Demonum vires cōſeruabit per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Habita Neapoli 1569.

FERIA QVARTA DOMINICAE SECVNDAE In quadrageſima.

Matth. 20. *Poteſtis bibere calicem, quem &c.*

PRopria, & naturalis cōditio, immo confuſio peccati cuiuſcunque, eſt hæc, quod ex intima ſua deformitate fugit conſpectum Dei, & hominum. Qui male agit, odit lucē. Hinc fuga Adami ad ſiluas, hinc perizomata filiorum. &c. Ita Chaim. &c. Sola ambitio parum pudoris, & multum frontis habet; ſola aſcēdit velut turris Nembroth per gradus, inſultās Deo, & hominib⁹ & in ſua vanitate exultans. Ita quod, Primo occupat oculos, & excæcat cor, replens imagine propria, ita vt ex toto mūdo nihil videat niſi ſe; merita canis, &c. Secūdo, inficit affectum, vt ex falſo illo iudicio omnia ſibi cōcupiſcat, ſemperque in ſe ornando, & extollendo meditetur. Tertiò, exit ad opus, ad verba, facta, modos, mendacia; nihil ſtultius in toto mundo homine ambitioſo, nil turpius: ſi aſſequitur, totus gaudio diſſoluitur, ſi non, rabie contabeſcit. Quarto. In eo negocio ſic perdit, & obruitur, vt fiat vulnus inſanabile, amittit aures, & auditum, nullam curam admittit. Miſerum hunc ambitionis progreſſum narrāt Euangeliſtæ hodie in tota Chriſti familia, primum in duobus filijs Zebedei. Deinde in reliquis decem: quòd ſeipſos eſtimant, & præferunt alijs. qđ ambiūt dextram, ſiniſtram. quod Matrem corrumpunt, & euomunt vanitatem: quòd admoniti, Nihil horum intellexerunt. videamus iam ſingula. Aſſumpſit Ieſus Duodecim diſcipulos ſuos &c. Status eſt Ambitionis curatio Cura autē Medici peritiſſimi, adhibet tria remediorum genera. Prima ſunt præſeruatiua quæ morbum anticipant: Secunda inciſiua, quæ aperiunt & propalant. Tertia ſunt curatiua, & fomentatiua.

Primò. Præſeruatiua ſeruiunt his qui nondum ſunt male affecti, vt pueris, innocentibus, ſimplicibus &cæt. occurrunt enim hæc malis. inſtantibus. Sic D. N. Ieſus. Aſſumit ſuos ſecreto, remouet à turba; communis enim mundi practica, plena eſt vanitate. ſequeſtrat igitur vt inſtruat. Ita ſeparato pueros à cōmunibus mundi pompis, ad guſtum virtutis, honoris, Religionis, & in hoc educa illos. vt habeas humiles &c. alio qui malam, ſegetem referunt. Tum ſic ſequeſtratis proponit remedia vanitatis. d. Ecce aſcendimus. Tangit peritus humorem peccantem: Meditantur illi dextras, & ſiniſtras quibus aſcendant En inquit, & Theatrum, in quo cupiunt extolli, quando illa eſt Metropolis. Ita hic locus eſt vanitatum, curia, palatium. hic hic te regula. hic ſcias te cohibere. Vbique valet ambitio etiam in clauſtris, ſed tamen

men ſcena propria eſt curia:hic fauto
res, hic amores, hic ſpes hic ſtatur,
itur.reditur;aſcenditur,deſcendiur,
hic omnia &c. quid ergo erit vbi in
Hieruſalem aſcenderimus?Quid?In-
quit caro.Eijciemus, Pilatum Hero
dem &c. Te vero conſtituemus Re-
gem Iudæorum; & nos tecum regna
bimus &c.Fallimini.quid ergo?Filius
hominis tradetur &c.Ita ergo regna
bit Chriſtus?Ita inter ſpinas,& alapas
& flagella,& clauos ſalutabitur Rex.
Ita ab vtroq; foro, ſpirituali & laico,
Iudaico & Gētili, illūdet̄, flagellabit̄
& crucifiget̄. Sic Mundus totus in
Chriſtum coniurat. tradit ſimonia,
illudit hypocriſis. Flagellat Auaritia,
Blaſphemia crucifigit, & ſepelit Am
bitio.Quàm remota eſt hęc fortuna
Chriſti ab ea,quā eius diſcipuli ſom-
niabant? Cur autem ſic improperia
ſua toties commemorat, & numerat
Chriſtus diſcipulis prius quā veniāt?
Magno conſilio, & multis de cau-
ſis.Primo vt amicis ſuis aperiat cor,
& reuelet ſecretum crucis ſuę.myſte
rium,inquit Paulus, abſcōditum à ſe
culo,quod neque Angeli potuerunt
hactenus ſcire Dei.ſ.filium crucifigē
dū ita ergo amicos, hoc magno ſe-
creto honorat.Secūdò,vt aperiat ſe-
cretum ſecreti. Mors ſecretum
eſt: Cauſa mortis, ſecreti ſecretum
eſt. Aperit ergo charitatem cordis
ſui;qua ducitur ad cruc, vt ſciamus,
quòd volens ſubit, hanc pręcipuè re
Ioan. 36. ſpicit pater: hanc nos ante omnia in
cruce guſtamus. Tertiò, Præmunit
contra ſcandala crucis; vt cum vene-
rit hora,reminiſcami,inquit, quia di
xi vobis.Quartò,inſtruit in nobis gu
ſtus crucis noſtræ, ex cruce eiuſ: vt
& ſecretum crucis noſtræ aperiat no
bis:vt ſciamus primo, ꝙ crux noſtra
calix Domini eſt,à Deo data. Secun
do,ꝙ breuis eſt,quaſi hauſtus calicis.
Tertiò, quòd cum Chriſto ſumitur,
quaſi cum prothomartire; Quarto
quod cū fructu, lætus enim eſt finis.
De quo addit.

Et tertia die reſurget. Omnia ſcit,
& quod reſurget, & qn̄, quia tertia
die.Omnia aperit amicis ſuis.Et tn̄ il
li,inquit Lucas, pleni ſenſu ſuo, Ni-
hil horum intellexerūt, ita plena cor
da, nihil recipiunt.vtcunque ſit con-
cio plena & fęcūda,nihil efficit.quin
diuites dimittit inanes, pleni ſunt gu
ſtu ambitionis,dextris, & ſiniſtris.
Nil iuuat præmunire. Iam effunden-
dum eſt virus,alioqui non ſanabitur.
De hoc addit Hyſtoria.

Secundò, Acceſsit ad eum Mater
filiorum Zebedei &c.Mons, & Ma-
re corruptionis euomitur.Mater,cū
filijs eodem laborāt morbo. Mater,
honeſta,vidua, religioſa, apoſtolorū
mater,Chriſti diſcipula, ſed plena fi-
liorum eſt,ideo dicit Matthæus, qd̄
venit cū filijs,ſocietas & mixtura hęc
impedit orationis guſtum & fructū,
verba ſunt ſpūs, affectus carnis &c.
filij quoq; accedunt cū matre,in cor
de matris quod totum occupant, &
ēt à latere matris, Illa adorat,ſeſe fle-
ctit coram Chriſto ſed in corde &
ore eius ſeſe attollunt filij. Bona eſt,
niſi eam turbarent filij.Marcus expo Marc. 10.
nit extollentiam filiorum, quod ma-
gno ſupercilio.d.magiſter volumus,
vt quodcunque petierimus facias no
bis.vide quam arrogat ſibi caro. Tū
patiens medicus, vt vulnus dilatet.
Quid vultis vt faciam vobis?quid no
ui nunc appetitis? tum mulier à filijs
excitata. Dic vt ſedeāt &c. ita cupiūt
parētes accommodare filios; & hoc
perpetuo ſtimulo lacerantur; Chryſ.
perditionem filiorū magno precio
comparant. ſalutem nec dono acci-

pere

pere volunt, ſi pauperes habẽt triſtan
tur: ſi impios non, omnia exponant
& animam ipſam pro ſublimandis fi
lijs, qui tandem merito, aut attollunt
à Deo, aut diminuuntur in ꝑẽ ſcelus,
vt parentes ſua ingratitudine puniãt.
Neſcitis quid petatis. Radicẽ mor
bi petit, cor filiorum, ideò ad hos ſe-
ſe conuertit. Et teſtatur eorum ine-
ptiam. Petitis, inquit Iacobus, & non
accipitis, eo ꝙ male petatis. Mater
Luc. 4. ambitionis eſt ignorantia, Pater eſt
lucifer. nutrix eſt amor proprius. fa-
muli adulatores. Peccat oratio. pri-
mo in ordine, quod ſedere volunt an
tequàm currant, coronari ante certã
men. Secundo, in materia rerũ petita
Luc. 6. rum. quod pro carne ambiunt, de ſpi
ritu nihil: Et tamen oratio filia eſt ſpi
ritus, debetque prius petere ſpiritua
lia, quam carnalia, vt docet nos Chri
ſtus in oratione dominica: cõmune
hoc eſt vitium parentum. Tertiò, in
intentione, putant. n. deberi ſibi dex
tras in regno Chriſti ex carnis con-
iunctione, quòd vanum eſt. paratum
.n. eſt regnum virtuti, & non carni.
Quarto in progreſſu ad finem hono
rari cupiũt. Et hoc idem cupit Chri
ſtus, non. n. amat indignos, & incul
tos, ſed illi honores quærunt ex vani
tate, & ambitione. hæc eſt via Satanæ
non Chriſti. Via Chriſti, eſt via cru
cis, & humilitatis. Ideo de hac tagit
vt de remedio potentiſsimo Poteſtis
bibere calicem &c? Tria tangit reme
dia curatiua: Primũ eſt vt homo ſciat
honoris terminos, quid agendum ſci
licet ſit, quid omittendum. Cui de
beatur honor, cui non. quomo-
do quærendus, quo non. Hac enim
in re falluntur filij zebedei: fallitur &
mundus totus. ſciant igitur paratum
eſſe Chriſti regnum à patre, ſed bi
bentibus calicem .i. volutatem eius
ferentibus. Officium eſt calix, plus
quam beneficiũ. de Paulo, Chriſtus,
oſtendam ei quanta oporteat, eum
pro nomine meo pati. Calix epiſco-
patus & apoſtolatus talis eſt, quòd
olim liberius currebãt ad martyria.
Auguſtinus, epi. 148. teſtatur, quòd
ẽt ſæpius pœnituerit. Chryſoſtomus
etiam rogatus à Baſilio, vix coactus
eſt, vt ſuſciperet. li. 1: de ſaccerdo-
tio. 1. 3. & 4. Effrem Archidi ſimula-
uit ſe fatuum, ne eligeretur in epiſco
pum. Niceph. libr. 9. Hiſto. cap 16.
Amonius ſibi auriculam dextram
amputauit: minatus linguam ſe am-
putaturum, tantum ne fieret epiſco-
pus. Ambroſius vix coactus eſt, tan
tũ vt conciliaret catholicos & Arria
nos: bibat quiſque calicem ſuum, &
ferat onus vocationis ſuæ; nec ſatis
eſt lambere. i. ſpem prębere operis, ſi
es princeps, epiſcopus iudex, ſed bi-
bere opus eſt: Secundum, eſt vt
homo expendat vires ſuas, an ſat ſibi
ſint ad ea paranda quæ vſui ſunt in
hoc tanto negocio. Et hic totum ſe Ecc. 10.
aperiat homo, contempleturque
quid ſit, vnde ſit, quid ſcit, quid po
teſt. facile enim illi in aure dicetur.
quid ſuperbis terra, & cinis? Ter-
tium vt homo conſideret, qualiſcun
que tandem ſit calix obedientiæ Di-
uinæ, qui ſibi bibendus eſt, non eſſe
hunc primum: quia ita de manu Do
mini, bibiſſe Apoſtolos, prophetas:
Dominum ipſum Ieſum tum ad me
ritum tum ad exemplum ſuum, quẽ
ego, inquit, bibiturus ſum? Ita me-
dicus vt animum ęgroto faciat ad ſu
mendum pharmacum, primus ipſe
deguſtat. Ita & in fine ad ſanandos
decem. Primo proponit regulas, ca-
nonesque regni ſui, vt qui maior eſt,
ſeruus ſit aliorum. Secundo horta
tur vt faciant. Non ſic inter vos &c.

Tertio

Tertio exẽplo ſuo firmat, ſicut filius hominis nõ venit miniſtrari ſed miniſtrare, &c. Et ſi Chriſtus miniſteria ſuſcepit in terris, non tamen ad hoc venit. Poſſumus. ita facile promittit omnia caro. vix nati cœpimus de nobis multa polliceri in baptiſmo. Plenas habent manicas promiſsionum confeſſores. Animam meam pro te ponam inquit Petrus, tantum, vt optata conſequamur, omnia promittimus. Cum promouemur ad prælaturas, ad magiſtratus, omnia promittimus, iuramus &c. Chriſtus autem præſcius omnium. Calicem quidem meũ bibetis &c. quid fœlicius audire iſti poterant quam ſe martyres Domini ſui iam conſtitutos? ſcit ipſe, quid eis daturus: quid ipſi ſumpturi de manu eius. Fides diſcernit calicem, ſpes præparat, charitas calefacit Iuſtitia diſpenſat. Fortitudo propinat. Prudentia regit, diſcretio temperat, patientia deglutit, Humilitas bibit. Ita virtus totum negocium expedit, & huic debetur regnum paratum à Patre, non carni, Non vobis. Vobis quales nunc eſtis, & qua ratione petitis: At bene vobis quales, poſtea eritis. ita Remig. Anſel. Tho. Theoph. Parauit Pater omnibus voluntate antecedenti, tanquam terminũ. Parauit virtutem tanquam medium ideſt obedientiam. Parauit virtutis cultoribus voluntate efficaci, tanquam præmium. Parauit ergo, & filijs Zebedei, non quaſi carnalibus ſed, quaſi ſpiritualibus. Sicque parauit omnibus, quotquot ad finem illum honorificum, per media virtutis honorifica tendunt. Vt tandem qui ſe extolli, & honorari cupiunt, audiant idem de ſe ſtatutum eſſe a Deo Patre ſuo. Sed media eſſe, non mores mundi, ſed virtutis experimenta. Sic in hac via virtutis currite vt comprehendatis. Amen.

FERIA QVINTA DOMINICAE SECVNDAE In Quadrageſima.

Habent Moyſen & Prophetas audiant illos.

Ruitur ſæpe iniquitas ad libitum ſuum quicquid pulchri, & boni habet hic mũds, quicquid habet in malum prodigit, quicquid appetit habet: ad mala omnia prona eſt ad bona nec oculos, nec aures habet, maledicit Deo in ſuis benedictionibus. Et tandem, ò Beati, poſt tot errorum montes. quid erit? An ſic ſemper? An vita hæc eſt, ſine fine? Mors tollit omnia pulchra, & bona. Cõtra. Si quid virtutis eſt in hoc ſeculo, premitur, patitur, derelinquitur, bonis omnib⁹ eget, malis oĩbus torquet᷑. Si clamat nõ auditur, ſi ſe ingerit, nõ admitit᷑. Et tandem ò Martyres, poſt tot miſerias fortiter toleratas, quid erit? An ſic in æternum deſtituemini? Minime. Mors vna prouidet: Tollit oĩa mala. Atq; in primis equat omnia, tolitque oẽs illas mundi huius diformitates, qbus alij diuites, alij pauperes, alij ſani, alij infirmi, alij beati, alij miſeri fuerũt. ex accidẽti uel ex fortuna Deo ſic pmitOĩa terminat q̃ ad hãc vitã pertinent. oĩa reducit ad merita: Inde incipit aliam vitam lõge ab hac differẽtem in multis. Primò ꝙ hæc multos beatos, impios habuit, illa miſeros, Contra, multos pios. &c. Secun

dò,quòd hæc fuit mutabilis & corrigibilis. Illo non, ſed immutabilis. mali impœnitentes,boni impeccabiles fient. Tertiò,quòd hæç temporaria,& terminabilis. Illa æterna, & infinita. Hæc hæc, ò chariſsmi, ſunt quæ continue,& in bonis,& in malis ſunt nobis meditanda: hæc docent Moyſes & prophetę: hęc temporum exempla,potiſsimum vero lectio iſta Euangelica quam narrat hodie nobis Lucas &c.

Grauissima narratio, quæ ſtatum totius mũdi huius præſentis, & futuri nobis exprimit,vt intelligamus,qđ in hoc nobis agendum ſit. In altero vero qđ ſperandum,ſeu timendum. Habet itaque partes duas, prout ſtatum duplicis vitæ proponit: Et iterũ quælibet diuiſa eſt,pro ut duarũ perſonarũ diſtinctiſsimarũ, cõditiones, & fortunas egregiè deſcribit. Fęliciũ & infęliciũ: Prima perſona grauis eſt fœlix eſt,ſiн ſeque imaginẽ refert beatorum mũdi huius. quam ſic D. N. Iesus introducit. Homo quidam erat diues&c. Virum magnum,&mirificũ mundi commemorat ampliſsimis phaleris ornatum, luxu profuſum in veſtibus, in epulis &c. Beatũ dixerũt populi,cui hæç ſunt: Fundamentum tamen horum bonorum coram Deo modicum eſt, & fere nihil. Homo quidam. Coram mundo Magnificus clariſsimus, Illuſtriſsimus Coram Deo Homo quidam. Vmbra, vanitas nihil cerebri,ſenſus,moralitatis, Religionis, quid tu hic, aut quaſi hic? Erat Circũſpice ſepulchra Magnifica. Ile erat. iſte erat. Et tu quid de te iudicas hic vnus erat omnia. beat', pulcherrimus,beatus,generoſus,glorioſus.omnia. Erat inculis omnium, ſolus locum occupabat. Tranſiui, & ecce non erat Diues.plenus donorũ Dei; in hoc non accuſatur: Nam & Abraã diues erat,& Danid,& Iob.ſed quòd Diuitias malè diſpenſat. In donis laudãdus eſt Deus:hic vero deturpat. Mala eſt auaritia, mala ꝓdigalitas,nõ malæ diuitiæ,pualis igit hic diues erat? Induebatur biſſo & purpura. Tangit luxum veſtium in qualitate,& quantitate. Ambroſius, ornatus,& veſtis ſunt quaſi sẽſibiles voces & euidẽtia ſigna interioris hominis. Videant principes quid tolerant populis, videant patres familias quid in domo ſua, videant confeſſores quid pœnitentibus ſuis permittant hac in re. Epulabatur. Parũ eſt edere ad ſuſtinendam naturam,epulatur, Nec tã tum in tempore nuptiarum, lætitiarum.ſed quottidie. Et ſplendide,non potuit luxus huius Sardanapali amplioribꝰ numeris exaggerari. Hæc dãnant diuites. Iudas. Hi ſunt in epulis conuiuantes ſine timore quibus pro cella tenebrarum reſeruatur in æternũ.ſed & aliquid peius habet in ſinu. De ciuitate Sodomæ dicit Ezechiæ. Hæc eſt iniquitas ſororis tuæ Sodomæ. Abundantia, ſaturitas, ocium; Et aliquid peius. Quid? Manum pauperi non porrigebant. Feritas hæc merito damnat diuites. Et noſter epulo de hac maxime taxatur in euangelio,quis vero iudicaret virum nobilem, clarum ſanguine, tam ſpendide viuentem,crudelem eſſe in pauperes? iudicat Deꝰ ſcrutator cordium, quin & nobis impia corda patefacit, quomodo? ecce per antitheſim.

Secundam perſonam adducit, primæ illi oppoſitam. Erat quidam mẽdicus;ille Diues:vlceribus plenus,ille fortis,& epulator: Nomine Lazarus. Ille homo,quidam. Hic in cathalogo Christi nomen illuſtre habet. No

Pſalm. 4 | Exod. 33. Phil. 2. | Exo. 33. Phill. 4.

ui te ex nomine, quorũ nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. Hic ergo corã mundo eſt, quidam mendicus, quidã miſer. Coram Deo. eſt Magnificus, clariſſimus. D. Lazarus. Tam magni, & excelſi animi, quòd de toto mundo hoc, tam longo, & lato, cupiebat ſatiari de micis, &c. cupiebat, nõ clamabat, famem ſuam in ſinu ſuo retinebat, vix optãs, quod ſibi ſumma in neceſſitate deerat. quã facile eſt beare hos, tam parua cupiẽtes. Hos ego magni facio, & fœlices reputo, contra miſeros, qui alta, & maxima cupiunt, quos, & ſatiare immenſum opus eſt. Vbi ergo collocat ſuũ hũc, Diuina prouidẽtia? Aptiſſimo loco, Ante fores Diuitis, hic proſternit, & iacentem in terra obijcit craſſo illi diſſipatori: quot vlcera, tot ora habet, quibus miſericordiam petit. Canes compatiuntur, & lingunt vlcera: plura nequeunt. Sic Deus componit Diuites, & pauperes, quaſi inſtruat conſonantiam ex graui & acuto, beato, & miſero. vnde aptiſſima mundi harmonia. Vt ex hac contrapoſitione, Pauperes inuocent, & excitent diuites ad miſericordiam, tum illos iuuent orationibus. Diuites pauperibus impendant, & in eis exerceant pietatis viſcera, &c. Dant Diuites tẽporalia, Dant Pauperes ſpiritualia, ſic mundi partes mutuo ſe iuuant. At harmoniam hanc omnino ſpernit Aſinus hic noſter, omnia ſolus vorans, Pauperis preces, nec audiẽs, nec admittẽs. Et nemo illi dabat. Tota domus impia eſt, qualis dominus, tales ſerui, tales fratres, ſoli canes sũt miſericordes. Hoc vero eſt Magnatum infortuniũ, quod nullos habent ſuorum malorum reprehenſores, vt innumeros habent paupperes, qui omnia dicta, & facta in eis corrigũt. Diuites vero habent impulſores, fautores ſcelerum, nutritores auaritię &c. Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes habebit miniſtros impios. Ita pergit vita hæc, plena difformitatis, in qua inimici Dei, beati ſunt. Amici vero miſeri, & infœlices, & durum hoc ſpectaculum nouit, videt & tolerat Deus: cum poſſit vno verbo mundum corrigere. Nec ſine multis, magniſque rationibus. Permittit ergo, vt inimici fruantur bonis mundi huius. Primo, ad oſtendendam ſuam patientiam, Diuitias longanimitatis ſuæ, qua ſic ſuſtinet vaſa iræ, apta in interitum. Secundo, ad oſtendendam charitatem ſuam, quam non modo ſuſtinet, ſed alit, ſolem oriri eis facit, cum poſſit oppoſitum. Tertio ad excitãdum eorũ corda, vt agnoſcant benefactorem: ſic quælibet animalia fera, tandem beneficentia manſuefacimus. Quarto, ad exercendos amicos ſuos, per hos tãquam carnifices, & miniſtros ſuos, ita vocat in Eſa. Cyrum ſeruũ ſuum. Quinto, ad fundandam ſpem amicorum, quòd ſi vident inimicos ſic bonis affici, quanto magis ſperent amici? ſi aues cœli paſcit, ſi lilia campi veſtit, quanto magis vos mod. fidei? Permittit contra, Amicos vexari, & premi multis etiam de cauſis. Primo vt ſic in eis purget, & corripiat iniquitates pteritas, pro quibus in vltione hac ſatisfaciant. Secundo, vt præmuniat contra futuras tentationes, ampertque occaſiones, cadendi in quibus alias prolapſi ſunt. Bonũ mihi quia humiliaſti me. Tertio vt in præſenti exerceat virtutes ſanctorum, patientiam, humilitatem, manſuetudinem. ſi enim nulla ſit miſeria, Quid faciet patientia? &c. Quarto, vt mundum hunc, à quo ſic premũtur, amare nõ poſſint

Prouer. 29.

Eſa. 45.

Matt. 5.

poſsint, ſicque ab eo tanquam inimico, & oppreſſore, facilius diuellantur: Quinto, vt exemplum patientiæ, & virtutis (quod de Iob & Thobia dicit ſcriptura) poſteris relinquantur Neq; enim nos primi hæc patimur. Neque in infinitum: Neque ſine remuneratione patimur, En Mors, quæ omnia corrigit vt dicebamus. Audite.

Factum Eſt, Deus fecit, non fortuna, vel caſus. Diuina eſt diſpoſitio: ordinaria conditio vitæ, humanæ q̃ hũc hẽc terminum. Morit medicus, ſicque morte terminat, omnes miſerias: Aĩa mea ſicut paſſer erepta eſt de laq: ven. laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Viſi ſunt oculis Sap.7. inſipientium mori, o mors precioſa, & ſpecioſa, finis malorum: Principium bonorum. En quam mutantur omnia: quomodo in ſeruo Dei mors omnia mala perimit. Portatur ab Angelis. Quem homines dedignabãtur, ſeruiunt Angeli, nec vnus ſufficit, ſed multi adſunt Angeli. Iacentem illum, & ab omnibus deſpectũ portant. In ſinum Abrahæ. Vbi pax, & quiẽs perpetua; vbi lux ſine tenebra: Vah quam dignior eſt hic ſinus porta illa epulonis auara. Huc redegit hominem Chriſti, non paupertas, ſed virtus, patientia, humilitas, ſpes in Deum &c.

Mortuus eſt, & Diues. Ille q mortem, & mortis nomen exhorreſcebat, qui ad mortis memoriam, ſtomachabatur. o Mors quam amara eſt Eccl.51. memoria tua, homini pacem habẽti in ſubſtantijs ſuis. Mors & iſtum redigit ad ordinem, & quantum ad apparentia, ęqualiter vtrunque tractat: Vtrique oculos claudit; faciem incinerat: ſanguinem infrigidat: carnem eneruat; ſpiritum extinguit, ò bona mors, mundi æqualitas, & iuſtitia, Quis te ſatis laudare poteſt? Et Sepultus Eſt. Fortaſſe vt diues & magnus erat, Cadauer hoc precioſum, odoribus, & balſamis affectũ, ſublimi aliquo, & eminenti loco poſitũ eſt: ſupra viuorum capita: ſupra martyrum Reliquias, & altaria Domini, Magna comitante caterua, ſumptuoſis exequijs honoratum. Anima vero illa malorum omnium cauſa, vbi ſepulta? In Inferno. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendũt. Iob.34. Quanta animæ grauitas, quæ nullibi potuit retineri, & firmari, niſi in centro terræ: Amor meus, pondus meum: iniquitas ſuper talentum, plumbi ſedes. Et ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Deſcendit ergo onerata hæc ad infernum, ibique ſepulta eſt, in loco tenebroſo, vbi ignis ardet, & nõ lucet, niſi quantum ad augendas pœnas mutuo ſe videre poſsint damnati. Vbi fex elementorum omnium; vbi caligo tenebrarum exteriorum. In loco doloroſo, vbi tormenta omnia, omnibus, vitæ partibus applicantur, vermis, ignis, ſtridor dentium, glacies; potentes potenter torquentur In loco rixoſo, vbi patrem blaſphemant filij, & econtra. vbi Dæmones accuſant, & inſultant, & torquent. in loco ſumme damnoſo, vbi ſumma pœna eſt, excluſio à Dei facie, & ſanctorum conſortio: tanta pœna, quòd (vt D. Auguſtinus) potius vellent damnati, pœnas omnes ſubire ante Dei faciẽ: q̃ ſine vlla pœna facie Dei carere: ſic enim proprio h ne, quod ſummum malum, & damnum eſt, priuantur. Vt vero damnũ hoc magis & intimius ſentiatur, aperit Deus ex iuſtitia vindicant: oculos damnato huic, ita quòd in,

tormentis ſubleuat. In delitijs ſemper in patinis, cuius Deus venter erat ſibi vni incũbens, in ſe vnum reſpiciens:. Nunc in tormentis ſubleuat. Et videt Lazarum &c. Hic ſuam agnoſcit & deplorat Aſinitatem, qua ad tantam miſeriam deuenit. Oratque vt mittatur Lazarus, &c. vah quãta mutatio. Lazarus olim nihil erat. Nũc oĩa poteſt, nũc extremo digito Magni potens hic poteſt diuitis linguam refrigerare, ſtultus in culpa, quã ſapiens eſt in pœna. ſed ſero ſapiunt Phryges. Ex hoc loco eliciunt Euthimius in Lucam c. 59. Cirillus alexãdrinus, in leu. li. 9. Iuſtinus Martyr. q. ad orthodoxos 76. quòd in alio ſeculo, animæ vident ſe, ſuos, noſcunt beatos, & miſeros: gaudent, triſtantur. Anima ſeparata liberior eſt ad cognoſcẽdum, quàm vnita; hic enim grauatur corpore, & ſenſibus terminatur. Iob. pelle, & carnibus veſtiſti me, oſsibus, & neruis compegiſti me, extra corpora libere diſcurrunt vt illis permittit Deus. Intellige autem quòd in ſe Anima ſeparata nec linguam, nec oculos, nec vlla membra habet: verum vt fuit in corpore, ſociaque corporis ad patranda ſcelera omnia; ſic membrorum omniũ ſecum affectiones detulit. quare hic ſentit in ſe puniri peccata illa linguę: quæ & in ſe cõſolando immodeſtiſsima fuit: Et in medico Lazaro iuuãdo parciſsima; & crudeliſsima fuit. Ad ineptas & intempeſtiuas has precaciones Pater Abraham ſapientiſsime duo reſpondet: primo, quòd fieri hoc non debet Secundo, quòd non poteſt. Non debet, quia conditio, & mutatio ſtatuum talis eſt ex iuſtitia, quòd inuertit omnia: vt qui in alio fœlices fuerant, in hoc ſtatu puniantur, & ecõtra Alioqui turbatur mũdus; vbi ceſſat iuſtitia. Auguſtinus, hic vre, hic ſeca. Non poteſt. quoniam chaos magnum firmatum eſt &c. Hoc illud æternum & immutabile Dei propoſitum eſt, quod creuit ex neceſſaria ſui perfectione, vt peccata puniantur; & merita coronentur, Vt grauiora grauius puniantur; & ampliora merita nobilius, & fœlicius præmientur. Vt æterna peccata æternum puniantur: & merita beentur. Ex his tollitur omnis ſperandi facultas impijs, omnis timendi ſanctis. Nam conditio vitæ futuræ, quã primum ad illam tranſimus, talis eſt, quod animam facit immutabilem ab eo propoſito, in quod primo illo tranſitu conſtituitur, ſiue bonum, ſiue malum: fiunt enim ſtatim mali impœnitentes: Boni vero impeccabiles. Cũ itaq; diuina iuſtitia, iuxta delictorũ mẽſurã, addat, & plagarũ modũ, Cumq; delictum hoc. Aĩæ impœnitentis remaneat æternum, ſine vlla ſpe pœnitentiæ, ſequitur neceſſario, quòd & cogatur eam in ęternum punire. Idem dicas de merito beatorũ, qui ex ratione ſtatus fiunt impeccabiles, quare, & æterna corona remunerandi ſunt. Hoc illud chaos eſt; id eſt ratio iuſtitiæ incommutabilis. Hinc prouenit, quòd peccatum luciferi fuit irremiſsibile, Hominis autem remiſsibile, quia, quod eſt hominibus mors, eſt Angelis caſus: Factus eſt Angelus primo caſu impœnitens, ideo & prima eius culpa facta eſt irremiſsibilis: non ſic homo.

Rogo ergo te Pater, &c. quàm ſapiens factus eſt hic fatuus, olim nec pro ſe, nec pro fratribus aliquid ſcire voluit. Nunc & pro ſe; & pro illis ſollicitat. ſcit enim quomodo illos educauerit, ſcit eorum culpam

ſibi

ſibi imputari, ſcit eorum pœnam, ſibi quoque, ex naturali pietate pœnas aucturam, quare commendatio iſta nõ eſt ex charitate, ſed amore proprio. At vana ſunt omnia. Nunc non eſt tempus videndi, ſed credendi. Sibi non poteſt prodeſſe. Illis vero non opus eſt hac via. Habent Moyſen & Prophetas. &c. Relinquitur itaq; ex tota narratione, vt capita hæc animaduertamus. Primum, vt quando ea quæ ad futuram vitam pertinent ęterna ſunt, illa ante omnia curemus Secundum vt quando illa ex iſtis pendent, curemus, in hac vita, dum corrigi poſſunt, emendare. Tertium, vt veritates has, non ex mortuis, ſed è Dei verbo diſcamus, & hac Diuina voce moniti, primum, quòd ſtatus vitæ huius ordinatur, & ducit ad aliam hic meritorum eſt, ille præmiorum. Secundo, quòd in eo ſtatu omnia, ſiue bona, ſiue mala, æterna erunt. Tertio, quòd conditio illius pendet ex iſto. i. ex meritis huius: Ergo. Sic tranſeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Amen.

FERIA QVINTA DOMINICAE SECVNDAE In Quadrageſima.

Malos male perdet, & Vineam locabit alijs &c.

IN hac graui, & tremenda mundi iudicatura, dum cernimus Chriſti Eccleſiã, indies à multis lateribus, tum per Turcas, tum per hæreticos anguſtiari, ab alijs autem dilatari, & extendi vſque ad extrema terræ, ad inſulas, ad mũdi partes incognitas, Nos qui reſidui ſumus, Eccleſiæ huius noſtrę occidentalis exiguæ reliquiæ, tanti iudicij ſpectatores, nondum, aut leuiter per Dei miſericordiam, & patientiam tacti, ſuper his nouitatibus, quæ mundi fundamenta concutiunt, nouas prouincias, noua regna nouas eccleſias, nouos viuendi modos conſtituunt: quid tandem dicere poſſumus niſi, quod, Malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis? Ita ſemper (ſi alieno exemplo diſcere volumus) conſueuit Diuina Maieſtas, atque à regulis hiſce ſuis nunquam receſſit. Primò vt ex viſceribus ſuæ miſericordiæ benefaciat, dona præbeat &c. Secundo, vt ſi recipiantur, & agnoſcantur, & in eius honorem exerceantur; augeat dona, & ſemper proficiat. Firmabitur in illo, & non flectetur. Tertio, ſi reſpuuntur, aut male exercentur, Doleat ſuper abuſu: vt apud Eſa. Eheu conſolabor ſuper inimicis &c. inde ſtatuat corrigere & emendare. Reuelet etiam prophetis, & amicis ſuis, iubeatque inſtantia pericula prędicari. Ita Noe ſuper diluuio. Ita Abraam, & Loth. ſuper Sodomis, ita Samuel ſuper Saul, Ionas ſuper Niniue. Quartò, ſi audiũtur reuocat ſententiam; Agam inquit, & ego pœnitentiam ſuper malo quod locutus fueram vt facerem. Ita parcit Niniuitis. Quinto, ſi reijciunt, aut male tractant: tandem vt incurabiles reijcit, & infœlici exemplo perdit. Ita cadit Aegyptus, Saul &c. Sexto. Ne deſit honori ſuo, ne ſit ſine populo, alios ſibi amicos conquirit, & ſi opus eſt, nouos mundos, vt diebus noſtris, ſibi conſtituit. &c. Amaram, & funeſtam hanc, ſex capitum

Ierem. 18.

cantilenam, cecinit Eſaias ſuper Sinagoga, & eccleſia ſui temporis, ſub metaphora vineæ, qua iudeorũ ſuorum excidium prædixit, & diuinauit, Eandem, ſub eadem, in Euan lio canit D. N. Ieſus, requiſitus à principibus Sinagogę ſui temporis, ſuper cuius imminenti excidio, & verbis, & lacbrimis, & manibus, mi ſeram tragediam inſtruxit, vt dicat. in qua poteſtate hæc facit, pro reſponſione, vt doceat, Poteſtatem eſſe vltionis, & iudicij Diuini, eorum impœnitẽtiam ſic vlciſcentis Quam doctrinã, & nos temporibus noſtris tam facile poſſumus accommodare, vt ſtatim ex his ſciamus, Primum quid ſuper Eccleſia Chriſti, coram nobis ſic moriẽte ab vno latere; & ab alio naſcente ſtatuere. De inde quid ſuper impœnitentia noſtra ſperare debeamus. Nunc iam parabolam diſcutiamus.

Tres partes habet Parabola vrgẽtiſsimas. In prima narrat Dei benignitatem. In Secunda, creaturæ ingratitudinem. In tertia iudicium:

Primo, De prima. Narrat ꝙ pater familias. i. Dominus cœli, & terræ, plãtauit vineã: addit Eſaias. electam. Vinea fuit Sinagoga: Vinea Chriſti Eccleſia: vinea Regnũ eſt, ciuitas eſt familia eſt, quælibet anima eſt. Beneficiũ hoc, eſt creationis, qua Dei bonitas conſtituit in eſſe Sinagogam peculium ſuum, hæreditatem ſuam, eccleſiam ſponſam, & dilectam filij ſui: quare addit Eſa. ꝙ facta eſt dilecto. in eo prædeſtinata, iuſtificata, Magnificata, glorificata, &c. In cornu olei, in tanta copia gratiarũ: olei nihil, aut parũ habuit lex vix. guttulam circuncifio, ad remittendam culpam originalem, Mare olei habet Eccleſia, gratiam gratis datã, iuſtificãtẽ, magnificantẽ, glorificantẽ, inexiſtentẽ, ſubſiſtẽtẽ: A monte oliueti miſſum eſt Euangeliũ. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. oleũ effuſum nomen tuũ. Nũc iam quiſq; noſtrũ cõſideret, quã alto loco collocauit vineã noſtrã in cornu, in eminẽtia, ſuper fundamenta Apoſtolorum, & prophetarum. Ciuitatem hanc &c. Corpus ſuum, quale fecerit, quanta arte, quanto miraculo: Animam ſuã, quanta virtute, imaginem Dei factoris, ſpiritum, rationalem, liberum, immortalem &c. Ex his iam, quiſque fatetur vineam authori ſuo reſignandam, tanquam vero iuſto domino: tui ſunt cœli, tua eſt terra. &c. Amplius cogita, non ſemel tantum, Deum plantare hãc vineam, ſed quo libet die, & momento conſeruare, ideſt dare nouum eſſe: ſi enim ille deſerat, ſtatim in nihil redigimur. Ex hoc cnoclude. ꝙ, & quolibet die, & momento tenemur vineã: & vitã iſtam conſeruatori ſuo reſignare quid autem præter eſſe? Sepem circundedit et, ad tutandam ab incurſibus vulpecularum, quæ demoliuntur, & ferarum, quæ extermināt: Rẽ publicam iudaicam tutatus eſt Angelis in circuitu eorũ, fauoribus. nubibus miraculis: At potiſsima ſepes eſt Religio, de qua Moy. Non eſt alia natio quæ habeat Deos app. ſibi &c. De qua Dauid. Non fecit taliter omni nationi: Hæc ſeparat ab alienis; Dominus ipſe in circuitu populi ſui: & quanta ſepes? Murus igneus in circuitu, defendẽs ſuos & offendens exteros. Nolite tangere Chriſtos meos. Sepes triplici contexta ordine. In primo eſt Deitas, Murus igneus, quę ſola pertingit intima cordis noſtri: In Secundo Angeli, & ſancti tutelares. vt de Ierem. exclamat

Eſai. 5.

Pſal. 44.

Pſal 88.

Deut. 4.

Pſal. 147.

Ierem. 2.

Exclamat Chryſo. rem admirandam Homo mortuus patrocinatur viuis? In tertio eſt Religio. Solimanus appellauit Luterum amicum, quod mutata religione, & diuiſa Germaniā debilitarat. Hæc vna ſepes, qua eccleſiam ſuam tutauit Chriſtus, veritas, verbum, ſacramenta, Religio, vnio, orthodoxa. Nihil ad nos de his qui foris ſunt. &c. Mirabilis ſepes eſt ſignum crucis in fronte noſtra: caracter in anima: fugite partes aduerſæ. Capite nobis vulpeculas, Et ædificauit turrim in medio eius. Turris eſt, Magiſtratus ſpeculans, & explorans omnia, in ſalutem vineæ: ſceptrum oculatum vocauit Plato. Dormit populus, vigilat turris, in pace turris eſt pax vineæ: quantum debet vinea turri, vbi ſuo munere fungitur. Turris eminentiſsima eſt poteſtas eccleſiaſtica, pertingens cœlos clauibus illis, quibus aperit, & claudit, ſoluit & ligat non minus in cœlo, quam in terra. Turris fortiſſima, & tremenda, portæ inferi, non præualent aduerſus eam. Hinc ſalus vineæ: hæc pellit lupos, & apros, hæc vna tollit errores omnes. Torcular exſtruxit in ea. Iudicium eſt diſtinguens purum ab impuro: lex torcular fuit, premens conſcientias, expoſtulans obedientiam, diſcernens bonum à malo. Torcular potens fuit Crux Chriſti, expreſſit peccata noſtra, & eduxit diluuium pœnarum in caput Chriſti, e peccato expreſſit mortem Chriſti, ex morte Chriſti expreſſit vitam mundi, expreſſit corpus Chriſti, & eduxit totum ſanguinem, Animam, & eduxit ſummam obedientiam. Torcular potentiſſimum eſt confeſſio noſtra ſacramentalis, cui certe debemus quicquid boni retentum eſt in eccleſia. &c. Præmit conſcientias, exprimit cultum Dei, tollit ſcorta, vſuras, odia &c. Vineam ſic ornatam tradidit Agricolis: i. Miniſtris ad regimen mundi, & eccleſiæ delectis. Hi de manu Dei accipiunt vineam, meminerint, & ſe Deo rationem daturos, Dedit autē ſub his conditionibus, de quibus Ieremi. ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna: Cur? Vt euellas, & deſtruas. i. mala remoueas à Religione, arceas lupos &c. à moribus porcos, Apros, &c. Inde ędifices. & plantes, verbo & exemplo, reſtituas leges viuendi bene, & diſciplinam eccleſiaſticam. Attēdite vobis, & vniuerſo gregi. Greg. Naz. laudat D. Baſilium ex hoc, ꝙ recte tutatus ſit uineam contra hæreticorum turmas. Ita Babil. Niceph. Ita Athanaſium, alexandrin. Ambroſiū, oēs hiſtoriæ. Et peregre profectus eſt. Dixit Eſa. expectaui, vt faceret vuas: Et per verbum, expectaui, duo ſignificat in Deo: Primo deſiderium obedientię noſtrę, & per eam ſalutis noſtræ, non enim poſuit nos in irā. Deinde patiētiam qua expectat; Nolens perire aliquos, Diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiā. Hæc eadem, ſignificat verbum Chriſti, quòd peregre profectus eſt: Patiens enim tolerat quaſi remotus non videat, audiat mala noſtra. Expectat tempus fructuum, Autumnum, & quando erit hic apud nos? Cū deberetis Magiſtri eſſe virtutū adhuc lacte opus, eſt vobis? Inſtat autem deſiderio flagrans. Mittit primos, ſecūdos, tertios, ſeruos, vt fructus redimant. An non debet vinea, &c. An non coloni ſumus, quòd debent? Videamus quid præſtant.

Ierem. 2.

Act. 20.

Hebr. 16.

Secundò. De Secunda igitur parte, dicit Eſa. duobus verbis. qd ꝓtulit ingrata vinea? Duo genera fructuū.

Primum

Primum, eſt falſum apparens. Secundum amarum. De primo. protulit labruſcas, quæ vuæ videntur, & non ſunt: bona ſimulata, quæ videntur, & nõ ſunt: ſuperſtitionem, pro Religione, Cerimoniam pro cultu: furorem pro Zelo, paſſionẽ ꝓ iudicio, Vſum pro lege, Hypocriſim pro humilitate, ignorãtiam pro ſimplicitate; ignauiam pro patientia, ignobilitatẽ pro Nobilitate. Temeritatẽ pro audacia. Prodigalitatem pro Magnificentia. Auaritiam pro parcitate &c. fruſtra colitis me, &c. De ſecundo protulit ſpinas. Expectaui vt faceret iudiciũ, & ecce Iniquitas. Cumulus eſt malorum, & ſcelerum, vſurarum, ambitionum &c. Botrus amariſſimus. Vinũ eorum venenum aſpidum, fel draconum. Hæc ex vinea. Eſaias. Quid vero ex Agricolis Chriſtus? longe peiora. ſeruos omnes occiderunt, lapidarunt &c. Vnde Stephanus. quem prophetarum, non ſunt perſecuti patres veſtri? Tandem omnia experturus dicit intra ſe pater familias. Verebuntur forte filium meum. Hæc illa ſuprema eſt Dei patris beneficentia, quam Paulus, vocat nimiam charitatem. De qua vere, & propriè dicit Deus. Quid potui facere, & non feci? Hactenus dicere non potuit, Dedit cœlum, terrã, Angelos, patres, reges, ſacerdotes, ſacrificia, legem. Et tamen non dedit omnia, niſi cũ dedit filium coæternum. Tum vere dicit. Quid potui facere &c? Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis tradidit illum. quomodo & non omnia? &c. Hic vnus filius implet omnia, verificat omnia, continet omnia, &c. Dicit autem Verebuntur forte. Tũ quia de Deo humanè ſub perſona hominis loquitur. Tũ quia ſic relinquit hominem in manu arbitrij ſui: Tum quia ſic docet quid illi agere debeant. Et vane omnia. Tum illi potiſſimum in filium inſiliunt. di. Hic eſt hæres &c. Agnouerunt filiũ, & eiecerũt. Et tamen ipſe in cruce dicit. Ignoſce illis quia neſciũt quid faciunt: Et Petrus, ſcio Fratres, quia per ignorantiã feciſtis &c. Dico hic quattuor. Primo. Agnouerunt omnes, Chriſtum eſſe virum bonum, & innocentem, & prophetam. Ita cæcus. Nunquid poteſt homo peccator hæc ſigna facere? quare & prophetam vocant, & canunt illi omnes Secundò. Agnouerunt principes, Meſſiam eſſe, ſaluatorem mundi eſſe. Ex ſcripturis, ex tempore, ex operibus, ex verbis, ſi non veniſſem, & locutus fuiſſem, excuſationem haberent &c. Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis. Tertiò. Agnoſcere potuerunt Chriſtum Dei filium eſſe, & verum Deum. Ex operibus, ex miraculis, ex modo operandi: opera quæ ego facio in nomine patris, teſtimoniũ perhibent de me. Quartò. ſi nõ agnouerunt, ſi per ignorantiam tradiderunt, & dominum gloriæ crucifixerunt. ignorantia fuit praua, & affectata, quòd lux venit in tenebras, tenebræ non comprehenderũt, Tenebræ autem fuerunt, inuidia, Ambitio, hypocriſis, Auaritia inhians ad hæreditatem: ſi dimittimus eum ſic, omnes current poſt eum. Et venient Romani &c. Ita affecti eiecerunt innocentiſſimum extra vineam, & occiderũt. Chriſtus vt per ſanguinem ſanctificaret populum, extra portam paſſus eſt: exeamus ad eum extra portam, improperium eius portantes: in hoc itaque ſtatu remanent crudeliſſimi Agricolæ tincti ſanguine ſeruorum, & prophetarum, ac tandem vnigeniti filij Dei. Quid ergo.

Deut. 32. Act. 7. Eſa. 5. Luc. 23. Act. 3. Ioan. 5. Ioan. 7. Ioan. 5. Ioan. 11. Heb. 13.

Tertio,

Tertio. De Tertia tractat Eſaias, & Chriſtus miro vtrobique artificio, vt velint iudicium ex ipſomet ore perfidorũ extorquere. Ita apud Eſa. Nunc ergo viri Iuda iudicate inter me, & vineã meam. Et Chriſtus hic, Cum ergo venerit Do. vineæ. Quid faciet? Hic quiſque cauſam ſuam recte diſcutiat, quid poſsit à Domino ſuo expectare. Vineæ ſuæ minatur Eſaias vltimum interitum per hæc: quod Deus auferet ſepem, tollet cuſtodiam, tollet verbum, tollet miſſam, tollet ſacramenta, religionem: ſacerdotium &c. Quòd deſtituta, ſic erit in direptionem: omnibus malis expoſita: Quòd non putabitur, nec fodietur, nulli miniſtri, rectores &c. Quòd aſcendent ſuper eam vepres, & vrticæ, perfidiæ, hæreſes, &c. Quòd cœlum æneum, & terram ferream experietur; bonis omnibus ſpoliabitur. Agricolis Chriſti, ipſimet ſententiam dicunt: veritas violentat ora iſta Chryſ. Malos male perdet &c. Durum verbum eſt illud. Male perdere; Exponens etenim Chriſtus, quid ſit admonet, quòd qui ſuper lapidem cadit, ſalua ſcilicet Religione, confringitur, & tamen in virtute lapidis facile releuatur. At ſuper quem lapis cadit, conteret eum. Male itaque perdere, eſt contere. Perdit Deus bene, & male, bene perdit peccatores, quos recuperat pœnitentes, vt prodigum. Perierat inuentus eſt, male perdit impœnitentes, quos inuenit blaſphemos in æternum; Vendidiſti eos ſine precio, ita Iudam vendidit, de quo nihil voluit, bene vendidit cum precio Petrum, quem perdidit Apoſtolum, recuperauit Papam: ita perdidit Saulum: recuperauit Paulum: hos bene perdit: quia cum lucre, & precio vendit. Ita contuſa, & contrita eſt Sinagoga, quæ hoc, idem iudicium ſibi eſt imprecata. d. ſanguis eius ſit ſuper nos, & ſuper filios noſtros; Tanta veromole, & grauitate cecidit ſuper eã lapis Chriſtus, quod vere totã contriuit, vt ne veſtigiũ quidẽ ſit vllum gloriæ illius Iudaicæ, non lex, non prophetæ, nõ altare, non ſacerdotium, non victima; non rex, non regnum &c. Tantum ex hoc quod hæredem eiecerũt; & lapidem reprobarunt: Contritis autem illis, Ablatoque ab illis, & à tot mundi partibus Dei regno. Quid vltra? Factus eſt lapis in caput Anguli Non ſine populo Deus, non ſine eccleſia Chriſtus. Eſt autem hoc mirabile in oculis noſtris, quia factum conſpicimus: Cadere Eccleſias, regna mutari: Cauſas rerum non conſpicimus ſic enim Deus Iudicat impœnitentes. Ita iudicauit ſinagogam iudaicam, & contrita eſt. Ita eccleſiam Græcam orientalem, & contrita eſt: Ita tot partes eccleſiæ noſtræ occidentalis, & ſunt contritæ. Vtinam nos miſeræ reliquię iudicium hoc vitare ſciamus, quãdo in tempore opportuno ſic admonemur. Qui habet aures audiendi audiat. Amen.

Pſal. 43.

SABBATO SECVNDAE Dominicæ.

Luc. 5.

In bonis non efferendum. In malis non deſperandum.

MAgna miſeria noſtra eſt hæc. Quod tam nobile ingeniũ, tam excelſum cor, tam præclaram mẽtem obtinuimus, & tamen exercere nullo modo, aut tempore ſcimus. Vel bona, vel mala ſuppetant, vbiq; delin-

delinquimus: bonis ſtulte fruimur, Ede bibe lude numquam oculum attollimus ad cogitãdum, vñ, quomodo, quorſum nobis contingant. Anima mea, inquit ille, multa bona habes Epulare & gaude: & nihil vltra: Malis vero ſic ſtatim deijcimur, vt nullum adhibere ſciamus remedium aliud quam clamare: flere, ſuſpirijs, & gemitibus implere omnia: Vnde autem, quo modo, cur veniant, aut non putamus aut à cœlo, ab aſtris, à Fortuna accipimus. quare & illis omnibus maledicimus: quòd ſi quoque à Deo accipimus, tãquàm ab irato, & hoſte ſuſcipimus, quare & in illum debaccamur, ac blaſphemamus; fugimusq́; ab eius facie, quaſi aut peiora his nos commeriti non ſimus. aut fugere ab eius manu poſſimus. Ex hac noſtra ſtoliditate oritur nobis hoc infortunium, ꝙ tãto cũ dãno ſuſtinemus, ſ. quòd neque in bonis, neque in malis vnquam proficimus; ſed in omnibus deteriores ſimus. Neque minus erramus ĩ bonis, aut malis ſpiritualibꝰ, in quibus neque abundare, neque eſuri re ſcimus: ſi dona aliqua ſpiritus habemus ſtatim extollimur, ac alios deſpicimus, vt impuros, vocamus peccatores, & odio habemus illos; ſi donis priuamur, ſtatim deſperamus, nullãq́; putamur eſſe miſericordiam, quæ nos à culpis noſtris ſanare poſſit. quare & fugimus cũ Chain &c. Contra hos omnes, immoderatos affectꝰ noſtros, narrat hodie Chriſtus pulcherrimam parabolam, cuius ſumma & ſcopus eſt vt in iuſtitia humiles, ſimus & pctõrum miſereamur. In iniuſtita ſperemus, & curramus ad Patris ſinum, potius defutura omnia, quàm amorem Patris. Sub iſtis monemur, etiam vt ſi bona ſuppetũt temporalia fruamur apud Patrem. i. iuxta Dei patris volũtatem: ſcit enim ille quibus indigemus: ſi vero in neceſsitatem ẜi ctus incidimus; deficientibus omnibus, in Patrem tamen reſpiciamus. Filius enim in toto mundo, amicum meliorem non habet, quàm patrem. Habet parabola perſonas tres, de quibus principaliter tractat, & quarum non tantum mores, ſed & corda reuelat. Prima eſt Pater quidã ſenior qui totus deſcribitur amans, & clemens, ſemper paratus ad iuuandũ. qui exprimit nobis benignam naturam Dei patris noſtri, vnde (vt Paulus) omnis paternitas nominatur in terra: Et quanto maior eſt pater ille, tanto maiores habet affectus, & amores. q tñ ita per noſtros ſignificãtur, vt quiſque noſtrum poſſit à ſuo, ad Dei pectus aſcendere, & cor eius ſcrutari ac per ſenſibilia noſtra, inſenſibilia eius rimari. vt quòd amet nos filios, quod tueatur, quòd bonis cumulet, quod malos expectet ad veniã, ꝙ redeũtes benignè excipiat, hæc omnia inſenſibilem amorem Patris huius hodie nobis explicant. Secunda perſona eſt filius quidam ſenior, qui à principio videtur maxime intimus, & maxime obſequens patri: in fine tamen retegitur eius cor, plenum hypocriſi, & ꝓprietate, ꝙ nõ patrem ſed bona patris amat. quare videns alium ad eadem bona admitti ferre nõ poteſt, quaſi tantum ſibi decidat, quantum alteri datur. quare iraſcitur domum patris renuntiat, & tandem fit ex primo nouiſsimus: hæc fuit iudaica Sinagoga primogenita Dei, plena priuilegijs, q̃ in externo cultu vtique præ gentibus videbatur Diuinæ voluntatis obſeruantiſsima. cum tamen plena eſſet proprietate, quãdo tam ſibi charus erat Deus, quàm ſuæ cupiditati cõmodus. Peccatores

ergo

ergo ferre nō poterat, ſeſe iuſtificans atque adeo in Chriſto cum peccatoribus conuerſante, & gentes quaſcunque ad iuſtitiam, & regnum Dei recipiente, miromodo ſcandalizabatur à quo tandem ſeſe prorſus alienauit. Facta ex prima nouiſsima. Tertia perſona eſt filius iunior. hic à principio multum, & nimis ſibi confidens, petit ac recipit à patre multam ſubſtantiam; & inſolens reiecto paternæ curæ iugo, abit procul, & ibi diſsipat omnia: Tandem fame preſſus, redit ad patrē, & ab eo ſingulari benignitate, & alacritate recipit. Hęc patribus Hyeronimo. Ambroſio. Gregorio. eſt Gentilitas; q̄ & magnam luminis partem à Deo in natura inſtituta recepit, vtcunque etiam lapſa: quod enim notum eſt Dei, inquit Paulus, manifeſtum eſt in ills. Deus illis reuelauit. hæc itaque omnia diſsipauit, in impuritate, & idololatria, & reprobo ſenſu, in quē merito tradita eſt. Tandem ad voces Apoſtolorum reuerſa eſt, ac à Patre benigne ſuſcepta: vt & quicunque peccatores ad eius gratiam confugientes, vtcunque fœdi & perditi ſint, benigno, alacri, ac paterno animo recipiuntur, qui ſcopus parabolæ eſt: Et hic in ſingulis parabolæ partibus, iuxta D. Chryſoſtomi regulam, principaliter eſt attendendus.

Homo quidam habuit duos filios Magnum, & tremendum eſt hoc iudicium, vbi de duobus filijs ſemper in principio, & in fine, vnus in Domo eſt, alter foris, vnus aſſumitur alter relinquitur. vt ſemper timendum ſit nobis ne tales ſimus, aut efficiamur, qui excludamur à domo patris. Durū enim eſt cernere, quomodo, & in domo Adami, Noe, Abrahæ, Iſaac; ſemper filius vnus domi maneat hæres, alter vero excludatur: Ita noſter hic euangelicus, duos habet, alit, amat; omnium pater, omnibus prouidet: vt ſi filij ſenſum habent, conſiderantque labores, & amores patris erga ſe præſtitos, quicquid aliud poſſint, quàm in patrem inſurgere, aut à Patre recedere. Tamen, horum iunior. feruens animo, ſibi mimiū confidens. quales inter noſtros innumeros videas, qui vix ire ſciunt, vix loqui, vix manum ori apponere, curam patris fugiunt. Petit ergo à Patre ſubſtantiam, velle ſuā experiri fortunam: Nō eſt autem ocioſum verbum illud, q̄ me cōtingit. Vt intelligamus verū eſſe, quod Auguſtinus dicit, ſic Deus res, quas condidit, adminiſtrat v proprios motus agere ſinat: hi motus proprij, aut melius, potentiæ vnde hi motus ꝓueniūt, ſunt partes vnicuique competentes, vt competit lapidi appetitus naturalis, quo fertur ad centrum: bruto. animalis quo ad cibum: Homini rationalis, & liber, quo ad patris domum tendat: Pater autē omnia nouit futura, ingenium iuuenis, pericula mundi huius. ſed proprios motus agere ſinit, cogere poſſet, ac domi retinere; ſed non debet, quare nec vult. vt certiſsimē videmus Deū relinquere nos nobis, ſic tamen vt ſemper nos ad bonum adiuuet: Dat ergo partem: & diſtribuit talēta, non omnibus æqualia, ſed tantum omnibus tot & tanta quæ ad ſalutem ſufficiunt. Hic debuiſſet Adoleſcens conſiderare, à quo dona habuit, dona enim ſunt, quæcunque habet ſiue in aīo ſiue ī corpore, & dona patris: Cur habuit? vt patris bonitatem agnoſceret, vt talēta ne gociaret & augeret: vt iuxta patris volūtatē, & in patris domo frueretur: ſed nihil minus, imo ſtatim cōgregatis oībus ita in omni-

bus vult præuaricari, peregre proſe-
ctus eſt, A quo remotus? à Patre: ita
exit homo à Deo (Chriſoſto.) quo-
ties regi à Deo nō vult: Nemo enim
(Auguſtinus) Deū amittit niſi q di-
mittit. dimittit autem, qui verbum
eius non audit: quid vero continget
Pſal. 72. huic? Ecce inquit pſal. qui elon
gant ſe à te, peribunt; contra, mi-
hi adhærere Deo bonum eſt: quo
modo? Ponere in Domino Deo
ſpem meam. Itur ergo procul, quo?
In regionem longinquam, quid ma-
gis diſtat à Deo, quàm peccatum,
qui nihil habet Dei? minus diſtat Sa
tan, minus infernus, & centrum mun
di: Nam in his omnibus habet ali-
quid Deus. in peccato nihil: Paulus
ad Epheſ. Vos aliquando procul, nūc
autem prope facti eſtis, quomodo
(Augu.) recedes à Deo, qui eſt vbi-
que? ſuper quem nihil, infra quem
nihil, extra quem nihil, in quem om-
nia, per quem omnia, à quo om-
nia? Ab eo receditur non pedi-
bus, ſed moribus: Receditur autem
Deu. 32. præcipue per obliuionem, ſic Moy.
Oblit' es domini creatoris tui, receſ
ſiſti à Deo ſalutari tuo: ita de Chain
dicit ſcriptura, quod Exijt à facie Do-
mini. qualis autem exit filius à patre?
obſerua hoc diligenter. ſanus, Diues,
Gen. 4. plenus bonorum omnium. quid
habes ò bone Iuuenis, quod non
acceperis? qualis vero redibit ſuo
loco videbimus. Eat ſuo periculo
fiet cautior. ſingula videt pater, no-
uit, ingemiſcit, ſed tamen quando
liber eſt, libertati ſuę eſt relinquendus,
Frater alius maior, hypocrita, domi
manet apud patrem: lætatur ſuper re
ceſſu fratris, extra videtur amare pa-
trem: intus autem bona patris amat
ſi pater eſſet pauper, ne reſpiceret
quidem.' ſpe igitur hæreditatis, ex
auaritia continetur in officio, &
quod ita ſit, qui ſcrutatur corda, &
renes Pater ſuo loco, & tempore re-
uelabit. Iunior ille abit lætus, mundi
dominus, procul, oblitus paternæ do
mus, ac ſi patrem, ac Deum nullum
habeat (quid enim aliud ſentias de
improba hac, temeraria, & effreni iu-
uentute quæ ſine lege viuit?) Et pau-
cis diebus ſubſtantiam omnem diſſi
pat omnem inquam, ita vniuerſa abli
gurit, & prodigit, quæ ſunt corporis
& animi, affectus, & mētis: & ſubſtan
tiam ipſam, non modo affectus, &
paſſiones, ſed, & ipſam ſubſtan-
tiam animi diſſipat, excœcat, male
afficit, hac remanet ſine oculis cœ-
cus, ſine ſenſu amens; ſine corde he-
bes, ſine anima brutum, fitque ani-
malis homo non percipiens. Recte-
monet Eccleſia. Ne des fili fornica 1. Cor. 2.
ri animam tuam, ne perdas te, (hoc
primum eſt damnum) & hæredita
tem tuam: Et Paulus, ſi ſecundum Cap. 9.
carnem vixeritis moriemini. Sunt au Rom. 8
tem tria potiſſimum, quæ iuuenem
iſtum, ſic bonis priuant: primum eſt
iuuentus, ætas immatura, impru-
dens, & præſumens, ſeniorum mo
nita deſpiciens, immo & fugiens.
Ideo Eccleſiaſt. Adoleſcentia, &
voluptas vana ſunt. Et Salom. in-
ter incerta ponit, viam Aquilæ in Cap 12.
cœlo; Nauis in mari, ſerpentis in
terra, & adoleſcentiam: Secun-
dum eſt libertas, quod non eſt ſub
patris ferula: quare monet eccl.
filij tibi ſunt? erudi illos, incurua
illos à pueritia: nam (vt addit Sa Cap. 7.
lom. Adoleſcens iuxta viam ſuam,
etiam cum ſenuerit non recedet ab
ea: Tertium eſt abundantia, & copia
bonorum; Eſt enim gladius in
manu furioſi, vbi diuitiæ cōtingunt
improbo. incraſſatus eſt dilectus & Deut. 32.
recal-

citrauit: impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum: Et apud Eſa. filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me: quare talis eſt negociatio iuuenis huius, quod omnia bona ſua dilapidauit. cur aut? quia receſſit à patre. Vna hæc mali cauſa:

Ex alia parte ſtat domi Pater corpore; animo tamen, & amore, non deſerit filium: Pſalm. In altis habitat, & humilia reſpicit, videt quæcunque accidunt filio, dolet, cadere ſinit, lapſum adhuc agnoſcit ſuũ, quare & vult reuocare: ſic tamen, vt culpam ſentiat, & agnoſcat prius, ſicque ſuo exemplo diſcat. Mittit ergo nuntium, qui prius iuuenem exerceat, ac flagellet, quouſque culpam ſentiat, patris reminiſcatur, ac deinde reuocet: Nuncius eſt valida quædam fames, totam regionem illam ſic occupans, & flagellans, pro vnius culpa, vt olim propter vnius Dauidis ambitionem, flagellatus eſt exercitus, quamquam & ipſa regio non ſine culpa eſt: quæ iuuenem bene inſtitutum ſuis moribus, & exemplis tam cito præcipitauit. inualeſcente fame, iuuenis cogitur alieno ſeruitio ſe dedere: & ecce patris manus intenta ad flagellandum filium vt reſipiſcat, obijcit illi dominum durum, & inclementem, qui ſtatim in villam eum mittit. miſer hic in villam nobilis? adde ad paſcendos porcos, eſt ne exercitium vilius? adde, quòd & ipſis porcis miſerior fit, cupit enim ſatiari ſiliquijs porcorum: & nemo illi dat:
Pſalm.106. Tam miſeros facit homines regio à Deo diſtans. Pſalm. Eſurientes, &
Pſalm.40. ſitientes, anima eorum in ipſis defecit. item Pſalm. Comparatus eſt iumentis inſipientibus, porcis, & ſimilis factus eſt illis: Hic vero notandum eſt primò. famem, & mala hęc omnia non eſſe caſualia, ſed Dei nuntios: Secundo miſſos eſſe à patre, animo paterno, non ad confundendum, ſed reuocandum filium: à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur, ſunt enim hæc mala omnia Dei miniſtra, quare non ſæuiunt, niſi vt ſibi à mittente permittitur. In tanta igitur victus, & bonorum egeſtate, quid faciat miſer iuuenis, & ſubulcus? ſolus, peregrinus, nudus, ſub crudeli domino, cum porcis, famelicus. Quid? In ſe reuerſus. Ergo (Ambroſius) hactenus extra ſe fuit? Ita omnino. Ad ſe redit, & ecce in ſe famẽ inuenit, quæ cor illius excitat ad paternam domum repetendam: fames autem hæc eſt generoſus ille appetitus boni infiniti, qui nulla re temporali ſatiatus, ad æternam prouocat, de qua fame Auguſtinus. creaſti Domine cor noſtrum ad te, ideo inquietum eſt, donec requieſcat in te: De qua Pſalm. concupiſcit & deficit anima, mea in atria domini. vna hæc fames ad Deũ reuocat, tanto magis ſi præter naturæ lumina, ſupernis illuſtrationibus excitetur: Ita excitatur noſter hic, ac nobis exemplo ſuo veram pęnitentię i. reditus ad patrem formam præſcribit, docens gradus tres, per quos peccator ad diuinam, & paternam gratiam redit. Primus ergo eſt, vt agnoſcat culpam, & miſeriam ſuam, & deteſtetur ex animo, quo loco petenda eſt radix, alioqui ſi folia tantum tollas, iterum & plura pullulabunt, Eſa.14.
ideo clamat Propheta. Redite præuaricatores ad cor, non ad verba, vocat, ſed ad cor. vt hoc intime penetretur: Ita iuuenis hic totum ſe conſpicit, & ecce tam fœdum

videt,quòd vix agnoſcit, qui ſit,tantum mutatus ab illo eſt.Hic ergo ab imo pectore trahens ſuſpirium.Culpam ſuam examinat ex miſeria. d. Quanti mercenarij abundant pan.in do. pat.mei: Ego autē hic fa. per eo. Me miſerum à quanta dignitate in quantam miſeriam, mea ſtultitia decidi.Ex patria opulentiſsimā, in regionem hanc ſterilißima. Ex domo ditiſsima, & ſplendidiſsima, in turpiſsimam hanc haram famis. Ex libertate, in ſeruitutem, & hanc du riſsimam omnium. Ab amantiſsimo Patre ad crudeliſsimum hunc dominum, canem.A conſortio amabili fratrum, ad curam porcorum immundiſsimorum. Ah. Quot abundant pane. Ego vnus fame pereo: Quot mercenarij abundant. Ego filius egeo. Quot abundant panibus. Ego glandes non habeo. Quot abūdant in domo patris mei. Ego apud extereos pereo, & fame pereo, ò diem ſacram, & deteſtandam, qua è domo illa receſsi. Tamen id factum eſt, & facti pœnam luo, quid faciam? Notare hic oportet, iuuenem ad duo reſpicere, quæ omnino neceſſaria ſunt pœnitenti.oculo vno reſpicit miſeriam, & culpam ſuam; hinc trahitur ad timorem, & dolorem atritionis: oculo altero reſpicit in paternam domum,& bona patris, hinc trahitur, ad ſpem. Ita teſtatur Paulus, quòd benignitas patris, longanimitas, ad pœnitentiam inuitat:Secundus gradus eſt, vt peccator ſecum deliberet, & proponat duo.primum vt recedat à porcis, & regione famis: declinetque à malo: alterum, vt ad patrem redeat, ac faciat bonum: ita inquit magno quodam animo: Surgam.hic nullo modo manendum. Ibo. non progredi, regredi eſt.quo ibis? Ad Syluas fugit Chayn, ad laqueos Iudas.quo tu? Ad patrem. hæc tuta via eſt reuerti ad corripientem. At nonne cō ſcientia terret?Quo vultu? qua fron te? quid tandem illi dices? quid pu tas dicturum, aut daturum illum, quando partē tuā diſsipaſti?qua fron te peccator ad Deum pergis? oratu rus: en:quid dices? Pater noſter.At ille ſtatim. Ego te filium non agnoſco, talis à me non abijſti Sanctificetur nomen tuum;Tum ille: Et tu interim blaſphemas, & fœtere facis coram mundo? Adueniat regnū tuum:Tum ille: quid ad te de regno meo,quod tu ſponte deſeruiſti? fiat vol.tua.in cœlo,& in terra: Tum ille: voluntas mea eſt perditio tua, vt fame pereas.Pa.no.quott.da. Tum ille.Nimium dedi,dabo ſcorpium,aut Satanam qui te excruciet. Dimitte debita.Tum ille.Ita tandem, & hæc dimitti vis: fames te pellit, non ratio: Ne inducas in tentationem. Tum ille.Immo in omnia mala te de ſero.libera à malo. Tum ille,malum diem, & annum, & ſemper ex me habebis:Hæc omnia, & peiora ſuggerunt cōſciētię peccatrici timor,& tremor,vrgente Satana, vt deſperet peccator: At omnia ſuperat vna cogitatio,quòd Pater eſt. & nemo carnem ſuam deſpicit,aut odio habet; Nunquid poteſt mulier non miſereri filio vteri ſui? ergo firmo animo repetit.ſurgam,& ibo, ibo ibo,ad pa trem: Tertius gradus eſt deliberatio nis executio. ſtatim enim ſurgit de ſerit porcos,& regionem,ad patrem que recta tendit. fides timorem ſuperat:quid vero interim Pater? Obſeruat omnia, videt à longe venientem.Culpa ingens fuit: attamē paterna pietas non eſt victa.Ergo Occurrit

rit illi. occurſus iſte eſt tractus, de quo Chriſtus. Nemo venit ad me, niſi pater traxerit: occurrit primum in fame, & flagello, nunc correpto, & redeunti, occurrit in forma patris, ac illum amplexatur &c. Sic gratia domini pœnitentes comitatur, imo illis occurrit, imo & præuenit, & mouet, & vbique adeſt, ſine qua nihil efficitur. Hic filius coram patre proſternit ſe ad illius pedes: & præmeditatam confeſsionem (non enim venit vt noſtrorum plurimi, ſine præmiſſo examine, ſed & verba ipſa iam diu concepta animo repetit, hic iudicium maximæ præmeditationis) ex erit, qua duo potiſsimum facit: primo culpam fatetur: ſecundo miſericordiam implorat. Culpam ſic aperit. Pater peccaui in cœlum, & coram te. exactiſsima eſt confeſſio, habet longum, latum & profundum, totũ cor euomit: Pater, hoc ſolum ad te me reuocauit, cæteris omnibus retinẽtibus, quòd pater es, vni huic fido. Peccaui. non nego, non diſsimulo. Imo exaggero. In cœlum. Quare & video omnia mihi irata fuiſſe, vnde fames. & omnia vltionũ genera. Et Coram te. hoc vero mihi ſummopere diſplicet, quòd tantã tui bonitatem offenderim, tamen confido, quod mea malitia, tuam bonitatem non vicerit: Rogo ergo te, vt iterum me recipias. Non quidem in filium, Non enim ſum dignus vocari (Verbum aſtutum, q.d. ſum quidem, & tu ſcis eſſe me, & nõ poteſt aliter eſſe, quando caro tua ſum. mouet hoc mirabiliter) ſed agnoſco, ac fateor me plane indignum qui honoribus, magnę iſtius filiationis, quam ego miſer eheu nimis fœdaui, fruar: Fac ergo me vt vnum ex merce. tuis, modo tuus ſim, & tecum viuam, fac quod lubet: imo notandum; quòd particulam hanc animo conceperat in motu attritionis, dum timeret, timorque prouocaret ad deſperandum, tunc enim ſibi videbatur, terram vix poſſe ſe ſuſtinere, Patrem vix reſpecturum, auditurum; quare de ſe id fieri, & longe peius ſtatuerat, modo à patre fieret, Nunc vero quando patrem accurrentem videt, oſculantem amplexantẽ, lachrymis conſpergentem. Animo filiali, (ſic enim charitas timorem ſeruilem mittit foras) & generoſo maiora ex amantiſsimo patre ſperat, quem & grauiter ſe offenſurum putat, ſi addat id, quod de ſeruitute cõceperat. Tantum ergo culpam fatetur, in hoc totus eſt, vt pater in ipſo agnoſcat cor contritum, reliqua omnia remittit patri. Pater autem, Pater eſt, nil amari, aut acerbi reddit. imo nullum verbum: tantum oſculatur, & amplexatur, quæ ſunt omnia ſigna amoris, tantum ad ſeruos, & miniſtros Eccleſiæ iubet proferri ſtolas, annulos, veſtes; occidi vitulum, &c. quæ ſunt ſacramentorum omnium miniſteria, quibus Dei gratia diſpenſatur. Cito proferte ne tardetis, periculũ eſt in mora, ita paſtores & curatos decet eſſe vigiles, & ſollicitos, tribuereque pœnitentibus ſtolam primam (Auguſtinus) Gratiæ, nam ſecunda erit gloriæ. Annulum fidei, & firmitatis, quomodo intelligat ſe in filium recipi, & confidat; calciamenta perſeuerantiæ, qua à patris domo non amplius recedat; exemplaque bonorum ſequatur. Vitulum ſaginatum, Chriſti meritum ex eius effuſo ſanguine prodiens. quibus præſtitit: Iã domus tota lætatur, clamaturque vbique, incipiente patre, Manducemus, &

muſ,& epulemur. Ita enim de vitulo illo occiſo paſcuntur omnes, & ſumunt aliquid.Pater,Angeli,homines, in Chriſto vno mundus totus partem lætitiæ habet:In reſtitutione etiam peccatoris, lætantur omnes; gaudium eſt in cœlo ſuper vno pec. pœni.agente: Tanto cum gaudio, & Chriſtus, ſuos recipit publicanos, & iuſtificat, cumque eis epulatur, & gaudet: frater maior hypocrita redit ex agro, & ferre nequit auditas pro fratre lætitias, condolet ad regnum Dei pertinere gentes, & peccatores admitti. Hæc eſt Sinagoga illa ſcribarum, plena laborum externorum, & iuſtitiarum carnis, in quibus confidit,& iuſtificari vult, ſed non poteſt, iraſcitur ergo patri, & fratri,& omnibus, & intrare domum non vult. Pater rogat, Chriſtus vocat, Apoſtolos mittit: Nihil minus: Concluditur parabola.quòd fiunt nouiſsimi primi. Qui putauit habere omnia bona patris,foris ſtat; qui nihil habere, ſed vix mercenarius admitti,fruitur omnibus: ita diues eſt pater in omnibus inuocantibus illum.Amen

DOMINICA TERTIA In Quadrageſima.

NObilis creatura eſt natura Humana: nobile habet principiũ, Dei Patris omnipotentiá, in cuius manibus renaſcitur, nobile medium,ſapientiam Dei filij, in cuius manibus renaſcitur. nobilem terminum, vitam ipſam æternam. Nihil ſub cœlo nobilius homine: nihil venuſtius hoc corporis artificio. Nihil ſublimius anima: nihil actualius, aut virtuoſius, hac vita, cuius partes omnes ad exercitia præſtantiſsima natæ ſunt, oculi ad contemplandum, Aures ad diſciplinam; os ad benedictionem; cor ad omnia flexibile, & ductibile, etiam æterna:Gloria & honore,inquit Dauid, coronaſti eum &c. Nobilitas iſta,vt eſt mirabilis; ita eſt amabilis, & appetibilis. Non mirum igitur ſi ſic appetitur,ſi ſic ex omni latere ſollicitatur,omnes eam cupiũt, omnes ad ſe trahere, & rapere nobilem hanc creaturam deſiderant: Præda enim eſt precioſa; Adextris ergo ſollicitat ſpiritus Chriſti vt creaturam ſuam poſsideat, quod æquum eſt: vt ſibi ſeruiat,vt in ea glorificetur: eam que in ſuo ſeruitio exerceat, & coronet. Hic enim optimus Dominus eſt, ſuorum nõ minus,quàm ſui memor. Curat ergo,ardet,oĩa tẽtat,oĩa fit,vt hominem ſuũ faciat.A ſiniſtris vrget ſpiritus Satanæ, perpetuus Chriſti æmulus, vt homini dominetur: Circuit quærens quem deuoret: tantam famem habet huius prædæ:fallit,cogit:vadit, redit,aſſumit ſocios ſemper nequiores, tantũ vt in hoc atrio conſtituat regnum ſuum: Et inter hos ſpiritus ſollicitatores ſtat paupercula Humanitas, vtrinque impetita:a nullo tamen, ſi velit coacta: Miſera, ſi Satanæ ſe ſe tradit, incidit in os Lupi, Tortoris enim peſsimi ſerua fit,cum quo diſpergit oĩa,peccet in tempore, & in æternum damnetur.Fœlix ſi Chriſtũ ſequitur,cum quo colligit, & reponit omnia in verum finem ſuum, & in æternitatem, Cum quo etiam facile à viribus inimici ſe ſe liberat & præualet.Fortis ẽt Satã; Fortior eſt Chriſtus: Miſer eſt Satan,Fœlix eſt Chriſtus: ratione igitur & nobilitatis

Pſal. 8.

ſitatis, & vtilitatis Regnum Chriſti præferre debemus. Quales faciat homines ſuos, in regno ſuo ſatanas: quales in ſuo Chriſtus, Euangelica docet hyſtoria: Cur etiam vterque laboret, & quibus viribus: Noſtrũ erit audire: & de nobis poſtea deliberare, cuius eſſe velimus, vtriuſque, non poſſumus.

Erat Ieſus eijciens Dęmoniũ &c. Grauiſſima hiſtoria eſt, quæ hominem ſic ſtatuit inter manus Satanæ, & Chriſti, atque vtriusque regni fortunam abundè narrat: magna cum Chriſti gloria, magna & cum hominis fœlicitate. Habet hiſtoria partes tres: Prima narrat factum Chriſti egregium, quo hominem liberat è manu Satanæ, & quidē magna cũ maieſtate: Secũda narrat multiplex de facto iudiciũ: Tertia addit illuſtrē facti defenſionē: Sũma eſt Regnum Chriſti, & maximum & fęliciſſimum eſſe.

Factum mirabile eſt, ac mirabilibus verbis exprimitur hic. Erat Ieſus eijciens Dæmonium, Et illud erat mutum. Ergo & ſurdũ addit Chryſ. Et cœcum addit Matt. vtcunq; autē ſit, Dæmon in ſeipſo cęcus in tenebris, ſurdus, impęnitens: mutus ad petendam veniam. induratum cor eius. inquit Iob. quaſi lapis, & quaſi incus. Hic tamen dicit̃ mutus, cęcus, & ſurdus, quia miſerum hominē ſuum, in regno ſuo receptum; crudelis tyrannus talem facit. A principio dũ vtrinque ſollicitatur, liber eſt homo; inter ignē & aquam. vtriq; certe; Deo, & Mammonæ ſeruire nequit: ſed tamē animam ſuam in manu habet: quod ſi tunc à ſatana ſe auertit, occidit hoſtem dum paruulus eſt: habet cor nobile, bene inclinatũ: Habet Dei gratiam inſpirantem, habet Angelum bonum auxiliantem, facile pręualet, & terga vertit inſidianti, ſic enim ſe expedit ab eo: Quòd ſi aures adhibet Syrenæ; aperitq; tētanti feneſtras ſensuum, tũ ille intrat in atrium cordis, ſecumq; inducit mortem animę peccatum: ingreſſus diſſipat: tollit virtutes gratuitas, debilitat naturales, & in his fracturis collocat ſedem ſuam. Ne vero mors exeat; curat claudere feneſtras: excecat oculos, obdurat aures: īpedit os; ligat manus, cor alienat ſicque miſer homo remanet quaſi truncum inutile: Durum certè ſpectaculum, cernere tam nobilem creaturam, ſic vndique laqueis diaboli irretitam, mutam, cœcam, ſurdam, ſine corde: ſine iudicio, viuere tantum, vt à Satana domino ſuo pellitur, ſine vlla diſtinctione locorum, temporũ perſonarum; Tantum, quia ſic ducitur quaſi bos ad macellum à tyranno cui ſeſe tradidit. Et in his laqueis ſtat, durat, ſeneſcit: & nō curat; quia ſeruit ſic Domino ſuo; Et in hac dura ſeruitute etiam vt Iſrael in Aegypto, fruitur cœpis, & alijs Dęmonis cum gaudio: quia ſeruit Domino ſuo. Et ab hac dura, & miſera ſeruitute ſeſe excutere nullo modo poteſt, niſi fortior veniat, qui fortem hunc armatum deijciat: Et nullus eſt Satana fortior niſi Chriſtus, quare hic vnus poteſt ſuccurrere. Poteſt, & vult, modo nos regnum eius patiamur; Tale truncum ineptiſſimum inuenit hodie, & ecce quanta virtute eripit, & reſtituit. Erat Ieſus Eijciens, Duo ſunt hic notanda primum, opus quod facit. Secundum, qua maieſtate facit: Opus eſt maximum, quod dęmonium eijcit. Et inquit. Erat. q.d. Hoc opus Chriſti (vt Io.) vt diſſoluat opus Diaboli ſic lux tenebras pellit; ſic regnum regno eijcitur. Nil magis ardet Chri-

Iob. 45.

ſtus, quàm dęmonem, ex regno indebito pellere. hoc perpetuo molit, ita in omnibus ſibi inuicem aduerſantur. Introitus Chriſti in mũdum, egreſſio Satanæ eſt. Incarnatio Chriſti, Muſcipula Satanę. Natiuitas Chriſti, mors Satanæ, Circũciſio Chriſti, frenum Satanæ. Baptiſmus Chriſti, naufragium Satanæ. Ieiuniũ Chriſti, cõfuſio Satanæ. Vox Chriſti, tremor Satanæ. Opus Chriſti, diſſolutio Satanæ: Crux Chriſti, flagellum Satanæ. Mors Chriſti, ſepulchrum Satanæ. Reſurrectio Chriſti, perditio Satanę Triumphus Chriſti, ignominia Satanæ. Aſcenſio Chriſti, præcipitium Satanæ. Iudicium Chriſti, æterna damnatio ſatanæ: ſic totus eſt Chriſtus in repellendo Satana. Et inquit. Eijciẽs. quaſi in poteſtate, & dominio, tanquam fortior. Ex hoc enim probat ſe dominum eſſe, nõ modo hominis, ſed & domini, cui homo ſeruit. Alio qui nulla poteſtas eſt, quæ compare tur ei. Michael ipſe Archangelus prę liator egregius, non potuit (vt obſeruat Iudas) ſua virtute deijcere. Iõ dicit. Increpet in te Deus Satan: Diuina ipſa virtus Chriſti hoc poteſt. Ideo apud Matth. De eo quem diſci puli liberare non poterant. Afferte huc illum ad me. q. d. ad Dominum; Et increpauit illũ. & exijt ab eo. Surde & mute ſpiritus. Ego præcipio ti bi, exi ab eo, & ne amplius introeas in eum. Merito itaque turbæ mirantur. In poteſtate ſpiritibus immũdis imperat & obediunt ei? petant Apoſtoli cur nos non potuimus eijcere. Reſpon. propter incredulitatem veſtram. Hoc poteſt ſpiritus Chriſti, ẽt in ſeruis Chriſti, virtute illius verbi: Ecce poteſtatem do vobis calcandi ſerpentes. Paulus in Macedonia puellam patientem Pyphonem his verbis liberat. præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea. Ita imperat Antonius: ita Paulus, ita Baſilius cogit reddere ſcriptum. Ita Margarita; ſternere ſuperbe Dæmon ſub pedibus virginis.

Matth. 17. Marc. 1. Marc. 9.

Et loquutus eſt mutus. Argumentum virtutis præualentis, quòd fortior ſuperuenit, quòd arma Dæmonis diripiuntur, vincula ſoluũtur. vbi mutus non loquitur, ſurdus non audit, mores nõ mutantur. virtus Chriſti non eſt, fictio eſt. Illuſio eſt, ſacramentum ſumitur, non res ſacramẽti. Eratis aliquando tenebræ, nunc lux, ergo vt filij lucis ambulate. fructus lucis in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate, Deus non irridetur. opus Chriſti, Chriſti virtutem teſtatur. Opus eſt illuſtriſſimum. Eph. 5.

Secundo. Varia tamen recipit iudicia, quod erat Secundo conſiderandum; Primò è cœlis reſpicit Deus, reſpiciunt Angeli, hominem ſic reſtitutum. Gaudium eſt in cœlo, ſuper peccatore pœnitentiam agente: Gaudium hoc cœli expreſſit Chriſtus, Tribus integris parabolis, maximè de prodigo illo reuerſo, quem veniẽtem pater excepit oſculo, & complexus eſt, quem dicentem, nõ ſuſtinuit Cito proferte ſtolam primam, indui te illum &c. Manducemus, & epulemur &c. Ita gaudent omnia ſuper homine reſtituto. Secundò, in terris turbæ ſimplices mirantur factum. d. Nũquid hic eſt filius Dauid? Vtilis eſt hæc admiratio, quia parit attentionẽ attentio intelligentiam, intelligentia guſtum, & guſtus obedientiam. Tertio. Perfectiores, opus intelligũt, Diuinum agnoſcunt, atque ideo etiam inuiti in laudem factoris prorũpunt Beatus venter qui te portauit. Maior eſt Deus corde noſtro, nõ capit in cor-

Luc. 15.

Luc. 15.

in corde.Credidi, propter quod lo-
Pſal. 114. cutus ſum. Venter meus, inquit Iob,
Iob. 32. quaſi muſtum abſq; ſpiraculo, quod
lagunculas nouas diſrumpit, quicqd
mundus dicat.taceri non poteſt. Et
ipſos Dæmones, quandoque cogit
Chriſti spiritus, vt eum glorificent.
Marc. 1. Quid tibi, & nobis Ieſu Nazarene?
Homines iſti annuntiant vobis viam
ſalutis &c.Quartò. Habet & Satanas
ſuam ſcholam,in qua ſunt viri excel-
lentes. ſpecificat Matthæus. quòd
ſunt Pariſei.addit Marcus. quòd
venerant ab Hyerosolymis id eſt, à
ſũma Sinagoga. Viri hi docti,& ſan
cti, obſeruant opus Chriſti, & poſt
multa,in hanc deueniunt concluſio-
nem. In Belzebub principe Dæmo-
niorum Dęmonia eijcit,verbum gra
uiſsimum,ſuper facto illuſtriſsimo,à
ſapientiſsimis viris prolatum. Quare
& meritò iudicat Chriſtus verbum
hoc expendendum:Audiamus quam
ſœcundus,& quam potens, non mi-
nus verbo,quam opere,eſt hic Chri-
ſtus.

In Belzebub principe Dæmonio-
rum, Dæmonia eijcit: Sententia Sa-
traparum eſt,duo ſupponẽtes, vt fun
damenta eius rectè intelligantur. Pri
mum, ꝙ inter Dæmones ſunt maio
res,& minores,vt inter Angelos,Alij
illuminantur,alij illuminant. Secun-
dum,quòd inter Dæmones rixa, &
contentio eſt, qua vnus alium pellit:
ita olim fabulata gentilitas de Satur-
no,& Ioue,Marte,& Vulcano: Iuno
ne & Venere:Ex his concludũt opus
Chriſti Satanicum eſſe: ipſumque
Magum.

Tertiò,Audit omnia Chriſtus, vt
cunque hypocritæ intra ſe muſsitẽt,
non enim audent tantum opus corã
turbis damnare.Vtque ſimul,& eorũ
malitiam retegat: & facti ſui reddat
rationem,tanquam excellentis.Qua-
tuor inculcat argumẽta, quibus egre
gie,& opus,& authorem vindicat ab
iniuria hypocritarũ. Primò probat:
quòd opus hoc non eſt Satanæ, nec
eſſe poteſt. Secundò,quòd opus eſt
ſuum,& ſua virtute factum. Tertiò,
quod virtus iſta talia faciens, Diuina
eſt. Quartò,quòd nil commune ha-
bet cum Satana.

De Primò.Oẽ regnum in ſe diui-
ſum deſolabiť. Vnitas eſt fons rerũ.
vnio eſt robur & cõſeruatio. Vel er-
go Satanas deſpicit regnũ ſuũ: vel in
ſuo regno,vt prudẽs non habet rixas
Re vera ſimul ſe iuuant Dęmones:
maxime in duobus: Primò in obſcu-
rãda Dei gloria ex ſuperbia;Secundo
in quærendo ruinam hominis,ex in-
uidia.ſi quando videntur ſimul pug-
nare:caue tibi,ſimulant rixas, ad tuũ
interitum.Satanas quidem Satanam
eijcit.ſed ſemper remanet peior.Cę-
pit in Saxonia Satã pulſare Satanam,
ignorãtiã verbi Dei.ſed remãſit Satã
pfidiæ.Ita apud nos ſæpe dęmõ ſup-
ſtitionis eijcit Dæmonẽ ignorantiæ:
& deducit ad idololatriã.In mulieri-
bꝰ ſępe Dæmõ ambitionis pellit Dæ
monẽ auaritię&c.Totũ diſsidiũ facit
pro regno Satanæ, quia ſimulatũ eſt:
alioqui caderet. Nõ igiť hoc opus Sa
tanæ eſt, quia verum eſt: vereque ab
homine expellitur.Cuius ergo?

De Secũdò, probat quòd ſuum
eſt,& ſua virtue factũ. Si ego in Bel-
zebub. eijc.dæm. Filij veſtri in quo
eijciũt?Quod eijciant cernitis.Petite
in qua virtute: Certo cõſtabit, quòd
in nomine meo:Ita illi. Domine etiã Luc. 9.
& Dęmonia in nomine tuo ſubijciũ- Act. 19.
tur nobis,ſed.&alieni.ita lu.Domine
vidimus,quẽdam in no.tuo eijcientẽ
Dæmonia:Et act.erãt Corinthi ex-
orcizãtes,in nomine Ieſu, quem prę

dicat Paulus,ſi ergo ſimiles effectus arguunt ſimiles cauſas :filij veſtri in nomine meo eijciunt Cur ergo non Ipſi iudices veſtri erunt . Qui ſcire vult virtutem ſpiritus Chriſti, petat ab expertis.Illi narrabunt,in qua virtute iniurias remittunt, pompas dimittunt,aduerſa tam alte ferant &c. Iſti poſſunt de virtute Chriſti iudicare:& mundi vanitates arguere .quòd virtus Chriſti eſt.quæ autem , qualis vt ſit virtus iſta.

De Tertiò . Si in no.meo eijcio . Dei eſt hic . Nulla enim niſi Dei eſt virtus Maior virtute Satanæ:Digitus Dei eſt hic, non dicit brachium , vel manus.non.n.Deus excrit hic totam potẽtiam ſuam,alioqui ſtatim annihilaret Satanam,& regnum eius, ſed digitũ,id eſt tantum quantum ad eius gloriam facit.minimum eſt hoc Dei potentiæ , vt Satanam pellat è regno ſuo indebito,Ergo puenit in vos regnũ Dei;Argumẽta iſta ſunt Diuini motus : caro & ſanguis iſta non poteſt.Diuina eſt vis,& conſolatio,q̃ innouat, quæ mũdum redimit è manu Satanæ,tanquam hoſtis ſui perpetui.

De Quartò, quòd virtus iſta cum Satana nil commune habeat :Qui nõ eſt,qui nõ colligit mecum,diſpergit: itaque vanum eſt opera Chriſti tribuere Satanæ.Vanum etiam putare , quòd vtrique ſeruiri poſsit:quæ conuẽtio Chriſti ad Belial ? Diſpergit Satan,diſſoluitq́ue ſenſum à virtute,Intellectum à fide, Memoriam , à ſpe , Affectum à charitate,Colligit Chriſtus & vnit tempora in æternitatem : Actiones in iuſtitiam, Paſſiones in virtutẽ: operationes , in fidem:commoda in ſpem . Amores omnes in charitatem . Nihil commune habet
1.Reg.39 cum Satana.Vſque quo igitur inquit Elya , claudicatis vtroque pede?ſi Dominus eſt Baal,ſequimini illum ; cum illo peccabitis : cũ illo peribitis Si Dominus eſt Chriſtus, ſequimini illum.Cum illo viuetis hic per Dei gratiam,in cœlo per gloriam.Amen.

Habita Neapoli . 1569.

FERIA SECVNDA DOMINICAE TERTIAE In Quadrageſima.

DVrum videtur multis chriſtianorum, quòd cum nos ſimus vera illa Chriſti eccleſia , quam acquiſiuit ſanguine ſuo, lauit,repleuit ſpiritu ſuo , quã hæredem reliq̃t nominis ſui,corporis ſanguinis , ſpiritus ſui, virtutis ſuæ vſque ad conſummationẽ ſeculi . Cui & illa promiſit.In no.meo Dæmonia eijcient &c.Dicetis Monti huic , tolle te &c. Marc. 16.
Nihil horũ in nobis videamus:imo , nec communia virtutis argumenta : Matt. 17.
ſed vix frigidam quandam fidei formam,& cerimoniam.Auget querelam quòd in patribus noſtris per 700.annos,& amplius , ea verificata audiuimus,& nunc narrant in Indijs mundi noui,vbi nuper receptum eſt euangelium,eadem contingere.Tam largus eſt alijs Chriſtus : Tam parcus pacus nobis? Similem querelam adducunt Iudæi ſuper Meſsia : Promiſerant illis Prophetæ per Meſsiam bona omnia:In diebus illis ſaluabitur Iuda;Iſrael habitabit confidenter tã tam lucem , quòd non egerent ſole, & luna ; tantã pacem quòd habitarẽt ſimul lupus & Agnus, Pardus &Leo tantam affluentiam , quòd ferrum

ver-

vertet in argētum, argētum in aurū, venit Chriſtus Meſsias: gentibus attulit lucem, pacem, bona omnia: Iudæi exciſi ſunt. Ita quòd ſolæ reliqę, ex tanta gente, ſaluæ factæ ſunt. Ita & hodie in euāgelio. Dolent ciues Nazaretani. d. Quanta aud. fa. in Capharnaum, fac & hic in patria tua: Querela dolentiſsima eſt: videtur etiam iuſta; Charitas enim incipit à proximioribus. Videamus quomodo illis ſatiſfacit Chriſtus: forte enim eadem ratione poterimus & Iudaiſmo, & nobis ipſis reſpondere.

Fac & hic in Patria tua. Dolentiſſima eſt querela: Ita quòd D. Paulus proponēs ſuam ſuper Iudaiſmo ſuo, ad Ro. ſic inducit. Triſtitia mihi magna eſt, & dolor continuus cordi meo. Cur ita? ſuper fratribus meis ſecundum carnem: quorum adoptio filiorum gloria, legiſlatio, teſtamēta, promiſſa, patres, Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem: veritatem dico, non mentior &c. Quid ergo? vbi promiſſa? Statuit fundamentum. Nō quòd exciderit verbum Dei: nunqd reppulit plebem ſuam? Num pœnituit promiſſorum? Minime. Nam & ego Iſraelita ſum. Quid ergo Iſrael ſic deſtituitur? Et diminutio eius diuitiæ ſunt gentium? Reſpondit. Cui facta ſunt promiſſa? Iſraeli, ſemini Abrahæ. At non omnes qui ex circūciſione ſunt Iſrael, ij ſunt Iſraelitæ. Neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij. ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen, exponit ſo id eſt. Non qui filij carnis, ij filij Dei: ſed qui promiſsionis. Locus Iere. In diebus illis ſaluabitur Iuda: exponitur à Ra. Moi. Nadarſat: de confitentibus inquiens Redēptor non erit acceptator perſonarū. omnes confitentes ſaluabit. Promiſſio facta eſt fidei: quare ad Galat. qui ex fide ſunt benedicentur cum fideli Abraam: Iſmaeli quoque factæ ſunt promiſsiones quædam, quòd duodecim duces egrederentur ex eo. Pactū autem meum ſuper Iſaac. in ſemine, non in ſeminibus. Summa eſt, quòd promiſſa Dei non ſunt abſoluta & indifferentia. ſic enim eſſent immutabilia, ſed ſunt facta credentibus. Ita ſi audieritis vocem meam eritis mihi in peculium. Ita in Deut. ſi audieritis vocem Domini Dei tui, Benedictus eris ingrediens, & egrediens &c. His iactis. venit in plenitudine temporis verbum Dei, & vocē aſſumit, homo factum. vox probatur à Patre. d. Ipſū audite, probant cœli, terræ, Angeli, Demones: intrat in Sinagogam iſtā, quæ hodie tantum cōqueritur in Nazareth. ſumit librum, aperit Eſa. Spiritus domini ſuper me, eo quòd vnxit me &c. Plicato libro, aperte exponit Hodie impleta eſt hæc ꝓphetia, &c. ita loquitur, quòd ſtupebant omnes in verbis gratiæ eius. Alij mirabantur vim: quia in poteſtate erat ſermo, nō ſicut cæteri. &c. verbis addit vitam irreprehenſibilem. vt ipſimet Iudæorum ſcriptores Ioſeph, & Philo teſtātur. Et ipſe, quis ex vobis arguit me de peccato? Verbum clarum eſt, quo facit ſe filium Dei, & mundi Magiſtrum. His omnibus addit opera ſtupenda, Diuinitatis teſtimonia ſufficiētiſsima. Tum ex genere operum: quia illa ſunt de quibus, Cœci vidēt &c. quare ipſe diſcipulis. Io. d. euntes renuntiate Ioan. quæ vidiſtis &c. Fabulantur Hebræi in libro de generatione Nazareni, quòd Chriſtus miracula faciebat ex pronuntiatione nominis tetragrammaton, quam didicerat è quodam lapide, qui fuerat ſub arca Dei. quomodo autem nomen Dei fauet iniquitati? Tum ex modo

operandi,ex imperio.Reſpice, ephe ta,Ambula,tibi dico ſurge,obmuteſce.Exi. In poteſtate imperat mari, ventis &c. Tum ex tẽpore, eſt enim illud ipſum,quo Meſſias expectatur, ablato ſceptro è iuda, Inſtante iam fine ſeptuaginta ebdomadarum Danielis,Nam à duodecimo anno Nabuchdo.qui fuit quartus Sedechiæ, qñ egreſſum eſt mandatum, vt reædificaretur Hieruſalem.vſque ad,
Iere.28. 6.annum Darij, quo perfectum eſt templum, currunt anni. 112. Stetit templum,annis 420.ſunt ergo. 532. Deme 42. à morte Chriſti. remanent. 490. omnia quadrant, expo-
Gen.49. nunt Hæbrei locum de Nabucho. ſed non poteſt eſſe, quia poſt eum habuerũt & prĩcipes Zorob. Eſdrã. Hieremiam:& Reges ex Mac. à Io. Hircano Simeonis filio, vſque ad vltimum Antigonum, quem interfecit Herodes Idumeus, ſublatis etiam filijs, & Rabinis, & libris genealogiarum regiarum. Exponunt alij de Ieroboam.ſed tranſlatio chaldæa manifeſtè exponit de Meſſia. Et tamen vocem Dei,tot argumentis probatam in Iſrael, pauci excipiunt, innumeri vero reijciuntur: Quid ergo factum eſt de Iure, vt Dei promiſſa implerentur? Electio eſt conſecuta,inquit Paulus.Electio autem credentium eſt: ita Auguſtinus ad Simplicianum.q.ſecũda, Pauci, electi. qui? Qui vocantem non contempſerunt: Crediderunt Apoſtoli, vocãtem ſecuti ſunt,relictis retibus,& patrẽ,& omnibus. Iſtis promiſſa bona præſtita ſunt; ij enim ſunt Iſraelitæ,& ſemen Abrahæ.Hi pleni ſpiritu Sancto,Hi Domini rerũ,Hi Ioues,& Mercurij;Hi tollunt montes,ſuſcitant mortuos;Hi in vita mirabiles; in morte ſtupendi,poſt mortem, animę glorioſæ: corpora eorum in terris etiam à regibus venerata: An non electio eſt conſecuta? Cæteri vero? Excæcati ſunt, inquit Paulus.Et qui ſunt? Addit ex Rom.11.
pſalmo. occidit. pingues eorum, & Pſalm. 77.
electos impediuit: ſunt ſatrapæ, ſcribæ, Phariſæi. Cur iſti? Non quòd exciderit verbum Dei,cur ergo? quia, Matth. & Marcus. Dum pauperes,& ſimplices, in verbis gratiæ Chriſti ſtupebant: Pingues hi, & electi ſapientes, ſcandalizantur in illo: De doctrina dicebant. Dæmoniũ habet.De operibus.In Beelzebub eijcit Dęmonia.De moribus Eſa.59.
Homo verax,& potator.Merito igitur exciſi ſunt. cur? propter incredulitatem,inquit Paulus.Iniquitates veſtræ diuiſerũt inter vos, & Deum veſtrum,& culpæ veſtræ operuerunt faciem eius à vobis.Ra.Salom.quod non eſtis ſaluati, culpa veſtra fuit: quæ? quia manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt, alludit ad ſanguinẽ Meſſiæ. De Nazaretanis in ſpecie, qui hodie conquerunt. Teſtatur. Ioan. quòd fratres eius non credebant in eum: quare inquiunt Matthæus, & Marcus. Non poterat ibi vllam virtutem facere, ſi non poteſt cur dolent? cur autem non poteſt? quia illi manus ligant: Poteſt omnia vbique abſoluta potẽtia,ordinaria dicit ſi credis poſſum: Non facit ergo in patria,quia non poteſt: non poteſt quia non credunt: Patri Dæmoniaci dicenti, ſi quid potes adiuua nos. d. Chriſtus, ſi potes credere, omnia poſſibilia ſunt. Et hoc commune infortunium prophetarum, quòd Nemo acceptus in patria: Ita Moſes,Ioſeph,Dauid à ſuis ſpretus: ita Elyas coactus ad Sareptanam fugere, quia inter ſuos non habuit

credentes:

credẽtes: Ita Eliſeus leproſum Syrũ ſanat:quia leproſi Iudæorum non ad mittunt eius curam:Ambroſius,voluntatis eſt medicina:non gentis. Magna Dei gratia eſt, ſi ciuitas habet viros ſtrenuos,duces,Medicos,iuriſtas &c.At ſingularis ſi habet prophetas, ſi in clero virtute, & bonitate præſtãtes.Sic ergo ex eadem radice ſoluta eſt querela iudiaſmi,& ciuiũ Chriſti; quòd propter incredulitatem deſerũtur.quid vero prodeſt eos ſic, & verbis claris, & exemplis illuſtribus admonuiſſe?&n quod ſequitur in Euangelio.

Hæc audientes in Sinagoga, repleti ſunt ira: Ita verbum gratię in ſcorpionibus his iram operatur. ita impatientes ſunt remedij. Dicente
Act. 8. Stephano, Diſſecabant cordibus,ſtridebãt dẽtibus,cõtinebãt aures,& ipsũ fecerũt in eũ: ſic phrenetici iſiliũt medico.Et ſurrexerũt;& eiecerũt eũ extra ciuitatẽ,& duxerũt eũ ad ſuperciliũ ciuitatis,& montis,vt præcipitarẽt:minus deliquit Diabolus,qui primũ:Mitte te deorſum.Vide mũdi,& tenebrarũ vanitatẽ.Vide miſerũ fructũ quẽ ex Dei verbo colligũt.Ita ducũt hæretici Chriſtũ ad ſupciliũ ſuperbię ipſorũ,& videntur velle,ex tollere,tranſlationibus,commentis, laudibus Chriſti,gratiæ &c.at cor crudele eſt, vt præcipitent, vt remittant in cenſum immunditiæ ſuæ. Eleuant Chriſtum,præcipitant eccleſiam.eleuant euangelium,præcipitãt ſtatuta, Eleuant meritũ Chriſti, præcipitãt noſtrũ.eleuant confeſsionẽ mentalẽ præcipitãt vocalẽ.Eleuãt paradiſum, præcipitãt purgatoriũ:Ipse aũt tranſiens per mediũ illorũ Ibat.Trãſit ab eis ad ſuũ Capharnaũ.i.ad credentes Tranſit per medium,fuga honorata Ita Loth ſaluus fit per mediam Sodomam.Ita Daniel per medios leones. Ita Petrus p medios milites ceciderũt catenæ: prius fugiunt catenæ,quàm Petrus. Cadẽt à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Trãſiens adhuc, tãgit eorum mediũ cor.ſi reſipiſcant.Ita in medio peccatorũ ſtetit in cruce, vt omnes ad ſe traheret: per medium cor legis, inter præcepta, cerimonias, iudicia inter aras, victimas,ſacerdotia, tranſiuit Chriſtus,per velum templi,per ſancta ſanctorum, per medios latrones,per fauces mortis,& inferni. Tãdem per medium illorum tranſijt vaſtator,& diſsipator.ita Angelus exterminans per medium Aegyptũ;inde per medium exercitum Senacherib. ita anima Chriſti per medium tẽplum:fracto velo,vt diſsiparet,& terminaret: Tribuit cauſam ruinę Iudæorum.quòd non cognouerint tps viſitationis ſuæ.Ra.Moy.in libro iudicum ordinariorum fatetur, quòd Chriſtus nazaren' viſus eſt eſſe Meſſias,& ipſe fuit cauſa vt deſtrueretur Iſrael gladio. Ibat.quo? ad ſuos credentes,ad ſemen Abrahę:Hi ſunt fratres,Pater,& Mater,Qui?Qui faciũt patris volũtatem, caro & ſanguis nõ habet hæreditatem:ſed fides, i regno Chriſti. Ex his & noſtra q̃rela facile tolli poteſt, incredulitas priuat nos Chriſti bonis, Hac enim lege mittit vocem ſuam, & Apoſtolos ſuos.Primum dicite.Pax huic domui. Verbũ pacis eſt,& incipit à læſo. Ita prodigum filium primus pater eſt oſculatus. ſi fuerit ibi filius pacis, pacem ex animo ſuſcipiens, requieſcet ſuper illum pax veſtra, & cum ea bona omnia, Deus.n. noſter eſt Deus pacis.Sin minus,Redibit ad vos Pax. Vos vero ite.ſic enim ibat Chriſtus à ſuis incredulis qua autem receſſus

Luc. 19.

forma?

ce curate ipſum. Et Pau. in quo aliũ iudicas, teipſum condemnas. Secundo culpam fratris, vt non agas ex auditu; ſed certo ſcias, illum erraſſe: Ideo, d. In te. alioqui temere facis, ſcias etiã, culpam eſſe mortalem, non enim veniali culpa perijt. vt hic qui lucrandus eſt: aut venialem vicinam mortali. Tertiò ſcias ingenium, & naturam peccantis; capacem .ſ. diſciplinæ; de quo ſperare aliquid poſſis: quòd ſi præfractus, & impudens eſt. Noli arguere deriſorem &c. Aliter etiam iuuenis, aliter ſenex, aliter ſubditus; aliter prælatus, aliter grauia, aliter leuia. aliter occulta, aliter manifeſta.
Pſal.1 Corripiet me iuſtus in miſericordia. Secundo: Vt in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis corripias, nõ confundens, non traducens, tantum vt ille agnoſcat te ſalutem illius cupere. Quandoque etiam aſper ſis, vinum, & oleum fundas. Tertio, Vt agas ex charitate. Hæc verba, facta, modos dabit, Non enim agit perperam: Non operatur malum, Benigna eſt, patiens eſt &c. In domo
2.Tim.2. Dei magna ſunt vaſa, aurea, & argentea. hæc patiuntur ignem, & malleũ. ſunt alia lignea. hęc malleum, ſed nõ ignẽ. ſunt alia fictilia, hæc neq; malleum, neque ignẽ. Tam varia eſt animarum cura. Quia Deus nos amat, nunquam deſinit curare nos, quia pater, & mater, amat filium, ideo non ceſſat corripere &c. Non dico tibi ſepties ſed 77. &c. Vt ante oculos ſemper habeas magnum hunc fructum, vt fratrem lucreris, & animam Chriſto repares.
1.Cor.9. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucri facerem. De Serapione Abbate legimus, q̃ multis dominis infidelibus ſe ſe vendidit, vt multorum animas lucraretur. De Paulino Epiſcopo Nolano, q̃ ſe ſe vendidit Vandalis, vt puerum, de cuius lapſu dubitabat, redimeret: De Paphnutio Abbate innocentiſsimo, quòd magno cum præiudicio honoris ſui proſtibula frequẽtabat; vt peccatrices lucraretur &c. Tanti refert animam lucrari. ſi potes honore ſaluo: certe debes. quamdiu ſperas illũ corrigere te poſſe. At ſi traduci vult; adhibe duos vel tres, bonæ fidei viros, maturos, pios, amicos, cognatos ſi potes. Si non audit, Dic Eccleſiæ. Magis teneris curare animam illius quam famam: Tantum vt ſperes ex eo lucrũ. Eccleſia corrigit nõ tantum ex charitate, ſed & ex iuſtitia.

Si vero peccauerit ſic in te, quòd contra te egerit, læſeritque te in facultate, honore, perſona: Hic alia adhibenda eſt cura. Nam vrget ad vindictã, ſanguis ſeruet &c. Mores etiam mundi ſas adhibent honoris leges, quibus impellunt vſque ad execrabilia duella: vim vi repellere licet. Ita vndique ſtimulatur homo ad vltionem. Et tamen Chriſtus Dominus eſt omnium iſtorum etiam qui ſic docent, ſcribunt, viuunt, iudex eorum, cui velint, nolint, de omnibus rationem dabunt, iubet Chriſtus aliter, verbis addit exempla manſuetudinis in ſummo dolore, dum in cruce penderet. Ignoſce illis. Addit & exempla ſuorum, Stephani. D. Pauli: omnium quotquot in eius ſchola verſati cum laude ſunt, ita vt ſummum opus arbitrati ſint remiſsionem Iniuriarum. Addit, & regulam vrgentiſsimam. Dimittetur &c. Quid igitur tandem agendum vbi ſic frater in me immeritum peccauerit? Duo hic potiſsimũ ſunt tractanda. Alterum eſt, vt lucreris teipſum, alterum eſt, vt fratrem in te ſic peccantem. Teipſum inquam.

Vt

amans eſt. Reſpicit enim ad animæ lucrum quam percutit vt recuperet. Ita Paulus, de Corinthio illo ſuo. Tradidi eum Satanæ in interitum carnis; vt ſpiritus ſaluus fiat, quam primum reſipiſcat, paratus eſt eccleſiæ gremius ad ſuſcipiendum. Sic itaque huc deducuntur omnia in vtraque cura; vt fratrem errantem corripias, corripiendo moneas, monitum lucreris in Domino. Amen.

FERIA QVARTA DOMINICA TERTIA In Quadrageſima.

Omnis plantatio quam non plantauit pater meus eradicabitur.

OCuli Domini Dei noſtri puriſsimi, & caſtiſsimi, non niſi munda conſpiciunt; vt ſunt vero oculi ſpiritus & ſpirituales: tales etiam quærunt, & amant ſpiritus puritates: Gen.4. alioqui picturas carnis non probant. Ibi enim potiſsimum reſpicit Deus, vbi in nobis ſua imago eſt: Ita à principio reſpexit Deus ad Abel, Heb.11. & ad muneria eius, non ad Chaim: Rationem dat Paulus, quòd fide vberiorē hoſtiam obtulit. Fides autem ex hoc Act.15. vbertatem dat; quoniam (vt Petrus ait) purificat cor. Et hæc illa prima victima eſt, in cuius puritate Deus dele- Eſa.1. ctatur: Ita vbi expreſsiſſet per Eſaiam lauamini, & mundi eſtote. ſpecificauit genus lotionis quam exigebat. d. laua à malitia cor tuum. Hoc idem tractabat D.N.Ieſus apud Phariſæos ſui temporis, accuratiſsimos puritatis Luc.11. profeſſores. ecce Phariſæe munda prius quod intus eſt, deinde quod foris: Reuerendi autem illi tam occupati, & impliciti erant in curanda mundi tie externa, in purificandis, inquit Marcus, vaſis, vrceolis, ſcamnis, pannis, manibus; quòd de corde mundando tempus non ſuppetebat. Fundamentum autem rei tetigit Chriſtus. d. omnia faciunt, vt videantur ab hominibus, & honorentur. Mundus non videt cor, ſed tantum quæ foris ſunt. Qui ergo mundo ſeruiunt, & ab eo mercedem expectant: conſulto faciunt, ſi de intrinſecis parum; de extrinſecis multum ſunt curioſi. Hac etenim externa obſeruantia, & puritate Phariſæi, ante oculos mundi tātū laudis, & opinionis aſſecuti ſunt, quòd non modò puri, & mundi ſunt ipſi habiti: ſed facti cenſores alienæ puritatis. Et hac cenſoria authoritate fungentes, ſeuereque omnia circunſpectantes: Ecce hodie in Chriſti familia maxime offenduntur ſuper impuritate & immunditia quadam Apoſtolorum. Et de hac re in euangelio conqueruntur apud Magiſtrū. Non poteſt autem non eſſe grauis querela, quando iſti, ſunt Phariſæi, & ſcribæ ideſt viri Religione, & eruditione clariſsimi, & veniunt ab Hieroſolymis, ideſt à Synagoga primaria. Et vere tanti momenti eſt, ꝙ ſuper hac Chriſtus hodie, magna habet negocia. Primò cum Phariſæis, & ſcribis. Hos autem reijcit, & ſpernit vt malignos. Secundò, cum turbis. Has docet, ſed in parabolis vt incapaces: Tertio, cum Apoſtolis. Hos inſtruit, vt capaces. Materia eſt, de qua tractatur, in qua hominis parte conſiſtat ea munditia, & puritas quam Dei oculi reſpiciunt.

Primò De Primo negocio. Ad ſunt Domini Phariſæi, & conquerūtur ſic. Quare Diſcipuli tui &c. Quid mouet, torquetue hos ſanctos? En;

Non lauant manus &c. Ita ne licet præcepta maiorum ſpernere? Et in his ſordibus Deo puriſsimo ſeruire? Et vocant diſcipulos.vt tacite Magiſtrum ſugillent. Iudæi lauant manus ideſt opera. Chriſtus lauat diſcipulorum pedes ideſt affectus, de manibus parum curat. Remigius Apoſtoli lauabant manus ordinaria politia, non illa extra ordinaria,& affectata phariſeorum. (Chryſoſtomus.) Apoſtoli propter regnum Dei deſpiciebant menſas,& cibos, quid ſi deſpicerent ablutiones? Quid vero ad hæc Magiſter? Clauum clauo retorquet. Quare & vos o mundi Arbitri: tranſgredimini, mandatum Dei. At vero hoc grauius eſt. propter traditiones veſtras? Quis vero credat ita eſſe? Phariſæos tranſgredi mandatum Dei? quam aliud ingerunt auribus, quam Dei mandata. Probat Chriſtus; & in mandato grauiſsimo, quod primum eſt in tota ſecunda, legis tabula; de honore parentum: quod Phariſæi lacerant,& trãſgrediũtur per eorũ traditiones. Hic aũt locus ille eſt, vnde tanquã ex altiſsima rupe, omniũ temporum hæretici conati ſunt, traditiones oẽs eccleſiaſticas deturbare. Atque hoc conſilio, quòd ſublata traditione, & diſciplina eccleſiaſtica, quæ ſepes eſt vineæ; Iam liberum cuique eſt in verbo luxuriari: atque hinc prodiere tot hæreſum monſtra omnium temporum; quibus & hæretici aduerſus hæreticos,& ſæpe aduerſus ſemetipſos, varia ſunt opinati. Cum tamen omnes protfieãtur Dei verbum, ſed ſublata diſciplina,& traditione Eccleſiaſtica; quomodo ex ſolo verbo poterunt quæſtiones incidentes terminari? Imo quomodo poterimus de ipſomet verbo, num legitimum ſit, certiores fieri? Dubitatum olim de euangelio Petri. Reſpuit ſerapion Archiepiſcopus Antiochenus (vt narrat Euſeb. lib. 6. hiſt. eccleſia. capit. 10.) dicens. Iſta non ſunt nobis tradita. Dubitatum tempore Origenis de epiſtola ad Hebræos num Pauli eſſet. Soluit Origenes. d. Patres ita ſenſerunt. Dubitatũ tempore Cypriani de Anabaptiſmo, Tandem ſe & concluſionem ſuam corrigit in ſerra. de ablutione pedũ, monitus à Stephano Papa, & ait: Baptiſmũ repeti eccleſiaſticæ prohibet regulæ. Traditio eſt, inquit Chryſoſtomus, nihil vltra requiras, quin & hæretici noſtri in præfatione confeſſionis VVirterbergenſis faſsi ſunt: Quod dilucidatio ſcripturarũ, q̃ ſint catholicæ; vel non, pendet ex iudicio eccleſiæ. De quo & D. Auguſtinus Euãgelio nõ crederẽ &c. Cum itaq; de traditionibus eſt ſermo; obſerua ꝙ duplex eſt traditionũ genus. Aliæ ſunt expreſſæ, vel ſaltem impreſſę in verbo domini, & hæ iuuant verbum Rom. 13. tales ſunt eccleſiaſticæ. Iubet verbũ ieiunari, Traditio dat modum, tẽpus &c. Iubet verbũ confiteri, Traditio Matt. 17. tempus &c. De his Chriſtus. Hæc oportuit facere & illa non omittere. Aliæ ſunt quę nec impreſſę ſunt verbo; ſed opponuntur. Taxat Paulus Iudæos, ꝙ ignorãtes Dei iuſtitiã, ſuã volũt ſtatuere. Tales ſunt hæreticorum, quę libertatem carnis nutriunt & obedientiam tollunt. Tales erant Phariſæorum; de quibus Chriſtus. Cauete vobis à fermento Phariſæorũ. Et hodie, irritum feciſtis &c. Ne intelligas autẽ Dominos Phariſæos ſic apertè irritaſſe mandatum de honore parentum, vt palam docuerint filios rebellare parentibus. Non ita agũt Phariſæi: Fures ſunt, & latrones ſed rapiunt è ſpelunca: ſpelunca eſt

hypocriſis, & religio ſimulata, ſub cuius prætextu &c. quomodo? Docēt honorādos eſſe parentes: ſed quē libet duos habere patres (. Ita .d. Hieronymus,)vnum in cœlis Deum: alium interris hominem.Ita duas matres.Vnam ſpiritus Sinagogā .Aliam carnis &c. Debere filios vtcunque honorare.Ita tamen,quòd prius deū & Sinagogam . Et ex hac ſpelunca rapiunt auariſsimi quicquid filij impendere patribus debuiſſent honoris.Honor enim, quem exigit lex à filijs, erga parentes, quatuor in ſe complectitur.Primo amorem;vt fili⁹ amet patrem, & matrē,è cuius vita viuit:quid enim guſtet pater à filio, ſi amor deſit? Secundo . reuerentiam tanquam Dei imaginem: nihil enim ſublimius, aut nobilius habet domi filius quam parentes. Tertio, obedientiam, vt eius voluntatem impleat, quis enim vtiliora doceat quā Pater?Quartò ſolatiū, & ſubſidium quæ religio tantum;prçualet, quòd tenetur filius eam præſtare, etiam cū defectu perfectionis propriç: vt ſi in ſpiratur ad religionē, Tenetur prius ſuccurrere neceſsitatibus pārentum. Has honoris paterni cōditiones maximè quartam,& violant, irritantque Phariſæi è ſua ſpelunca; docentes filios,vt egentibus patribus, dicāt,Munus quodcūque eſt ex me tibi proderit &c. ſi enim fit,quòd abundat Mater ſpiritus Sinagoga: alget verò & eget Mater carnis: Hypocritæ en iam è ſpelūca educunturlatrones, vulpes è fouea, bene prophetauit de nobis Eſa.Populus hic la.me hon.Cor autē longè eſt à me:quantum diſtat? Ab amore Dei, ad amorem proprium. Duo amores,inquit D. Auguſtinus, duas fecerunt ciuitates &c. Vſque in Dei obliuiōnem, qua nihil eſt à Deo remotius.Sic ergo conuicti ſunt Domini zelatores,quòd de munditie externa curioſi, Internam polluunt, & prætereūt.quare indigni ſunt qui ſuper adhibita querela audiantur.

Secundò . Et tamen adducere inconueniens non eſt,ſoluere . Dubiū magni momēti eſt. In qua re ſcilicet conſiſtat hominis puritas:Dilucidandum igitur eſt:quare præteritis Phariſæis, ſeſe vertit Chriſtus ad turbas, & ait . Audite,& intelligite. Solutio quæſtionis duas continet concluſiones.Prima negatiua . Quod intrat in os non coinquinat.Secunda Affirmatiua:quod exit ab homine, coinquinat hominem.Et quoniam ſermo parabolicus eſt,& myſterium continet; ideo clamat qui habet aures audiēdi audiat. Et ita expedit ſecundum negocium, quod habet cum ſimplicitate quaſi incapace.

Tertiò.Vbi verò domum ſe contulit,inquit Marcus, (Accedentes diſcipuli , dixerunt. Scis quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? fortaſſe & ipſimet diſcipuli non ſunt ſine ſcandalo.ſunt enim Hebræi, diſcipuli Moyſis,qui expreſsè vetuit cōmunitatem ciborum: quomodo igitur verum eſſe poteſt:quòd,Quod intrat in os non coinquinet? An ſi Hebræus comedit porcum,non eſt immundus? Ad hoc Chriſtus . De Phariſæis dicit. Sinite illos, Cœci ſunt, & duces cœcorum. Sic igitur leue eſt tantos viros ſcandalizaſſe? Sic parum refert conſcientias fratrum offendere? quid ergo alibi: Væ homini per quem ſcandalum veniet? De ſcādalo reſpondeo p̄ tres diſtinctiones,& quatuor concluſiones.Diſtinctio prima. Scandalum aliud eſt fidei, quo vel falſa docentur,vel vera tacentur. Aliud vitæ eſt.

Diſtinctio ſecunda, ſcandalum vitæ, aliud eſt circa præcepta Dei, vel ecclesiæ cui homo tenetur obedire, aliud circa indifferentia vel conſilia, vt bibere aquam, aut vinum, comedere carnes, aut piſces, caſte viuere &c. Diſtinctio Tertia, ſcandalum circa indifferētia, vel eſt corā ſimplicibus, de quorum cōuerſione, & lucro ſperari poteſt; vel eſt corā malignis, per uicacibus: de quibus nulla ſpes. His ſtantibus pono quatuor concluſiones. Prima. Scandalum fidei ſemper vitandum eſt, qui me negauerit corā hominibus, negabo eum coram patre meo Et ſi Angelus è cœlo euangelizauerit &c. Secunda, Scandalum obedientiæ neceſſariæ, ſemper vitandum eſt; non enim debeo pluris facere ædificationem tuam, quam animam meam. Tertia. Scandalum circa indifferentia, & etiam circa cōſilia quæ ſunt perfectionis, coram ſimplicibus vitandum eſt, ſi ſpes eſt lucri, omnia licent non omnia expediunt. Ad tempus tamen, donec ſimplices erudiri poſſint, non vltra. Si eſca ſcandalizat fratrem, non manducabo carnes &c. propter hoc circuncisus eſt Timotheus; Quarta. Scandalum circa indifferentia vitandum non eſt coram malignis. Ita ad
Gal. 2. Gal. dicit Paulus, ſed neque Titus eſt circunciſus, propter falſos fratres, qui ſubintroierant explorare &c. Nunc ad rem. Tales habet Chriſtus auditores Phariſæos, de quibus nil boni ſperat. Ideo dicit. Sinite Illos, oh tantæ authoritatis ſunt. Nihil eſt. Agere de re pertinente ad vitam non ad fidem. item de re indifferenti, non neceſſaria. Omnis plantatio, quam nō plantauit pater. eradic. cito areſcet. Verbū aūt hoc Chriſti miræ latitudinis eſt. Quo primum, iudicium fit commentis Phariſæorum, quibus ſic Dei legem corrumpunt, & populum ſeducunt: Deinde de commentis hæreticorum omnium temporum, vtcunque di latent ſolia, quando non ſunt ex patre, certe eradicabuntur. eradicata ſunt quotquot præteritis ſeculis plantata ſunt, ergo & noſtra hæc vtcunque in dies augeantur. Peracto concilio Niceno, Ita conatus eſt Satanas firmare radices Arianæ impietatis: ſeduxit imperatorem ipſum filium Conſtantini Magni, infinitas eccleſias corrupit; ſentiebat. n. quantum mali ſibi i mminebat ex eo concilio. Idem molitur nunc, quando poſt concilium Tridentinum ſentit, cernitque iam quantum ex eo fructū Chriſti Eccleſia captura eſt. omnia mouet. &c. ſed omnis plantatio &c. Non eradicabitur ſedes Apoſtolica, quia plantatio Dei eſt lapis ille qui proſtrauit, apud Danielem, quartam Monarchiam ferream Romanorum. Eodem & verbo quaſi regula iudicari poſſunt vanitates mundi, quæ quotidie pullulant, omnis plantatio &c.

Sed Petrus angitur ſuper ijs Chriſti concluſionibus, cupitque omnino inſtrui, quare propius accedens rogat. Ediſſere nobis parabolam iſtam. q. d. Nobis enim, non minus, quam Phariſæis iſta manducandi communitas, & libertas, negocium & ſcrupulum facit. Tum Chriſtus. Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? ſic & vos facile commouemini, & non cogitatis quam planæ ſint cōcluſiones meæ? Neſcitus, quòd Dei oculi mundi ſunt, & caſti? quod munda conſpiciunt? Quòd ſunt ſpirituales? Quòd munditiē à ſpiritu quaſi à centro iudicant? Quod igitur

ea

ea coinquinant hominem, quæ polluunt cor & econtra? Nunc expendi te cóclusiones. Prima erat. Quod intrat in os, nõ coinquinat. Ratio eſt, quia nõ intrat cor, ſed ab ore ad ſtomachum, à ſtomaco ad ſeceſſum vadit: quomodo polluit hominem, ſi non cor, quomodo polluit cor ſi nõ tangit? Secunda erat, quod exit ab homine, polluit. i. pollutum reddit coram oculis Dei, quæ autẽ ſunt iſta Multa de quibus Domini Phariſęi non curant. Malę cogitationes, rapinę, cędes, odia &c. hęc, hęc polluũt hæc turbant oculos Dei: quid vero ſequitur ex his? Primum, quòd querela Phariſæorum contra diſcipulos Chriſti iniqua eſt: Non enim ideo pollui poſſunt diſcipuli, quòd non lauant manus &c. Secũdum, quòd querela hæreticorum noſtrorum, qui ſuper delectu ciborũ diſcipulos Chriſti, & eccleſiæ Romanæ arguunt, iniqua eſt. Non enim poſſunt delectum hunc præterire ſine immunditia. Ratio eſt, quoniam vt dicit Paulus omnia munda mundis. Coinquinatis nihil eſt mundum, coinquinati non ſunt cibi, neque ideo inquinãt, quòd mala ſit eorum natura. hoc à Manicheis, non à Romanis dicitur. ſed polluunt pollutos. Polluti autem ſunt Chriſtiani, quoties in comedendo non obſeruant quatuor has conditiones. Prima vt comedant in Dei gloriam, non vt canes, ſed vt filij Dei qui de omnibus datori gratias agãt. Secunda, vt comedant modeſte, in qualitate, & quantitate, ne grauentur crapula, & ebrietate. Tertia, vt comedant ſine ſcandalo fratrum, ne eſca perdat ſimplicem, pro quo mortuus eſt Chriſtus. Quarta, vt comedant ſalua obedientia Dei, & eccleſiæ ſuæ: alioqui non ciborum vſus, ſed inobedientia immundos facit, & ſic coinquinatis nihil eſt mundum. Exceptis his, mundus eſt homo, vbi mundum, cor habet, neque aliquid extrinſecum poteſt eum polluere, & ſic omnia munda mundis: Amen.

Tit. 1.

FERIA QVINTA DOMINICAE TERTIAE In Quadrageſima.

Vita hæc noſtra, mixta eſt contrarijs, quæ ſic perpetuo diſſident, & ſecum pugnant, vt quamprimum vnum excedit, cętera omnia turbet, & vitam totam miſere alteret, atq; diſcrutiet; Fracta.n. delicata illa harmonia, qua complexio cuiuſcũque compoſita eſt, ſtatim procella quædam exagitat vniuerſa. Vtque eſt anima tam arcte coniuncta corpori, tantum vrget iſta alteratio corporis exceſſu alicuius contrarij prædominantis, quòd & animam ipſam in periculo ponit: Si enim excedit ſanguis, ſtatim incitat ad eleationem vanitatem, prodigalitatem. Si flegma ſtatim incitat ad ocia, torpores, laſciuiam. Si bilis. ſtatim ad iras, furores, vltiones. Si melanconia, ſtatim ad inuidias, detractiones, amaritudines. quæ ſunt omnes magnæ animi tempeſtates. Verum & in ſeipſa ſua habet anima contraria, quibus agitatur ex exceſſu amoris, odij, timoris, ſpei. Amor enim excedens facit inſanum: odium facit furioſum: Timor deſperatum; ſpes inſolentem. Hinc ſigna illa in nobis frequentia febriũ, quas aſſidue patimur, oculi turbati mentem cœcam ſignificantes,

Palatus

Palatus infectus; iudicium corruptum.d.bonum malum, dulce amarum, pulſus irregularis, mens inconſtās, huc illuc incitata. Calor mordax concupiſcentiæ oculorum & carnis Rigor infrigidans, ſpiritum lentum, & destitutum ſignificans, omnia febrium inſtantium teſtimonia. Pro quibus curādis certe multum iuuat iudicium naturale: Amplius virtus moralis, educatio bona, conſilia, exēpla ſapientum. Sed quæ imperat febribus, quę morbi radices tollit, quę vires ſufficientes dat, tum vt declinemus à malo, & ſurgamus è lectulis mali habitus: tum vt faciamus bonum & miniſtremus domino, & ſanctis eius. Ea ſola eſt Chriſti gratia, & virtus, qua manu ſua nos ſubleuat, morbos curat, & in ſancto ſuo ſeruitio actuat, & confirmat: Ideo pſalm. benedic anima mea Domino. qui ſanat omnes infirmitates tuas. Ita hodie ſocrum Symonis è multis, & magnis febribus liberat: Ita ex infirmis capharnaitis, quotquot manu tangit, liberat & ſanat: videamus &c.

Surgens Ieſus de Sinagoga, introiuit in domum Simonis. Iucundiſſima eſt hiſtoria, febribus, & morbis omnibus, noſtris accommodata: De quatuor in ſumma tractat perſonarum ordinibus, tam diligenter, vt eximia collocet in ſingulis officia, & exercitia: omnia ad ſubſidium, omnia ad exemplum noſtrum. Prima perſona eſt D.N. Ieſus, hic medicus eſt præſtantiſſimus. Secunda, continet ſanos Apoſtolos, & capharnaitas. Tertia, continet ægros, ſocrum Simonis, & alios omnium ordinum. Quarta, continet febres, & morbos varios, vſque ad Dæmonia.

Primo Ante omnes cōparet D. N. Ieſus. præueniens in miſericordia & pro vt hiſtoria pręſens narrat: tria potiſſimum exercet officia. Primum, quo docet & euangelizat, miſſus ad hoc, Vt teſtimonium ſcilicet perhibeat veritati: pſal. Ego conſtitutus ſum rex ab eo ſuper mon. S. eius, Prædicans præceptum eius. Et hodie turbis rogantibus vt maneat apud ſe. Minime ait. Et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei. Et erat prædicans in Synagogis. Secundum, quo orat, ſacerdos in æternum. Ita mane facto exit ad loca deſerta, & addit Marcus, ibi orabat. ſolitudo maxime ſeruit orationi, oratio autem Chriſti notabilis eſt: Tum propter ſuffragium. Cū ille ſit, quem ſemper audit Pater. Et propter exemplum. Tertium, quo bonus medicus qui & ægros viſitat domi, & quærit errantem ouem. pſal. erraui ſicut o. quæ. p. quære ſer. tuum: ſanat tāquam Medicus, quem vnxit ſpiritus domini, & ad ſanadum miſit: Eſai. ſanat autem virtute maxime dominus rerum: quandoque ſolo verbo, hoc enim portat omnia: Ita inquit Lucas. ſtās ſuper illam imperauit febri, Et dimiſit illam: quandoq; verbo addit manus: ſingulis imponens manus ſanabat eos: virtus eſt verbi, cætera faciunt cerimoniam, & ornant verbum: Hinc ritus ille noſtrorum ſacerdotum, quo incumbunt, & manus imponunt pænitentibus abſoluendis. ſignificat enim authoritatem, & efficaciam in morbū pellendum. D.Tho.3.p.q. 44. art.3. ad ſecundum, Chriſtus venit ſaluare non tantum virtute diuina, ſed & per miſterium incarnationis, ideo non tantum in ſanando vtebatur potētia diuina iubendo, ſed etiam quandoq; apponebat

Pſalm. 2.

Eſa. 61.

apponebat aliquid de humanitate, vt hic tangit omnes, & imponit manus, oſtendens carnem ſuam efficacem eſſe ad ſanandum: tam diues, tã vtilis, & neceſſaria nobis eſt perſona domini noſtri.

Secundo. Secunda perſona continet ſanos, quales apoſtoli, & turbæ Capharnaum. in iſtis explicat Lucas duo potiſſima exercitia. Primum, quo ſibi ſani conſulunt. Dum ſanitate fruuntur in obſequio, & corã oculis Domini, dum illi de ſanitate gratias agunt. Deinde agnoſcentes ſe perpetuo pẽdere è Dei gratia, rogãt ne Chriſtus à ſuis finibus diſcedat; Cant. 3. Ita ſponſa: tenui eum nec dimittam. Luc. 24. ita illi duo. Mane nobiſcum Domine &c. quia tamen inſtantia iſta populorum mixta eſt multis erroribus ideo non exaudit Chriſtus. errãt potiſſimum in tribus. Primo, quòd nõ tam quærunt ipſum, quam dona eius, ſanat, docet &c. Secundò, quòd non tam quærunt dona ſpiritualia, quàm corporalia. Ioan. 6. Quæritis me, quia comediſtis de panibus. Tertiò ꝙ quærunt dona cum præſentia corporali, ac ſi abſens iuuare nequeat: Chriſtus vero longè potentior eſt, & lõge maiora fecit in ſpiritu quàm in carne: quo reſpiciens dicebat diſcipulis. Ioan. 16. expedit vobis vt ego vadam. Secundò ſe exercent ſani circa ęgros in officijs charitatis fraternæ. In primis Apoſtoli rogãt pro ſocru febricitante. Quod illud officiũ eſt charitatis, in quo nemo excuſatur, vt non poſſit orare pro fratre, etiam pro inimico. Ita amantes erant Apoſtoli in terris: quanto magis credim' eſſe in cęlo? Terram ſuſtinent orationibus ſuis; vt de Moyſe, Samuele, & patribus illis ſanctis teſtãtur ſcriptura. In Primò Machabæorum Oniæ sacerdoti monſtratus eſt ſocius orator pro populo Ieremias propheta Dei. Vtrunque vidit Iudas. In Apocali. Apoc. 14. ſequũtur agnum ſancti quocunque ierit. Ille enim nunquam recedit à conſpectu patris, interpellans pro nobis &c. Sed ipſa opera teſtãtur vbique locorum, & temporum, quan tũ ſuffragijs ſanctorum debeamus. De glorioſa virgine dicit Beatus ignati' ſileat miſericordiam tuam ò Maria, quicunque te inuocatam ſibi meminit defuiſſe: De D. Anton. Eccleſia canit: Dicant ij qui ſentiunt narrent Paduani. Teſtatur D. Auguſtin'. 22. de ciuitate Dei. cap. 8. ſe vidiſſe 25. miracula vſque ad ſuſcitationes mortuorũ, ad ſepulchra martyrum. Quare pietatem hanc, & ſpem ſemper celebrarũt ſancti patres. D. Ioan. Damaſcenus. li. 4. de fi. orth. c. 16. Ante eum D. Auguſtinus. in Ioã. tractatu 94. In pſ. 120. In meditationib. c. 16. Ante eũ D. Hieronymus, iuſtis voluminibus contra Iouinia. & vigilantiũ Ante eum D. Cyrillus, lib. 6. contra Iulianum. Ante eum D. Cyprianus ad Cornelium Papam. Ante omnes D. Dioniſius Magnus de eccleſiaſtica Hierar. ca. 7. Argumentũ omniũ antiquiſsimum, & potiſsimum inſtitutio eccleſiaſtica litaniarum, probata in Concilijs. Gerundeſi. Aurelianenſi, Braccarenſi ſecundò. Doletano quinto & ſexto, Florentino & Trentino. Sic ergo pium eſt orare pro infirmis; & orationęs ſanctorum beatorum agnoſcere, tanquam Dei amicorum. Verbis addunt facta: dum turbæ deducunt ægros ad Chriſtum: Iob 9. Hoc enim pium eſt officium, oculus fui cœco; & pes pauperi impotenti. Magna charitas ducere errantes verbo, & exemplo ad Chriſtũ. vos eſtis lux mundi. Et Iacobus,

qui

qui conuerti peccatorem &c.Paulus Alter alterius onera portate. omnes tangit & ſanat Chriſtus:quanta vtili tas eorum qui ducuntur,quanta con ſolatio eorum qui ducunt:

Tertiò. Tertia Perſona continet ægros. Socrum Simonis, & alios è turba plurimos. Horum duos narrat hiſtoria ſtatus, & duo officia exemplariſsima. Primum dum ęgri ſunt,dū magnæ premunt febres: dū varijs angunt morbis. ſi poſſunt ad Chriſtū veniūt:vocat Chriſt⁹, venite ad me qui laboratis. ſi ſoli nequeūt; duci ſe patiuntur à firmioribus, obe diūt maioribus:ſi non habent ducto res.ſaltem accedentem ad ſe Chriſtū non repellunt;quia manus dant, op tant.orāt ſe ſanari.Multas & magnas febres patitur. continua lenta,eſt cul pa venialis,ſine qua nemo viuit. Con tinua mortalis. auaritia. Alterna Inuidia.Ectica Accidia.Mania,& phrenesis ira tumor hydropiſis ſuperbia. Paralyſis luxuria.&c.Secundum, vbi ſani effecti ſunt: ſentiunt Chriſti ver bū, & virtutē. ſtatim febribus libera ta ſocrus ſurgit è lecto. Qui mortui eſtis peccato, quomodo adhuc viue tis in illo?Continuo ſurgit: Vah noſtri expectant annos priusquā confi teātur,& ſurgant.Mitte lectū,fuge è medio Babilonis,mitte cōſortia, cō moda peccādi.&c.occupa te in virtu te,vt in ea habitū facias. Ita iſta mini ſtabat illi: ita de Lydia purpuraria baptizata à Paulo.Act.ſi iudicatis me fidelem,ingredimini ad me &c. Gau det & zachæus dum inſtruit epulum Chriſto. Miniſtrat Chriſto ſanatori, & Apoſtolis interceſſoribus. ſic omnes agnoſcit, & ſuo modo colit domus Symonis, id eſt orthodoxa eccleſia.

Quartò.Quarta Perſona.continet infirmitates. Febres,&c. His tribuit hiſtoria officia non contemnenda. Dum veniunt, ſunt Angeli Dei, qui viſitant,monent, reuocant præuaricatores ad cor.vt fames illa prodigū. Dum manent, macerant: humiliant; minuunt vires carnis, ſpiritum robo rant. Bonum mihi quia humiliaſti me. Hic vre,hic ſeca: Cum infirmor Pſalm.118. fortior ſum.Si infirmus orat pro ſani tate,non improbo. Ita Dauid. Sana me Domine,& ſanabor,niſi oret,pro ſanitate animæ, hoc enim tutum & optimum eſt. At ſi petat in infirmita te robur,& patientiam,hoc magis lau do.optauit Chriſtus.transeat à me ca lix,& ſtatim vt vocē infirmitatis correxit.Dum abeunt Deum laudant be nefactorem & ſanatorem:Ita exibant Dæmonia clamātia Tu es filius Dei. Cohibet Chriſtus, quia nō eſt ſpecio ſa laus in ore peccatoris.Non mortui laudabūt te domine: illi tamē officio ſuo fungūtur. Ita Dauid benedic a ni ma mea domino & omnia quæ intra ſunt &c. Qui propitiatur &c. Quia ſa nat omnes infirmitates tuas. Amen.

Habita Neapoli. 1569.

FERIA SEXTA DOMINICAE TERTIAE In quadrageſima.

STat miſera hæc anima noſtra, ſub grauiſsimo pondere cul pæ mortalis:in ira Dei, in periculo mortis æternæ, & tamen ſub tanto pondere, non pręmitur:quin gaudens,dies,& annos prætérit; quouſque, cumulat in ſe montem iniquitatis: extra ſe infernum æternæ damnationis. Et adhuc pe ricula

ricula ſua non curat. Oritur tantus hic animi ſtupor ex craſſa quadam ignorantia, qua talpa iſta in tenebris ſedet & tenebris paſcitur. Primò, Sine vlla cognitione Dei, vllo ſenſu religionis, ac ſi non ſit cœlum, aut infernus; miſericordia, vel iuſtia.

Secundò, Sine vlla cognitione ſui ipſius, corporis, animæ, Quaſi pecus, equus, & mulus in quibus non eſt intellectus. Caſu quodam, vel vſu viuit, quo autem genere vitæ; quo fine, nil cogitat: animam non ſentit, quia Deum non ſentit. qui eſt animæ anima, & vita. Tertiò, Sine vlla cognitione donorum Dei, gratiæ, gloriæ, virtutis: Iſta omnia pro minima mundi fatuitate reſpuit; Cũ enim infirmitatem ſuam non ſentiat, quid mirum ſi remedia deſpicit? Oritur autem magna iſta ignorantia diuinarum rerum, ex nimio guſtu, & amore terrenarum, quibus anima tota obruitur: ita quòd eam totam verba, facta, cogitationes occupat mundus hic: fortunas, vitam quicquid habet, & ſperat, omnia prodigit, vt mundo fruatur. Et quia mundus hic non paſcit, vel implet amplum hoc cor, ad immortalia natum, Ideo cogitur perpetuo angi, & mendicare huc, illuc, vt deſideria compleat: & tamen indies auidior eſt. in tanta cordis ignorantia, & mentis anxietate inuenit hodie Chriſtus Samaritanam ſuam, ſic infelicem, ſic perditam circa aquas Iacob., ſic quottidie exercitam, bibentem, & nunquam ſaturam: Præuenit eam, tanquam errore ductam, in tanta miſericordia: quòd ad eius inſtantiam firmat iter, ſedet ad fontem, expectat, compellat, exercet, multas audit ineptias, multa ſuggerit cõſilia pulcherrimumque cum ea inſtituit dialogum, quem nobis hodie narrat Ioan. In quo duæ potiſſimum partes duoque tempora obſeruanda ſunt. Primum in quo perſonæ colloquuntur, ve'u. incognitæ: Chriſtus vt communis quidam Iudæus, fatigatus & ſitiens, Mulier vt Matrona quędam ſatis honeſta. Chriſtus vt neſciens quam alloquatur, niſi quòd mulier eſt, ſune, & hydria inſtructa: mulier vere ignorans, quem videat, quid dicat, faciat, quid ſit. Tandem in ſecundo, tolluntur cortinæ, Chriſtus retegitur, primo vt propheta, ſecundo vt Meſsias. Mulier in ſenſum ſui, & Chriſti ducitur, & fit ex Samaritana Chriſtiana, ex meretrice Apoſtola. Nos quoq; rem ſic tractemus vt primũ velut incogniti de abſentibus tractemus, & nemo dicat. hoc de me dixit, quouſq; Chriſtus tollat velamen; & vnũquęq; ducat in ſenſum ſuæ miſeriæ. Cõcludit ex omnibus. Chriſtum eſſe fontem illum aquæ viuæ, quo ſolo humana ſitis tolli poteſt.

Venit Ieſus in Ciuitatem Samariæ &c. Ita loca, & tempora mutat Chriſtus, nunquam cor; ſemper præueniens in miſericordia. Amor fert, amor mouet, amor ſiſtit, amor loca, & tempora explorat, vt ſibi ſunt cõmodiora. Magos ſtella duxit. Piſcatores dum piſcabantur venatus eſt. Mulierem hanc quærentem aquam, prope fontem expectat. Et Fatigatus ſedit ſic &c. Fatigat carnem natura ipſa laboribus ſubiecta, iter, æſtus, ieiuniũ. fatigat animã obedientia patris vrgẽs. fatigat vtrunq; ſarcina peccatorum noſtrorum. Recreat, & ſuſtinet Amor; eo feror, quocunq; feror, atque idem amor fulcit: Ex amore patitur., Ex amore tolerat paſsiones, Sedet docturus, expectans, reſpirãs ſic, vt amor, vt locus, & tẽpus fert,

Paratus ad petendum,ad dandum,ad arguendum,ad conſolandum. quam fœlix cathedra eſt hodie fons Iacob, in quo fons vitæ ſedet. Ex alia parte Venit mulier de Samaria. Qui obſeruat motum,& paſſus numerat, certo arbitratur hanc venire ad Chriſtum. quando venit ad puteum, in quo ſedet Chriſtus: quicquid tamen aliud habet in corde, quàm Chriſtum, quem neque nouit, neque vllo loco habet: ò quam multæ ex noſtris veniunt ad eccleſias, ad conciones, ad indulgentias:& ſi obſerues motus, & verba;certe ad Chriſtum veniunt, nā in eccleſia Chriſtus eſt. Et tamen aliud quærunt:quid vero? Aquas Iacob;vanitates mundi, oculos ſpectatorum &c. Signum autem quod ita ſit:En funem, & hydriam habent ad eruendas aquas Iacob. Si ad Chriſtū venirent, humiles, modeſtæ, ſimplices accederent; tales enim ad ſe vocat Chriſtus; At funes mundi, & laqueos ducunt,colores,picturas,pompas. Ergo &c. De fune tali. Ecce mulier occurrit viro ornatu meretricio, præparata, ad decipiendum anima. Aquas vero Iacob, ideo tam enixe quærunt, quia guſtant eas. quòd ita ſit in hac noſtra patet, quia quottidie venit ad hauriendum, nunquam laſſa, nunquam ſatura; ſi mille annos duraret carniſpriuium, ſemper fortior eſſet: ſine his enim aquis neſcit viuere. Quid vero induxit mulierem hanc ad tam perdite amandas, & quærendas has aquas? Exempla multorum, & præcipue maiorum:quoniam de hoc puteo, bibebant pater Iacob, & filij, & pecora eius: ò quot nobiles ſpiritus perdit hæc turba,quòd ſenes,iuuenes,ſacri, prophani, filij, & pecora ſic viuunt &c.quis non ſequatur iſtos? Ex guſtu immoderato harum aquarum, & mundi huius, ſequitur in hac muliere ſtupor ille triplex. Primus, quo ſeipſam ignorat; vitam ſuam non diſcernit,animam ſuam non ſentit, ac ſi non habeat: & tamen in inferno eſt. Secundus,quo aquas, & gratias Chriſti deſpicit,donatque oblata, vtcunque illuſtria reſpuit; tantum ex hoc quòd puteus altus eſt, & Chriſtus funem non habet in quo hauriat: Miratur enim ordinarios mundi modos,pulchritudinis, honorum, commodorum: Chriſtus hos non habet,nec probat: eſt enim totus extraordinarius, quomodo ergo aquā dabit promiſſam: quomodo pulchrā faciet ſine coloribus? honoratum ſine vindicta iniuriarū? commodum & diuitem ſine cambijs? &c. Tertius quo Chriſtum habet præſentem, ſedentem,loquentem ſecum; & non diſcernit.quantæ tenebræ, vbi Chriſtum præſentem in concione non audis:in euchariſtia non ſentis? Vere indicium eſt animæ extinctæ, & excæcatæ;prorſusque in puteo Iacob, & amore mūdi huius ſepultæ. Ergo ad tenebras has pellendas, & mortuum hunc ſpiritum viuificandum: explicat Chriſtus lumina, & faces quatuor,quibus oculos huius talpæ aperit ad diſcernendum:Primò, quæ ſi natura. & quod precium aquarum Iacob. Secundò,quæ natura, & præcium aquarum ſuarum. Tertiò, quæ conditio ipſiusmet mulieris. Quartò,quis ipſe ſit,& quid ſitibundæ iſti præſtare valeat: quibus oſtenſis,ſimul & ſitim totam mundi huius reſtinguit.

Prou. 7.

Primò loco narrat conditionem, & precium aquarum Iacob; quòd nihil valent. Probat ex hoc quòd nō tollunt ſitim; ciſternas diſsipatas vocat

Iere. 2.

cat Ieremias. quin & augēt ſitim,tā falſa eſt natura mūdi huius,& oīum bonorum eius, promittunt maria pa cis,& quietis,ſi aſſequamur honores titulos, commoda: Et ecce creſcit amor nummi &c.ſic honos, honorē prouocat.hac ratione Chriſtus in pa rabola ſeminis.Diuitias, & voluptates ſeculi huius vocauit ſpinas. Trahunt enim ſecū infinitas curas in acquirendo.in poſſidēdo, in diſpenſan do. Sed & ſi ſincera bona eſſent, ſi tim tamen cordis noſtri tollere nequeunt,vt nō veniat (quod cuperet) mulier huc haurire. nam modica bo na ſunt, præ vaſta capacitate animi noſtri;& en paucula,non tangūt cor, qūo ergo implere poſſunt?quid enim habet auarus de ſuis theſauris in cor de ſuo,niſi curam eorum?quid ambitioſus de ſuis honoribus niſi fumum, quid carnalis de ſuis libidini bus, niſi triſtem memoriam? hæc vero poſſunt cor hominis implere & paſcere? ita ſi fatuum, aut prorſū ignauū ſit. vſq; quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? hi toto corde vm bras has corripiunt, & in his beātur, qui vero valent animo,ex his ſumunt ſibi tantū neceſſaria.Iud.7.ex 32.milia hominum qui erant pugnaturi cū Gedeone, contra Madian, trecenti tantum deliguntur & probantur tan quam valentes,& apti ad aquas.

Gal.1.

Secundò loco narrat conditionem, & aperit valorem aquæ ſuæ, quæ diuina eſt Gratia: hanc vocat aquam viuam, & multis de cauſis: Quòd à fonte vitæ emanat. Quòd animam in peccato mortuam viuificat. Quod bona per culpam mortificata viuificat. Quod bona, ex ipſa naſcentia viua facit. Quòd fons aquæ ſalit de vita, in vit ā,ſemper enim meret nouā gratiā: quouſq; gratia redeat,velut aqua,in fontem,in ſuum principium,& mutetur. in gloriam, Hæc ſitim tollit, quia tangit, & implet cor. illabitur enim cordi, & eum ſic implet, quòd dila tat: pſalm. In tribulatione dilataſti me.Et pſalm Dilataſti cor meum: Maior enim eſt Deus corde noſtro. Sic ſuam celebrat aquam Chriſtus, atque mulierem rapit in eius amorem,quare rogat. Domine da mihi Pſalm. 4. hanc aquam. Iam incipit ſentire tæ- Pſalm. 118. dium ſuæ vanitatis, quæ nullum habet finē. Dixit olim Plautus, vis ſemper vexari? eme Nauem aut duc vxo rem: hæ enim duæ res nūquam ſatis ornantur.immiſcet tamen,vt paruula eſt,neſcio quid carnis,quæ ſemper in regno Dei quærit commodum ſuum: Ne iterum ſitiam &c. ſic placeret ſine labore Chriſto ſeruire, ſalua facultate & vita, ſed altius ducenda eſt vt vere cupiat aquam Chriſti. Nō enim gratia conſolatur, niſi guſtantem.non guſtat, niſi qui cupit, non cupit, niſi qui neſsitatem eius ſentit, non ſentit, niſi qui culpā agnoſcit & expendit.

Tertio igitur loco retegit mulierem; & vt dicit Sophon ideſt Arguit ſtatuit contra eam faciem ſuam Dul citer autem, & commode quaſi aliud agens, ne confundat. Tam bonus confeſſor Chriſtus eſt, ita olim Adamo.vbi es? Ita Chaym. vbi eſt Abel frater tuus? Ita Dauidi per parabolam ouis raptæ &c.Ita Ezech. qui ſunt iſti? quid dixerunt tibi? Vn de venerūt? è Babilone inquit. quid viderunt in domo tua? vide quam commode ducit ad confeſsionem Gen. 3. ſuæ vanitatis, qua Babilonijs oſten Gen. 4. derat omnia præcioſa domus ſuæ, 4. Reg. 10 Demum grauiter obiurgat &c. Ita

hic Chriſtus. Vade voca virum tuū. Tum illa promptiſsima. Non habeo Virū. Aſtute tacet reliqua: nec enim ſine rubore dici poſſunt. Sic ſic noſtræ grauiora retinent; fucos narrant; & excuſant, ſemper autem celant intentionem, ſic mercatores, in exponendis contractibus, ſemper tacent intentionem, quæ vt plurimum damnat. Quam meritò dici poteſt cuicunque vxori. vade voca virum. ille enim re vera reus omnium eſt, qui ſic patitur ſe lacerari, vt non diſpliceat &cæ. Non habeo virum, ſi ſic eſt iam ceſſat omnis ratio ferēdæ ſunis, & hydriæ. ſi. n. vlla ratio permittit aliquid affectatę formæ, eſt ratio viri. Vbi ceſſat hæc, nulla remanet niſi vanitas. Chriſtus autem optimus confeſſor omnia nouit: quare vulpem retegit, & vitam eius turpiſsimam obiurgat, in qualitate, & quantitate culpę. qualitas eſt quòd non habet virum, & homini adhæret non ſuo. In tantaque impuritate, velut ſus in volutabro fruitur, & tergit os. &c. quātitas eſt, quòd quinque habuit, & nunc ſexto hæret: Ita omnes numerauit, & in libro ſuo deſcripſit Chriſtus: Tam confirmata & habituata iniquitas huius eſt: quid vero ex ea ſperet? qua fronte oculos ad cœlum tollat? quem finem tanta immunditia parere poterit? Et tamen interim aquam viuam oblatam reſpuis? &c. Lex iram operatur; Anima turbata eſt, & omnia oſſa eius. Nunc tandem ſe diſcernit, & diiudcat infœlix iſta damnata. In hoc ſenſu cupit, & quærit remedium: dare puteus Iacob non poteſt cupit eſt cum toto mundo. Vertitur ergo ad impetrandum è cœlo: ſed neſcit quo ſe vertat quare obſecrat: Dn̄e vt video Propheta es tu. Ita iā incipit & Chriſtus retegi; ita iā dignus eſt qui audiſ. Ita colit confeſſorem conſciētia pœnitētis, vbi in ſenſum culpæ ducta eſt: Ita oīa ſe facturā pllicet, tm̄ vt pacē habeat. Dubitat ergo mulier, quo ſibi eundum, vt optatam pacem impetret; an ad montes Samariæ, an ad tēplum Iudaicum. Omnia tentabit, vt ſibi tanta condonetur iniquitas: ſic eam exercet ſpiritus legis, vrgens ad gratiam. Pſalm. 2.

Quartò itaque loco ſe ſe explicat Chriſtus, verè pax noſtra. Explicat autem primum in generali, ex conditione temporis, quo neque in montibus neque in Hyeroſolimis orandum eſt: ceſſant enim iſta omnia: cultus Samariæ vanus eſt, quia ſine Dei verbo. Cultus Iudaicus quia carnalis, iā finem habet. Nouus iam cultus inducitur, qui Deo placeat in ſpiritu, & veritate; Pater enim ſpiritus eſt, & tales quærit adoratores: & nunc tempus eſt vt habeat. Ad encomia temporis mulier in ſpem excitatur, vt cōfidat Meſsiam adeſſe: ad illum enim ſcit reſtitutionem iſtam Diuini cultus pertinere: oh ſi ego illum inuenirem, ſi in eius ſinum cor iſtud anxium reponerem: ille, ille me beatam faceret: ille ſitim hāc ſedaret &c. Scio quia Meſsias &c. Ita filia ſcis omnia, millies audiſti à prædicatoribus, confeſſoribus, & tamen nihil profuit,

Hic itaque in ſpeciali clariſsimè ſe explicat Chriſtus. Ego ſum qui loquor tecum. Verbum amabile, & optabile, quo ſimul Chriſtus tātam gratiam, tantamque copiam aquæ ſuæ, in cor mulieris perfudit: vt iam ſatura nihil curet puteum Iacob. & quod ita ſit, en ſignum clariſsimum. Noſtræ relinquūt puteum quandoque. ſed retinent hydriam domi, capſulas, vnguēta &c. Reliquit hydriam. Eheu

va-

tam facile eſt huic relinquere hydriam, & funem, noſtræ non inueniunt viam, non audent comparere, &c. Renuit conſolari anima mea. De cætero nemo mihi moleſtus ſit. Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Sic iam fons aquæ viuæ creſcit in latus, & apoſtolam facit, qua tota Samaria concitatur ad agnoſcendum Chriſtum. Iuuat enim mirum in modum pro Chriſto legatione fungi. Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia &c. creſcit in altum. atque in dies clariora ſuſcipit fidei lumina, maiora acquirit merita: quouſque in fontem redit, & gratia conſummatur in gloriam. vna ex maioribus ſuo exemplo poteſt integram reformare ciuitatem, & ad Chriſtum trahere. An hæc non eſt gloria potior, quam illa vaniſsima? An non eſt nobilius ducere ad bonum, quam duci ad malum? Amen.

Habita Neapoli. 1569.

SABBATO DOMINICAE TERTIAE In Quadrageſima.

Nec ego te condemno. Vade noli amplius peccare.

NOn habet Mundus hic totus; vix habet infernus maiorem anguſtiã quam fletus ille, & ſtridor dentium, quem patitur anima peccatrix in ſenſu culpæ mortalis, dum ſibi in pectore intus reclamat conſcientia: extra agit lex Dei, & ſæpe lex hominum, exaggerans culpam, & inducens pœnam temporalem, & æternam. Vix potuit Deus in tali ſenſu fugientem Adamum firmare. Nunquam autem potuit firmare Chaim d. Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. omnis, qui inuenerit me, occidet me. Non erit ita, inquit dominus, omnis qui interfecerit Chaim, punietur ſeptuplum, & poſuit in eo ſignum, ne interficeretur. Et tamen dicit ſcriptura, Egreſſus Chaim à facie Domini, habitauit profugus in terra. In tali ſenſu dicit Dauid, iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Grauat conſcientia, grauat lex, grauat culpa, grauat pœna; grauat timor, grauat præ omnibus amor. Sub tanto hoc pondere, neceſſe eſt animam peccatricem ſeſe flectere, vel ad laqueos deſperationis cũ Iuda: vel ad lachrimas pœnitentiæ cum Petro. Si deſperat, habet diabolum ſocium, conſultorem, & adiutorem, quouſque præcipitet in impœnitentiam, & conſequenter in immutabile iudicium diuinæ iuſtitiæ, à qua ſecum perpetuò puniatur. Si ſperat, & pœnitet, Chriſtum habet conſolatorem, & adiutorem, qui eam ad ſe vocat, recipit, exonerat, reficit, abſoluit. Cuius poteſtas nulli eſt legi ſubiecta; cuius miſericordia nullis eſt alligata legibus, vel terminis; cuius volũtas eſt ſanctificatio. & ſalus peccatorum. ſic tamen vt ſemper intelligas peccatorẽ à Chriſto ſaluari; peccatum autem irremiſſibiliter damnari. In tali anguſtia, & preſſura vrgẽtiſsima, cõparet, imo ducitur mulier, adultera, verè flẽs, & ſtridens dentibus: quãdo in eam ſtridẽt lex

Gen. 4.

Pſalm. 37.

lex Diuina, lex humana, iura omnia, & iuriſperiti, ſcribæ, & Phariſæi, inſtátes omnes vt lapidetur; niſi quòd corã Chriſto ſtatuitur, vt ab eo forte aliquid peius recipiat. Recipit Chriſtus, audit querelam, maturat, & tandem expedit iudiciũ in hæc tria. Primò, cõfundit accuſatores Phariſęos Secundò, abſoluit peccatricem. Tertio, condemnat peccatum, iubet ceſſare, & exterminari.

Adducũt Scribæ, & Phariſęi mul. in adulterio depręhenſam &c. Actio eſt iudiciaria, & inſtructiſſima, in tẽplo, qui locus eſt veritatis & Religionis. Eſt iudex ſupremus, inappellabilis Chriſtus. Sunt accuſatores, vehementiſſimi, ſcribæ, & Phariſæi. Eſt, culpa grauiſſima, Adulterium. Eſt rea depræhenſa. Ita quòd factum negari non poteſt. Eſt ſententia legis clariſſima, quòd lapidetur. Domini tamen ſcribæ, & Phariſæi tantum hodie tribuunt Chriſto, quòd magiſtrum vocant, & ſententiam eius ſuper hoc facto requirunt: Et ne fallat nos vulpina hæc, & perſonata deuotio; retegit vulpem Ioannes. d. hoc dicebant tentantes eũ ſi poſſent accuſare Apud maiores legis zelatores, ſi legi ſe opponat, reã liberans. Apud turbas, ſi lapidari iubeat, cum ſoleat apud eas ſemper clementiam, & miſericordiam profiteri. pſalm. Molliti ſunt ſermones ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. Pſalm. Ore benedicebãt, corde maledicebant. Ob hoc diſcipuli iſti apud Chriſtum nunquã proficiunt: quia tentare volunt, doceri nolunt: ſpiritus diſciplinæ effugit fictum. Audit querelam Ieſus, conſiderat ſtatum cauſæ, & circunſtãtias, tum in muliere rea, tum in Dominis querelantibus, ſcit quid lex iubet, ſcit etiam quid ſibi conuenit; Et tamen nihil reſpondet, ſed inclinat ſe, & digito ſcribit in terra. Inclinatio iſta bonum omen poteſt eſſe mulieri, & peccatoribus omnibus pœnitẽtibus. Niſi enim ſe inclinaſſet Gigas, peccatores ad eum non acceſſiſſent. Inclinauit, & legis rigorem, vertens iuſtitiam in miſericordiam, vel potius, vtranque ſimul coniunges quaſi ad oſculum. Quid ſcripſerit, nil certi adſerri poteſt, quando euangeliſtę non exprimunt, An peccatum mulieris, quaſi ſibi imprimens delendum in carne ſua; An peccata Phariſæorũ vt confundantur: An legis verba, vt ſe dominum legis oſtendat. Diuinare hic opus eſt. Cur autẽ ſic ſcribat, facilius explicatur, vt ſcilicet maturet conſilium, & iudicium, quãdo ex eo petitur. Ideo ſedendo iudicant. Vt tempus det mulieri ſeſe atterẽdi, & conterendi ſuper ſcelere ſuo: Phariſæis autem ſua quoque ſcelera cogitandi. Interim, & ipſe cogitat ſtatum cauſæ ſibi propoſitæ. Scit matrimonium digniſſimum eſſe, & præſtantiſſimum officium, Remedium, & mox futurum ſacramentum in domo ſua. Officium ad propagandam humanam ſpeciem, quin & prolem ſpecificandam, vt patres agnoſcant filios, ſicque dulcius alant. Remediũ ad curandam carnis infirmitatem ſi ne peccato. Melius eſt nubere quã vri. Sacramentum ad explicãdam mirabilem illam, & coniunctiſſimam vnionem, quæ eſt inter Chriſtum, & eccleſiam ſponſam ſuam. Dilectus meus mihi, & ego illi. Nobiliſſimum eſt matrimonium. Primò ex inſtitutẽ te Deo, quos Deus coniunxit &c. Quare & nuptias probauit, & honorauit Chriſtus, tum ſua præſentia, tum initio ſignorum ſuorũ in Chana Galileæ. Secundò, ex antiquitate, nam

Pſalm. 54.

Pſalm. 61.

1. Cor. 7.

Cant. 2.

Matth. 19.

nam in ipſo paradiſo terreſtri, natura adhuc integra inſtitutum, & bene
Gen.1. dictum eſt. Creſcite &c. Tertio, ex maximo myſterio quod includit. Sacramentum magnum vocat Paulus. Dico, inquit, in Chriſto, & in eccle-
Epheſ.5. ſia. Quarto, ex fructu: continet enim plures fructus: prolem, Pacem corporis; Gratiam: qua ratione Dauid,
Pſalm.127. Beatus es, & bene tibi erit; Vxor tua ſicut vitis abundans &c. Vocat. D. Paulus, Thorum immaculatum, honorabile connubium. Teſtaturque mulierem ſaluam fore per filiorum generationem. Nihil ſplendidius, nil amabilius Matrimonio chriſtiano, pacifico, caſto, debita prole fœcundo.

Tanto ſceleſtius, & turpius eſt Adulterium, quo Matrimoniũ violatur. Turpe autem in vtroque coniuge, vtcunque ſibi viri in hac fœditate multum indulgeant. Certum eſt, quòd Si rationem mutuæ fidei reſpicimus, cum ſit vna fides, æquale crimen, æquale furtum eſt in vtroque. Si ſcandalum, aut periculũ fatemur, quòd in muliere turpius eſt, ob incertam prolem, confuſiones hæreditatum &c. Si qualitatem perſonæ reſpicimus, & vigorem animi, Certe in viro grauius eſt, nã vir caput mu-
1.Cor.6. lieris eſt; Vterque tamen à Diuina lege damnatur. Ita Paulus. Adulteri regnum Dei non poſſidebunt. Prou.
Prouc.6. Adulter perdet animam ſuam. Cũque ſit crimen, quod Remp. lædit; præter diuinas leges; Humanæ etiã, & iudiciales animaduertũt. Ita apud Heb. lapidibus opprimebantur, aut ſi è tribu ſacerdotali erant, igne conſumebantur. Græci impune Adulteros occidebãt. Aegyptij magis adulterium, quam homicidium vitabant qua ratione dixit Abraham, quòd Vxor erat ſoror, ne occideretur. Romani æquabant Adulterium Maieſtati læſæ. Saxones inter cineres Adulteræ, adulterum ſuſpendebant. Tantum hoc ſcelus à toto mundo eſt dãnatum, vt id, à quo innumera mala, & ſcandala facile proueniunt. vrgẽt itaque Phariſæi vt dicat Chriſtus qd agendum. Nec pati poſſunt vt diutius ſcribat, protrahatque iudicium. Neque malus eſt zelus, ſi à malis animis non procederet.

Erigens itaque ſe Chriſtus, magno quodam, & excelſo ſpiritu, qua-
ſi non poſſit importunitatem ſcele- Pſal.67.
ratorum pati. Exurge domine, diſſi- Num.10.
pentur inimici tui. Num. ſentẽtiam ſic prudentiſſimè temperauit. Qui veſtrum ſine peccato eſt, primus in illam lapi. mittat. verè non eſt prudẽtia, non eſt conſilium contra dominum. Ac ſi dicat. iubet lex hanc lapidari? non improbo lapidetur: ſed dicite mihi ò legiſperiti, An permittit lex, lupum à lupo deuorari? ſceleſtũ à ſceleſto lapidari, cur enim potius in hanc, quã in ſeipſum, ſceleris reus lapides mittat? ſi quis veſtrum iuſtus eſt, & ſine peccato, agat legis miniſtrum, & primus in hanc ſceleratam lapides iaciat. At ſi oẽs iniqui eſtis, ſi magnorum ſcelerum rei, qua fronte hanc lapidabitis? Grauiſſimè expendenda eſt hæc Chriſti ſentẽtia; nam ſi ſic ſimpliciter intelligatur; vt quęcunque ſententia, à peccatore lata, ſit illegitima: facile corruent omnia tribunalia: omneſque ſententię erũt inualidæ, quando omnis homo mendax, & non eſt homo qui non peccet. &c. Conſulũt ergo patres, vt ſententia non iuxta numerum, aut ſonũ verborum, ſed iuxta ſenſum, & intentionem dicentis intelligatur. obſeruandum itaque eſt diligenter, quos

alloqua-

alloquatur, quando, qua ratione, & qua occaſione, vt innoteſcat dicentis intentio. Sunt Phariſæi primo, viri ſcelerati, innumeris criminibus enormiter impliciti; totius diuinæ legis præuaricatores, ſunt deinde, ſuorum ſcelerum prorſus immemores, nullum eorum ſenſum, nullam deteſtationem habentes. Sunt tertio, in cæterorum culpas acerbiſſimi, & ſeueriſſimi cenſores, ita vt in alijs velint omnia puniri: & huius ſuæ feritatis, Zelum legis, & animarum, velint eſſe prætextum. Acerbitatem hanc inſectatur Chriſtus, & in hanc inuehitur: vt ſi volũt, eos quoq; lucretur, & ad ſenſum propriæ iniquitatis inducat. Huc, huc reſpicit ſententia illa, vt non tam ſolliciti ſint de culpa, & anima mulieris, quam de propria. Alioqui veriſſimũ eſt. Primo quòd lex requirit omnes iudices innocentes, imo homines quoſcũq; vult ſanctos eſſe, & ſine quærela: tanto magis eos qui verbo, & exemplo, & authoritate præeminent cæteris: ita ꝙ ſemper peccant iudices, quoties in peccato iudicant: non ex hoc quòd iudicant: ſed quòd in culpa perſe-
2.Par.19. uerant: dixit Ioſaphat ad ſuos. Memineritis, quòd non hominum exercetis iudicium, ſed Dei. Secundò veriſſimum eſt, quòd bonitas, & rectitudo iudicij, & ſententiæ non pendet tam ex perſona, quàm ex lege, à qua iudex non recedit, alioqui reus eſt, quæ dicunt facite dum ſedent in ca-
Matt.24. thedra. Tertiò veriſſimum eſt, quòd iudex inferenda ſententia, ſi ſcit ſe eodem morbo, quem damnat laborare, tenetur in ſe reuerti, & ſuam deplorare miſeriam. d. in quo alium iudicas, teipſum condemnas: & ſic nõ in ira & furore, ſed in miſericordia ſententiam ferre. Ad ſenſum hunc prouocat Chriſtus Phariſæos, vt lucretur. Quod ſi nolunt, ſentiant ſuam non latere impuritatem; atque ideo in ſuo ſcelere confundãtur, & obmuteſcant. Quòd vt clementius faciat, iterum inclinat ſe, & ſcribit. Tum vt ſignificet ſe vtriusque ſcripturæ veteris, nouæque, timoris, amorisque ſcriptorem eſſe. Tum vt liberum illis faciat ſine rubore recedendi, ſicque vnus poſt alium exeunt; incipientes à ſenioribus, ex his enim fontibus egreſſa eſt iniquitas, tanquam à Magiſtrorum Magiſtris.

Secundò. Tum iterum ſeſe erigit Chriſtus, diſſimili tamen vultu: Prius enim erexit ſe vultu terrifico, fulminaturus in hoſtes, nunc lęto, & amabili, conſolaturus pœnitentem ſuam, quæ ſola relicta eſt; tremitque à facie eius, & merito: hic enim ſine peccato eſt, poteſtque merito legẽ implere, ſed non venit ad hoc: Dulciter ergo compellat. Vbi ſunt qui te accuſabant? Paulus. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi ſtimulus tuus? Ne- 1.Cor.15.
mo te condemnauit? Adhuc libera es à lapidibus? Illa vero vltimo ſpiritu, ſub tanto pondere preſſa, vix addit verbum. Nemo Domine. Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deꝰ Iob.34.
eſt qui iuſtificat, quis eſt qui condẽnet? Nec ego te cõdẽno. Hic iudicat peccatricẽ; hic exonerat preſsã, & reficit afflictã, abſoluit à culpa, & pęna.

Tertiò. De peccato vero quid iudicat? Vade, noli amplius, peccare: ſaluat peccatricem; damnat peccatum: Nullam imponit ſatisfactionem; quoniam ſcit ille quanta ſit mentis contritio, & in ea ſatisfit ſibi. Nõ ita nos, qui inter nos animi motus nõ agnoſcimus. Sic itaque peracta eſt actio tota: Sinagoga confuſa: Peccatrix abſoluta: Peccatum eliminatũ Nobis omnibus

omnibus relictum illuſtre exemplum Diuinæ miſericordiæ in pœniẽtes. Illi honor & gloria. Amen.

DOMINICA QVARTA

In Quadrageſima.

REſpicit è cęlo clementiſsimus Dominus noſter, & exaltiſsimo ſolio Maieſtatis ſuæ agnoſcit omnes neceſſitates noſtras. Miſeretur etiã, & cõpatitur; atque ad iuuandum promptiſsimus eſt. Sed prius aperit, cõmunicatque ſanctis fratribus noſtris, qui eius glorioſa facie perfruuntur, & miſeriam noſtram, & miſericordiam ſuam, quaſi conſulat, quid faciendũ. Nõ re vera quòd ſolus neſciat, vel nequeat prouidere; ſed quod ſic, & magis illuſtrat miſericordiam ſuam: & exercet, conſolaturque charitatem illorum, & facilius, dulciuſque nobis reddit, tot iuſtorum conſortio ſubſidium, ac ſi per manus fratrum noſtrorum ſubleuemur. Nos interim in hac ſolitudine, & miſeriarum valle peregrinamur, vtque varia ſunt mundi huius accidentia, ſæpe in tam graues corporis, & animi anguſtias incidimus, vt quocunque, in naturam, artem, amicos, cognatos, cœlum, terram reſpicimus, omnia difficultattes augeant, nihil vero ſpei promittant. In his anguſtijs, qui Chriſti non ſunt, aut ſunt nomine tantum: qui in eius manus non reſpiciunt, & reſpirant: valde ſollicitantur circa creaturas, cumque deficiunt, animo concidunt, viuunt enim ordinaria quadã prudentia q; vbi non ſuffragatur, deſtituũtur omnino. Qui vero Chriſti ſunt, & in eius manum, vt ſacram Anchoram reſpiciunt, non ita facile diſſoluuntur. vbi enim ſuppetũt creaturæ, fruũtur illis, vt donis Chriſti, de manu eius omnia ſuſcipiẽtes: interim tamen diuiſum eſt cor; nam & cogunt quodammodo cor noſtrum creaturæ, ac vel inuitum rapiunt in aſpectum ſui, & amorem. Deficientibus his, iam totum cor remanet Chriſto domino, ſicque in eũ vnum totum ſe rapit; virtute quadam vnita, qua poteſt, & rogare, & violentare eum, qui fidei noſtræ ſeſe deuinxit, vt iuſtificeſ in ſermonibus ſuis. Et hæc eſt vera religio, quã à nobis hoc loco exigit, ſpes illa theologica, quę toto corde, tota anima, totis viribus illi hæret, etiam contra ſpem. Ita Dauid. Oculi omnium in te ſperant Domine. &c. Ita Petrus omnem ſollicitudinem proijcient in eũ. Ita iubet ipſe in extremis periculis. Cõfidite, ego ſum &c. Et ſunt verba hæc, quibus innititur ſpes chriſtiana, ſua natura firmiſsima immutabilia, infallibilia: ſunt etiam innumeris experimentis comprobata: Pſalm. Non vidi iuſtum derelictum &c. At omnium illuſtriſsimum eſt factum, quod hodie nobis omnes ſimul euangeliſtæ narrant in montibus Galilææ. Hic enim Chriſtus à monte reſpicit, videt turbam innumeram, in magna neceſſitate poſitam; compatitur ipſe; conſilium quærit ex Apoſtolis: illi ordinaria ſua prudentia nullum inueniũt remedium, niſi vt dimittantur. Supplet ipſe tanta cum copia bonorum, vt totam Galilæam rapiat in ſui laudem. Audiamus:

Abijt Ieſus trans mare Galilææ &c. Pulcherrima eſt narratio, digna, quę ſemper in animo, & in ore ſit om-

omnium, quotquot familias alunt, & instituunt, pro fundanda in eis hac summa religione, & ſpe, vt ſemper de manu Chriſti pendeant, & viuant. Habet hiſtoria partes tres potiſſimas. Prima continet affectus Chriſti, in agnoſcendis, & tractandis neceſsitatibus ſuæ turbæ: Et ſunt omnes amabiles. Secunda, continet affectus Apoſtolorum, in conſulendo iuxta ſenſum humanæ prudentiæ: Et ſunt omnes miſerabiles. Tertio, continet affectus in prouidendo, & præſtando ſubſidio opulentiſsimo, vt manducent omnes, vt impleantur, vt ſuperſint fragmenta; Et ſunt omnes mirabiles, & memorabiles. Summa ſummarum, Vt nunquàm de Chriſti prouidentia diffidamus, ſed ſit in corde, & in ore verbum perpetuum, Dominus regit me, nihil mihi deerit.

Pſal. 22.

Primò. De Primo. Affectus Chriſti maximi ſunt, qui à maximo illo, & diuino corde proueniunt. Sunt autē affectus pietatis, miſericordiæ, & prouidentiæ erga turbas ipſum ſequentes, Vtcunque non omnes vno ſpiritu ſequantur, nam alij ex fide, & deuotione, alij ex curioſitate ſignorum, alij ex commoditate donorum ſeruntur huc: Tamen quia ſequuntur, præſentiam, & diligentiam iſtam non deſpicit, ſuo loco proderit audiuiſſe. Suſcipit igitur omnes magnis his affectibus, qui totū exercent, præcipue vero oculos, linguam, & manus, vt in oculis ſplendeat miſericordia, in lingua ſapientia: in manibus omnipotētia. De oculis teſtatur Ioan. quòd è monte ſubleuauit oculos, & vidit turbā magnā ad ſe veniētem. Addit Marcus, quod nō modo vidit quātitatem turbæ, ſed & qualitatem eius miſerabilem: quòd errant ſicut oues ſine paſtore. Multos habebant lupos, ſcribas, & Phariſæos: nullum paſtorem. Tanti hoc facit ſpiritus ſanctus, vt oues ſint cum paſtore, quod tamen tempore noſtro tanto ſuo malo tot ciuitates, & prouinciæ, regna deſpiciunt dum ſugiunt à paſtore, ſeſequē lupis committunt, vnde tot hæreſium maria. Videt in turba, non tantum perſonas, bona fortunas, ſed neceſsitates, ita debet paſtor agnoſcere, ita princeps in populo. Duas neceſsitates in turba videt, ſpiritus, & carnis. Vtramque ſubleuat, lingua, & manu, verbo, & pane. Væ etiam paſtoribus, qui oues deſerunt: Væ principibus, qui negligunt populos ſibi commiſſos. Quòd autem viſurus ſubleuat oculos, religio eſt oculorū, vt ſuſpiciant, ſurſum, quę rapiant corda. Ita ſuſceptis panibus, (Matth. Marc. & Lu.) ſubleuat oculos in cęlū. Sic graduat oculos, à ſe à turbis ad patrē, nec ſe ſolum reſpicit, nec ſe ſolo cōſulit turbis. eo dirigēdi ſunt oculi, eo charitas, & prouidētia. Nos in regēda familia deprimimus oculos, in manus nēas, ſtudia noſtra, terrā, agros &c. Hinc vilia ſūt noſtra regimina. De ore, & lingua, teſtantur Marc. & lu. quòd exceptam turbam, prius integra die docuit de regno Dei. Hoc ſemper primum eſt, & primo quærendum apud Chriſtum. Quicquid ſcis ſine hoc, male ſcis, vnum hoc fundat omnia regna, vnum hoc paſcit animum, qui primo loco cibandus eſt: quid iuuat ſi corpus pingue ſit, anima fame pereat, ſi corpus ſplendide ornatum, anima nuda ſit bonis omnibus? Hæc eadē lingua religioſa gratias agit acceptis panibus, hæc iubet ſterni mēſas, diſtribui, colligi fragmēta, lingua amantiſsima, & ſapiētiſsima eſt,

Marc. 6.
Luc. 9.

eſt, quare clamant turbæ. Hic eſt vere propheta &c. os iuſti vena vitæ. De manibus, teſtatur Matthæus, quòd multos, curauit à languoribus; quod panes accepit, quòd benedixit, ſic totum hodie Chriſtum exercent amantiſsimi affectus hi miſericordiæ, & prouidentiæ; quod primũ fuerat explicandum: dominus regit me nihil mihi deerit, merito d. quicunque hos Chriſti affectus conſiderat.

Secundò. De Secundo: Suos habent affectus Apoſtoli, timoris, diffidentiæ, prudentiæ humanæ, ſecundũ quos, & ipſi ſubleuant oculos, & circunſpiciunt: ſed ſtatim deprimunt, totoſque occupant circa creaturas, & earum conditiones, tempus, locũ, perſonas, circum luſtrãt omnia, & in omnibus arduas inueniunt difficultates, vrget tempus, quia iam dies inclinat vrget locus quia deſertus eſt. vrget turba, quòd multa eſt ſupra. 5000. ex his igitur affectibus. atque his oculis adhibent conſilium: Dimitte turbas. conſilium optimum coram prudentia humana: At coram Chriſto ineptiſsimum, quid. n. alienius à charitate. à ſapientia, à potentia Chriſti, corde, ab oculis, à manibus Chriſti, quàm ſic dimittere turbas ſuas regnum ſuum ſequentes? ſi dimittit Chriſtus quis colliget? Et quo tandẽ ituræ ſunt? Ad villas, inquiunt, & loca vicina, vt ſibi emant cibos. Vah quæ commutatio, à Chriſto, ad ruſticos Gallilæos? Sed vt ſanetur hæc ſtultitia, & tempeſtas imprudentiæ, reuelanda eſt vt pateat, quantum ab his ſuis tribuatur Chriſto omnipotẽti: quàm turpiter in rerum anguſtia, cadant frequenter & ſancti. Dicit ergo. Non eſt neceſſe vt eant. quid ergo? Vos date illis mãducare. Fruſtra, & inclementer ſollicitamini: veſtrum eſt prouidere; Patres Paſtores eſtis: vos turbæ ſequunt, ex officio tenemini. Sic ſic paſtores, & patres monet: ſi cæteri neſciũt, an decet vos ignorare? ſi ſal euanuerit &c. Ad Philippũ de indetẽtãs hominis ſimplicitatẽ, vt erudiat, Vnde ememus panes &c. Tãgit obiecta ordinaria prudẽtiæ humanę, ſi alẽdi sũt pauperes: opus eſt panib⁹: ſi habẽdi panes, op⁹ ẽ multa pecunia vbi iſta deſunt; actũ eſt. ita ſemp habes mundus hic oculos ordinarios. Tũ ille euomit totã ſpẽ & cor totũ. 200. denariorũ Panes non ſuff. Ita arguit mũdus, à fame ad panẽ; à pane ad denarios, ſi hæc nõ ſuppetũt, nullũ remediũ eſt fami. Et vos quot panes habetis? ita ſolemus hos recte ſupputare, quot panes, quot denarij requirantur ad alẽda xenodochia, & domus pauperũ: & ſæpe tanquã curã impoſsibilẽ deſerere, quia nõ videmus quõ poſsint ali, interim tamen panes noſtros retinemus in ſporta, & nõ ſuccurrimus pro viribus qđ debemus: Chriſtus aũt non eget cõſilio noſtro in ſuis alẽdis; ſed panes noſtros requirit. Da tu qđ potes, reliquũ curæ dimitte Chriſto. Quot Panes: Numerũ iubet explorari, ne cõfusè viuas, ſed cogites quot panes habes: quãta tibi eſt ſubſtãtia, & facultas, quid de illa facis; quotã partem das Chriſto &c. Da tuam tu, de reliquis curabit Chriſtus. Eſt puer vnus hic. &c. Et ſtatim adhibet conſilium ſuum iuxta oculos illos ordinarios. quid inter tantos? Ita olim Sara riſit de filio. d. Putas de centenario naſcetur filius? Ita Moyſes de carne danda populo, ſi congregentur omnia animalia terræ &c. Ita diſcipulus Eliſei. Quantum eſt hoc vt proponam centũ viris? Sic iam patet, quale cõſilium

Matt. 6.
Gen. 18.
Nu. 11.
4. Re. 4.

lium ex affectibus ſuis apoſtoli in tanta turbæ neceſsitate protulerint, qđ erat ſecundum explicandum.

Tertiò. De Tertiò, quando huc redacta res eſt, vt vel dimittendæ ſint turbæ: vel Chriſto ſolo ſit prouidendum. Vt iuſtificetur in ſermonibus ſuis; vt indebitas diſcipulorum ſuorum deſolationes confundat: vt fidelium ſpes in ſe ſolo conſtituat, etiam contra omnem creaturarum ſpem, deſcendit ad effectus ſuos mirabiles, & memorabiles: quos ita per ordinem narrant euangeliſtæ,

Primò. Iubet, vt faciant homines diſcumbere: ſic regio quodam modo procedit, omnia potens, omnium artifex, omnem habens virtutem. Ita
Ioan.2. olim in nuptijs. Implete hydrias aqua. Tum admonet mater. Quodcūque dixerit, facite: ita apoſtoli iam ad ſe reuerſi, quaſi oculos ſubleuent in vnius Chriſti virtutē, nihil, vltra quærentes (alioqui periculoſa res erat) faciunt homines diſcumbere ſuper fœnum, quod multum ibi erat: Sic autem ſedentes, & fœnum, id eſt ſuperflua carnis conſilia calcantes, apti ſumus Chriſti miraculis: & dum erigimur, & cum eius infallibili prouidentia diſputamus, nihil minus.

Secundò, Deinde iubet panes, & piſces adduci ad ſe, & ſuſcipit eos in manibus ſuis, velut in agro feraciſsimo. Aperis manum tuam, & imples omne animal &c. felices panes quos in manu domini reponimus. reponimus. aūt ſi pauperibus damus. Quod vni ex his feciſtis &c.

Tertiò. Tum eleuat oculos in cœlum, & gratias agit patri. Fundans in nobis, & filijs noſtris religionem perpetuam, qua de manu Dei ſumamus omnia cum gratiarum actione. ſic, patres debent filios educare. Surſum corda, ſurſum, & oculi.

Quartò. Inſuper benedixit, ac benedictione fœcundauit, vt creſce- Gen.1.
rent. Ita olim ex coſta mulierem fecit: ita ſola benedictione vim ſeminariam, & propagatiuam contulit, dicens creſcite &c.

Quintò. Benedictos panes, ac virtute ſua fœcundos præbuit Apoſtolis diſtribuendos: ita ſolet ſanctos ſuos honorare, aduocans illos in partem ſollicitudinis, & regiminis, ita etiam propius docet, & confundit eorum diffidentiam, quando in eorum manibus opus facit. Ita & iubet nos paucula quædam ſeminare; vt deinde dormientibus nobis creſcente ſubſtantia dicamus: Neque qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat. Man- 1.Cor.3.
ducant omnes de panibus, & piſcibus, quantum volebant, inquit Ioan. vide quam magnifice exaggerant factum euangeliſtæ. Dicit Ioan. Vt autem impleti ſunt. Dicunt reliqui. Māducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Hæc.d.dn̄s: comedent, & ſupererit. 4.Re.4.

Sextò. Tandem ad amplitudinem rei addit. Colligite fragmenta ne pereant. Satis eſt turbæ, quod manducauit, & ſaturata eſt. at non eſt ſatis Chriſto, qui præter turbam reſpicit in gloriam ſuam, & in fundamentum fidei noſtræ. Tam proui-
dus, & ſapiens œconomus eſt Chri- 2.Cor.9.
ſtus: vbi opus eſt, neceſſaria præbet ſubſidia: vbi ſuperſunt, iubet reponi. Hilarem datorem diligit: Diſsipatorem non diligit: Exponi vult in vſum pauperū bona quę dedit ille, & benedixit nobis: in luxum autem; & vanitatis ſtudia prodigi, nihil minus: reddenda enim eſt ratio de fragmentis: colligunt duodecim cophinos, vt ſinguli Apoſtoli ſuum

poſsideant,

poſſideant, in quo & ſuam imprudētiam damnare, & Christi miſericordiam, & potētiam glorificare diſcāt. Quiſque habet domi cophinum, id eſt augmentum diuinæ prouidentiæ, modo conſideret: collige fragmenta, repone tibi de menſa domini, vnde viuas, in die malorum memor bonorum. Ita Ioſeph in Aegypto repoſuit frumenta in annos ſequentes. Eſt enim factum hoc tam illuſtre, quod ſtatim rapit omnium corda, & ora in laudes ſuas, ita quòd vndique clamant. Hic eſt verè Propheta &c. Hic ſequendus, hic audiendus, Huius oculi vident, & prouident: huius lingua ædificat, & viuificat. Huius manus omnia ſuppeditant. Huius Charitas afficit. ſapientia docet. Potentia tribuit. Dominus regit me (dicat iam quiſque noſtrum) nihil mihi deerit. Amen.

Gen. 41.

Rauennæ in Archiepiſcopatu. 1570.

FERIA SECVNDA DOMINICAE QVARTAE In Quadrageſima.

QVodcunque peccatum diſplicet oculis dei turbat que illius cor, ac patientiam exercet. Odio .n. habet (ſapien.) Impium, & impietatem. At eſt aliquod peccati genus, quod non modo exercet, ſed ſuperat patientiam eius, prouocatque ad iram, & ad flagella, vt ſtatim deliberet iudicium. Ezech. Ergo & ego faciam in furore, non parcet oculus meus, nec miſerebor &cæt. Hoc autem illud genus peccati eſt, quod videtur excludere ſpem pœnitentiæ, alioqui pœnitentibus ſtat illuſtris promiſsio apud eundem Ezechiel. quoties ingemuerit peccator omnium iniqui eius non recordabor. Illa vero videntur excludere pœnitentiam, quæ remedia ipſa peccatorum vel reijciunt, vel inficiunt: ita vt quæ iuuare, & ſanere debuerāt, ipſa fiant mortifera. ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Huius generis ſunt peccata ſacerdotum. Tantum hęc diſplicere debent populis, tantū premi ab auctoribus, & eorum prælatis, cùm domini interceſſores, ſunt Domini contemptores. hi enim debuerant placare dominum ſuper peccatis populi: & ecce ipſi Deum prouocant ad iram. Huius generis peccata, quæ committuntur in ſacramentis, hæc enim remedia ſunt: vbi vel impiè diſpenſantur, auarè, negligenter, perfide; vel indigne, & impudenter ſumuntur. contemptus feſtorum dierum, præcipuè ſolēnium: prophanatio locorum ſacrorum: hęc enim omnia ſeruari debuerant ad placandum Deum. quæ vbi ſic ſunt infecta, vt Deum ad iram prouocēt, Iſta patientiam Dei ſuperant. In hoc ſtatu erant res Iudæorum tempore Eſa. Neomenias veſtras & ſabbata veſtra odiuit anima mea: incenſum abominatio eſt mihi, In hoc ſtatu inuenit hodie Christus Iudæam ſuam, quòd cuſtodes templi, templū inficiunt, quòd neque loci, neque temporis habetur ratio; quòd ipſa Dei ſacrificia ſeruiunt auaritiæ ſacerdotum. Quamobrem victa eſt patientia agni huius immaculati, & facto flagello irruit ī Dominos templi, in homines, beſtias, merces, prçcia, officinas, omnia in furore tāquā vindex paterni honoris, eijcit è templo

Sap. 1.

Ezec. 8.

Ezec. 18.

Eſa. 1.

plo. Noſtrum erit in hoc Domini furore obſeruare omnia, tum vt facti rationem intelligamus, Tum vt alieno exemplo nobis proſpiciamus, curemusque, ſi peccata vitate non poſſumus, Remedia ſaltē peccatorum ſeruare in ſuo robore, vt ſi patientiam Domini noſtri exercemus non ſuperemus.

Prope erat paſcha Iudęorum &c. Actio iſta Domini noſtri, qua ſic impatiēs eijcit Dominos templi, terribilis eſt, atque vndequaque mirabilis, ita vt D. Hieronymus, numeret eam inter primaria Chriſti miracula Mirabilis enim vere, & notabilis eſt. Ex tempore, Ex loco, ex ſubiecto, ex modo, ex cauſa, ex myſterio: omnia magnifica, omnia pondus habentia.

Primò. Ex tempore illuſtris eſt actio, quādo prope eſt Paſcha, in quo ſumma Iudæorum religio. Tempus autem hoc deligit. Primò ad dignitatem facti, vt ex tempore ſit memorabile: ex concurſu etiam, & frequentia populorum fiat illuſtrius. Secundo ad vindicandum ſcelus, quo ſacrum hoc feſtum auaritia ſacerdotū potiſſimum polluebat. Debuerant in hoc maximè rerum mundi huius obliti, toti incumbere ad prædicandam Dei charitatem, quę patres liberauit ex Aegypto, & ecce ſacrum hoc tempus ſua tenacitate inficiunt. Tertiò ad fundandā in pijs obedientiam, & religionem feſtorum, vt omnem iuſtitiam impleat, vt ſacrorum dierum ratio habeatur: non ratione dierū: ne dicat Dies obſeruatis &c. ſed ratione myſteriorum quę ijs diebus celebrantur. Quartò, ad ſuſcipiēdam in ſe cerimoniam Paſchæ Iudaicæ, legemque in ſe exprimendam, & Sinagonam matrem ſic in ſeipſo ſepeliendam. Huc enim reſpiciebat Paſcha, & Agnus, vt Agnum hunc ſignificaret. quare ſuo iam functa officio. terminanda erat, Et terminus erat ſaxum illud, in quo Moyſes fregit legis tabulas, Petra erat Chriſtus. Tot rationibus delectum eſt tempus Paſchæ.

Secundò. Ex loco deinde ſplēdet actio Chriſti. Fit enim in Dei tēplo loco ſcilicet ex omni parte ſacro, & ſancto, theatro magnificentiſſimo Ex inſtitutione. Nam verbo Dei cōſtructum eſt, verbo Dei inſtauratū: exemplo etiam accepto ex ipſo Dei præſcripto: Nos adoramus quod ſcimus. Domus patris eſt. Ex pacto, quo Deus locum hunc voluit eſſe remedium malorum omnium, cui ſuā miſericordiam ſic obligauit, vt cogerentur orantes in eo exaudire; quare in hoc reſpiciebant oculi Iudęorum etiam in Babilone morantium, tanquam in ſummum præſidium. Templum Domini, templum Domini. Ex vſu ſacrorum omnium, hic oratio, hic doctrina; hic ſacrificia, hic iudicia, hic expiationes, hic omnia quæ ad populi ſanctificationem, & Dei cultum ſpectabant. Ex myſterio, & ſacramento. Nam vt probauit Stephanus in Sinagoga, Templum hoc non erat vera domus Domini: ex Eſa. Quam domum ædificabitis mihi, cœlum, & terram ego impleo. ſed verum illud templum ſignificabat, in quo vere habitauit Diuinitas: atque ideo in quo vera propitiatio peccatorū facta eſt: & hoc fuit Chriſtus ipſe, in quo Diuinitas habitauit corporaliter. ad Coloſ. Et in euangelio teſtatur Ioannes quòd videbatur loqui de templo lapideo, & loquebatur de templo corporis ſui. Et ecce impietas, & auaritia Iudæorum fecerunt domum patris, domum negociatio-

Ioann. 4.
Ierem. 7.
Eſa. 66.
Coloſ. 2.

gociationis. Negocia hic debent eſſe æterna, ſpiritualia, animarum: & ecce plena ſunt omnia beſtiarum, pecuniarum: In templo quid facit aurum? Meritò itaque iraſcitur filius Dei, & tanti loci iniuriam vindicat.

Tertiò. Ex ſubiecto, & materia circa quam terribilis hæc vindicta verſatur, ſunt homines, ſunt beſtiæ, ſunt pecuniæ, ſunt menſæ. Omnia diſplicent Chriſto, omnia reijcit, & tolli iubet: Primò, diſplicent perſonæ: nam illæ potiſſimum ſunt, quibus templi cura commiſſa eſt, ad Dei cultum promouendum, & iram
2.Tim.2. pro peccatis populorum placādam, Et ecce iſti ſunt negociatores. Nemo militans Deo implicet ſe negocijs &c. Concilia omnia prohibent ſacris negocia tēporalia: iſtis enim debentur æterna. Secundo diſplicent beſtiæ. Quid enim loci habent in templo boues, oues, columbæ, niſi vt morte ſua, mortem peccatorum noſtrorum ſignificent? Et ecce peccatā ipſa cumulant. Debuerunt
Eſa.1. peccata expiare, & facta ſunt ipſa peccata: ſic Eſa. Sanguinem vitulorum, & agnorum, & hyrcorum nolui. cur? quia manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Templum ergo purgare debent, & templum maculant. Tertio diſplicent menſæ numulariorum, quæ in pecunia ipſa lucrum cōſtituerunt, & ex precio mercem fecerunt. Menſas has ferre non poteſt Chriſtus: mundum confundunt negocia tollunt: facta ſunt incendia bellorum, diuitias omnes ad paucos redigunt. Et ipſos principes negociatores fecerunt, & vtinam non cum damno populorum. Ex his menſis ampla, & infinita illa luxuries cambiorum, quæ negocia reduxit primò ad commutationes nūmorum pro rebus: ſecundo nummorum pro nummis: tertiò, cartularum pro nummis, quartò cartularum pro cartulis, quinto, verborum pro verbis; quæ tot ſcrupos inuexit inter mundi negocia, vt vix percipi poſſint. Omnia itaque è templo ſuo eijcit Chriſtus terribili hoc iudicio.

Quartò Ex modo. Actio tragica eſt iudiciaria, continet enim factum & facti probationem, & ſententiam latam, & executionem: omnia per ipſummet dominum noſtrum, tanquā per eum, qui vnus ſufficit: cum ipſemet ſit legiſlator, & lex, & legis vindex. Probatio facti eſt. qui inuenit non eget teſtibus, ſupplet ipſe pro mille teſtibus. nam ipſe inuenit factum: ipſe diſcernit, noſtri multa nō inueniunt: multa latent ſub arte, & ſub hypocriſi: intentio vt plurimum latet: videtur enim factum in Dei honorem, & ecce negocium carnis eſt: Chriſtus inuenit omnia. Ego ſū, ego vidi. omnia nuda oculis eius. Sēntentia eſt. Auferte iſta hinc. verbum imperij ſummi regis, cui nulla vis reſiſtere poteſt, Executio terribilis eſt Eijcit homines, eijcit beſtias: effundit æs, menſas ſubuertit: ideſt ſimul reprobat omnia, negociatores, merces, precia, & officinas: Eheu quam terribiliter eiecit in tot partibus epiſcopos è ſedibus, negocia prophana reditus, & cathedras ipſas euertit: tā tum quòd infœliciter negociabantur. Mēſas ſacras, & prophanas ſubuertit, quia vtrobique offenditur, & ſub boni ſpecie.

Quintò Ex cauſa. Magna eſt actio, magna ex cauſa prouenire eam opus eſt. Ita exprimit euangeliſta, quòd diſcipuli forte factum Pſalm.68.
mirantes,

mirantes, recordati ſunt quòd pſal.
facti huius in perſona Meſſiæ ratio-
nẽ dederat dicens: zelus domus tuæ
comedit me. Non eſt ordinaria fun
ctio Chriſti, qui ſacerdos non eſt tẽ
pli huius manu facti. Non etiam eſt
temerarium factum, aut illegitimũ.
quid ergo? zelus eſt amor feruens,
ignis æſtuans in corde filij, pro ho-
nore Patris, cuius domum pollutam
cernit, & ferre nequit: qui ſcit amare
Deum, ſcit & facile zelum hunc in-
terpretari. Amor eſt impatiens, qui
ſic Moiſem, Elyã, Matathiam, alio-
qui viros manſuetiſſimos, traxit ad
impatiẽtiam. filius eſt Dei dilectus:
Deum diligens, amor perfectus; Mi
rum ſi pro patris gloria ſæuit in Iu-
dæos, & beſtias eorum? pro eadem
ſæuit in corpus, & animam pro-
priam: Tempeſtas itaque, & fortu
na amoris eſt.

Sexto ex Myſterio. Omnia myſte
rium habent, omnia ſignificant. Pri
mò, eiectio Iudæorum è Dei tẽplo:
ſignificat mox futuram eiectionem
è toto regno, poſt Chriſti mortem,
& interitum Iudaiſmi. Secundò, eie
ctio beſtiarum & columbarũ, ſignifi
cat terminum legalium ſacrificiorũ
quare clamat. Auferte iſta hinc. ſuo
functa ſunt officio: Nunc mihi incũ
bit onus, ego ſacerdos, & victima:
abite vos, cũ veſtris his beſtijs vanis:
Soluite templum hoc, Et ſoluetis irã
Dei, Et ego in triduo excitabo illud
ad mundi vitam. Non ſat eſt victimę
pacificanti, vt tollat peccata, niſi &
iuſtitiam infundat: Ideo non ſat eſt
mori, niſi reſuſcitetur, ſolui, & reædi
ficari opus eſt, vt mundus ſaluus ſit.
Beſtiæ iſtæ non pacificãt, quia mor
te terminantur. Vos miniſtri mortis
ſoluite templum hoc: Ego in morte
ſeminabo vitam, & excitabo illud,
Mors, & vita duello conflixere mirã
do, Dux vitę mortuus, regnat viuus.
Tertiò effuſio ęris, & ſubuerſio mẽ
ſarum: ſignificant iudiciũ impendẽs
nouis iſtis negotiatoribus, qui ex pre
cio mercem faciunt: Eheu ſi oculos
haberemus, quot menſas in Italia
ſubuerſas cernimus, quę olim pręſta
bant regibus 500. millia aureorum:
nunc ſuſpirant, vt creditores accom
modent. Quartò, Ira iſta & zelus ar
dẽs Chriſti in iſta omnia, docet nos,
vt exemplo alieno diſcamus: ſi pecca
re volumus, ac patientiam eius exer
cere, ſaltem non ſuperemus: ſi pec-
cata admittimus, ſaltem peccato-
rum remedia non inficiamus, vt ſal-
uis his, poſſimus per ea miſericor-
diam domini implorare, & impe-
trare. Amen.

Habita Neapoli. 1569.

FERIA TERTIA DOMINICAE TERTIAE In quadrageſima.

PErgit Sãctiſſima Chri
ſti veritas per innu-
meras vanitates, &
opiniones mundi hu
ius, viua ipſa, cõſtãs,
nemini parcẽs, vtcun
que tribulata, & impetita, ſemper au
dax creſcens, ædificans. Aedificat fi-
dem in primis tanquam ſubſtantiã,
& fundamentum pietatis; tollit hæ
reſes, tollit ſuperſtitiones, omnia re-
uocat ad vebum Dei, & ſenſum ſan-
ctæ catholicæ eccleſiæ. Aedificat vi-
tam, damnat mundi mores, luxus, cu
piditates, omnia reuocat ad honorẽ
Dei, ad regulas virtutis. Non omnes
mouet, non omnes lucratur, nunquã
tamen

tamen eſt ſine lucro. Audit mundus obſeruat,& miratur. Non tamen in omnibus vna, vel eadem eſt admiratio,quin multiplex.Eſt rabioſa in impijs veritatis hoſtibus, perfidis, aut ſceleratis,qui audire non poſſunt;tā-tamque mirantur dicendi libertatē, aduerſus ſe: dentibusque fremunt,& deuorant Chriſti homines. hæc illa terra ſpinoſa,quæ ſemē ſuffocat. Eſt curioſa in alijs, qui mirātur modos dicendi,fœlicitatem ingenij,proprietatem verborum &c. Inde facile obliuiſcūtur,hęc terra illa petroſa q̃ nō habet humorem. Eſt amoroſa, in ſimplicibus, & paruulis Chriſti, qui vim verbi ſentiunt, & mirantur Dei gratiam:Admiratio attentos facit,attentio dat intelligentiam,intelligentia guſtum, Guſtus obedientiam, hæc illa terra, quæ corde bono & optimo recipit ſemen, & fructum fert. Veritas enim ſic admirata, ſemen eſt bonorum omnium. Inter has admirationes apparet,& in ipſo ore Chriſti veritas, & verbum eius in Euangelio: multum vexata,multis periculis obiecta,victrix tamen,& cum fructu;quia de turba multi crediderunt in eum.Ita quòd bono animo,cuicunque ſe offert diſcrimini. d.cum Paulo.ſi Deus pro nobis quis
Rom.8. contra nos? Et cum. Dauide prius.
Pſalm.116. laudate Dominum omnes gentes. laud.eum omnes populi. Quo animo? qua fortuna? quoniam confirmata eſt miſericordia eius ſuper nos, & veritas Domini manet in æternū: Scopus hiſtoriæ eſt admirari Chriſtum docentem,& doctrinæ ac veritatis eius ſpiritum, & profectum intueri. Diſtribuit autem euangeliſta in capita quatuor.Primum narrat veritatis vim.Secundum,iudicia. Tertium,originem. Quartum fructum.

F.Franc.Viced.

Iam die Feſto mediante &c.Narrat Ioannes quòd Dominus noſter inuitatus à fratribus ad feſtum Scenofegiæ: vt videant opera quæ facis &cæt. Renuit, non enim amat mixturam illam communem religionis & ambitionis, quæ omnia feſta corrumpit, vt nunquam mundus magis præuaricetur in luxu, pompis & cætera quàm in diebus feſtis; quibus ex circunſtantia temporis culpa fit grauior. Tam potens eſt Satanas omnia deprauare. Dicit ergo vanis ſuis inuitatoribus. Aſcendite vos,Ego non. Quia tamen reſpuit vanitatem; religionem autem colit,& retinet,ſine illis, & ipſe aſcendit, vt legem, impleat, ſed in occulto. Et hoc duplici ratione. Tum vt liberum campum faciat vanitati de ſe iudicandi: vt clamant omnes. vbi eſt ille? vt variè ſentiunt:alij, quòd bonus eſt, alij ꝙ ſeducit.Tum vt ſuos puſillos hoc exemplo doceat à principio, ſi non eſt animus ire palam,& veritatem vitæ Chriſtianæ coram oculis mund profiteri, frequentare ſacramenta, viſitare opera pia;eant in occulto: eant de nocte cum Nicodemo:Non erit vana profectio.Praxis eſt amoroſa, creſcit ſpiritus, quocunque modo proficient:non ſemper lacte opus erit vel tenebris.Prodibunt in lucem ſuo tēpore;&quę ſibi nunc vilia videntur, apparebunt glorioſa:In huius rei exemplum profectum talem narrat Ioānes in Chriſto capite noſtro. Venit occultus, &per tres dies manſit; en quàm profecit, quantum virium in eo ſacro ſilentio acquiſiuit: Iam die feſto mediante &c.exaggerat factum Io. multis cum circunſtantijs notabilibus.Iā die feſto. circūſtātia eſt tēporis, quòd die quarto omnium ſo-

Ll len-

lenniſsimo,prodit in lucem. Aſcendit Ieſus. Circunſtanti eſt motus, quo profectum ſpiritus, & virium exprimit,quòd altus prodit,atque aſcẽdens. In templum:Circunſtantia eſt loci,quòd in templum, locum publicum,omnium ſpectatiſsimũ ſeſe exhibet coram toto mundo. Et docebat. Circunſtantia facti, & operis præſtantiſsimi. Prius timebat diſcere: nunc factus eſt Magiſter; prius fugiebat oculos mundi, nunc percutit aures:Et tãta cum maieſtate, & gratia,quòd ſtupent & mirantur omnes.d.Quomodo hic litteras ſcit &c. Communis in omnibus eſt admiratio,non tamen eadem: Eſt rabioſa in ſcribis,& Phariſæis templi dominis, & populorum Magiſtris; non enim ferre poſſunt, vt Chriſtus doceat, cũ ex eorum ſchola non didicerit;quare detrahunt illi; periculoſam innuunt doctrinam,quaſi ſui capitis inuẽtionem. Adde quod ſentiunt doctrinam Chriſti, ſuos mores percutere. Contrarius eſt vijs noſtris;improperat peccata legis &c.Rabiem hanc tãgit Chriſtus.d.Quid me q̃ritis interficere.Tangit Ioãnes in fine.d.Quærebant eũ apprehendere: ſed nondũ venerat hora.ſuos habet terminos,& ſua tempora veritas. Vellet quidem impietas obſtruere veritatis ora, ſed non poteſt.Ita obſtruit ora tot Academiarum Stephanus. Audiẽtes Stephanum,diſſecabantur cordibus: ſtridebant dentibus, exclamantes voce magna,continuerunt aures,& impetum fecerunt in eum.Ita ſimplex ille in cõcilio Niceno. Audi philoſophe &c.Ita Alexãder Conſtantinopolitan' corã Imperatoribus: In no.D.N. Ieſu Chriſti p̃cipio vt taceas: ſtu ita que in rabie cõtabeſcũt inimici veritatis. Admiratio iſta facit ſtupidos

Act. 7.

& indociles.quare vrget Chriſtus.Iuſtum iudicium iudicate ò inepti. Eſt admiratio curioſa in turbis,quæ duo mirantur.primum tantam Chriſti, & veritatis in docẽdo libertatẽ: ecce palam loquitur.ſi Deus pro nobis quis contra nos?Secundũ,patientiã principum.Nihil ei dicunt.Nunquid cognouerunt Principes, quia hic eſt Chriſtus? Tãti refert Principes Chriſtum audire,vel non;Principes enim duces ſunt populorum: exemplo ſuo mouent quocunque ipſi inclinãt.At terra iſta non habet humorem;quare ſtatim addit Admiratio iſta paralogiſmos carnis dicens. Sed Chriſt' cum venerit nemo ſcit,vnde ſit. Hunc ſcimus, vnde ſit:vide quod ſcandalum patitur turba hęc fatua in Chriſtum, & Meſſiam expectat incognitum, ſine matre,ſine carne,& oſsibus:Chriſti ſcire parentes,fratres,patriã,tempus,concludit,quod non eſt Chriſt'. Ex quibus tamen verificare debuit prophetias, tempora obſeruare, & concludere hunc eſſe Meſsiam: Ita Chriſtus,Et me ſcitis,& vnde ſim,ſcitis &c.Talem in diſcernendo leuitatem paſſa ſunt ſecula noſtra: ſunt libri patrum,doctorum orthodoxorũ pij,vtiles; At quoniam ſciunt vnde ſunt, nomina, authóres, titulos noſcũt;ideo non magni faciunt.veniũt libelli, ſine authore ſine loco impreſsionis,ſpecioſis titulis.Beneficiũ Chriſti: ſummarium ſcripturæ.Hos admirantur,quia neſciunt vnde ſint: Doctrinam orthodoxam deſpiciũt, quia ſciunt vnde ſit, vſque ad martyres, ad Apoſtolos,tempora omnia conſentiunt:vos inquit Chriſtus teſtimonium perhibebitis de me, qui ab initio mecum eſtis. ſurgit fungus ex angulo Saxoniæ,ex capanula Chiauenæ, Geneuæ, Bynus eza, Hugo

Ioan. 7.
Rom 8.

ignoti

ignoti nominis, ſuſcipiunt populi & regna,quia neſciunt vnde ſint. Exit Th.monachus.vocat ſe liberatorem ſequũtur pluſquã 100.millia ruſtici. Exit Luterus,vocat ſe, tertium Elyã, & recipiũt:vtrunq; impurũ & facrile gũ.Exit Oſiander, vocat ſe ſecundũ Enoch. & recipiunt. Exit Seruetus, vocat ſe vnicum mundi prophetam, & recipiũt.Exit De uitriaria fornace & hiſtrionũ ſcena, David Georgi', vocat ſe Meſsiam,&c.Falſis his paralogiſmis Diabolus excœcat leuiſsimos iſtos admiratores, quia terra nõ habet humorem. Eſt admiratio tertia amoroſa ſimplicium,& fidelium Chriſti, q in corde bono,& optimo ſuſcipiunt verbum, retinent quaſi theſaurum, vitam diſcernunt,quam dulcia faucibus meis eloquia tua &c.

Pſal.118. Vt dilectus locutus eſt;anima mea li-

Cant.5. queſacta eſt. Domine,inquit Petrus, verba vitę æternę habes. hi admirant dulcedinem ſpiritus,& energiã:attentè recipiunt,guſtant,& fructum obedientiæ ferunt. Inter tot iudicia, & admirationes currit veritas Chriſti; quibus omnibus vno verbo occurrit ipſe,rationem dans cur,& quomodo litteras ſcit cum non didicerit.

Mea doctrina non eſt mea. Non negat in ſe eſſe doctrinam; admiſit in ſe famem, ſitim &c. Ignorantiam non admittit,duplici ratione. Primò quia repugnat proprietati ſuę naturali;Eſt enim verbum patris,& ars eius cui ſic in diuinis,appropriatur ſapientia;quomodo ergo ſapientia admittat in ſe ignorantiam? Secundò, quia repugnat miniſterio,& legationi ſuę inter homines. Eſt enim declaratus

Matth. 17. Magiſter & Doctor mundi,de quo bis Pater, Ipſum audite: quomodo doctor admittat ignorantiam? Di. Thom.Repugnat,& perfectioni animæ,vt ſit ocioſa:ocioſa eſt, ſi ſit ſine ſua propria cognitione, imperfecta etiam eſſet, niſi potentia eius reducatur ad actum: intellectus eſt, omnia fieri.Doctrinam tamen ſuam debito loco reponit. d. Mea doctrina non eſt mea:ſed eius qui miſit me; ſi tua, quomodo non tua &c? Recte loquitur.Vt Deus,& Dei filius doctrinam vnam, coæqualem habet cum patre, & tamen habet à patre, ſicut intellectum,& naturam.Vt homo doctrinã habet à principio ſuæ animæ cõcreatam:non tamen habet ex natura, ſed ex gratia:quare Patris eſt;Diuina eſt. D.Thom.in tertia. p.q.9. artic. 1.In Chriſto eſt ſciẽtia verbi Diuina.quæ à patre eſt, à quo & verbum. Eſt ſcientia matutina qua anima cognoſcit omnia in verbo. Eſt ſcientia veſpertina, qua cognoſcit omnia per ſpecies rerum ſibi concreatas à ver-

bo,Hi ſunt theſauri ſcientiæ,& ſapiẽ Coloſ.2.

tiæ, de quibus Paulus. Repleuit eũ Eſa.11.

ſpiritu ſapientiæ,& intellectus,ſcientiæ, & conſilij. Hinc magna illa vis chriſtianæ veritatis, quia à patre cœleſti eſt. Ille cauſa eſt efficiens: Caro & ſanguis non reuelauit: cauſa finalis,etiam altiſsima eſt; Gloria Dei,& mũdi ſalus:cauſa formalis, & ipſa potens, perſuaſio ſpiritus ſancti infallibilis.Cur ergo non omnes ſuſcipiũt, & retinent? Diuerſitas eſt ex cauſa materiali; eſt enim hæc præparatio animi,vnde fit docilis:Et hæc eſt humilitas, atque propoſitum obedientiæ,ita dicit.Si quis voluerit voluntatem eius facere,qui miſit me,hic cognoſcet de doctrina:Cõtrà habet & vanitas cauſas ſuas quibus opponitur veritati, efficiens eſt Diabolus mendax,& pater mendacij: inimicus ſuperſeminat zizaniam. Finalis eſt

Dei contumelia,& mundi confuſiõ. Matt.13.

Formalis eſt error in intellectu, & pertidia in voluntate. vocauit D. Paulus ſubuerſionē: qua Deus huius ſeculi excœcat &c. Materialis eſt mala vita: nunquam hæreſis eſt prima culpa, ſemper præcedit ſchiſma, & hoc eſt à ſuperbia. Cœpit Luterus à Simonia. Henricus Angliȩ Rex ab inceſtu. Hugonoti ſatis declararunt q̃ religionē quærant in Gallia. Ob hoc Phariſæi non percipiunt doctrinam Chriſti, quia inquit, Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem, cum tamen videri velitis omnium obſeruantiſſimi. At ego diſpicio rabiem cordis iſtius ſanguiuarij. Vt quid me quæritis interficere? Hi ſunt qui vexant veritatem, Et tamen præualet, & vana non eſt. De turba enim multi crediderunt in eum, ſic ſemper fœlix eſt: neque aliter eſſe poteſt, cum ſit diuina: certe autem dū pugnat homo cum homine, aut homo cum Diabolo, vtrobique poteſt ſtare victoria; at vbi creatura pugnat cum creatore, certa eſt victoria creatoris. ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Ergo inquit Dauid. laudate dominum omnes gentes: laudare eum omnes populi. Quoniam confirmata eſt ſup nos miſericordia eius. Et veritas Dñi manet in æternū. Amen.

2. Tim. 2.

Rom. 8.

Pſalm. 118.

Habita Neapoli. 1569.

FERIA QVARTA DOMINICAE QVARTAE In quadrageſima.

Ioan. 9.

Abij Laui, & veni Videns.

HAEC ſumma eſt religio, ad quam nos vocat diuina lex, vt dominum Deū vere agnoſcamus & tanquam vnicum benefactorem adoremus, ideſt toto corde, & anima diligamus, illique omnia noſtra, & nos ipſos, perpetua humilitate & obedientia, vt vero Domino proſternamus, ac tandem ex animo cum Thoma clamemus. dominus meus, & Deus meus. In hac religione exerceri, & proficere debet tota vita noſtra, quia in hac conſiſtit tota vita, & ſumma noſtra perfectio. Interim nos ocioſi, vel noſtra culpa, vel parentum, qui nos malè ſeminarunt, male genuerunt, male educarunt, in monte tenebrarum, & turpitudinum ſedemus, nihil Dei, nihil animæ memores, tantum miſerabilia quædam ſolatia à mundo hoc mendicantes, & in hac vilitate vitam conſumentes: Neque deſunt in hac miſeria ſocij, affines, amici, patroni multi, quos habemus ſcelerum ſocios, & fautores, qui nos iuuant, quantum poſſunt: à nobis etiam iuuantur. Tantum vt de Deo, de anima, de paradiſo, aut inferno nulla habeatur ratio. Sed nec habere poſſumꝰ, niſi Chriſti miſericordia tot malis noſtris, nobis non merentibus, quin & non cogitantibus occurrat, tollat ipſe, qui lux mundi eſt, montes hos tenebrarum; exerceat in ſuo ſeruitio, & ad agnitionem, atque amorem ſui perducat; At ſuſtinere oportet opus eius, & manum, vt curari patiamur, duci, exerceri ab eo; Diues eſt in remedijs, dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ; qualiacunque ſint media, ſi Chriſti ſunt, finis erit optimus. In tali miſeriarum, & tenebrarum cumulo ſedentem, & mendicantem inuenit hodie in euāgelio cœcum, nihil de ſe cogitantem, aut cogitare potentem, quando à natiuitate cœcus eſt. Reſpicit, & miſeratus,

Pſalm. 23.

ſeratus, curam illius ſuſcipit, vtque hominis ingenium probet, incipit à remedio ſatis extraneo, ac prorſus contrario:inuenit patientem: quare & deliberat curare omnino:ſicque in obedientia ſua exerceat, vt ſanet, ſanatum probet, probatum trahat ad ſummam illam religionem, qua totum il lum in ſe recipit, & viciſsim totum ſe illi patefacit, & tradit. Qualiacunque ſint media, certe finis eſt optimus, quo Christus remanet glorificatus, cœcus illuminatus, diſcipuli instructi, Sinagoga confuſa. Habet hæc cura tria potiſsimum tempora; principium, medium, & finem. In primo cœcum illuminat. In Secundo, exercet. In tertio recreat. In primo parturit. In ſecundò educat. In tertiò perficit. In primò àuellit à ſuis tenebris. In ſecundò à mundo, etiam à parentibus. In tertiò à ſemet ipſò, ac totum in ſe recidit, & beat.

Primò. Ad Primũ, venit Christus magno amore magnocõſilio, magno & artificio. Amor ſingularis eſt, quo Reſpicit cęcũ. præuenit in miſericordia, videt enim non videntem ſe, ſtatuit ſanare. Gratia iſta præueniens principium eſt humanæ ſalutis. Reſpice in me, & miſerere mei firmabo ſuper te oculos meos: viſio eſt amantiſsima, Reſpexit ſic ad Abel. Conſilium altiſsimum eſt. Vt manifeſtentur opera Dei, quæ ſunt ſibi neceſſario promouenda, quia ſunt opera patris; & diem habent præſcriptam: antequam veniat nox. Amor videt in homine tenebras, conſilium videt in tenebris opus Dei. non enim ſunt ob peccata vel ſua vel parentum, ſed ob Dei gloriam. Quid nos ignaui de die noſtra, de tota etiam vita, referamus Deo patri noſtro, niſi verba, picturas, opera carnis riſu digna? Tot facimus pro mundo, pro corpore; nihil pro Chriſto? nihil pro anima? Artifictum eſt pręſtantiſsimum, & ſecretiſsimum, quo ſapientiam mundi infatuat. lutum imponit oculis, hoc principium eſt illuminandi, & non potius excœcandi? Vt qui ſapiẽs vult fieri in Chriſto, ſtultus fiat. Vt Saulus in manibus Chriſti fiat Paulus: ex oculis Pauli ceciderunt ſquammæ phariſæiſmi, vt Chriſti lucem ſuſciperet. Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Diſcamus ire ad Chriſtum per ea media, per quæ ille vocat, vtcunque aſpera, extranea videantur. Nouit ille quod facit & quod expedit, dicamus cum Ely,* Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. lutum imponit. atqui ex luto totum hominem fecit, non poteſt ex luto ſolos reficere oculos? Quod ſi etiam informare, & deformare videatur, paupertate, & afflictione, ægritudine, infamia, habet remedia proxima quibus ſuccurrat, ſtatim iubet, ire ad aquas Siloe, & lauari: & tantam interim tribuit aquis virtutem, vt vix tactæ, ſimul auferant, & lutum, & cœcitatem. Tu ſequere præſcripta medici tui. Duxit Iſrael in ſummum periculum ad mare rubrum. ecce per ſundum maris ſaluum tranſmiſit, & hoſtes perdidit. Ad aquas Marath. & ecce lignum paratum, quo ſanentur. Ad ſerpentes ignitos; ecce æneus ſublatus ad ſanandum. Sub Eliſeo ſunt aquæ mortiferæ: habet ſal ſanatiuum. Mors in olla, Parata eſt farinula ad tollandam mortem. Mortificat & viuificat, pauperem facit & ditat. Exo.15. Num.21.

Cœcus noſter, optime ſe gerit in hoc primo tẽpore curę ſuę: ad primũ enim 4.Reg.4. 4.Reg.2.

mo.ita Paulus: Ego minimus apoſtolorum,qui non ſum di.vo.Apoſtolo-
.Cor.15. lus:quia perſecutus ſum eccleſiā Dei. en mentio tenebrarum. Turbæ ſimplices facile credunt,& annuūt. At Domini Phariſæi ex conſcientia ſubtilius inquirunt, ſunt enim zelatores ſabbati,vocant igitur parentes,& examinant ſuper tribus. An ſit hic filius eorum,vel alius ei ſimilis,vt leues quidam dicebant: An fuerit re vera natus cœcus,vel ita ſit ſimulatum ob quæſtum:ſi ſic.quomodo ergo nunc videt? quæ noua mutatio à priuatione ad habitum? Ita noua in dies augentur dubia, quàm primum cœperis ab integra fidei regula declinare: qui enim ſuper vno tantum articulo dubitat,iam infidelis eſt, & totam illico perdit fidem infuſam: quid mirum poſtea, ſi it de malo in peius? ſi aues cœli comedunt ſemina derelicta in via? ſi creſcunt hæreſes, ſi dubium vnum ad aliud trahit? Dubitabatur in hoc homine, de auctore lucis;ecce nunc dubitant,& de luce, & de tenebris. & de homine ipſo num ille ſit,num natus cœcus: Progreſſus hæreſum: Cæpit Luterus ab indulgentijs, Inde addit purgatorium, Abiecit eccleſiam; qua ſepe ſublata iam patuit via ad omnem impietatē. Eiecit ergo hominem è ſua naturali libertate,in ſeruitutem peccati,eiecit ſanctos ex templis,imagines,& cineres: eiecit è cœlo, aut inutiles ibi poſuit. eiecit Chriſtum ex cruce,& fregit, Ex ſacramentis, quæ dicit eſſe ſola ſigna, ex euchariſtia caro lo ſtadius.Corpus cœleſte tribuit illi quidam in Friſia. Animam æternam dedit.Poſtellus:Bucerus moriens negauit veniſſe Meſsiam. Trinitatem Fauellus, & Seruetus ſuſtulit:ex luteranis ſacramentarij,Caluiniani, Hugonotæ,ex his anabaptiſtæ,Ex his impij Seruetani, vt cancer ſerpit venenum impietatis,noua ſemper capita producit hydra.

Ad Primum autem, & ſecundum, facile & audacter reſpondent parentes cœci: quòd hic eſt filius ſuus; & quòd cœcus natus eſt: ita quòd putabant Phariſæi per hos obſcurare rē & ecce clarificant, ita quòd iam ſuper his duobus capitibus non poteſt amplius dubitari. Sic autem facile poſſumus opera carnis noſtræ,coram mundo narrare, audit libenter, fert, fauet dicentibus,tantum ne nominetur Chriſtus.Hic vnus turbat omnia. Ad tertium ergo, quia Chriſti opus eſt;ſe ignorare factum aiunt,& ad filium ipſum remittunt.

Hoc ſecundum erat declarandum de luce. Quomodo aperti ſunt oculi? Narrat auctorem, vt ſcit, Ille homo qui dicitur Ieſus,&c.Narrat modum:lutum poſuit,laui,& video. Parentes hæc omnia ſciunt, ſed tacent, quia timent decreta Sinagogæ contra confitentes Chriſtum: Oh quot nobiles ſpiritu ſupprimit timor hic, & amor mūdi; quot damna Chriſto.

Ad Tertium quo petitur de qualitate operis,& auctoris,de opere dubitatur, ſtantibus circunſtantijs Sabbati,luti,itineris,ablutionis;hæc omnia videntur derogare: Econtra opus maximum eſt:A ſeculo non eſt auditum &c. quare opus eſt ſingulare, & ſine exemplo. Qui ſunt ſecundum ſpiritum; quæ ſunt ſpiritus ſentiunt, ij ſoli diiudicāt opera Chriſti. De auctore, quid dicis de illo? Reſpondet quia Propheta eſt, homo Dei eſt:inſtant illi,cum emphaſi: tantam à peccatoribus ſuſtinuit contradictionem. Nos Scimus quia peccator eſt:ſabbatum nō cuſtodit.Aduer

ſus

ſus hæc omnia fortis Chriſti miles, & defenſor, pulchram pro Chriſto texit apologiam, qua probat; ꝙ non eſt peccator, quando hęc ſigna facit, quod Iuſtus, & Deo charus eſt, quã do ſic exauditur à Deo: Niſi eſſet à Deo non poſſet &c. Tot tantaque dicit, quòd prouocat Dominos Pharisæos ad impatientiam: quare in primis arguunt temeritatem eius. d. In peccatis natus, es totus, & nos doces? ſus Mineruam? Prophanus ſacros? Mendicus Dominos templi? Deinde maledicunt, & execrantur ſumma blaſphemia. Tu diſcipulus illius ſis: peius dici non poteſt coram mundo. extrema fortuna eſt eſſe cum Chriſto. Nos Moyſi diſcipuli ſumus &c. Ita profitentur, re vera autem nec Chriſti, nec Moyſi ſunt: nec animæ, nec honoris rationem vllam habẽt. Tertio eijciunt è Sinagoga, tanquam infamem, & peſtiſentem, reprobant, & expellunt è conſortio Iudaico. Sic abit pauperculus homo Chriſti ſine amicis, vicinis, parẽtibus, Sinagoga, priuatus bonis omnibus tẽporalibus & ſpiritualibus, improperium ſuæ lucis, & ſui illuminatoris portãs. Quo autem ſe conferat? excrementa mundi, inquit Paulus, facti ſumus. Hæc de ſecundò tempore.

Tertiò. Ad tertiũ tempus attinet hominis recreatio. Chriſtus enim athletam ſuum reperit, vt damna illi omnia reſarciat, ſicque liberatum è tenebris, & è conſortio carnis, & ſanguinis, & ex omnibus mundi fauoribus, expediat etiam è tenebris, ſi quę remanent interioribus, & ex ſeipſo, ac totum in ſe recipiat. Primò ergo interrogat, & exigit fidem, vt credat explicitè, quod implicitè hactenus. Hæc enim illa ſuprema eſt lux, & religio, vt cognoſcat, & amet Dei filiũ: Credere in: ſumma latria eſt, ille autem. Quis eſt domine, vt credã? Animus paratus eſt in obſequium, tum ille ſe ſe aperit, ac tradit. Et vidiſti eum. Et qui loquitur tecum: non dicit, quem vides: quia verbum eſt, & ex auditu, non ex viſu formatur fides, quam exigit. Viſio ſeculi huius dat fidem implicitam. fides explicat ex verbo reuelato. Totus hic recreatur, & reuiuiſcit, homo. Ita olim feſſo Sanſoni aperuit fontem ex mola Iud. 15. Aſini. Sic Elyam tabeſcẽtem in ſpe- 3. Reg. 19. lunca præſentia ſua recreauit. Sic Act. 13. Paulo captiuo. Conſtans eſto, Ita oportet & Romæ &c. Sic D. Antonio à Demonibus lacerato, & conquerenti: vbi eras Domine Ieſu? Reſpondet, Aderam, & ſpectabam certamen tuum. Ita mortificat, & viuificat ſuum hunc illuminatum: quare ſuſcepta luce dicit. Credo Domine. Et quid inde? quid facit fidei lumẽ? Et procidens adorauit eum. Cadit carni, & ſanguini, cadit Sinagogę, & Gal. 6. mundo ſpretus eſt, ſpernentes ſpernit. Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo. vni Chriſto reſurgit, & in Chriſto ſe recuperat, illum colit, illũ, ſequitur cadit, & ſibi ipſi, & perdit ſic in ſeipſo, viuo ego, iam non ego, viuit in me Chriſtus. Hæc illa ſumma religio, quæ in clara Dei cognitione, & viua eius dilectione, & perenni eius obedientia, ex toto corde, vbique clamat viuens, & moriens. Dominus meus, & Deus meus. Amen.

Habita Rauennæ. 1570.

FERIA

FERIA QVINTA DOMINICAE QVARTAE In Quadrageſima.

VT exijt Humanitas noſtra è manu Dei viui, ex generoſa, & fœlicisſima illa oſſicina, vbi viua, & vitalia ſunt omnia, vbi vitæ fons, & vita ipſa naturalis, eſſentialis: immortalis: ita exijt viua, & vita plena. Mortuũ qdẽ ex terra mortua forma tũ eſt corpus: at ſtatim vita inſpirauit in eo ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Anima viuens viuificat corpus. Animam animam. Gratia, quaſi aĩa aĩæ, & ſic duplici vita vixit homo: ligno vitæ cibatus eſt, vt creſceret de vita in vitã, quouſque rediret in fontem vitæ, & viueret æterna vita; Vitale hoc opus infecit culpa, duplici morte corporis, & animæ; ita vt ſuſceptis in ſe mortis ſeminibus, extincta vita, creſcat mortale hoc de morte in mortem, quouſque tumuletur in æterna morte. Cadauer deferunt innumeri baiuli, mortis miniſtri. Elementa ipſa, pugnantia deferunt corpus. Paſsiones animæ deferunt animam, amores, odia &c. Mala exempla, mala conſilia, adulatores, conſtruunt loculum: ſpes longioris vitæ; præſumptio diuinæ miſericordiæ, malus habitus in culpa, trahunt ad tumulum contempus, & in profundum. Sequitur Mater eccleſia inconſolabilis, orat, docet monet, ſacrificat, omnia tentat vt filij ſuſcitentur, hoc præſertim tempore; mox teget cruces, nudabit altaria, ligabit campanas tenebras faciet, Terræ motus excitabit, vt concutiat peccatorum animas. Niſi huius orationes, & lachrymas miſereatur Chriſtus, actum de nobis eſt: ſola hæc ſpes nutrit: vt Chriſtus in matrem reſpiciat; & eius more filios vitæ reſtituat: Ita hodie apud Naym &c.

Ibat Ieſus in ciu. Naym. Mirabile ſimul, & miſerabile ſpectaculũ offert hodie nobis euangeliſta. vbi ſummæ miſeriæ ſumma occurrit mĩa. Et quatuor in sũma inducit pſonas notabiles, & affectuoſas. Ante omnes eſt D. N. Ieſus, qui ita ibat, docendo, ſanando conſolando, ſuam exercendo virtutem. Adeſt hic ſumma cum potentia, & charitate nouum opus aggreſſurus, & ſeipſum ſuperaturus. illuminauit cœcos, ſanauit ægros. En hic & mortuum ſuſcitat: Cum Chriſto ſunt diſcipuli, & turba copioſa: ita frequẽs ad tantum opus exigitur theatrum: Ante omnes adſunt magiſtro diſcipuli. Cum quo enim alio, tutius, lætius, vtilius conuerſent? Ad quem ibimus? inquit Petrus, verba vitæ æternæ habes. Adde quòd miracula hæc ſunt per vniuerſum orbem promulgaturi, æquũ eſt, vt videãt, vt dicere poſsint. Quod oculis vidimus, manus noſtræ contrectauerunt, quid? De verbo vitæ. Inſuper nõ mõ ſunt dicturi, ſed in Chriſti nomine facturi hæc eadem opera: æquum eſt igitur vt primum auctorem comitentur. Ex alio latere, occurrit ſumma miſeria, quæ duas potiſsimum complectitur perſonas. quarum vna exemplum eſt humanæ fragilitatiſ. quam per demonſtrationem hic introducit euangeliſta: d. Ecce, audite, videte, diſcite quotquot ex hac maſſa mortali, vitam ocioſè tranſigitis. Defunctus. Non cœcus, non claudus, nõ eger eſt hic, vt erant tot alij, quos hactenus curauit Chriſtus, extinctus eſt hic, filius adoleſcens, in ipſo iuuẽ

Ioan. 6.

1. Ioan. 1.

tutis flore, ſi moritur infans, facile ferri poteſt, non dum guſtauimus: ſi ſenex facile toleratur, vixit ſatis, iam quieſcendum erat, at ſi adoleſcens, hoc intolerabile eſt, potiſsimum matri, Maxime vero ſi filius eſt, vt erat hic, Vnicus, huic vni tota hærebat, non habet alios. Et erat vidua, ſine capite, & ſine regimine, cui filius hic erat omnia; cum quo ſimul & omnia amiſit; Efferebatur. Mos Iudaicus. Ita extra caſtra ſepultus eſt Chriſtus: Deduxit Mater eccleſia mortuorum fidelium tumulos ad domeſtica cemiteria, ad loca in quibus aſsidue conuenimus. Primò, vt oſſa illa fidelium honoraret, & quaſi dormiẽtes in ſpe reſurrectionis, in dormitorio reponeret. Secundò. vt animas illorum nobis commendaret. dum quottidie cernimus corporum monumenta. Sic fouet pietatem in mortuos, quã omnium temporum orthodoxi, & agnouerunt, & approbarũt, Tum ex
Matt.12. loco illo Machabæorum. ſancta & ſalubris eſt cogitatio &c. Quod ſi hæretici libros illos non recipiunt, eo quòd (inquiunt) non ſunt in canone hæbreorum: recipiunt catholici, quibus ſat eſt (vt Auguſtiuus lib. 18. De ciuitate. Dei) quòd ſunt in canone chriſtianorum: ita inter ſacros libros connumerat ipſe Auguſtinus in lib. de doctrina chriſtiana: ita nu merat concilium Carthaginenſe. Florentinum, & Tridentinum. hoc ſat eſt catholicis. Tum ex loco illo
1. Cor. 3. D. Pauli. Sic ſaluus erit quaſi per
Matth. 12. ignem. quem locum iubet concilium Florentinum exponi de Purgatorio. locus, Matt. non remittetur eis neque in hoc ſeculo neque in futuro. Vnde d. Grego. & Bernar. arguũt Purgatorium ideſt remiſsionem in futuro ſeculo. Tum ex conſenſu perpetuo omnium temporum, & patrũ orthodoxorum, qui in vtraque eccleſia latina, & Græca, vſque ad Dioniſium, & Clementem, pietatem hanc & verbis, & factis commendarunt. Et ob hoc deduxit eccleſia defunctorum ſepulchra ad loca domeſtica. Tertiò id fecit eccleſia vt nos ad ſtudium mortis noſtræ, ex ſpectaculo alienorum tumulorum adduceret, tanquam ad ſupremam philoſophiam, nempe vt dum hæc monumenta reſpicimus, cogitemus. Primò, quod mors eſt certa, ſtatutum ſit omnibus mori. Secundo, Heb. 6.
quòd hora mortis incerta, quare ſemper vigilandum. Tertio, quòd caſus mortis finalis eſt; cuius omnis error incorrigibilis eſt. Quare dum res mutari poſſunt, conſulat quiſque ſibi, ob hoc etiam vocari, & accurrere ſolent vicini, cognati accurrunt omnes ad exequias, vt omnes aliquid de morte diſcant: Funus Naym ſequebatur Mater inconſolabilis, ſeipſam cum omnibus ſuis conſolationibus cum filio ſepelitura. Quam & pietatis cauſa, turba ciuitatis multa ſequebatur: ſic Diuina prouidentia ſtatuit hodie, vt opus Chriſti filij ſui ex vtraque parte multos habeat teſtes, & ſpectatores. Sic ergo ſibi occurrunt miſeria & miſericordia. Reſpicit pientiſsimus Chriſtus funus totum, quod totũ eſt miſerabile, vndique lachrymæ, gemitus: præ omnibus afflicta eſt Mater. Quam cum vidiſſet Dominus, mĩa motus &c. Miſeretur viduæ Chriſtus: & ſemper fauit viduis. In Exo. apud Eſa. & Ierem. Eſa. 1.
Iudicate pupillo, defendite viduam. 1. Tim. 5.
Paulus etiam. Honora viduas, addit tamen, quæ vere viduæ ſunt, vere honorabilis eſt viduitas ex multis.

Primo,

Primò, ex continentia, ſi caſte viuit, vt decet ſanctas. Secundò ex amore viri adhuc viuentis in corde ſuo; vt de Valeria illa Romana teſtatur D. Hieronymus. Tertiò ex libertate, qua poteſt ſe ſe totam
1. Tim. 5. Deo dicare, Verè autem viduæ ſunt: Primò ſi ſunt mortificatæ ſpiritu, & meminerint ſe ſine viro, ſine capite eſſe, alioqui Paulus. vidua in delitijs viuens, viuens mortua eſt D. Hieronym. epiſto. 9. ad Saluinam, ſuadet viduis vt abſtineant à carnibus, & vino, d. carnes comedant quę carni ſeruiunt; quòd ſi obiiciant ſtomachi debilitatem. Reſpond. Melius eſt dolere ſtomachum, quam mentem: vacillare greſſu, quàm pudicitia. Secundò, ſi ſunt mortificatæ corpore, & ſequeſtratæ à mundi vanitatibus, quid enim concurrunt cũ vxoribus ad excogitandum pompas? quibus iam placere volunt? Hieron. pallor, & ſordes gemmæ tuæ ſint. ſuper mariti tumulo fucos, & ſtibia lachrymis diluiſti. Tertiò, ſi ſe exercent circa curam filiorum, ſi habent. Diſcant regere domum, quòd ſi vere ſunt deſolatæ, ſine viro, & ſine liberis, inſtent orationibus, & obſecrationibus die ac nocte. Dent operam miſericordiæ in pauperes, ſi inquit, ſanctorum pedes lauit. Intellige de. ſenioribus. Ita Elyam, ita Eliſeum viduæ receperunt, & lauerunt.

Marc 6. Noli flere. Prius pacificat cor dolentis, quàm aliquid extra: ita olim diſcipulis laborantibus in mari. Confidite, nolite timere. mox ſedat mare, & vẽtos. iubet igitur ne mater fleat ſuper defuncto filio. Flere poſſunt chriſtiani ex humana affectione, ex conſenſu naturæ, ex dolore etiam ſuper amiſsis charis, quorum conſuetudine delectabamur. Ita fleuere ſuos Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph; Ita Dauid lamentabatur, ſuper Ionatha, ſuper Abſalone; Apoſtoli ſuper Stephano fecerunt planctum magnum. At ne ſit ſine modo, ſicut ethnici, qui ſpem non habent; Alioqui magna iniuria fit Deo, qui dedit & abſtulit, qui ſuum repetijt. quid ſi requirat à te vt filium mactes, quod ab Abrahamo? Magna etiam fit defunctis, qui in pace quieuerunt, ac ſi inuideamus illis quietem illam; quã tamen & nobis deſideramus. Magna & nobis ipſis, dum ſine ratione, & ſine fructu ſic maceramur, indiciumque damus modicæ fidei. Sic itaque iubet Chriſtus temperari à lachrymis matrem, cui mox redditurus eſt filium. Et hoc facturus, Acceſsit, vita ad mortem, ſumma miſericordia ad ſummam miſeriam. Et tetigit loculum, fœlix vitæ tactus, quo lignum mortis tangit, vt ſibi ſeruiat, & ex mortali vitale fiat: Eſt enim caro vitæ, quæ tangit. Ita tetigit crucem, & ex amara dulcem, ex ignominioſam glorioſam reddidit. Et ſteterunt. Primus gradus ad vitam. Declina à malo, Non poteſt te ſuſcitare Chriſtus, imo nec tangere, dum curris pręceps, & volens iam interitum dum non tollis occaſiones peccandi. Adoleſcens tibi dico, ſurge. ſic vocat ſingulos Chriſtus, ſic quiſque ſuam habet vocem excitantem Tibi, quicunque es, tibi dico. Surge, ſat iacuiſti, ſat tẽporis amiſiſti. Reſedit. ſi ſurgere non põt hõ peccator, ſedeat ſaltem, ſeque accomodans Diuinæ voci; audi, obſequere: Cępit loqui. ex verbis indicat vitam: Eſt verbum Gratiarum actionis. Eſt verbũ confeſsionis: Eſt verbum fraternæ ædificationis, omnia ſunt ſigna vitæ.

1. Teſſ. 4.

Ex verbis iuſtificaberis &c. Et dedit illum matri. Filium nō agnoſcit Chriſtus ſine matre, qui non habet eccleſiā matrem; non poteſt Deum habere patrem. Hæretici filios diuellunt à matre. Chriſtus ſuſcitat ad lachrymas matris, & reddit matri. Illa non reſpuit, ſemper parata recipere filios, ſi ad ſe redeant. Et omnis plebs vt vidit finis rei lætiſsimus: quòd mortuus reſuſcitatur: quòd mater conſolatur; quod diſcipuli ſuper re tanta inſtruūtur; quod turbæ ædificantur, quod Chriſtus tanquàm propheta magnus & tanquàm Dei Angelus viſitator, & cōſolator mundi glorificatur: nos vtcunque mortui, in veram vitæ ſpē reuocamur per eundem Chriſtū Dominum noſtrum. Amen.

Habita Rauennæ 1570.

FERIA SEXTA DOMINICAE QVARTAE In Quadrageſima.

QVòd in dies audimus nouos pſidiæ morbos corripere Chriſti eccleſiam atq; adeo periclitari, & in multis partibus naufragium pati: perire multa, & quidem nobilia Chriſti membra: Certe (vt dicimus) dolet. Et verè dolere debet, ſi naturam maligni morbi vix vnquam curabilis; ſi triſtes effectus inde ſequentes conſideramus. Hic tamen dolor tam debilis eſt, quòd paucos, vel nullos mouet ad opem, egris fratribus ferēdam; omnia relinquimus Principibus, ac ſi res iſta tota pertineat ad rationem ſtatuum, & Regnorum, nō autem Chriſti, & fidei communis. Poſſemus ſaltem orationibus iuuare, & domino cōmendare: & nihil minus cogitam⁹ tam ſeri ſumus. Sed quid mirum ſi Germanorū, Flandrorum, Francorū Scotorum, Anglorum morbos nōn miſeramur: quando ante ora ipſa noſtra quottidie cernimus fratres, & filios nr̄os infirmari, decūbere, aggrauari, mortaliter peccare, in pc̄tō firmari, habituari vſque ad cōtemptū iuuare multis modis poſſumus, verbis, conſilijs exemplis, ſaltem orationibus, Et omnia prætêrimus; Quid? Animam ipſam noſtram in culpa ægram, & mortuam deſpicimus. Ita ꝙ videntibus nobis, tacentibus, & conniuētibus tot animæ Chriſti infirmātur, & pereunt. Non ſic Abraham, & Loth ſuper Sodomis: Nō ſic Moyſes ſuper idololatris ſuis: Non ſic Samuel ſuper Saule; Non ſic Daniel ſuper Nabucdono. Non ſic Sunamitis, aut Sareptana mulier ſuper mortuis filijs ſuis. Non ſic hodie ſorores Lazari ſuper fratre languēte. Cōtendunt omnes ſeruare infirmos ſuos à morte: quin & mortuos flent, viſitant in monumentis, adhuc orāt pro illis, & ſuſcitare volunt. Opus quidem arduum eſt, non tamen ſuperat aut potentiam, aut ſapientiam, aut charitatem Chriſti. Suos ſeruauit Moyſes ab ira Dei: ſuam beſtiam reuocauit Daniel à deſerto ad regnū Reuocarunt mulieres per manum Elię, & Eliſei filios a morte ad vitam. Suum etiam hodie fratrem ſorores Lazari, etiam à monumento fœtidū orationibus, & lachrymis reuocant. Quid nō poteſt oratio iuſti aſsidua? Vnum hoc ſcimus. Non eſſe impoſſibile apud Deum omne verbum. Scimus Chriſtum eſſe vitam & Reſurrectionem: illū oīa fidei noſtrę promiſiſſe, & veracem eſſe. Differre poteſt,

vel

vel ad explicandam malignitatem morbi;vel ad exercendam fidem noſtram in ipſum;& inflammadam charitatem in fratres; vel ad altius promouendũ opus gloriæ ſuæ. Negare nõ poteſt: vt cõfortate,eſto robuſt⁹, ſuſtine Dominum. Ad fundandam igitur magnam hãc fidei ſpem cõtra omnem carnis ſpem, vt nullo vnquã caſu liceat de Chriſti virtute,aut charitate diffidere:qui hactenus cœcos illuminauit,ægros ſanauit, mortuos è lecto,& loculo reuocauit; Lazarũ etiam ſepultum,quatriduanum,fœtẽtem,ad ſororum lachrymas, & preces, tametſi in fide nutantes, hodie ſuſcitauit.Supremũ op⁹ inter omnia Chriſti miracula, quare & nõ niſi ad adulta eccleſia poſt annos 60. à ſolo Ioãne memoriæ traditum, ſingulare opus,tum pro illuſtranda Chriſti gloria;tum pro irritanda Sinagoga;tum pro ſuorum fide aduerſus omnẽ difficultatem ſtabilienda. Ioſ. 5.

Erat quidam lãguens. Lazarus à Bettan.&c. Plena eſt hiſtoria varijs, & potentiſsimis affectibus, qui ſunt præcipua lumina narrationis,à qbus, & nos breuitatis cã non recedemus.

Primò. Suos adſerunt ſorores Lazari,Martha,& Maria.Nẽpe amore, erga fratrẽ, cui decũbẽti, & languenti,ſedulæ inſeruiũt,& corpore,& ſpũ quem & mortuum lachrymantur,ita vt ingens Iudæorum turba nequeat eas conſolari.Vnum cor, vnum ſpiritum,vnum os habent:Idem ſentiunt idem dicunt.Idem orant,pro fratre. Fidem deinde & deuotionẽ in Chriſtum earũm amantiſsimum, cui viuum adhuc,ſed laborantem abſenti commendant.Et velut amico,rem tã tum exponũt: ecce quem amas &c. cætera dimittunt amori,non.n. eget amor ſtimulis.Auguſtinus,ſufficit vt nouerit,non enim amat, & deſerit. Mortuum quoque præſenti exponũt,ſic tamen quòd vix ſciãt hoc loco qd ſperare poſsint,tanta eſt enim in opere difficultas, quod vt omniũ temporum exempla; ita omnem ſpem facile ſuperabat.Quis vero ſufficiat explicare motus, & affectus harum mulierum, quũ ſentiunt adeſſe Chriſtum?quum vident frementem, & ſuper monumento fratris lachrymantem?Cum audiunt vocantem,& exclamantem,& præcipientem Lazaro,vt exeat?Cũ vidẽt mortuũ exeũtẽ è ſepulchro? qua religione uenientem Chriſtũ excipiunt? qua pietate flenti collahrymant?qua admiratione,& ſuſpẽſione animi vocãtẽ audiunt? qua tandẽ lætitia,& gratulatione ſuſcitatum fratrem ſuſcipiunt? hæc verbis exprimi nequeunt.

Secundò,Suos etiam affectus, & ſua iudicia hic adhibent Iudæi conſolatores mulierũ intempeſtiui, ſed ſtolidè, & imprudenter. Vident Mariã,audito ex ſorore Chriſti aduẽtu ad eum volare;& putant eam ire ploratum ad monumentum; ſic ſolet caro ex ſeipſa metiri,& ſecundum cõmunem anxietatem de creaturis etiã Chriſti pronuntiare. Vident Chriſtũ lachrymãtẽ;ſtatim inferũt,aut nõ potuiſſe aut noluiſſe amico languenti opem ferre,ſic ſolet caro de conſilijs & ſecretis Dei temere iudicare.Animalis hõ nõ percipit quæ Dei ſunt.

Tertiò;Suos etiam adhibent Apoſtoli,quibus exacte humanam imbecillitatem,etiam in hominibus Chriſti à natura inſertam demonſtrant. Primus eſt amor immoderatus vitæ huius;ac ſi nulla ſit:& tamen non habemus hic ciuitatem manẽtem ſed futuram inquirimus.Secundus ex primo ſurgens,eſt timor indebitus,quo Heb. 13.

ad

ad ſolam Iudeæ vocem tremunt, ac Chriſtum eum vocantem increpant. Rabbi modo volebant te Iudæi lapidare,& iterum vadis illuc? Tertius animi ſtupor,ex vtroque illorum ſequens,quo vt fit Chriſtū de Lazari ſomno,frequenti illa metaphora,cuius plena eſt ſcriptura, quæ mortem ſomnum vocat, loquentem non intelligant,quin aſtute eo concludant. non eſſe eundum,quia ſi dormit,ſalus eſt. Pſal. cum dederit dilectis ſuis ſomnum: Mors eſt ſomnus dilectis Dei. Primo quia optata, vt ſomnus à feſsis.Secundò quia finis laborum vt ſomnus. Tertiò, quia vigorat membra,vt ſomnus,& reddit nobiliora. ſeminatur in ignominia,ſurget in gloria.Greg. Naza.Et Epiph. dicunt Deum immiſiſſe mortem in humanam naturam ex peccato corruptam,vt ex morte educeret ſanam, & glorioſam.Ita ſolet figulus vas inuenuſtum frangere, & in terram reducere,vt inde reficiat: Quartus eſt animi diſpoſitio;quando intelligunt eundum ſibi omnino eſſe.Eamus,inquit Thom. & moriamur cum eo. Quid tu ais bone vir de morte?Narrat Chriſtus omnia in tuto eſſe,tempus ſeruire, quia duodecim ſunt horæ diei: locum, quia ad charam illā Bethaniam tendunt vbi ſemper excepti ſunt gratioſè. Cauſam amabilem eſſe, quia ad amicum Lazarum,quorſum ergo de morte loqui, aut dubitare? ſed ita ſine periculis, audet omnia Thomas; tempore periculorum primus erit in fuga, vltimus in reditu: Sic ſic facile deijcimur in Chriſti ſequela;pro mundo omnia audemus, patimur, facimus, omnia damus, cum Chriſto difficilia,periculoſa,capitalia videntur omnia.

Quartò. Suos tandem adhibet affectus Domin. Noſter Ieſus, & quidem præcipuos, ac ſupremos, qui totam rei ſeriem & illuſtrem, & ſtupendam, & amabilem reddunt. Sunt autem tres præcipui, quos tribus in locis, in quibus illum hodie nobis hiſtoria repræſentat,diſtincte, & ſapienter exprimit.

Primò. In primis collocat eum trans Iordanem, vbi olim Ioann. baptizarat. Hoc loco reperiunt eum nuntij miſsi à ſororibus Lazari, ac narrant amicum eius grauiter decumbere. ſic enim & ſuos exercet magno cum fructu. Hic ſingularem præfert Prudentiam, qua ſublimi quodam ſenſu, & animo caſum hunc regit, & in finem eminentiſsimum, nempe in gloriam Dei, & eccleſiæ ſuæ ædificationem reducit. Primò itaque morbum extenuat, teſtaturque non eſſe ad mortem: reſpicit enim in finem rei ſupremum, in quem & ipſa languentis mors eſt ordinata, ſcilicet ad vitam eius, & Dei gloriam. Auguſtinus, non eſt ad mortem, ſed ad miraculum. Secundò audito morbo, manet ibi biduum, quaſi dans tempus morti, vt amicum deuoret. Non quòd morbi grauitatem, vel amici diſcrimen ignoret. Non etiam quòd caſum deſpiciat. Teſtatur enim euangeliſta,quòd diligebat Lazarum, & ſorores. ſed præfert omnibus, etiam vitæ Lazari,etiam vitæ ſuæ,Diuinam gloriam,cui mors Lazari ſingulariter ſeruit. Ita habet ille ſua conſilia in exercendis, ſuſtinendis, & deſerendis ſuis; quæ tamen omnia ſunt ſine errore,& ſalubria. Tertiò, ſpirato biduo, accingit ſe ad magnum opus, magno & excelſo,

quodam

quodam animo, Reuelat ſuis mortem amici, primum ſub nomine ſomni, quam vocem vbi caro non percipit: explicat nomine mortis. Ita ſeſe accommodat auribus noſtris. Inuitat eos in Iudæam, & rationibus optimis compellit; teſtaturque ſe gaudere propter eos, quaſi ex hac re ſint aliquid magni, lucraturi, tandem vtcunque illi refugiant, conſtans, & prudens in opere, concludit. Eamus ad eum. Ad quem? Ad mortuum, ſepultum, quatuor iam dies in monumento habentem, ita nulla noſtra miſeria vtcunq; extrema, & deplorata illum deterret.

Secundo. Venit igitur in Bethaniam. Inuenit amicum mortuum, & quatuor iam dies in monumento habentem, quare humana ratio colligit fruſtra veniſſe. Hic ſtatim occurrit illi primo Martha. Deinde Maria, & plurimi Iudæorum, qui ab Hieroſolimis venerant, vt operi tanto non deeſſent teſtes, qui & Deum glorificarent, & factum deferrent ad Sinagogam. Plorant omnes, aut patiuntur, aut compatiuntur omnes, Ita quòd ſpectaculum miſerabile faciunt: ſorores duæ ſunt, ſed idem cor, eoſdem oculos, eadem verba præferunt, omnia plena mæſtitia. Hic retegit Chriſtus ſecundum affectum animi ſui: Pietatem ſcilicet, & compaſſionem. qua primo verbis, & promiſſis ampliſſimis conatur eas conſolari, ita vt vix capere, aut ſperare audeant, quòd reſurget frater, ſed illæ non niſi nouiſſimam ſperare poſſunt reſurrectionem. At inſtat Chriſtus, & iubet ſperari nũc idem fieri poſſe, quando ipſe eſt vita, & reſurrectio, nec vlla eget re, niſi fide. Secundo. turbat ſeipſum ex compaſſione, & infremit ſpiritu, Conſiderat ſtatum amici fętentis, id quòd nos in noſtris & in nobis ipſis non curamus, aut cogitamus. veni, & vide. & ad aſpectum monumenti, in quo iacet amicus; in quo etiam apparet, quantum tirannidis mors ſibi vſurpat in hac natura humana: lachrymatus eſt, ò fælix monumentum, ò beatum lapidem, ſuper quo ſic lachrymatur Ieſus. Fremit, lachrymatur Ieſus, vt multa det argumenta veræ humanitatis, mox daturus tale, ac tantũm deitatis, vt facile ſine illis obſcurari ex eo poſſet humanitas, ſaluat ergo vtranque naturam. Poſſunt hæ lachrymæ tanto amore, tantoque merito plenę frangere non modo duritiem lapidis, ſed & mortis: ſi penetrarent infernum, natura ſua inconſolabilem, dulcem & fœlicem facerent. veniat obſecro vna ſaltem harum dulciſſimarum lachrymarum ſupra cor meum omni lapide durius, & mollefaciant, ac lapideum vertant in carneum, vt ſentiat Domini ſui compaſſionem. In hac compaſſione iterum fremit ſpiritu, lachrymas reprimit, ſeſeque totum colligit in maieſtate, verè frementem contra peccatum, mortem, inferos, & Satanam, hoſtes ſuos, & noſtros, quorum opera, nobilis iſt hæc creatura, opus manuum eius, ad miſerum huiuſmodi ſtatum redacta eſt.

Tertiò. Sic itaque erectus venit ad monumentum. atque hic tertium exprimit affectum, Voluntatem ſcilicet Diuinitatis ſuę glorificãdæ ſuper amico quatriduano. Primo igitͬ magno, & excelſo ſpiritu iubet. Tollite lapidem. Non penetrat, aut ſuſcitat vox Chriſti, niſi ſublato lapide impœnitentiæ, vt ſint omnia luce

clariora

clariora; Narranti Marthæ neſcio quid de fœtore, ſtatim reprimit in Maieſtate, eam eriges in finem rei. i. in gloriam Dei. Nõne dixi tibi, quia ſi credideris, videbis, glo. Dei? Huc, huc omnia poſſibilia & impoſſibilia dirigenda, vbi quæritur hæc, nihil im poſſibile, nihil difficile, huic vni debentur, & obſequuntur omnia: propter hanc omnia, etiam inferi. In hac ſola religione conditus eſt mundus totus, quæ in cœlis, quę in terris, quę in inferis, vt omnia ſeruiant Diuinæ gloriæ. Huic omnia aperienda, huic lapides, huic monumenta, huic mors cedere debent. Deinde ſublato lapide, mirantibus omnibus quæcunque dicit, & facit; Ipſe ſolita ſua religione ſubleuat oculos cordis teſtes in cœlum, & magnis verbis, qualia decent inter tantū patrem, & filium, Primò. Gratias illi agit de virtute, & poténtia ſibi præſtita, à quo habet omnia. Secundo, narrat fructum magni operis, fidem circunſtantium, & mundi ex ea fide ſalutem. Tertio teſtatur ſe hæcitantum in opere quærere, & meditari. Tum ex magno affectu cordis exclamat, quia magna charitas vrget quia mortuum compellat. i. à ſe tam remotum, quantum mors diſtat à vita, Lazare veni foras: Nos non excitant fulgura, tonitrua, & terræmotus tam ſubtus terram ſepulti in culpa ſumus, Sequitur effectus omnem ſpem omnia exempla ſuperans; Prodijt ſtatim mortuus: vita vocat, mors tenere non poteſt, Abſorpta eſt mors in victoria, quare prodit vocatus. ſed vinctus. Iubet ſolui à ſuis, & dimitti. Ad-
1. Cor. 15. hibet Apoſtolos ſocios in opere, ſuas tamen habet partes Chriſtus, & ſuas relinquit apoſtolis, & ſacerdotibus. Vitam dat Chriſtus animæ, remittit culpam, & pœnam æternam, dat gratiam. Vincula ſoluunt Apoſtoli, reatus pęnarum temporalium, quas arbitrio ſuo diſcreto limitant, & conſcientiam liberant. Solus viuificat Chriſtus, qui ſolus eſt vita, ſolus reſuſcitat, quia ſolus eſt reſurrectio. Miniſtri autem vitæ ſacerdotes, ex imperio, ex verbo, & virtute abſoluunt peccatores, quibus vitam Chriſti, in ſacramentis incluſam communicant; expediunt conſcientias, & ſinunt abire in obedientiam.

Ex opere autem tanto tantus ſequitur fructus. Primò, Lazarus mortuus ſuſcitatur, & vinctus ſoluitur. Secundò, ſorores eius lætificantur. Tertiò, Iudæi plurimi conuertuntur, & credunt. Quartò, Apoſtoli Chriſti in fide firmantur contra timores omnes. Quintò, Diuina Chriſti virtus glorificatur. Sextò, ſpes mundi ſic roboratur in hominibus Chriſti, vt liceat iam omnia deſolata in optimā ſpem reuocare: quando mors vltimū terribilium ſic coram Chriſto debilitata, & abſorpta eſt, vt imperante vita euomat mortuos, etiam fætentes. Vbi ergo eſt Mors victoria tua? vbi eſt Mors ſtimulus tuus? Nihil coram vita nocere potes: Deo gratia, qui dedit nobis victoriam, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Habita Rauennæ. 1570.

SABBATO

DOMINICAE QVARTAE
In quadrageſima.

QVando ita ex altis venit ad nos Filius Dei, quòd à ſummo cœlo egreſsio eius, multum diſtant cœli à terra; ſed & plus diſtat Deus ab homine, & tamen Deus Homo, & verbũ caro factũ eſt: Magnus ipſe qui venit, Filius Dei, magnus ille à quo miſſus eſt, à Patre omnipotẽte: Magnus ad quẽ miſtus eſt, ad mundũ vſque ad extrema terræ: magno deſiderio eſt inuocatus, & expectatus. Ita vt vocet eum Aggeus, Deſideratum à gentibus: certe magnam quoque fuiſſe oportet legationem, & functionem ad quam miſſus: quod quidem à nobis recte dignoſcendum eſt, tum vt eũ talem habeamus, & eo loco retineamus, quo datus eſt: tum vt ſequi: & imitari eum ſana mente, & recta intentione poſsimus. Non eſt autem facile officium Chriſti diſcernere, cum & latentes quaſdam habeat proprietates, quarum ratione vocatur à prophætis Deus abſconditus. Et ipſemet Samaritanæ mulieri dicebat, ſi ſcires donum Dei, & quis eſt &c. Et caro ipſa noſtra conetur eum ad ſua deſideria trahere, ac ſibi talem formet, qualem optat: Vt vellent Iudæi vindicatorem, & liberatorem à Romana iuriſdictione, ipſe autem clamat: Reddite quæ ſunt Cœſaris, Cœſari. Vellet Pilatus potentem, & ſeſe tuentem, ipſe autem dicit. Regnum meum nõ eſt de hoc mũdo: Græci ſapientem. ipſe autem. Perdam ſapientiam ſapientum: ſcribæ Zelatorem leg is, obſeruatorem ſabbati: ipſe autem: Filius hominis dominus eſt, etia m ſabbati: Phariſæi, ſuæ iuſtitiæ laudatorem, peccatorum autem ſeuerum vltorem ipſe autem. Non veni vocare iuſtos. Galilæi Regem, & ſuæ vitæ tutorem: ipſe autem. Operamini cibum, qui non perit: Nazaretani volunt vt miracula faciat in patria: ipſe autem. Nemo propheta acceptus eſt in patria: Petrus vult transfiguratum, & ad vocem crucis exhorreſcit Ipſe, vade poſt me ſatana &c. Ioannes, & Iacobus volunt honorum diſtributorem. Ipſe autem. Neſcitis quid petatis: ſorores Lazari, volunt medicum, & inſtant, ipſe autem, infirmitas hæc non eſt ad mortem: Ad hæc igitur non eſt miſſus. Agnoſcimus in patre proprietatem quandam, atque ex omnipotentia vocamus eum creatorem cœli, & terræ: Agnoſcimus, & in ſpiritu ſancto, quare & ex bonitate vocamus eum, viuificantem, ac ſanctificantem, quid ergo appropriabimus filio, incarnato ex ſapientia? Hoc nempe, quod ſibimet ipſe tribuit: Ego Sum lux mundi. Hoc idem illi tribuit pater in Eſai. Dedi te in lucem gentium. Et iterum propheta idem Surge Hieruſalem, illuminare, & venit lux tua. Maximi autem momenti eſt hæc legatio. Hic cogitandum, quòd ſicut ideo ſol iſte noſter viſibilis, & naturalis lux mundi dicitur, quia abſente eo, nox vbique eſt, præſente eo, omnia faciem, & vitam recipiunt. Ita Chriſtus lux mundi dicitur, quòd ſine eo plena ſunt omnia nocte, & tenebris inuoluta. Tenebræ in ſunt mentis Interiores, ignorantia regni Dei, confuſio, falſitas, ſuperſtitio, vanitas: Exteriores, praui mores, vita ſcandaloſa,

Ioãe.4.

Eph. 3. loſa, quo ſenſu Paulus, vocat ebrietates commeſſationes &c. opera tenebrarum: Et Diabolum vocat rectorē tenebrarū, harum.i. morū præſentium, Vtrunque autem harum tenebrarum genus, vniuerſum mundum abſente Chriſto, occuparat, erant in Gentibus tenebræ interiores, Idololatria, ſuperſtitio, vanitas, de quibus Paulus: euanuerunt incogitationibus ſuis, obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: Exteriores ita, mala vita, qua ſeruiebant creaturæ, potius quam creatori dati in ſenſum reprobum, vt facerent quæ non conueniunt. Ita quòd tandem de Epheſijs, vno verbo dicit. Eratis aliquando tenebræ. Erant & in Hæbreis denſiſsimæ tenebræ interiores, liuor, hypocriſis, auaritia; Exteriores malorū morū, quòd in templo etiam exercebant mercaturam; quòd traditionibus ſuis mandata Dei palam tranſgrederentur: quare & teſtatus eſt propheta, Inſaniam eſſe in domo Dei; Et Chriſtus, Impleſſe eos menſuram patrum, etiam Zaccharias ſediſſe in tenebris, & vmbra mortis, Ad hoc ergo Miſſus eſt Chriſtus ſol iuſtitiæ, vt tenebras fugeret, vt luminibus omnia compleat. Ita Zaccharias, viſitauit nos oriens ex alto, illuminare &c. Ita Io. Erat lux vera, quæ illuminat &c. Ita ipſemet. Ego Sum lux mundi: Ego habet emphaſim, vbi dicit Chriſtus, ſe eſſe lucem mundi; nam Ioannes lucerna erat, non lux, Apoſtoli lux ſunt, ſed miſsi ab hac luce, atque ab hac radios ſui fulgoris accipiunt, fundati ſupra firmam potrā; Et ſtellæ in nocte lucent, ac ſuos emittunt radios, nulla tamen ipſarū, vtcunque magnæ, & totæ terræ æquales, auderet dicere. Ego ſum lux mundi, Si vero id Sol dicat, tanquam lucis fons, recte id de ſe prædicabit. Ita Sol noſter iuſtitiæ Chriſtus, pater & fons luminum omnium, ſolus hoc ſibi poteſt tribuere, quòd ſit lux mundi. Sum. non dicit, habeor vel agnoſcor. nam tanta eſt mundi cęcitas, & malitia, quòd lux venit in tenebris: & tenebræ eam non comprehenderunt. Tanta perfidia, quòd & ſolem ipſum obſcurare, in fontem lucis, in authorem iuſtitiæ, tenebras effundere, verba blaſphemiæ, opprobria, & iurgia, Samaritanum, Demoniacum, voracem, peccatorem, ſeductorem, vocare, Lux. Quid clarius quid nobilius, quid amabilius luce? quid pulchrius oculi noſtri conſpiciunt luce? & quid ſine luce? quid primo Deus inter omnia creauit, niſi lucem? Imo quid ipſe Deus eſt ſua natura, niſi lux? lux æterna, in qua cuncta viuunt, per quam cuncta creantur, & diſtincte in eſſentia ſua ſingula diſponuntur, & conſtituuntur. Ad hoc lumen vbi ſe ſe ex toto conuertit, & coniungit ſpiritus noſter, cuncta in nobis perficiuntur, & in ſuam referuntur originem: ſicque nos illi ipſi lumini coniungimur, ac denuo ex ipſo ſupra naturam in gratiam naſcimur; in qua regeneratione cuncta nobis propria redduntur, & noſtra fiunt; eo quòd omnia bene, ac recte à nobis ſunt conſtituta; in ſuumque relata principium: In hoc principio æternum quoddam, intra nos natum ſentimus lumen, qđ eſt filius Dei. d. Ego ſum lux. Et alibi de ſe, dum lucem habetis, credite in lucem: Ex eodemque lumine quatuor genera lucis ſuſcipimus. Prima lux eſt cœli, quæ nobis communis eſt cum omnibus animalibus. eaque externos, & corporeos nobis illuſtrat conſpectus; nec vllum

eſt præſtantius mundi ornamentum. Hac carent damnati in inferno, quorum habitatio in tenebris eſt, eo quòd luce hac viſibili non ac primæ lucis ideſt Dei gloriam vſi ſunt. Secunda lux eſt, claritas ſupremi cœli, conditi à Deo, oculis noſtris glorioſis, in quo manebunt in ęternum corpora glorioſa: In hac claritate ſenſibili, quadam ratione, cum ingenti gaudio, & exultatione immenſum glorioſi corporis Chriſti, & ſanctorũ omnium, & noſtrorum corporum conſpiciemus ſplendorem; dilucidèque amoris ſigna quæ gerent in ſuis corporibus Martyres; Anachoritæ, confeſſores & doctores, virgines, pro ſeruitio Deo præſtito in hac luce. Tertia lux ſpiritalis eſt, & eſt naturalis Angelorum, & hominũ intelligentia: hoc lumine ſupra ſenſum noſcimus, & diſcernimus verum à falſo, bonum à malo, quod eſt initium primi decoris naturæ rationalis. Quarta lux eſt Gratiæ Dei, qua nos placemus Deo, & ille viciſſim nobis præ cunctis cordi eſt, iſta lux tum demum in ſingulis conſummatur, ac perficitur, cum gratia mutatur in gloriã, & glorię menſura correſpondet menſuræ gratiæ. Iſta omnia luminum genera ex æterno illo lumine ſuſcipimus ideſt ex Dei ſapientia, & verbo, quæ prima eſt veritatis regula & origo, & merito dicit, Ego ſum lux. Mundi. Sic vniuerſum repleuit lumine. ſplendet etiam Moyſi facies, & fumat Mons Sinai, ſed in ſola Iſrael domo. Chriſtus autem mundi lux eſt, illuminans omnẽ hominem &c. Vſque ad extrema terrę; Tenebras habet mundus interiores (vt dicebamus) ignorantiæ, perfidiæ incredulitatis, idololatrię. Has fugat lumine verbi, de quo lucerna pedibus meis verbum tuum: Et iterum. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: Et petrus, de tenebris vocauit nos in admirabile lumen: tenebras habet exteriores, prauorum morum, auaritiæ, carnis, &c. Has fugat lumine vitæ inculpatiſsimæ, in qua dolus non eſt, quare cras bona cum conſcientia dicet. Quis ex vobis arguet me? Hoc igitur illud eſt officium, & munus, & quidem pręſtantiſsimum, ad quod venit Chriſtus, ad illumināndum, videamus iam, quod munus, ex hoc nobis incũbat.

Scimus iam quale fuerit officium Chriſti; ſcimus inſuper eum ſuo muneri non defuiſſe, quouſque in cruce clamare potuit, Conſumatum eſt: Reſtat vt videamus nunc quale ſit officium noſtrum, & quid eo præſtito conſequi poſsimus. Vtrunque explicat hoc loco Chriſtus. De primò dicit. Qui ſequitur me. Hoc igitur incumbit nobis, vt præeuntem lucem ſequamur: De ſecundò. Non ambulat in tenebris, Hoc iam mali euitamus. Sed Habebit lumen vitæ. Hoc boni conſequimur. Primò igitur loco ſequendum eſt nobis, & recta pergendum, quocunque lux vocat: Primum radium verbi, ſequemur fide. Ita ille, dum lucem habetis, credite in lucem; Non præcedamus nos lucem, non præoccupemus verbum Dei, verbo noſtro, & intelligentia cordis noſtri: ſequamur captiuantes intellectum noſtrum in obſequium Chriſti: vtcunque magna ſint quæ promittit, & minatur, vtcunque à naturæ regulis diſtans, & moribus mundi, ſequamur tamen, & credamus firmiter ita eſſe. Secundum radium vitæ, & innocentiæ ſequemur imitatione, & conformitate vitæ; vt non in caſſum dixerit. Diſcite à

me &c. Et iterum. Exemplum dedi vobis &c. Sic ergo præit ille, ac nobis bene viuēdi in virtutibus omnibus, normam præbet, vt ſi ſequimur eum, errare nullomodo poſſimus: ita formari in nobis Chriſtum dicit Paulus, & configurari nos imagini eius, vt nos quoque in ſpiritu ſancto concipiamur, in menteque virgine verbum Dei ſuſcipiamus: vt conceptam veritatem pietate pariamus, & Theſaurum non abſcondamus; vt ſpiritu, & carne circuncidamur, circunciſione non manuſacta: vt in templo Deo patri nos offeramus, & omnia noſtra in eius gloriam conuertamus. vt ſubiecti ſimus parētibus, maioribus ſcilicet, vt in dies creſcamus ſapientia, & ætate chriſtianiſmi: vt ſapientia Dei Sinagogas, & ſapientiam mundi confundamus; tentati vincamus: oblata mundi ſceptra reſpuamus, omnibus officia noſtra poſcentibus, præbeamus. Pro Dei gloria, & fratrum ſalute, nos humillimus, omnia bona faciamus, omnia mala patiamur: Tandem in cruce corpus coaptemus, Animam Deo ſoli committamus. Ita plane Chriſtum ſequemur, imo in nobis ipſis integre formabimus, eadē cum illo ſentiētes, facientes, patiētes, exiſtentes: Nec ſine fructu, nam dicit: primò. Non Ambulat in tenebris ita malum declinat, quod vere multum eſt. Et malum magni momenti; quando nunquam infęlicior fuit Aegyptus, quā triduo illo tenebrarum. Neſcierunt, inquit Dauid, non intellexerunt; ſunt ſicut equus, & mulus ſine intellectu. quid ergo faciunt? in tenebris ambulant, quid infauſtius tenebra? Fiat, inquit Dauid, via illorum tenebræ. Tollit Chriſtus omnes tenebras malitiæ, quia bonus: infirmitatis, quia potens: ignorantiæ, quia ſapiens: Neque enim falſo, vel vane iubet. d. Fiat lux: Secundo. Habebit Lumen vitæ. habebit ideſt firmiter poſſidebit lumen vitæ ideſt vitale, creſcens, & amplificans quottidie radios, & æternum nullam patiens eclypſim: Nunc fruuntur oculi noſtri lumine hoc ſolis externo, ſed facile caligant: tandem per Chriſtum, totum corpus noſtrum, aſſumptum de terris, in regno vere lucis, ſplendebit, & luminoſum fiet. Fulgebunt iuſti, vt ſol. ita Chriſtus in Mōte Thabor, ſpeciem dedit futuræ lucis corporum noſtrorum. Nunc mens noſtra fruitur lumine naturæ, quo diſcernit bonum à malo, verumque à falſo diſtinguit in communibus: & naturalibus: Auget hunc Chriſtus lumine gratiæ: Perficiet tandem lumine gloriæ. tūc videbimus, vt viſi ſumus deducti à claritate, in claritatem, quouſque ad principium lucis, & fontem id eſt ad patrem luminum reuocemur, vnumque cum illo, glorioſi cū illo, lucidi cum illo fiamus: in hoc apparuit Chriſtus: in hoc è nubecula lucida, & virginea, formatus eſt ſol Chriſtus, vt tenebras omnes noſtras diſijciat. Aerem purget, lucem effundat, verbum menti, vt credentes; innocentiam voluntati, vt ſequentes & imitantes illi conformemur. tandem cum illo è tenebris eruti in vera claritate perpetuo iucundemur. Amen.

Habita Romæ. 1556.

DOMI-

DOMINICA QVINTA IN QVADRAGESIMA. Quæ eſt paſſionis.

ITA perpetuo ſeſe nobis ingerit infatigabilis D.N.Ieſu Chriſti charitas, vt aſſiduè impleat oculos, fœlici imagine innocentiſſimæ vitæ ſuę, aures percutiat ſuaui ſtrepitu ſanctiſſimæ veritatis ſuæ. Sic autem ſe ingerit; quia amat, amáſque enititur ad ſe corda hæc natura deuia conuertere, vt ſecum trahat in obſequium, & Gloriam Dei patris, cum qua coniuncta eſt etiam ſalus, & vita noſtra, ad quam creati ſumus vt qui ex Deo per originem ſumus, in Deo per obedientiam viuamus &c. Charitati addit patientiam, vt nobis etiã negligẽtibus, & in noſtra ignorantia dormitantibus, in dies augeat noua oculis virtutum exempla; nouaque auribus addat præcepta; quouſque eo nos adducat, præfracta, & indurata animi perfidia, vt charitatem eius repellamus, & patientiam feritate vincamus vitam eius abominemur, veritatem, & doctrinam blaſphemijs quaſi lapidimus impetamus. Vbi enim Diabolus ad hæc ſcelera nos pertraxerit: Excludimus Chriſtum ab omni ſpe gloriæ ſuæ in nobis promouendæ. Et ille contra excludit nos ab omni ſpe ſalutis, & vitæ in eo potiundæ. Et in hac mutua diſſidentia, nos illum perpetuo lapidamus, illum iam nos incipit iudicare, deſerimur, ſicq; deſerti, manemus ſine lege, ſine lumine & ſine Deo. In hoc ſtatu perfidiæ miſerrimo relinquit hodie pertinaciſſimam Sinagogam, vt habeat ſemper contra ipſum, & eius euãgelium, ora plena blaſphemijs; manus plenas lapidibus, mentẽ cœcam; volũtatem perfidam, ipſe autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Dum Chriſtiani ſumus, & Chriſti nomine fruimur, & Chriſtum ſequi ſaltem à longe profitemur: prælucet nobis Chriſtus ductor, & doctor fructuoſiſſimus, duplici face, quibus tutum iter præbet. obijcit oculis vitam ſuam: obijcit auribus verbum ſuum, & monet vt ſequamur. Vita eſt ſingulare, & perfectiſſimum virtutis ſpeculum: in quo dolus nõ eſt, quare inter mortuos liber audacter dicit, Quis ex vobis arg. me de peccato? Digniſſimum verbum, ſaluatori, & reſtitutori orbis conuenientiſſimum: Iuuare autem, & delectare nos mirũ in modum debet ampla hæc ſanctitatis, & innocentię profeſſio, quam ſic in publico templo, maximo totius mundi theatro, coram Deo, & hominibus, coram amicis, & inimicis facit hodie Chriſtus. Eſt enim conditio hæc, & honorata, & vtilis, & neceſſaria in redemptore mundi. Atque ob id talis eſt, & talis haberi vult, ſine peccato. Ob hoc ſic prouocat inimicos Iudæos, quaſi ad iudicium, & examen, vt ſi quid poſſunt, obijciant. Et ecce nihil habent niſi blaſphemias, & iurgia voluntaria. Ita coram Caypha accuſarunt, de diſcipulis, & de doctrina, item de blaſphemijs in Deũ, & Moyſem, & locum ſanctum. Tandẽ conuicti ſunt teſtes, quòd falſi erant, & ob hoc vnum damnatus eſt, quòd diceret ſe filium Dei: quòd verbum fundamentum eſt omnium veritatum, & ſalutis humanę: tantum abeſt vt falſum ſit: Et tamen propter id ſolum ab impio põtifice damnatus eſt.

Coram Herode indutus eſt veſte alba, in teſtimonium innocentiæ, coram Pilato, & ab vxore eius vocatus eſt Iuſtus, & ab ipſomet ſcelerato, & hypocrita, dum manus abluit: in cruce pendens iuſtificatur à latrone: Et tandem Centurio qui crucifixerat, Dei filium agnouit, & faſſus eſt, quo verbo & Chriſtum iuſtificauit, & pontificem illum damnauit, qui ex hoc vno reum mortis pronuntiaue rat, quòd ſe faceret filium Dei. Sic vndique ampla habet teſtimonia innocentiſſima Chriſti vita, vt verè dicat. Quis ex vobis arguet me de peccato? Ex hac conditione habet caſtiſſimus agnus hic, vnde omnibus placere poteſt. Placet ſummope re Deo patri, cum à principio ad finem, potiſſimum inter blaſphemias impiorum, & flammas crucis reſpicienti, & ſummè diligenti, Hic ille Agnus anniculus, qui totus deuoratur in Paſchate, quia nihil in eo impurum eſt. Agnum Dei vocauit Ioã nes apud Iordanem: Tum quia à Deo datus eſt, tum quia à Deo percuſſus, & mactatus eſt. Tum quia à
Matth. 17. Deo dilectus eſt: In quo, inquit,
Gen. 27. mihi bene complacui. Itaolim. Ecce
Gen. 8. odor filij mei, ſicut odor agri pleni; & prius in altaribus Noe, odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis. odorant, quem ſic pater precioſum, & charum habet, eſt odor Iuſtitiæ & innocentiæ, quod nihil in eo eſt,
Heb. 9. quod placere non poſſit: Ita Paulus in epiſtola, per proprium ſanguinem introiuit in ſancta: qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo. Placet & fidelibus ſuis ſummopere ex hac eadem conditione quod iuſtus eſt. Tum quòd ex hoc poteſt eis propitiari, & optimũ ſalutis remedium adhibere, ſuoſque ſecum adducere in ſancta, & iuſtus iuſtificare, ſatisfactio enim debuit fieri per indebitum, & per æquiualẽs: potuit Chriſtus vtrunque facere, ex hoc quòd iuſtus erat, quòd legi non erat ſubiectus, & tamen legem integrè præſtabat, quòd perfectam obedientiam, & culpæ æquiualentem, offerebat pro nobis: imo excedentem in æquilibrio. non pro noſtris tantum, ſed pro peccatis totius mundi, Ioannes. quin ſi plures ſint mundi, poteſt ſaluare; & mundare omnes. Et ideo no. teſtamenti mediator eſt. Arguit ſic D. Paul⁹ in Epiſtola. Obtulit ipſum immaculatum Deo: ergo emundabit conſcientias ab operibus mortuis. Ex hac igitur magna, & neceſſaria vtilitate, quæ totam ſalutem noſtram continet, placere nobis maximè debet Chriſti innocentia. Tum etiam ex exemplo, quod nobis ex hoc præſtat abſolutæ perfectionis, vt certi ſimus, quòd eum ſequendo, & imitando, implemus omnem iuſtitiam. Ex hoc ſtella polaris dirigit nauigantium motus, quia ipsa immobilis eſt: ſicut ergo ex ratione virtutis potuit Chriſtus dicere. Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiã vos. Sicut ex ratione meriti, potuit dicere, cõfidite, Ego vici mundum. Ita ratione exempli potuit dicere. venite poſt me, qui ſequitur me nõ ambulat in tenebris. Ego ſum lux mundi.

(right margin: Hebr. 9. — Matth. 11. — Ioan. 16. — Ioan. 8.)

Quod ſi non ſatis eſt, ſic ex vitæ norma excitaſſe oculos ad imitationem innocentiæ. Addit ſtudioſiſſimus Inſtitutor potentiſſimum ſonum verbi, & veritatis ſuæ, qua percutit, & implet aures, docens abũde quid credere, quid facere, quid ſperare, quid timere, quid ſequi, quid fugere debeamus. Et quan

do videt

do videt charitatem hanc ſuam mi-
nus æſtimari, quam vellet, addit qua-
ſi amoris ſtimulos. Si Veritatem di-
co vobis, quare nõ creditis mihi? Di-
ſcipuli eſtis veritatis, veritatem profi
temini: veritas ipſa, veritatem expli-
cat, & ad ſe vos vocat; cur ergo non
auditis? Magna eſt Dei iniuria, quòd
Pſalm.147. tanta eius charitas ſpernitur; Non
fecit taliter omni nationi, & iudicia
ſua. i. veritatem ſuam; non maniſe-
ſtauit eis. Tantam miſericordiam
Matt. 118. ſpernitis? Eſt veritas Chriſti precio-
ſa, quam comparauit theſauro ab-
ſcondito in agro, pro quo emendo
liceat homini vendere quicquid ha-
bet. Eſt ſuauis, & dulcis ſuper mel &
Pſalm.118. fauum: quam lacti comparat D. Pau
Hebr.4. lus, Et petrus. Eſt potens, quam com
parat Ieſa. igni, & malleo conterenti
petras. Paulus gladio ancipiti. Eſt na
tura fœcunda, & prolifica, quam cõ-
parat Chriſtus ipſe ſemini, quod mul
tum fructum affert, trigeſimum,
Matth. 13. ſexag. 100. Eſt res diuina, quam
vocat regnum Dei, virtutem Dei,
ſalutem omni credẽti: quid amplius?
Verbum Dei: quid enim Deo inti-
mius, quam Dei verbum? An non
Rom.1. merito dicit. Si veritatem dico vo-
bis &c. Et valet argumentum potiſ-
ſimum contra nos, qui veritatem
Chriſti verbis probamus, laudamus,
ad aſtra tollimus, & tamen factis ne-
gamus. Cur autem? Reddit Chri-
ſtus rationem ampliſſimo canone,
quo & nos, & mundum totum di-
ſcernit. Diuidit enim in partes duas,
tam diſtantes, quòd vna eſt ex Deo,
alia non eſt ex Deo. Canon eſt. Qui
ex Deo eſt, verba Dei audit. Canon
non reſpicit potentiam, aut ſapientiã
tanto minus eſſentiam Dei, ſic. n. mũ
dus totus eſt à Deo, regit̃ à Deo, vi-
uit ſub manu Dei, ſed reſpicit amorẽ
Dei. Ex Deo eſt, qui amatur à Deo.
Ex Deo non eſt, qui nõ amat̃ à Deo
Cui & melius eſſet, non eſſe, vt de in-
felicißimo Iuda dixit Chriſtus Si poſ
ſemus videre cor Dei. i. librum vitæ,
facile numerarem⁹ quotquot ex Deo
ſunt: eorũ. n. omnium nomina ſunt
ibi ſcripta; vt teſtatur Daniel. Si poſſe
mus etiam diſcernere corda hominũ
facile diſcerneremus dilectos Dei: vi
dẽtes: n. amicos Dei. i. qui Deum ex
corde diligũt, facile argueremus dile
ctos: eſt enim Dei regula certa Ego
diligẽtes me, diligo. Si etiã hypocriſis
non falleret; ex operibus poſſemus di
ſcernere amicos Dei. ſed periculoſa
res eſt. Veniũt lupi rapaces, ĩ veſtimẽ
tis ouium. Iudicium format Chri-
ſtus ex verbo ſuo: tanquam ex mundi
luce. ſic enim aduentante ſole in
vere, diſtinguimus arbores viuas à
mortuis; erumpunt enim, & gemmas
emittunt, quæ viuæ ſunt. contra, quæ
mortuæ, nullo ſolis calore mouen-
tur. Ita ad Dei verbum. Qui Ioann.3.
ex Deo ſunt, audiunt duplici aure,
vna eſt intelligendo. qui habet aures
audiẽdi audiat, Alia eſt obediendo.
in auditu auris obediuit mihi. In hoc
cognoſci mus quod ex veritate ſum⁹
ſi in conſpectu eius ſuadebimus cor-
da noſtra.

Propterea vos non auditis. ſpecifi-
cat canonem, & ex eo iudicat Sinago
gam, ꝙ nõ ſit ex Deo: vnde ergo Di
xit alibi, vos ex patre Diabolo eſtis.
A Deo habẽt naturã, à Diabolo ma
litiã. A Deo cor, à Diabolo hipocri-
ſim: A Deo oculos, à Diabolo ſuper
biã. A Deo linguam, à Diabolo bla-
ſphemias. &c. Durũ iudiciũ, quo tan
ta mundi pars, & tã nobilis excludit̃
à Deo. Et hãc excluſionẽ ſequuntur
duo grauiſsima dãna; qbus & Iudæã
hodie Chriſtus terribiliter ſubijcit.

Primum

Primũ eſt error,& obtuſio in intelle-
ctu, quo fit,vt quo plura, et clariſſi-
ma,& veriſſima audiunt,eò pauciora
capiant,ac ſi eis ſint ora(ꝗ cõminat
eſt Eſa.)ſicut verba libri ſignati, &
1. Re. 16. palpēt in meridie,ſicut in nocte. Tri
Eſa 29. buit hoc Paulus Dei iudicio, vt cre-
Pſalm.113. dant mendacio,qui non crediderunt
veritati.vocatque ſpiritum erroris,vt
alibi ſcriptura.ſoporē domini Et Eſ.
Miſcuit vobis dominus ſpiritum ſo
poris.pſa.oculos habēt,&non vident;
aures,& non audiunt. Ita videre eſt
hodie in euangelio, iudicium hoc in
cœcis,& conſopitis Phariſæis,qui ni-
hil ex verbis Chriſti capere poſſunt:
& quo plura dicit, tanto minus per-
cipiunt. Narrat Chriſtus virtutem
ſanctiſſimi verbi ſui: quod ver-
bum vitæ eſt, & fundamentum æter
næ, quare qui ipſum ſeruat, mortem
non videt in æternum. Mori poteſt
e x conditione naturæ, ac mortem
non videt,qua in ipſa vita moritur,
neque guſtit,guſtus enim mortis eſt
ex peccato,quod ſtimulus mortis eſt
dēpto ſtimulo .i. ſublato peccato per
Chriſtũ,mors mortua eſt, quare gu-
ſtari non poteſt, Tranſit iuſtus per
mortem,& non ſentit mortem, vt Iſ
rael per ſundũ maris, Tres pueri per
flammã ignis: ex hoc quia mors iſta
eſt plena vita, quam in morte ſemi-
nauit Chriſtus vita noſtra, quare vo-
cat Andreas crucem ſuam bonã &c.
Illi vero intelligunt de morte corpo
ris,& obijciunt, quòd Abraham &
prophetæ mortui ſunt &c.An tu ma
iór Abraham patre noſtro? Replicat
Chriſtus. Quòd Abraham ex guſtu
veritatis & fide, exultauit vt videret
diem ſuũ,Vidit in ſpiritu, & promiſ-
ſionibus,& gauiſus eſt: Illi obſtupe-
ſcũt,ac ſi de oculis Abrahæ locutus,
ſit & non de fide,& obijciunt, quòd
quinquaginta annos nondum ha-
bet &c. Dixit Chriſtus, quòd Abra-
ham vidit diem ſuum, iſti contra in-
telligũt,quòd Chriſtus viderit Abra
ham. Adhuc vt infatuet talpas iſtas
Chriſtus ſubijcit: Antequã Abrahã
fieret ego ſum. De æternitate ſuę dei
tatis loquens, Illa enim heri,& hodie
& ſemper,eadem eſt, fatuis illis om- Heb.11.
nia videntur impoſſibilia, quia ſic in
ſua cœcitate iudicantur. Stuporem
hunc mentis ſequitur duplex damnũ
perfidia ſcilicet in volũtate,qua odio
habent, & lacerant vitam, ſimul ac
doctrinam Chriſti: iudicium hoc vo
cat Paulus ſubuerſionem. Ita ſubuer
ſi iſti,& dictis,& factis,impetunt,in- 2. Tim. 2.
ſultantque domino Ieſu.vocat enim
in primis Samaritanum, & Dæmo-
niacum,factis etiam, Nam tollunt la
pides,vt iaciant in eum. Tantam,in-
quit Paulus,à peccatoribus ſuſtinuit
contradictionem. Hanc verò perfi-
diam tremendo iudicio hic compri- Heb. 13.
mit Chriſtus, quòd Abſcondit ſe, &
exiuit de templo.Si autem non eſt in
templo, vbi locorum adeſſe poteſt?
Abſcõdit ſe ab oculis,à corde,à mē-
moria Iudæorum, ac ſecum rapuit
oĩa bona,quæ fuerant patribus in eo
ꝓmiſſa:qbus ſublatis ſecuta eſt extre
ma iudaiſmi deſolatio, quæ facta eſt
in fabulam,& in exemplum oĩbus, q'
Chriſti vitam,aut doctrinam blaſphe
mant,aut perſequuntur. Nos ò cha-
riſsimi aliena fruamur inſania:ſtat no
bis ob oculos deſolatio Iudæorum;
Græcorum,tot inſuper eccleſiarum
& regnorum in occidēte noſtro:tan
tum ex hoc quòd Chriſti vitam de-
ſpexerunt,& doctrinam macularunt,
aut maculari paſſi ſunt. Nobiſcum
adhuc eſt Chriſtus, per charitatem
& patientiam ſuam, ne cogamus vt
ſe abſcondat etiam à nobis. Eſa.quæ

ſtte dum inueniri poteſt, inuocate dũ propè eſt. Dauid, Deus ne elõgeris à me. Ex Deo ſumus nati, & per Dei Eſa. 55. Pſal. 70. filium renati; Deo viuamus, vt tandem ad eũdẽ Deũ redeamus. Vt ex ipſo, ꝑ ipſum & in ipſo, ſint omnia. Amen.

Habita Rauennæ. 1570.

TRACTATVS DE POENITENTIA

Homelia Prima.

Feria ſecunda Dom. quinta.

QVi ſentit, ac diſcernit in ſe ipſo humanæ naturæ infirmitatem, facile ſentit, quàm ſit inclinata ad malum, quam facilis ad peccandum, quam difficilis ad omne bonum, quare, & pericula ſua interna, ꝑter externa quibus velut laqueis plenus eſt mũd⁹, facile diſcernere poteſt. Prou. 28. Beat⁹ qui ſemper eſt pauidus. Qui de inde ĩter iſta pericula, qñq; cõſiderat legẽ Dei, cui tenetur, & confert vitæ ſuę: facile inuenit ſe in multis deliquiſſe: quare & ex vi legis, & iuſtitiæ, intelligit ſe ad mala multa tẽporalia, & ęterna ferenda deſtinatũ. Qui ex amore ſui, mala parata vult euitare, poſt Baptiſmũ qui irreiterabilis eſt, vnũ tantum remedium habet: ſi de malis cõmiſſis pœnitentiam agat. qui hanc non agnoſcit, vt hæretici Anabaptiſtæ, & Caluiniani, nullam ſpem legitimam habere poteſt. Sic etenim coniũctæ ſunt coram Deo remiſsio peccatorũ, & pœnitentia, vt vna ſine altera locum non habeat. Non eſt peccatum vtcunque graue, quod per pœnitentiam non deleatur: Dæmoni olim D. Antonius, ꝓmiſit remiſſionem, ſi pœniteret, nõ peccatum mortale, vtcunque leue, quod ſine pœnitentia deleatur. Ob hoc Io. & Dominus noſter, à pœnitentia cœperunt, & docere, & facere, & iuſsit Apoſtolis eandem prædicari: in remſsionem peccatorũ. Eſt enim illuſtris illa promiſsio, apud Ezech. Act. 1. quotieſcunque ingemuerit peccator &c. Ezec. 18. Iterum Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertaŧ, & viuat. Orãdum ergo, vt nõ peccem⁹, quod ſi peccauimus, orãd⁹ eſt Deus; vt det nobis & ſpacium, & modũ, & ſpiritum pœnitendi, quo poſsimus remiſsionem peccatorum impetrare. Cum itaque, ò chariſsimi, iam inſtet tempus illud, quo quiſque noſtrum optare debet remiſsionem peccatorum ſuorum, & purgationem ſuæ conſcientiæ, qua vt in ſindone mundo, recipere in Paſchate agnum ſacratiſsimum poſsit; Agendum neceſſario eſt de remiſsione peccatorum tractanda; cumque iſta ſine pœnitentia ſperari nequeat; vtile, & neceſſarium eſt, præmittere tractatum de pœnitentia, qua conſcientias noſtras purgare, & præparare ad fœlicem illam cœnam poſsimus, in qua conſiſtit ſumma iucunditas vitæ huius. Ob hoc: Ego qui non aliter tracto animas veſtras, quam meam ipſam, conſtitui tractatum de pœnitentia, & eius partibus, vobis tribus continuis diebus inſtituere. Det mihi diuina miſericordia, quam ex animo: ſi vnquam, imploro, vt rem tam vtilem, & neceſſariam pro dignitate tractem; Det vobis cor docile, & ſpiritum intelligentiæ, vt ſimul hæc meditantes, & cordi bene imprimentes, colligeamus peccata noſtra; ſimulque in Paſchate de communi fructu

congratulemur.incipiamus.

De Contritione.

Eſt Pœnitentia cõpenſatio quædam culpæ commiſſæ, qua peccator quaſi arbiter ſui,& iuſtitiæ diuinę miniſter, in ſeipſo regulat culpam per pœnam.vt autem pœna culpæ reſpõdeat, annitendum eſt, vt ſicut in culpa,vitã totam,intus & extra fœdauimus,cor,os,manus,per malas cogitationes; male dicta, & male facta. Ita pœnitendo int⁹,& extra exerceamur Hinc ſemper apud Patres, Pœnitentia tres habuit partes neceſſarias, qui bus negocium hoc expediretur. Primam,quę cor purgat, & eſt cõtritio. Secundam quæ os exercet,& eſt confeſsio,Tertiam quæ opera ipſa reuocat ad iuſtitiam & eſt ſatisfactio. De his igitur tribus neceſſario nobis agẽdũ eſt tribus dieb⁹,ac demũ ĩ quarta, ſingula,& oĩa epilogabimus, & verificabimus in ea peccatrice, quàm ſtatuet nobis Lucas,euangeliſta pœnitẽtem ad pedes Domini. Vt autem rẽ tantam ſine methodo non pertractemus;tria in ſingulis potiſsimum conſideranda ſtatuimus: Statum rei;pro greſſum,&fructum.i. principiũ, medium, & finem.

A contritione incipit negocium, tanquam à parte ſimpliciter neceſſaria ad impetrandam remiſsionem.nõ n.ſat eſt eã habere in voto; vt de reliquis partibus poteſt accidere.

Ioel. 2. Eſa. 38. Primò.Status cõtritionis amarus eſt,ideo ſciſſuram cordis vocat Ioel. Compunctionem vocant Apoſtoli: Amaritudinem animæ vocauit Eſaias.Et neceſſario includit tria.Primũ eſt odium peccati. quod mundi, & mei ruina fuit.Secundum,propoſitũ mutandi,& emendandi vitam Ita de Paralytico & Adultera.Nolipeccare, id eſt propone,ꝓpoſitum hoc eſt neceſſarium pœnitentiæ. ex Concilio. Florentino & Tridentino. Tertium propoſitum confitendi, & ſatiſfaciendi. Ad odium, ſequitur deteſtatio peccati.Pſal.Confitebor aduer ſum me. Ad deteſtationem ſequitur dolor, qui peccatorem conterit, & contundit, quaſi ſaxum obduratum in culpa: ſecundum duritiem tuam & impęnitẽs cor.Ioel.Scindite corda veſtra.Dolor hic propriè non eſt contritio,ſed contritionem præcedit,& ſequitur,ſemper creſcens, & augens vim pœnitenti, quare in hoc potiſsimum conſiſtit ſtudium pœnitentum,vt rectè doleant: & ſi nõ poſſunt dolere in ſenſu, quantum vellent:de hoc etiã doleant. Vt autẽ dolor hic bene ſeruiat huic foro,debet eſſe.Cordialis. Totalis.Pœnalis. Pſalm. 31. Rom. 2. Ioel. 2.

Primò.Cordialis,vt à corde,quaſi ab intrinſeca radice oriatur, nam & hæc fuit prima radix culpæ. Primus dolor eſt voluntatis,in quo ſtat eſſentia contritionis. Secundus eſt in ſenſu,qui eſt effectus prioris. Dolet dãnatos peccaſſe. Pœnitentiam agentes,& præ anguſtia ſpiritus gemẽtes: atque quia non ex recta voluntate,id eo pœna, & dolor eorũ eſt ſatis paſſio,& nõ ſatisfactio.Pęnitere, verbũ actionis eſt, non tantum paſsionis, quia eſt paſsio voluntaria. Ob hoc itaque pſal.Dixi, confitebor.i.ſtatui volens apud me Iterũ,cor cõtritũ & humilitatum non deſp.Eſa.Ad ſanãdum contritos corde. ſponte igitur & volens debet peccator ad pœnitentiam ſe conferre.non tantum quod ſic pręcipitur,ſed quod ſic intelligit ſibi conſultum. Sap. 5. Pſalm. 50. Eſa. 61.

Secundò. Totalis triplici ratione.

Primò:

Primò, quod totum cor exercet, & côterit: vt totum olim fœdauit in culpa: totum conuertit, vt totum auerterat; non enim potuit, duobus Dominis ſeruire. Ea ſaltem totalitate, quã requirit lex charitatis in diligendo Deo. Vt nihil ſupra ipſum, vel æqualiter diligas. Ita vt pro nullo bono conſequendo, aut malo vitando peccare, vel peccaſſe velit hõ. Ita toto corde dolet. ſicut. n. Deus, eſt ſummũ diligibile. ita peccatũ eſt ſummum odibile. Vrget ergo Ioel. Conuertimini in toto corde veſtro. Iterum Moyſes; ſi quæſieris do. Deum tuum, inuenies eum. Si tamen toto corde quæſieris & tota tribulatione animæ. Semicirculi iſti dolorum imperfectorum deſtruunt opus pœnitentiæ. Secundò, quòd totam vitã; & eius partes exercet: extorquet enim à corde gemit°, ab oculis lachrymas; ab ore verba; à manibus opera. Turbata ſunt omnia oſſa mea: Paulus, ſicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniquitati &c. Quòd ſi non potes, vt velles, dolere in ſenſu, habere lachrymas, & cætera, Doleas omnino, quod non poſsis; ores vt poſsis. Tertiò quòd ſic circa totam molem, & corpus peccatorũ ſuorum verſatur, quòd ſingula numerat, recolit, deteſtatur: de ſingulis dolet: modo ſuccurrant, & tempus habeat: Pſalm. lauabo per ſingulas noctes lachrymis lectum meum: Eccleſiaſt. Recogitabo tibi omnes annos meos. Quo diſtinctior erit dolor, eo vtilior, non tamen requiritur neceſſario iſta diſtinctio, ſed ſufficit generalis dolor de omnibus: Ita in momento poteſt homo conteri, quacũque ingem. id eſt, quolibet momento: Diſtinctio tamen iſta bene eſt neceſſaria confeſsioni. Conatur ergo reminiſci omnia mala ſua: cogitat, diſcurri; ſi non poteſt reminiſci, obliuionem deteſtatur, quantum ipſa peccata, & de illa dolet; & de omnibus oblitis in generali. Curare tamen peccator debet, vt recordetur; Exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. Ob hoc ſancti Patres, & Doctores hortantur, vt ſingulis ſaltem diebus Dominicis, homo intra ſeſe colligat, & numeret peccata totius hebdomadæ, ac deteſtetur. Tutius erit ſi quolibet ſero diem ſuam examinet: Plurimum enim nocet obliuio peccatorum. Et hæc potiſsima, quam incurrit mundus, ex tanta tepiditate, quòd vix de anno in annũ conſiderat, & examinat cõſcientiam ſuam.

Pſalm. 6. Rom. 6. Pſalm. 6. Iſa. 38.

Tertiò. Pœnalis. Ita vt cor vere cõtundat. Pœnitere enim eſt pœnam tenere. Quare, & adduntur in ſenſu cineres, cilicia, lachrymæ, vt verè appareat hominem ſua ſcelera deteſtari. pſalm. laboraui in gemitu meo. Nõ eſt pax oſsibus meis. Sagittæ tuæ infixę ſunt mihi. Ezechias. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. Dolor ſenſitiuus debet eſſe moderatus. Paulus Cor. monet vt conſolentur quẽdam pœnitentem, ne abundantiori triſtitia abſorbeatur. Dolor autem intellectiuus non poteſt eſſe nimius. amaritudinem autem hanc in pœnitente ſuſcitat, Primò turpitudo peccati: quæ animam maculat. vt ille prodigus, Ego autem hic fame pereo. Paulus, In quibus nunc erubeſcitis. Secũdò, Timor pœnæ paratæ à ſupremo iudice. Vox illa intonans auribus. Ite maledicti in ignem &c. Huc ducit Attritio. Tertiò, Amor patris læſi. Pſalm. Tibi ſoli peccaui. Pater peccaui in cęlum, & coram te. Hic attritio fit contritio; qua peccaſſe dolet, non

2. Cor. 2. Luc. 15. Rom. 6. Matt. 25. Pſalm. 50.

tantum ex damno, & periculo creatu
ræ quantum ex iniuria creatoris. Hic
dolor eſt meritorius; hic filius eſt Di
uinæ grãæ, & charitatis, quare & eſſe
non poteſt ſine remiſsione peccati:
Et poteſt in tantum creſcere, quòd
& impetrabit remiſsionem omnis pę
næ: Hic ſtatus eſt. Nunc conſidere
mus progreſſum.
Secundò, Progreſſus contritionis
talis eſt. Et habet quinque periodos
quaſi quinque paſſus, quibus abſolui
tur opus hoc ſalutare. In primo. Dei
Gratia præuenit, & tangit cor homi
nis in culpa dormiẽtis, ac reuocat ad
cor. Concluſio eſt orthodoxa, quòd
peccator ſe ſolo non poteſt ſurgere
à peccato, eſt enim ſeruus peccati;
qui facit peccatum. Donum itaque
Pſal. 14. Dei eſt pœnitentia. Ideo orat pſal.
Pſal 84. conuerte nos Deus ſalutaris noſter:
Iere. 31. iterũ Deus tu conuerſus viuificabis
2. Ti 2. nos. Iere. conuerte nos domine, &
Act. 13. cõuertemur. D. Paulus. ſi forte det il-
lis Deus pœnitentiam. Apoſtolis er
go & gentibus dedit Deus pœniten
tiam ad vitam. Ita per famem tetigit
Luc. 15. cor prodigi. Itaq; principiũ pœniten
tiæ à Deo eſt: naſciturq; in manibus
Dei vocantis. In ſecundo, tactus pec
cator, niſi reſiſtit gratię Dei, redit ad
cor, aperit oculos; de prodigo dicit
Lucas. 6. Lucas, in ſe reuerſus: iubet prophe-
Eſa. 46. ta. Redite præuaricatores ad cor: ſic
1. Reg. 3. reuocatus dicit, loquere domine. au-
dit ſeruus tuus. In Tertio, Audien-
tem ſic alloquit Deus, & primo per
verbum legis, & pœdagogiã Moyſis;
quæ peccatũ retegit, vſq; ad infimas
cõcupiſcẽtias: deinde narrat, & pęnas
culpę paratas: qua narratione parit in
Eſa. 26. pœnitente timorẽ: in quo cõſiſtit ini
Matt. 3. tiũ Sapientiæ. Eſa. A timore tuo con
Luc. 13. cepimus ſpiritum ſalutis. Hic ergo
Ioannes progenies viperarum quis
demonſtrabit vobis fugere à ven-
tura ira? Hic Chriſtus, Niſi pœni-
tentiam egeritis, omnes ſimul peri Rom. 2.
bitis, hic Paulus, ſecundum duri-
tiem tuam & impœnitens cor, the-
ſaurizas tibi iram &c. Timor hic,
vtcunque ſeruilis pœdagogus eſt ad Luc. 16.
iuſtitiam. nam parit in peccatore, fa-
mem, & ſitim, quanti mercena-
rij, inquit ille famelicus, abun- Ioan. 7.
dant panibus in do. patris mei? Et Pſal. 21.
Chriſtus clamat, ſi quis ſitit; &c. A- Pſal. 142.
ruit tanquam teſta virtus mea. Ani Pſal. 41.
ma mea ſicut terra ſine aqua tibi: ſi-
tiuit anima mea ad Deum fon. vi. &c.
Hic dicunt patres, quòd radix pœni
tentiæ amara eſt: ita quòd ſi nihil
aliud ſequatur: poteſt facile & timor
hic trahere in deſperationẽ vt Iudam
In quarto igitur ſic timentem allo-
quitur Deus, verbo Euangelij, quod
culpæ humanæ, vtcunque maximæ,
opponit Dei patris miſericordiam,
ſemper excedentem: opponit meri-
tum Chriſti præualentis; & gratiam
timentibus impetrantis: clamat er-
go. Reuertere, reuertere ſuſcipiam
te; addit exempla Dauidis, Niniui-
tarum, Manaſſæ, clamat. in templo, ſi
quis ſitit, veniat ad me & bibat. Sic ſu
ſcitat in timente ſpem miſericor-
diæ; quare monet, vt petat, vt ſeſe ad
patrẽ reuocet confidenter. Speret Pſal. 129.
Iſrael in domino, nunc & vſque in Luc. 15.
ſeculum. Surgam, inquit ille: Ibo ad
patrem. Tutum acceſſum habet fi-
lius ad patrem. In quinto, ſic eunti, &
confidenti; occurrit pater, ruit in col
lum proſtrati filij, ſtatim iubet pro
ferri ſtolam, & annulum &c. Hic ita
que Deus pœnitenti ſuo infundit
Gratiam, qua culpa pellitur, perfici
tur timor, & vertitur in amorem:
Attritio fit contritio, ſeruus fit filius:
peccator fit iuſtus, & amator Dei,
cuius

cuius tantam miſericordiã in ſe experitur. Ex hac fornace amoris, & cõſolationis, prodeũt generoſę illę ſcintillæ deliberationum, quibus pęnitẽs ad patrem tendẽs, & patris iam oſcula ſentiẽs, proponit, & ſtatuit. Primò, qđ vult omnibus ſatisfacere, verbo & opere, ſi quibus debitor eſt, & fratribus conciliari, omnia compenſare Secundo ꝙ vult omnibus remittere ex animo, ſi læſus eſt, pacem dare, & verbo, ſcripto; priuatim, publice, ſic enim vult, & Deũ ſibi dimittere abſque vlla reſeruatione. Tertio, quod vult gratiam hanc conſeruare, vt theſaurum cordis ſui, omnia potius damna ferre; omnia mala pati, omnia bona perdere, tantum ne iterum cadat à gratia Dei: Fac me ſicut vnũ ex mercenarijs &c. Quartò, quod vult animam hãc exonerare, etiam coram ſacerdote peccata confiteri: obedientiam eius implere, omnia facere, quæ ille iuſſerit. Atque his motibus tẽdit ad ſacramentum. *Luc. 16.*

Tertio. Hic iam tertium eſt explicandum, quos ſcilicet fructus pœnitens ex contritione conſequatur. Multi ſunt, & præcipue Primus, qui in itinere; vt olim decem leproſi dum irent ad ſacerdotes, ex Chriſti verbo, mundatur. i. accipit remiſſionem culpæ, & gratiæ infuſionem, quæ eſt prima ſtola. Dixi confitebor ad me iniuſt. me. & tu remiſiſti &c. Secundus, quòd ex Gratia anima illa quæ mortua fuerat in peccato, viuificatur, ita quòd gratia Dei, eſt anima animæ, vita viuens &c. Tertius, quòd anima ſic viuificata, viuificantur etiam omnia opera bona, aliàs in gratia facta, quæ per culpam frequentem fuerant mortificata: renaſcuntur omnia. Viuebant enim in acceptatione diuina, vtcunque culpa impediret, ne coronari poſſent in peccatore ĩdigno. Quartus, quòd omnia bona futura, ex hac radice prodeuntia, meritum, & vitam habent, tum ad augendam gratiam, tum ad aſſequendam gloriam durante gratia iã ſuſcepta. Quintus, quòd remiſſa culpa, remittitur etiam, & cõdonatur omnis pęna, ęterna inprimis ac etiam creſcente cõtritione, poteſt ita intendi amor pœnitentiæ, quòd tollit etiam omnem pœnam temporalem. De Beato Franciſco legitur, quòd tantum doluit de peccatis, qđ ei reuelatũ eſt, quòd dimiſſa illi erant omnia vſque ad nouiſſimum quadrãtem, hoc tamen, raro contingit niſi in martyribus.

Sic ergo, ſi pœnitentem & contritum talem in hoc itinere vocet ad ſe Dei miſericordia; tutus eſt de ſalute, ꝙ trãſit de morte in vitam, factus eſt enim filius, quare & hæres paternæ domus, In qua viuit, & regnat cũ patre per omnia ſecula ſeculorũ. Amẽ.

DE POENITENTIA.
HOMELIA SECVNDA

Feria Tertia Dominica Quinta.

SVrgit pœnitens e profunda ſuorum peccatorum abyſſo, vt ad Dei patris miſericordiam confugiat. Pater vocat, fides mouet, timor vrget, ſpes ducit, charitas inflammat, & ex his flammis exeunt nobiles illæ deliberationes, quibus omnia facere, & fieri, filium, mercenarium, tantum vt in domo Patris viuat. Venientem agnoſcit Pater à longe, quantum diſtat Gratia, à peccato; agnoſcit in dilecto ſuo

Chriſto, cuius per fidem membrum eſt, occurrit illi, augens lumina, & eo magis inflammans, quo propior fit. Tum illi ad pedes proruit filius plenus odio peccatorum ſuorum, ex odio deteſtans, dolorem modis omnibus cordialem, totalem, pœnalem indicans facie, veſtibus, ore, peccaui in cœlum &c. Exigit pater humilitatem, & confeſſionem hanc: Dic, tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris: Reuela domino cauſam tuam: quare à principio. Adam vbi es? vox increpantis, & confeſſionem petentis; Exigit autem, ac delectatur hac humilitate, primo ob gloriam ſuam. Secundo ob confuſionem diaboli. Tertiò ob vtilitatem pœnitentis, quanto magis enim ſic atteritur, & confunditur, tanto magis pro culpis ſuis ſatisfacit. Quare ſtatim dat oſculum, Iubet proferri ſtolam, & annulum: domus tota iubilat, vbique clamatur. Perierat, & reuixit, Ita inquit Io. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt Deus, vt remittat: Ita Dauid. Dixi confitebor aduer. me iniuſtitiam, & tu remiſiſti &c. Hæc magna, & perpetua fuit Dei patris miſericordia erga pœnitentes, & ad ſe ſic reuertentes, nullum fefellit: ſed tamen quamdiu Deus, fuit tantum Deus, miſericordiam iſtam ita in ſe retinuit, quòd ſolus ipſe potuit eam præſtare, ſolus peccata dimittere, ſolus gratiam infundere. Ego hoc ſum Deus, Ego hoc ſum dominus, qui deleo iniquitates &cæt. Vbi autem deitas eſt humanata in Chriſto, hæc quoque miſericordia tanquam propria miniſterio redemptoris, per Chriſtum magno noſtro cõmodo, ac ſingulari pęnitentium conſolatione humanata eſt, ita vt per manus, & ora hominum potuerint pœnitentes remiſſionem peccatorum, & gratiam accipere, non tamen tanquam ab hominibus, ſed tanquam à Dei miniſtris, diuinam iſtam miſericordiam in terris miniſtrãtibus, & diſpenſantibus. Humanauit eam Chriſtus cum dixit Apoſtolis, & ſucceſſoribus. Accipite ſpiritũ ſanctũ, quorũ remiſeritis peccata, remiſſa erũt &c. Vtque efficacius, & certius redderet hoc remedium; inſtituit ſub nomine virtute, ac cerimonia veri ſacramenti, quod veram abſolutionem animarum, & ſignificat, & continet, & præſtat. De hoc in præſentia tanquam de ſecunda pœnitentiæ parte acturi ſumus; ſecundum præſcriptam methodum, vt intelligamus huius ſacramenti ſtatum, progreſſum, & fructus. Attendite:

Prouer. 16. Gen. 3. Ioann. 1. Pſalm. 31. Eſa. 43. Ioann. 20.

De Confeſſione Sacramentali.

Primo Status iudicij, & Sacramenti huius continet pro ſua integritate neceſſario quinque iſta, quæ ſunt. Primò. Certa virtus, quæ eſt opus operatum. i. meritum Chriſti, ex ſanguine, & aqua illa, quæ fluxit de latere dormiẽtis Chriſti, & miſericordiã præſtitit formandi eccleſiam per Sacramenta, quibus virtutem ſanctificandi tradidit. hinc praxis, & operatio ſacramentorum, hinc magna illa efficacia remittendi culpam, & pœnam. Secundò, Certa Materia, & eſt peccatorum confeſſio, vel peccatum expreſſum, vel peccator ipſe pœnitens, & confitens peccata ſua mortalia, non aliorum, ſi nõn eſt neceſſarium, non venialia, niſi aut ſint dubia aut valde proxima mortalibus. Tertiò, Certa forma, & eſt verbum iudicis,

iudicis,& ſacerdotis.d.Ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis,in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti Cætera ſunt ad expreſsionem,& ad conſolationem pœnitentis, hæc ſunt neceſſaria verba; quibus accedentibus elementum fit ſacramentum. Illa tamen non ſunt omittenda. Quartò. Certus iudex; & miniſter. Sacerdos proprius ideſt habens clauem ordinis,& iuriſdictionis;alioqui non iudex competens.Quintò.Certa intentio,in pœnitente accipiendi, In ſacerdote dandi remiſsionem peccatorũ, ex authoritate Diuina, quam adminiſtrat.Hæc omnia integrãt ſacramentum pœnitentiæ,& perducunt pœnitentem ad optatam remiſsionem peccatorum ſuorum.Hæc de ſtatu.

Secundò Progreſſus autem fori huius,quatuor includit periodos, & tempora,quibus pœnitens ad eam abſolutionem perducitur.

Primò.In primo tempore, intelligit peccator pœnitens, eſſe in terris, in Chriſti eccleſia forum, & iudicium diuinum, quòd vere confert pœnitentibus remiſsionem peccatorum,inſtitutum authoritate Diuina ideſt à Domino Ieſu. Intelligit autem hoc modo. Conſiderat in cõfeſsione hac vocali,duo potiſsimum. Vnum eſt,quàm graue onus ſit,& violentum humanæ ſuperbiæ, vt homo homini aperiat cor,vtcunque ſapiẽs, diues &c. Nullum aliud vnquam habuit mundus huic æquale in grauitate.Alterũ eſt,quam diuturnum,quin perpetuum in Chriſti eccleſia, nulla enim tempora legimus apud latinos, vel Græcos, quæ huius oneris mentionem non faciant.vſque ad tempora Apoſtolorum, vt expreſsè patet apud Dioniſium, & Clementem Romanum.Ex his ſyllogizatur ſic.Onus hoc eccleſia Chriſti ſemper agnouit & ſubiuit; ergo ex authoritate Diuina: Probat conſequentia dupliciter,Primò; quia nulla humana poteſtas tentaſſet, tantum onus imponere, apparet in primo Concilio Hyeroſolimis habito,quantum modeſti fuerint Apoſtoli in oneribus imponendis: Nulla enim poteſtas humana hac in re tam difficili, inueniſſet obedientiam: niſi Chriſto iubente; vt multi volunt Apoſtolos ex præcepto Chriſti inſtituiſſe. Secundò, quia non inuenitur vbi aut quando eccleſia hoc onus impoſuerit: ante omnes canones, ante omnia concilia, etiam quatuor illa ſacratiſſima, ſemper habetur expreſſa mentio apud patres de confeſsione.Ergo neceſſario reijcitur in Chriſtum ipſum. Sed & verbum Chriſti eſt apud Matt. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere:Impleuit figuram Baptiſmi remotam, quæ fuit in mari rubro; & proximam in Baptiſmo Ioannis. Impleuit figuram Euchariſtiæ, q̃ fuit in Manna, & in Agno typico. Cur non implere debuit figuram cõfeſsionis,& iudicij inter peccatores; cuius tam expreſſa figura fuit in lege: Dum à principio mundi, petebatur confeſsio culpæ, ex Adam, & Chaym: dum ſub lege ſacerdotes diſcernebãt leprã: à lepra,dũ pro certo genere peccatorũ ignorantiæ, vel infirmitatis, certæ offerebantur victimæ impleuit ergo per inſtitutionem huius iudicij: vbi Ioanni confitebantur actus ſuos. Dixit leproſis. Ite,oſtẽdite vos ſacerdotibus. Dixit de Lazaro apoſtolis ſoluite illum: ex his Auguſtinus arguit: ſed argumenta illa ſunt ex myſterio: verbum clarum eſt Apud Ioan.cum dicit Apoſtolis. Accipite ſpiritum ſanctum.&c. ſic ergo

Mat. 5. Luc. 3. Ioan. 20.

intelligit

intelligit pœnitens eſſe ex Chriſti authoritate iudicium hoc in eccleſia, quo poteſt abſolui. Ex hoc deducit duo. Primum eſt, quòd tenetur pro impetranda remiſsione, ad tribunal hoc ſe conferre, cur ſi nemo præcipit? Satis præcipit ægroto, vt adeat medicum, qui in ſumma ſua neceſsitate oſtendit medicum: vrget infirmitas, vrget amor naturę, & charitas ſui ipſius; qua quiſque tenetur ea remedia quærere, quæ ſibi ſunt certiora, faciliora, & vtiliora. Tale eſt peccatoribus hoc iudicium: poteſt enim fallere contritio, hoc fallere nõ poteſt: Adde quòd maximum adiutorium dat hic virtus incluſa ſacramẽti, qua attritio recipit incrementum, & cura facilitatur. Tenetur ergo omnino adire. Secũdum eſt, quòd tenetur coram hoc foro ſe totum aperire, & ſingula peccata ſua diſtinctè fateri: tum vt poſsit ſuper ijs diſtinctè doceri, tum vt poſsit abſolui, vel ligari: non enim iudicium hoc, habet omnia, vel abſoluere, vel ligare. ſed aliqua abſoluere: aliqua ligare quomodo autem poteſt hoc fieri, ſine diſtincta cognitione peccatorum? & quomodo poſſunt cognoſci, niſi dicat peccator, cũ innumera lateant in corde, & ſæpe, grauiora? Si non, clamat Auguſtin⁹, fruſtra datæ ſunt claues: fruſtra dictum eſt: Accipite ſpiritum ſanctũ &c. Sic itaque primo hoc tempore ſtatuit apud ſe peccator, forum hunc agnoſcere: atque ad eius iudicium omnino ſe præſentare: Sed Diabolus qui nouit damna ſua; cogitanti huic ſe inſinuat, parat negocia diuerſa, quibus ad retardãdã, & procraſtinãdam confeſsionem inducit: Ita ꝙ præterit mẽſes, & annos, ſemper vult confiteri, & nunquam ad confeſsionem venit.

Secundò. In Secundo igitur tempore, huic ocioſæ procraſtinationi ſuccurrit pia mater eccleſia, ꝑ canonem Lateranẽſem, ſub Innocentio tertio, Omnis vtriuſque ſexus &c. Quo canone eccleſia, non quidem (vt ineptè docet Caluinus) præcipit confeſsionem: nam per mille annos ante concilium illud, patet expreſsè apud patres omnes cõfeſsionem fuiſſe in eccleſia: ſed vt intẽtionem Domini, & ſponſi ſui Chriſti adiuuet, & promoueat, quod fecit, & circa præcepta ieiunij, orationis; præſuppoſito ꝓcepto neceſſarię cõfeſsionis, de cõfeſsione vt negociũ facilitet, ſpecificat quatuor. Primũ eſt, qualitas pœnitentiũ: vt ſit oĩs vtriusq; ſexus, cũ ad annos diſcretiõis ꝑuenerit: iſtos aũt annos dignoſces. Si interrogatus puer reſpondet ad rem propoſitam. Si diſcernit locum, tempus, panem ſacrũ à prophano. Si monitus de culpa, erubeſcit: hos omnes obligat canon. Secundum, qualitas temporis, vt ſaltem ſemel in anno, potiſsimum in Paſchate: Hæc autem annua confeſsio ſufficit his, qui ex ea quærunt obedientiam: non autem ijs, qui quęrunt vtilitatem: nam quo ſępius id facient, vtilius facient. Alioqui dilatio ſecum trahit multa pericula, Ne culpa habituetur, & confirmet, Ne culpa ſua, trahat ad aliam, Ne releuatio, ex habitu contracto, fiat difficilior, Ne obliuio inuoluat: vnde, vt dixim⁹, multa damna. Qui ergo ex confeſsione quærit vtilitatẽ: qui amat animæ ſuæ puritatem; qui ſumpturus eſt euchariſtiam, qui ex inſtituto aliquo ordinis, vel ſocietatis tenetur: qui periculũ aliquod initurus eſt, maris, belli infirmitatis, non putet ſe ſatisfacere eccleſiæ, & conſcientiæ ſuæ ſi ſemel tantum in anno cõfiteatur. Demptis

his

his, in Paſchate obligat eccleſia, vt ad agni nuptias admittat immaculatos. Tertium eſt qualitas iudicis, vt ſit, ſacerdos proprius ideſt iudex idoneus, nunc ſatis eſt, vt ſit, vel ordinarius, vel admiſſus ab ordinario. Quartum eſt. Pœna ſtatuta in tranſgreſſoribus, vt in vita excommunicentur & dum in Paſchate cæteri edent panem in domo patris: beſtiæ iſtæ comedant ſiliquas cum porcis: in morte cum canibus quoque, & beſtijs ſepelliantur. Hæc continet canon Lateranenſis, Quibus auditis, inſtante iam Paſchate, iam intelligit peccator, ſibi non eſſe amplius differendum; quare præmiſsis ijs, quæ ad examen conſcientiæ ſuæ præcedunt: ſumptis dolore, confeſſione interna, ad tribunal hoc eccleſiaſticum ſeſe confert in nomine Domini.

Tertiò. In Tertiò. igitur tempore, ſe ſe exercet, & accommodat coram iudice, ſibi delecto, tum vt obediat Deo, & eccleſiæ, tum vt ſibi, & animæ ſuæ bene conſulat. Primo, humiliat, & proſternit ſe, detegit caput, totum exinanit, tanta animi, & corporis demiſsione, vt nullibi tanta ſit: hoc enim proprium, & ſupremum eſt humilitatis exemplum; hic altiſsimi, doctiſsimi, potentiſsimi, ſanctiſsimi, omnes formam vnam ſuſcipiunt, formam Rei. quare humilitas hic exęquat omnia. Magnum ſalutis principiũ. Secundò, accuſat ſe, aperit ſe totum; omnia peccata ſua propalat, non excuſat, ſed vere accuſat; numera ſubſtantiam, modos, circunſtantias, maxime aggrauantes, & ſpeciem mutantes, præcipue fundum cordis, in quo latet intentio factorum, in qua vna ſæpe conſiſtit grauitas rerum, denudat omnia; accuſat omnia: in hoc enim iudicium hoc diſtat ab humanis: qđ humana damnant ſe accuſantes; Diuinum hoc abſoluit accuſantes, & damnat excuſantes: ita quòd in ſumma, ille melius ſcit confiteri, qui melius ſcit ſe accuſare. In accuſando ſe vtile erit, ſi ordinem obſeruet: eum qui ſibi magis placuerit, Ita tamẽ, vt ſemper incipiat à fide, ſi quid in ea peccauit, fides enim eſt ſubſtantia rerũ. quare & ab ea ſemper incipiendum. vtile quoque erit, ſi incipias ab vno, aut altero graui ſcelere, quod animã tuam maxime concutit: his enim expoſitis, reſpirat conſcientia, & cætera facile vomit, Ad recordandum, cogites naturam tuam, inclinationem, loca, tempora, ſocios, occaſiones, ſtatum, & conditionem tuam. Tertiò numeratis peccatis: numeret, & ponderet, obliuionem multorum, & forte maioris partis, & eã accuſet, cauſas etiam obliuionis nõ taceat; forte quod non bene ſe examinauit; quod recordari neglexit; quòd nunquam in ſe reuerſus eſt, quòd vixit ſine modo, ſine regula: Quartò, ſimul omnia, & obliuionẽ ipſam deteſtatur: dicens ex animo magno cum dolore; Mea culpa, mea maxima culpa: addat ſi poteſt lachrymas, & gemitus in teſtimonium doloris ſui. Quinto, petat veniam; cum clauſula generali de omnibus vitijs: & promittat obedientiam Hæc ſunt quæ pertinent ad actionem pœnitentis:

Quartò. In Quartò. Sacerdos, iudex maturus Idoneus habens poteſtatem ordinis, iuriſdictionis, & viſus ne ſit excommunicatus, ſedet ſentẽtiam laturus, in tam graui negocio: Scientiam habens, & conſcientiam. In ſciẽtia include prudentiã in examinando

minando, ſine ſcandalo, & ſui, & proximi. Et diſcretionem in diſcernendo, vnde hæc eſt ars artium vbi diſputaturus eſt cum carne, mundo, Diabolo, cum ſuperbia, vanitate, & aſtutia, hypocriſi; mille oculis opus habet. Addit Durandus, ſi ſedet ex obedientia: ſciat ſaltem terminos ſuæ iuriſdictionis: ſciat formam abſolutionis: ſciat diſcernere culpam, à culpa, & circunſtantias. In grauibus, ſciat ſaltem dubitare, vt poſsit conſulere peritiores: At ſi ſedet ex voluntate, ſi procurauit ipſe iudicium, Debet ſcire omnia, quæ pertinet ad integram expeditionem iudicij. Ad ſananda corpora qrimus practicos, theoricos iudicioſos; fortunatos. Ad ſanandas animas, ſic temere nos committimus quibuſcunque? Conſcientiam etiam requirimus in hoc iudice, non quòd requiratur ad eſſe, quantum pertinet ad abſolutionem: dum modo ſit legitimus, vel bonus, vel malus ſoluit, & ligat: vt de ſigillo aureo vel plumbeo exemplificat Gregorius Theologus. Conſcientia neceſſaria eſt ſuper ſigillo ſecreti: vt extra hunc forum, nihil horum, quæ hic audit, ſe ſcire intelligat. Et poſsit etiam iuramento dicere, ſe neſcire: etiam, ſi vrgeat ſumma poteſtas: non.n. ſcit, quæ reuelare nō pōt. ſed neceſſaria eſt ad bū eſſe. Primò ex parte ſacerdotis: nā ſi cum mala conſcientia exercet hoc ſacramentum, committit ſacrilegium. Conteratur ergo, ſaltem in generali acceſſurus, & veniam petat à Deo, cum propoſito confitendi. Secundò ex parte pœnitentis. Nam ſi curam animæ ſuę non habet, quomodo tuam curabit? de epiſcopo petit Paul', vt ſit domui ſuæ bene propoſitus. Adde ꝙ ſi pro te oraturus eſt, nō ſunt idonei interceſſores, domini contemptores, ſit confeſſor benignus erga pœnitētem, hylari facie, ſit etiā erga magnos peccatores, quouſque lucrum ſperat. oſtendat zelum, & paſsionem multam, ſuper peccatis fratrū, vt olim D. Ambroſius, ſic enim facile inducet ad ſenſum propriorum peccatorum, etiam vanos.

Sedēs ſic ſacerdos in hoc foro duo potiſsimum conſiderare debet: primo certas conditiones pœnitentis. ſecundo conditiones culpæ expreſſæ. In pœnitente conſideret. Primò, ſi ſui fori eſt, vel non, ne falcem mittat in alienam &c. Secundò, ſi capax ſacramenti, ſi excōmunicatus: ſic enim capax eſt pœnitentiæ virtutis de qua heri, at non pœnitentiæ ſacramenti: curet prius ſolui. Tertiò, ſi ſimplex; vel aſtutus; aliter enim tractabit virginem, aliter vxorem, aliter ſimplicem iuuenculum, aliter virum expertē, vtile eſt iuuare ſimplices, & interrogare, vt dicant bono animo, & non erubeſcant Dei vultum, qui omnia nouit. vt non nominent alios, ſed ſua tā tum detegant crimina: certa pro certis, dubia pro dubijs dicant. Quartò, Si ſincerus: an ſimulatus, ſi cupit ex animo, an tm̄ ex cerimonia, vt tempori ſe accommodet: hoc aūt facile diuinare poterit, ſi obſeruet. primò, ſi poſsidet peccata ſua, narrat expedite, ergo præmeditatus eſt. ſi inuenit imparatum dimittat, vt examinet ſe, & redeat niſi temporis anguſtia cogat expedire. ſecundo, ſi libere accuſat, non excuſat; ergo curari vult. quidam accuſant Diabolum per ſe. d. diabolus me coegit, de qua re maximè lætatur Diabolus. ſi paratus eſt obedire, vel ſubterfugit dimittere pellicem &c. Tertiò, ſi gemit, ſuſpirat: percutit pectus, vel tm̄ ex pagina. Quartò, ſi propoſitum expedit, & format

libere

libere dimittens, an muſitat. In culpa conſideret. primo, ſi ſui fori eſt: an reſeruata ſuperiori, niſi inſtet articulus mortis, in quo nulla eſt reſeruatio. ſecundo, ſi mortalis, an venialis, an dubia. Tertio, ſi accidentalis, ex infirmitate, vel ignorantia. an habituata. ſi eleuans, an deprimens: ſi eget oleo, an vino. ſi deijcitur pœnitens, ſubleuet Dei miſericordia. recipiat ſe reſponſurum pro eo coram Deo. His conſideratis expediat iudicium per hæc. Primò, inſtruat ſuper negocio, arguat, conſoletur, aperiat, & liget vulnera vt opus eſt: exploret propoſitum dimittendi, ſine quo non abſoluat, ſed hortetur ad bona opera, quibus diſponi poterit. Secundò, abſoluat diuina authoritate à culpa, & à pœna æterna, ex vi ſacramenti, qua ſuppletur omnibus inſufficiētijs, modo actu pœnitens non ponat obicem, quo facto ſimul & infunditur gratia. Tertiò imponat ſatisfactionē, & pœnam temporalem, ſecundum modos, & regulas de quibus in ſequēti. Quarto, Benedicat. & commendet Deo. Atque hic abſoluitur totus progreſſus pœnitentiæ Sacramentalis.

Tertiò Fructus, quos pœnitens ex hoc foro conſequit innumeri ſunt. ſi quid boni reliquū eſt in Chriſti eccleſia, id totum debemus pœnientiæ ſacramentali. Si potuiſſet Satan, vt ſæpius tētauit, tollere ex eccleſia cōfeſſionē; actū erat de vniuerſa religione exemplo ſunt tot partes Germaniæ, Angliç, Scotię &c. Potiſsimi tamen fructus ſunt hi. Primus. Humilitas illa profunda, quæ fundamētū eſt vitę, vt ſuperbia fuit principium mortis, & apoſtaſiæ. Secūdus eſt verecundia, & erubeſcētia, q̄ eſt magna pars ſatisfactionis. Confuſio adducens gloriā pôt in tantū augeri, quod tollit omnem pœnam. Tertius eſt frenum quoddam reuocans à peccato; tum ex propoſito formato; tum ex promiſsis iudici. Quartus, eſt inſtructio ſpecialis ſuper peccatis, & eorum circunſtantijs, & etiam remedijs applicādis. Quintus, eſt abſolutio illa Diuina à culpa, & pœna æterna, ex virtute ſacramēti. Sextus infuſio gratię; aut iam habitæ ex cōtritione auctio ſi enim non habeat gratiam, acquirit ſi habet, auget. Septimus limitatio pœnarum temporalium iudicium diſcretum iudicis; quibus ſtare debet vt ſatisfaciat. Octauus, eſt Benedictio qua commendatur Deo. Ex his omnibus ſequitur exoneratio, & hylaritas conſcientiæ: pſal. anima noſtra erepta eſt de laqueo venātium: laqueus: contritus eſt: & nos liberati ſumus. vnde iſta omnia bona? adiuto. noſt. in no. do. qui fecit cęlum & terrā. Amen. Pſalm. 12, 3.

DE POENITENTIA HOMELIA TERTIA.

Feria quarta Dom. quinta.

SI ſacramentum pœnitentiæ forus eſt pertinens ad iuſtitiam; iuſtitiæ autem eſt cōpenſare damna, & culpam emendare per pœnam. Ita ne videtur benefactum, vt peccator, in foro iuſtitiæ abſoluatur ab omni culpa, quoties redit ad cor, ſine omni pęna perſonali? ita ergo millies peccabit, redibit, recipietur, & nunquā ibit inſtructior? Si hęc maxima miſericordia fit in Baptiſmo. fit quia ingreſſus eſt quo primo admittitur ad conſortiū Dei, excuſatur ignorātia, in firmitas;

præterea regeneratur, vbi vetera omnia ceſſant cum tota ſua memoria. At hic recipitur homo chriſtianus, qui toties à ſuſcepta decidit gratia, toties donis Dei abuſus eſt; dimittitur ex Chriſti merito, culpa, & pęna æterna; an nō in aliquo & ipſe puniri debet, vt diſcat nō maleſacere? ita Ioel
Ioel. 2. cōuertimini in toto corde veſtro, in
Dan. 4. ieiunio, fletu &c. Ita Daniel. eleemo
Mat. 3. ſinis peccata tua redime. Ita Ioannes facite fructus dignos pœnitentię. Ita per peccatum dimiſſum adfligitur
Pſalm. 6. Dauid, plorat, in cilicio &c. Ita Niniuitæ in ieiunio fletu, & plāctu. Ita Petrus in multis lachrymis. Ita diſcipulus ille Apoſtoli Ioānis, qui fuerat la
Ioan. 3. tro. Euſeb. li. 3. c. 23. Ita Theodoſius Imperator à D. Ambroſio epiſcopo Mediolanēſi. Recte igitur eccleſia ad contritionem, & confeſsionē, tertiam addidit pænitentiæ partem, quę eſt ſatisfactio, quaſi ſit compenſatio peccatorum. Non quòd ob hanc remittatur culpa, aut pœna æterna. hæc enim debentur Chriſto, cuius liuore ſanati ſumus: Sed pœna temporalis, in quā Dei mīa ex vi contritionis, vel ſacramenti commutauit æternam, vt reſpondeat delectationi ſpirituali quā habuit peccator. Nō etiam quòd ſine Chriſto ſola opera noſtra habeant vim vllam ſatisfaciendi. Non tu radicē portas ſed radix te. Ita oratio noſtra hæret Orationi Chriſti, & tamē vult nos rogare. Ita de operibus noſtris dicit cōciliū Tridentinū. Ex illo, ſcilicet Chriſto, vitam habēt. Ab illo offeruntur Patri: per illū acceptantur à Patre. ſed locum illuſtrem hic habet miſericordia ꝑ Ieſū Chriſtum dominum noſtrum, aliquem ēt habere debet iuſtitia tū vt aliqua cōpenſet damna, nempe offenſę diuinæ reſpōdet paſsio Chriſti: delectationi hominis temporali, reſpondet paſsio hominis. Auerſioni à Deo reſpondet pœna æterna. cōuerſioni ad creaturā pęna tēporalis. Adde quod per hanc flectitur hō in viā virtutis. Dauid. De Pſalm. 30.
clina à malo, & fac bonum. Eſa. quie- Eſa. 1.
ſcite peruerſe agere, diſcite benefacere. Pœnam & vim etiā ſatisfaciendi habet contritio quia dolorē, & poteſt ita augere, quod tollit omnem aliā ſatisfactionem noſtram: ſuam habet confeſsio, erubeſcentiā, ſed hic loquimur de canonica, & arbitraria, quæ per ſacerdotem iniungitur. Et de hac, tria illa inquirimus. Statum: Progreſſum: Et fructus: Attendite.

De Satisfactione.

Primò, ſtatus integrans valorem ſatisfactionis, vt poſsit coram diuina iuſtitia compenſare, complectitur quinque has cōditiones. Prima, vt ſit opus bonum; bonum inquā, primo de genere virtutis, cedens ad honorē Dei. nam ſi tota die ludas, etiam cū labore, & tædio, non ſatisfacis. ſi etiā opus indifferens ſit, vt ſi piſcando labores (niſi faceres pro pauperibus) aut ambulando ſine certa pietate: nō ſatisfacis. ſolent reducere communiter ad tria, quæ ſunt, ieiunium, quod capit omnia corporis exercitia: eleemoſyna, quæ continet omnia fratrū ſubſidia, & opera miſericordiæ. oratio, quæ continet omnem latriā: hæc .n. tria totum hominem exercent: ieiunium in corpore: eleemoſyna in ſubſtantia; oratio in ſpiritu. Regulāt etiā hominem in ſeipſo ieiunium, circa proximum eleemoſyna, erga Deū oratio. Sit etiam opus bonum, ſecundum communiorem opinionem theologorum, bonitate radicis. i. gratiæ: ſit factum in gratia; alioqui non ſatis

facit,

ſacit ſaltē hoc concedūt oēs,qđ nō mereatur,ſecūda vt ſit opus pœnale, &afflictiuū,q̄ ſubtrahat aliquam de lectationem,& inferat aliquod in cō modum pœnitenti; ſic enim compenſat delectationē,quam habuit in peccato,quantum fuit in delitijs,tā tum date tormentum. Eheu quid poſſunt iuuare delicatæ iſtæ noſtræ pęnitentiolæ,quæ communiter à me dicis pijs imponuntur? Intelligit tamen D.Thom. opus pęnale ex parte actus,non ex parte agentis: poteſt.n. eſſe, quòd vel ex feruore pœnitentis, vel ex habitu contracto in bono:minus pœnalis erat oratio, eleemoſina vni,quàm alteri,& nō tamen erit minus ſatisfactoria: At ſi oratio ſit breuior,ieiunium pinguius: ex hoc certe opus minus pœnale, minus eſt ſatisfactorium. Tertia, ſit opus alias indebitum,ſed ad hoc ipſum aſſumptū vt ſatisfaciat pro certis his delictis,ſi enim pater per curam filiorum vellet ſatisfacere, aut ſacerdos per horas cà nonicas,nihil facit. Debita ſunt omnia noſtra Deo de iure,ſed tamē eius clementia fecit nos dominos voluntatis noſtræ,& actionum noſtrarum: & ex his ſatisfacimus,vt de indebitis. Quarta, ſit opus voluntarium. Non quidem ita,quòd peccator ſibi imponat,& ex ſua electione faciat, hoc.n. vim habet tantum merendi,& ſatisfaciendi ex perſona:non autem ex vi ſacramenti, quæ addit ad opus operantis,opus operatum,quod maximi valoris eſt: Facit enim opera iſta ſacramentali proportionari debito, quod homo habet cum Deo, etiam dimiſſa culpa, & pœna æterna:quam proportionem ſine ſacramento nec habent, nec habere poſſunt in tota hominis vita: quare neceſſario affligendus eſſet in purgatorio.propor tionem dat ſacramentum: Thom. & Bonauētura. Sed intelligo voluntarium ideſt ſponte, & libenter acceptum à iudice ſibi imponente. Damnati non ſatisfaciunt, quia voluntarie non affliguntur: patientes in purgatorio minus ideſt longiori tempore ſatisfaciunt; quia etiam eorum pœna minus eſt voluntaria, nā & ſi conſentiunt affligenti propter Dei gloriā;non tamen in eorum poteſtate eſt reijcere pœnam,quod poteſt homo in foro pœnitentiæ ſacramentalis, non tamen ſine ſuo damno: Si tamen pœnitens poſt peractā ſatisfactionem ſacramentalem, aſſumat ſibi alia opera pœnalia; in eis quoque & merebitur, ſi ſit in gratia,& ſatisfaciet amplius:Quinta, vt ſit diſcreta, ideſt reſpondens culpæ in quantitate,ſecundum proportionem; non enim Dei iuſtitia accipit quamcunque menſuram pro compenſatione, ſed requirit iudicem diſcretum: alioqui exoluet in purgatorio.Vtile etiam erit & conueniēs ſi reſpondeat in qualitate. Per quæ quis peccat:per hæc puniatur: ſit ergo contra carnalia peccata ieiuniū, & q̄ ipſum conſequuntur,contra ſpiritualia oratio, contra Auaritiam eleemoſina.Sic tamen vt conformitas iſta non ſit neceſſaria,ſed in arbitrio ſacerdotis imponentis,et etiam pęnitētis acceptantis:Hic ſtatus eſt:

Secundò Progreſſus eſt actio inter ſacerdotē,& pœnitentem:iudex enim grauis, & maturus, charitate etiam præditus, multa hic conſiderat priusquàm ſatisfactionem imponat:quatuor habet periodos,quorū tres ſeruiunt ſacerdoti, quartus autem pœnitenti. Primo, qualitatem, & quantitatem culpæ, quam exagerat; niſi talis ſit, quæ conſcientiam

tiam confundat:hæc enim eget conſolatione. Secundò, intentionem ſacrorum canonum pœnitentialiũ, non quidem vt impleat; tempora enim hæc noſtra delicata non ſerunt, ſed vt melius ſciat curare vulnus,& quanto magis poteſt accedat vt poſsit etiam pœnitenti narrare, quid à ſe requirat Diuina iuſtitia. Tertiò,qualitatem pœnitentis,ingenium, mores habitum in bono. vt quaſi medicus, ſecundum complexionis vires det medicinam,non imponat,ſi credit,quòd non implebit. Melius eſt enim mittere eum in purgatorium,quam ad infernum, ex inobedientia,ſi nõ impleat.Si magnus peccator eſt, non oneret graui pęnitentia, niſi habituatus fuerit in bono,ſi magnam contritionem videt, det medicam: ſupplet illa.In qualitate etiam conſideret, vt quanto plus poteſt maceret eum;dummodo nõ dubitet de tranſgreſsione,& inobedientia. Obſeruet etiam, ſi poteſt, talẽ Imponere, & quæ & ſatisfaciat pro pręteritis culpis;& eum muniat in futuras tentationes. Memento quod in forma indulgentiarum cõmuniter relaxatio fit de pœnis iniunctis, quod ſi minime iniunguntur, Vide quantum præiudicium fiat pœnitenti. His conſideratis imponat pœnitentiam, cum charitate, & diſcretione,quam vbi ille accipit, & promittit implere; Tunc addat ad bene eſſe conſilia hæc ſalutaria.Primũ,vt ſciat hãc eſſe leuem,ſi cõparetur eius peccatis: quare vtile illi fuerit,ſi hac peracta addet plura, & ſuamet electione.Secundum, vt faciat cito, donec in gratia Dei eſt: nam duplicẽ habet valorem,& ex merito auget ſibi gratiam ſuſceptam. Tertiũ,faciat in dolore,& gemitu,& ſilentio; ſequeſtret ſe à turba;& oculum habeat fixum in culpis ſuis, & hac intentione faciat, vt pro illis ſatisfaciat.Quartum, meminerit ſemper,qd ſi non implet hic, implebit magno ſuo damno, & præiudicio in Purgatorio,maluit Gregorius infirmari in tota vita, quam tres dies purgatorij.Quintum, muniat ſe indulgentijs;ad hoc enim ſupplementum eccleſia aperuit theſaurũ hunc, vt ſuccurreret infirmitati temporum:Sextum. Meminerit omnia bona, quæ faciet; omnia mala quæ patietur, ſemper Diuinæ ſic miſericordiæ reuerenter offerre, vt ea dignetur per Ieſum Chriſtum accipere,& in honorem ſuum; & in ſatisfactionem culparum ſuarum. Tandẽ admoneat, Vide fili; Noli amplius peccare,ne deterius tibi contingat. Muniat etiam ſi poteſt contra recidiuationem his regulis, ſi inducere poteſt vt accipiat, & promittat,ſine iuramento tamen, ne fiat periurus, niſi in caſibus, in quibus ſacri Cano. admittunt, quin & præcipiunt iuramentum. ſic enim conſulunt Doctores.Prima,promittat, quòd quandocunque ſentiet ſe peccaſſe mortaliter, ieiunabit ſemel in pane, & acqua: vel orabit ſeptem pſal. vel dabit tantã eleemoſynam, vel quòd infra tres dies ſe obliget ad confitendum.ſic enim multi ſibi cauent: Secunda,promittat, ꝙ quoties tentari ſe maxime ſentiet ad peccandũ,antequam deliberet dicet ſeptẽ pſalmos; vel flectet genua ante crucem;vel aliquam orationem virgini, aut ſanctis ſuis deuotis:hæc enim poterunt gratiam impetrare; ne peccet. Tertia,promittat, ſe in tentationis æſtu,cogitaturum,aut mortem, aut iudicium finale, & aut dãna,quæ ſe-

quuntur

quuntur ex culpa, valet enim hæc frena reuocare à culpa: Si; monitum dimittat in nomine Domini.

Pœnitens verò ex alio latere, ſibi conſulat,& proſpiciat ſic. Primò, diligenter conſideret pœnitentiam iniunctam, num poſſit implere, num velit: ſi non, Curet omnino ſibi mutari: Secundò, ſtatim implebit, in feruore ſpiritus. Tertiò, plura ſemper addet ex ſuamet deuotione,& compunctione. Quartò, ſollicitus erit ad indulgentias accipiendas. Quintò, ſe ſequeſtrabit ab occaſionibus illis, quas meminit ſibi alias præiudicaſſe; loca, tẽpora, ſocietates mutabit. Sextò, ſæpe ſecum recogitabit promiſſa facta ſacerdoti ſuo, vt non cadant ex animo:& ſciat ſe violare fidem, quod non decet virum chriſtianum, tanto minus nobilem; ſi non obſeruet, promiſit enim non tãtum homini, quàm Deo, cuius vicem homo gerebat: hęc de progreſſu.

Tertio. Vtilitas multiplex ex hac ſatisfactione ſic iniuncta, ſuſcepta,& præſtita ſequitur ſine dubio. Prima, quòd delicta præterita compenſat, non quidem quantum ad culpæ vim, aut reatum æternæ mortis, hęc enim omnia tollit Chriſti meritũ: ſed quãtum ad reliquias peccatorum. i. pœnas temporales, in quas æternæ illæ fuerant commutatæ: vulnus ergo ſanat Chriſtus ſanguine ſuo: cicatricẽ vulneris, ſanat hæc pœnitentia. Ita origines, Athanaſius, Baſilius, Gregorius Nazanzenus,& Chryſoſtomus. Secunda, quòd iram Dei imminentem,& flagella parata auertit, quãdo ſic ſeipſum affligit peccator: Agam, inquit,& ego pœnitentiam ſuper malo quod locutus fueram, vt facerem ei. exemplum Niniuæ ſeruatæ. Tertia teſtatur dolorem animi, & mutationẽ propoſiti, opere externo, In quo maxime delectatur Deus,& ędificantur boni omnes. Nõne vidiſti inquit Achab, humiliatum? malis etiam exẽplo eſt reſipiſcentiæ. Quarta, Cauſas malorum imminentium, & futurarũ culparum excindit, intrinſecas dum minuit vires concupiſcentiæ. extrinſecas, dum mutat conſilia, ſocietates, loca, tempora &c. Quinta, exercet ſe, atque habituat in bono, quo ſimul, & gratiam ſuſceptam conſeruat,& auget, quouſque tandem ſaliat fons aquæ viuæ in vitam æternam: Amen.

Hie. 18.

Habita Rauennæ. 1570.

FERIA QVINTA DOMINICAE QVINTAE. In Quadrageſima.

Et eſt velut epilogus tractatus De Pœnitentia.

SIC ſerpit in hominis vita peccatum, quod in dies creſcit, quouſque occupet, atque obruat totam,& ſeruam ſibi faciat. Eccl. Eccl. 40 Graue iugum ſuper filios Adam. quale iugum? Reſpondit Apoſtolus. Regnat peccatum in noſtro mortali corpore. Ergo implet mentem tenebris; affectum concupiſcentijs, carnem diſſoluit; ſpiritum confundit, ſenſus ludificat, rationem turbat; ſicque peccatorem totum captiuat, quòd neque ſcit, neque vult ſeſe explicare. Vbi autem regnat ſic peccatum in homine, de iure obediunt illi, quæcunque hominis ſunt, corpus, anima, virtutes, fortuna,

fortuna,loca,tempora, verba,facta conceptus,oculi,manus,caput, pedes,exhibuiſtis inquit. Paulus,membra veſtra ſeruire iniquitati, ad iniquitatem: vna enim ad aliam prouocat.ſeruitus iſta dici non poteſt,quantum eſt odioſa,qua ſeruitur inimico,corruptori, proditori: Pudenda, qua ſeruitur in immunditia,turpitudine,ira Dei. Damnoſa,qua præterita,præſentia,futura omnia vertuntur in pernitiem: præterita bona mortificata sũt; præſentia mortua vna morte: & futura duplici mortę temporali, & æterna mulctabuutur,

Quod ſi ſic eſt, ſi ſic eſſe ſentimus,quantum debemus Diuinæ miſericordiæ,quæ per pœnitentiam eximit nos a tantis malis? quantum diuinæ Gratiæ, quæ nos etiam incogitantes præuenit,& ad ſe vocat? quantũ fidei,quæ mouet, & incipit opus hoc in nobis?quantum timori, qui velut ſtimulus vrget?quantum ſpei, quæ euntem ſuſtinet?quantum Charitati,quæ opus perficit, & conterit in corde noſtro peccatum, ac nos è manibus eius liberat? Hæc autem illa ſunt,quæ (vt dicebamus)ducunt nos in viam ſalutis,& formant in nobis contritionem, quæ erat prima pars pœnitentiæ, & per hanc reſarciunt nobis damna præterita, per gratiam viuificantem: præſentia per gratiam gratificantem: futura per gratiam magnificantem, & glorificantem.

Vtriuſque huius fortunæ, ſeruitutis,& libertatis exempla ſunt innumera in ſcripturis, Dauid,manaſſæ, Niniuæ &c.Sed nullum illuſtrius eſt hac Peccatrice,quam ad pedes Domini ſtatuit hodie nobis Lucas Euãgeliſta Narratio iucundiſsima eſt, omnibus præcipue peccati iugo ſubiectis:ponit enim ob oculos optabilem hunc tranſitum, à culpa, ad gratiam,ideſt à morte ad vitam animæ. Et hic tranſitus eſt ſcopus hiſtoriæ. En quam diſtat à principio finis.Principium eſt, quo ſtatus peccati, & ſeruitutis exprimitur. Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Finis in quo liberatio exprimitur. Remittuntur tibi peccata tua,vade in pace. Nunc ſingula conſideremus,vos obſeruate, numerate diligenter nam quæcunque diximus in tractatu de pœnitentia, hic pro maiori parte verificabimus.

Rogabat Ieſum quidam Phariſeus vt mand. cum illo. Illuſtris, & prope diuina eſt Chriſti actio abſolutio pœnitentis;illuſtrem etiam, & ſanctum forum habet; nempe domum venerab.Phariſæi. Actio eſt iudiciaria,ideo habet teſtes, ream, & iudices, & in ſingulis ſunt multa notabilia. Teſtis, & promotor nobilis, & peritus eſt Simon Phariſæus. In hoc notat hiſtoria tria,Facta;verba, cogitationes. Facta ſunt amabilia, Verba recta, cogitationes inficiunt omnia. Rea eſt mulier peccatrix, in hac mirabile eſt obſeruare: qualis venit ad Chriſtum; qualis ſtat cum Chriſto,qualis abit à Chriſto. venit peccatrix:ſtat pœnitens; abit iuſta. Iudex eſt Chriſtus dominus, in hoc quatuor ſunt,& notabilia,& amabilia.Primum,quòd peccatricem benigne ſuſcipit.Secundum,quòd pœnitentem patienter ſuſtinet:Tertium, quòd diligentem, potenter tuetur. Quartum,quòd afflictam, & contritam clementer reficit,& conſolatur.

Primò.In factis amabilis eſt Phariſæus: quòd Dominum humaniter excipit domi,tanquã eius ſtudioſus,

quia

quia tamen radix infecta eſt, facile ſcandalizatur. Inficit ambitio, quòd re vera non ſuſcipit Ieſum, vt honoret, aut colat eũ, ſed vt exultet ad horam in lumine eius, vt de Ioanne idẽ tentarunt, & hypocriſim retexit Chriſtus: Ad viſum ergo mulieris, & patiẽtiæ Chriſti, ſtatim commouetur, & putat Chriſtum ignorare eam, & ex hoc arguit, quòd non ſit propheta: Ita communis infirmitas Phariſæorum, & hypocritarum eſt, quòd bona, & ſpecioſa ſunt facta, verba iuſta, & recta: cor inficit omnia. Ideo laborioſa eſt hypocriſis, quia ſemper in ea pugnant facta, & dicta, cum corde: ideo iſta inæqualitas non poteſt multum conſtare. Dum vero ſic ſe inuicem fruuntur Chriſtus, & Phariſæus.

Secundò ecce Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Magnum ſubiectum, ad illuſtrandam Chiſti miſericordiam, vt vere dixit Apoſtolus, vbi abundat delictum, ſuperabundare miſericordiam. Quare demonſtrat Euangeliſta, quaſi rem notabilem. Ecce, videte, notate omnes, & præcipue peccatores, ſit vobis exemplum, & ad pœnitendum, & ad confidendum. Videte in primis qualis venit mulier hæc ad Chriſtum. Peccatrix. Tantum habet in hac roboris, & dominij, peccatum, tantum infecit eam, vt nullum aliud nomen poſſit miſeriam eius exprimere, inquit Gregorius, niſi peccatum, parum erat dicere, vana, ſuperba, immunda: vnum eſt nomen quod exprimit omnia: Peccatrix eſt: quicquid intus habet, in corde, in mente, in affectu: quicquid ſcit, vult, optat, peccatum eſt: quicquid foris, corpus, ſubſtantiam, amicos dies, noctes; omnia habet plena peccato. Et eſt peccatrix. In ciuitate. Quo verbo duo ſignificat: primum, quod erat primaria, eminens, magiſtra impuritatis. Huic ſeruiunt, pulchritudo, nobilitas, diuitiæ, adulatio, fauor mundi. Secundum, quòd erat notoria, infamis, ſcandaloſa: Huic ſeruiunt oſtentatio, libertas, uxus, pompa, temeritas. Et talis erat, quod ſignificat in culpa ſua habituatam, iam menſes, & annos ſic Diabolo deſtinatam. Huic ſeruiunt, ignorantia, ocium, delectatio, pertinacia. Tantam molem miſeriarum in hac ſerua ſua cumularat peccatũ, quòd totam poſſederat, & corruperat. Sed bene eſt, quod ægra ad medicum, peccatrix ad Chriſtum venit, & venit pœnitens, cuius apud Chriſtum ſpes vana eſſe non poteſt, quando inſeparabiles ſunt, Pœnitentia, & remiſſio peccatorum. Et quoniam pœnitentia eſt motus Diuinæ gratiæ præuenientis, vocantis, & trahentis, quæ & in hac præuenit omnes cogitationes animi ſui; omnes etiam mundi opiniones, & ſpes, ideo tanquam Dei opus notabile iubet Euangeliſta obſeruari, & dicit. Ecce. Et quoniam pœnitentia debet eſſe ſpontanea, & cordialis; ideo inducit eam ſponte venientem, non vocatam, non rogatam, niſi ab intrinſeco, cor mouet, & portat, & voluntas ſe liberandi. Et quoniam pœnitentia debet eſſe totalis, primo ex parte cordis, vt totum offerat, & exerceat: ideo inducit eam ſic venientem, vt tota ſit circa cor ſuum: nihil extra ſe videat, nihil curet oculos ſpectantium. Tota intus eſt, tota in corde, & totum cor ſuum adhibens, & perluſtrans, ſatis ſibi eſt hic: aliena non curat. dicat mundi vanitas, quicquid velit, ſibi conſulit. Et quoniam pœnitentia de-

tia debet eſſe totalis, circa omnes vitæ partes, & integrũ ſui obſequium adhibere. Ideo totam ſe proſternit ad pedes Chriſti, totamque ſe effundit, & exercet; cor dat ſuſpiria, oculi dant lachrymas, caput dat capillos, os oſcula; manus vnguenta. Plura nõ facit, quod plura neſcit: plura non dat, quod plura non habet. Et quoniam Pœnitentia debet eſſe totalis, circa totum peccati corpus, vt ſingulas noctes lauet, ſingulas culpas exoneret, ideo perſeuerat in opere; ſe totam excutiens, & examinans. Hæc, inquit Chriſtus, ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos: Vnum oſculum non ſufficit: ſed ad memoriam ſingularum culparum, ſingula dat oſcula, quæ ſunt indicia ſingularum attritionum. Et quoniam pœnitentia debet eſſe pœnalis; Ideo affligit ſe, lachrymatur, gemit, diſſoluit comas, reſoluit ora, effundit vnguenta, diſſipat ſe, & ſua omnia in Chriſti obſequium, vt ſatisfaciat, & tanquam miniſtra iuſtitiæ, culpam per pœnam corrigat in ſeipſa. Hæc autem, inquit D. Gregorius, ſunt exercitia, quæ in hac pœnitente ſunt ſenſibilia, quæ oculi circunſtantium cernere poſſunt, notabilia, & mirabilia certe: At longè maiora, & meliora ſunt ea, quæ Chriſtus ſolus videt in corde eius, vbi radix eſt pœnitentiæ, & ſunt virtutes animi, quæ pœnitentis actionem commendant. Humilitas ſumma flectit, & proſternit ſuperbiſsimam. Compunctio in lachrymas reſoluit vaniſſimam. Pietas diſſoluit auream comam artificioſiſsimam. Affectio animi mouet ad pedum oſcula, os delicatiſſimum. Deuotio effundit vnguenta preciosiſſima. Amor omniũ radix, omnia facit, omnia fit, omnia dat; omnia promittit: tantum vt Chriſtum ſuum Dominum habeat, cui perpetuo ſeruiat. verba, & conceptus animi quis exprimere poteſt, niſi qui expertus eſt in confeſſione peccatorũ. Miſerere mei Deus: &c. De profundis clamaui; &c. Talis igiť venit, & talis ſtetit, mulier hęc omnia faciens ad motũ Diuinæ gratiæ, in ſui ſalutem, & peccatorum exemplum videamus nunc, quomodo eam infirmam ſuſcipiat medicus:

Tertiò. De Ieſu medico, & iudice fori huius, ſunt quatuor illa obſeruãda, quæ diximus: ac diligenter, & dulciter contemplanda, nam in hac vna Chriſti benignitate, patientia, tutela & clementia, conſiſtit tota ſpes, quin & gloria peccatorum.

Primò. Primo igitur venientem ad ſe peccatricem, vtcunque fœdam, impuram, infamem benigne recipit, & ad pedes ſuos admittit. Cur enim repellat, ſi vocat ipſe, ſi mouet, ſi trahit ipſe? Suſcipientem dicam, inquit Gregorius, an trahentẽ? vtrunque dicam, ſuſcipientem, & trahentem. Cur repellat, ſi quærit, ſequitur, ſi è cœlo ad hoc venit, vt peccatores requirat, vt in parabola centum ouium? cur repellat, ſi vt expectaret, fixit ſe in cruce, & brachijs apertis inuitauit ad ſe? Cur repellat, ſi ipſe eſt pretium peccatorũ, & redemptor eſt peccantium? Cur repellat à pedibus, ſi quicquid habet, corpus, animam, Deitatem, habet in ſeruitium peccatorũ? Imo habet à peccatoribus; nõ enim haberet pedes, aut certe tales, tam laſſos non haberet, niſi peccatum præextitiſſet. venit ſaluum facere quod perierat, In ſimilitudinem peccatorum, vt ad ſe traheret peccatores. ſic ergo benigne recipit.

Secundò.

Secundò. Secundò. flentem, lauantem, tergentem, oſculantem, vngentem patienter ſuſtinet. quicquid illa vult, faciat: omnia patitur Chriſtus. Suſtinuit lauare pedes peccatorum & non ſuſtineat lauari à peccatoribus? Daturus eſt ſanguinem peccatoribus, & non accipiat lachrymas à peccatoribus? Paſſus eſt ſe ligari funibus peccatorum, & non patietur ſe abſtergi, & etiam ligari capillis peccatorum? Deſcendit è cęlo, ad oſcula peccatorũ ẽt Iuda proditoris; & non accipiat oſcula pœnitentium? effundit ipſe maria olei, & vnguentorum cœleſtium, gratiæ, & miſericordiæ in peccatores, & non accipiat à peccatoribus, modica hæc vnguenta terrena? Suſtinet ergo, atque interim dat tempus pœnitenti ſe ſe totam purgandi, & euomendi: tempus etiam ipſe habet ſi opus ſit, tanquam iudex prudens conſiderandi, primò, qualitatem, & quantitatem culpæ, quam vt alienam à ſe, abominatur, & cuius regnum deuaſtat, & demolitur. Secundò, qualitatem perſonæ pœnitentis; modos, lachrymas, exercitia, naturam, mores; hãc amat, & ſaluare omnino vult: Tertiò leges, & canones non conſiderat, quoniam ipſe lex eſt, & legum conditor;
Ioann. 13. non enim miniſter eſt, ſed Dominus, & Magiſter. Obſeruat etiam omnia Dominus Phariſæus, & patientiam Chriſti ſiniſtre interpretatur. Hic enim vt ex profeſsione peccatum odit, vel ſaltem odiſſe ſimulat, ita ſimul odit perſonam: væ mulieri ſi ad eius pedes acceſsiſſet, ſtatim ſibilans exclamaſſet: Noli me tangere, mundus ego ſum. &c. Siniſtre quoque interpretatur patientiam Chriſti, quòd ſit homo quidã & non propheta &c. Impuras has cogitationes, & crudeles, quæ ſic facta & dicta hoſpitis ſui inficiunt: percipit Chriſtus, vtcunque infra ſe muſsitet hypocrita; ac tanquam peſtes conuiuij huius ferre non poteſt quare Simonem compellat, vt audiat neſcio quid, magni momenti, quo ſcilicet, vt verus propheta totum illius cor eſt, & reuelandum, & condemnandum. Vocat ex nomine ad conciliandam beneuolentiam: potuit dicere, hypocrita, ſuperbe, crudelis, ſed in regno Chriſti, non ſic dure agitur cum peccatoribus, vt cõfundatur. ille: Magiſter dic. Verba, vt diximus, ſunt ſatis apta.

Tertiò. Tum Chriſtus arripit tutelam pœnitentis ſuæ, vt olim etiam defendit Niniuẽ contra ſimplicitatẽ Ionæ. Eſt autem defenſio, & artificium, & doctrina inſignis, per parabolam quæ ſeptem capitibus explicat vniuerſum negocium ſalutis humanæ. Primum, quod quidam nobilis, & diues fœnerator, dedit denarios egentibus duobus; vni 500. alteri 50. Ita Deus diſtribuit dona ſua inæqualiter quidem (vt in Parabola talentorum) ſic tamen, quòd omnibus dedit quantum ſufficit ad ſalutem: Secundum, quod ex ea donorum collatione, vterque debitor danti eſt. ſic omnes creaturæ debent reſtituere dona Deo ideſt ea exercere in Dei gloriam, quæ de manu tua accepimus, damus tibi. Tertium, quod ex paupertate vterque defuit debito. ſic concluſit omnia ſub peccato. ſi iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? ſic ergo quotquot ſumus, debitores ſumus Deo, & non ſumus ſoluendo. Quartum, quod non habentibus, dominus dimiſit vtrique: quod beneficiũ eſt redemptionis: quod di-

uina miſericordia pœnitentibus peccata dimittit ex charitate: Quintum quod ſecunda iſta miſericordia maxime obligat debitores, ad amandum tantum benefactorem plus enim redimi eſt, quam creari, in creatione dat te ſibi, In redemptione dat ſe tibi. Nihil naſci profuit, niſi redimi. Debitor autem eſt potiſsimum amoris, quo tantum amorem compenſet. Sextum, quod ſi amor hic pendet ex ea miſericordia; Debet igitur ille magis amare, cui plura dimiſſa ſunt: minus, cui pauciora. Septimum, quod Deus, qui in amando fruitur amore noſtro; debet, ipſe plus amare hunc, cui plura dimiſit, cum ſentiat ſe ab eo plus diligi. Ex his ad rem ſequuntur tria hæc, quæ cor Phariſæi iudicant. Primum, quod plura dimiſſa ſunt mulieri quā Phariſęo, qui ī ſe, vix vlla agnoſcit debita, vix vllam remiſsioné. Secundum, quòd mulier ſentiens in ſe tantā Dei miſericordiam, & peccatorum remiſsionem, plus diligit, quam Phariſæus & probat ex collatione: Intraui in domum tuam &c. Tertium, quòd mulier iſta plus diligens, à Deo quoq; plus diligi debet: quare vt dilectam ſuam non modo admittere, ſuſtinere, pati; ſed conſolari & a ſe cōtētā dimittere, & dēt & vult. In hac amantiſsima voluntate.

Quartò. Quarto Ad mulierem ſe conuertit, negocium pœnitentiæ expediturus idest ægrā ſanaturus, & ream ſe accuſantem abſoluturus. virtus non de eſt, nam hic eſt origo, & fons virtutis, & meriti, dicunt illi, quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? Reſpondit: Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Materia nō deeſt, contritio, cōfeſsio, ſatisfactio pœnitentis. Miniſter certe deeſt; ſed eius loco eſt dominus qui facit miniſtros. Intentio optima eſt: In pœnitente ſuſcipiendi, In Chriſto dandi remiſsionem, forma adhibetur, qua culpa tollitur, & infunditur gratia per verbum hoc ſalutare. Remittuntur Tibi peccata tua. Fides tua te ſaluam fecit: nam ex fide timor, ſpes, charitas, quæ integrant pœnitentiem, virtutem. Sic eam abſoluit, & liberat à regno peccati, & trāſfert in regnum gratiæ. Addens quaſi fructum ſuæ abſolutionis Vade in pace. Vna hæc pax continet omnes fructus, quos narrauimus prodire ex omnibus pęnitentiæ partibus. Pax iſta, viuificat animam, viuificat opera mortificata viuificat opera præſentia, & futura; liberat à timore pœnæ, quæ omnia præſtabat contritio. Pax iſta, Humiliat cor, Comprimit vanitatem, Clarificat mentem, Inflammat affectum, Dat guſtum remiſsionis culpæ, infuſionis gratiæ, quæ omnia præſtabat confeſsio: Pax iſta, ſignum eſt compenſationis factæ malorum præteritorum, ſublatam indicat iram diuinam, oſtendit internam obedientiam, excindit cauſas malorum, Habilitat, & habituat ad bonum; quæ omnia ſatisfactiō Vade In Pace. Pax tibi cum Deo, cum corde tuo cum bonis omnibus. Bellum ſit Satanæ, peccato, carni, & mūdo; Hæc ſibi ſunt expugnanda: Aude omnia in virtute pacis huius, ſint omnia terribilia; tu vocem hanc ſemper audito, quam ſpiritus Chriſti in corde tuo intonabit, Pax, Pax, Pax. Amen.

Habita Rauennæ. 1570.

FERIA

FERIA SEXTA DOMINICAE QVINTAE In Quadrageſima.

QVæ mala ſors Chriſti eſt, coram ingrato hoc mũdo ſuo? Creauit eum, & omnia quæ in eo ſunt; ſuſtinet, & regit omnia; noua quottidie dona, miracula etiã charitatis impendit:& tamen in eo non habet vbi reclinet caput. Imo ab eis potiſsimũ patitᷣ & pelliᷣ, quibus & maiora, & meliora dat, à diuitibus, potentibus. Sicubi tutus eſt, apud pauperes, qui nihil fere habent mundi, tutus eſt. Non autem patiᷣ hoc Chriſtus, quòd ipſe ſua natura acerbus ſit, incommodus; nã ſpiritus eius ſuper mel dulcis non tollit neceſsitates:non etiam cõmoda; non confundit ſtatus:conſolatur omnes. Non etiam quod ſit inutilis:nam ſanat, illuminat, docet, iuuat, innumeris modis, nihil boni habet mũdus ſine Chriſto. Non etiam quòd ſit incognitus, nõ oẽs illum cõfitemur, omnes extollimus, omnes illi dicati ſumus, quid ergo? Quare (inquit Pſal.) fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Reſpondeo. In populis, & turbis ſimplicibus, cauſa eſt ignorantia, mouet etiam exemplum maiorum. In principibus, & magnatibus, Cauſa eſt ambitio, quæ humilitatem Chriſti ferre neſcit. Alia eſt auaritia, & amor mundi huius, qui timet ſibi, omnia ne perdat ſi tantam charitatem Chriſti ſuſcipiat:quare clamant omnes. Tolle, tolle. Et quod peius eſt clamãt, ſub prætextu boni publici, ſeruandi ſcilicet honorem, decorẽ cõmodam mũdi vitã, quã dicunt à Chriſto confundi. Similes anguſtias paſſus eſt in diebus carnis ſuæ; huc, illuc ſemper impulſus; vulpes (inqt) foueas habẽt &c. Vix natus fugit, & latuit in Aegypto A ſuis Nazaretanis ferme præcipitatus eſt; A Samaritanis eiectus è finibus: A Sinagoga lapidibus obrutus. En hodie à toto Iudæorũ concilio iudicatus, & damnatus ad mortem. Quare cogitur ad Effrẽ paruulã ſe cõferre, & ibi cum diſcipulis ſuis latere: Non.n. fert ipſum Hieruſalẽ. Non certe ob ſui acerbam naturam, nam Agnus eſt manſuetus, omnibus gratioſus: Non quòd incommodus, ſit, aut oneroſus, quin ſanat infirmos, illuminat cœcos: Non etiam ꝙ ſit incognitus, nam cœlum terra, & Demones ipſi, & totus mundus occurrit illi, & teſtimonium perhibet virtutis eius. Cur ergo ſic perſequunᷣ? Audiamus ex ipſis patribus q rẽ hãc hodie ex intentione tractant in ipſorum Concilio.

Pſalm. 2.

Collegerunt Pontifices, & Phariſæi Conciliũ aduerſus Ieſum. Actio eſt memorabilis, & magni momenti; quando eſt conciliaris, Et certe eſt Concilium magna obſeruatione dignum. Nam ſi ab vno latere inſpicimus, Grauiſsimum, & ſanctiſsimũ eſt Si verò ab alio penetrem', leuiſsimũ, & ſceleſtiſsimum conuincitur. Eſt in primis grauiſsimum concilium, ſi tria conſideremus. Primò, perſonas in eo collectas, ſunt enim primariæ in toto iudaiſmo, tũ authoritate, tũ ſanctitate vitæ, Pontifices, & Phariſæi apud quos ſtat ſumma rerum, de quibus olim Chriſtus ipſe præcepit, omnia quæ dixerint vobis facite. ſic tamen vt ſederent in cathedra, non cõtra cathedram. Vtinam Iudæa nũquã vidiſſet hos ſanctos. Secundò, grauitatem dat cauſa, quæ tractatur: nẽpe de vita, & morte Reipublicæ iudaicę; cui annexa eſt cogitatio de vita,

Matt. 24.

hominiſ; & quoniã ſolus homo non poterat, ſolum Deum cum ſeruo pugnare non decuit; inuenit mirabilem hunc nexum, quo Deum ſub homine occuluit, vt dum mors voraret hominem, à Deitate quaſi gladio latente, iugularetur. Voluit etiam vt qui in ligno vicerat, in ligno quoque vinceretur. Miſericordia deinde, nimia illa charitas, quæ propter hominem filium in tanta pericula conijceret; & toties lęſa adhuc de ſalute inimicorum, tam altè cogitaret: o inextimabilis dilectio charitatis, vt ſeruum redimeres, filium tradidiſti. Iuſtitia vero proprium hic locũ habet, & propriã inducit neceſsitatem: quando iam ſapientia decreuit ſaluare hominem, non per viam potentiæ ſed ſatisfactionis: exigit pretium hoc, vt id quod vnicum æquiualet culpæ. Ita Paulus dicit per Chriſti paſsionem,
Rom. 3. & ſanguinem factam eſſe redemptionem, ad oſtenſionem iuſtitiæ Dei. Vt ſcilicet eum, qui captiuus erat, non niſi ſoluto pretio liberaret: ob hoc proprio nomine genus hoc liberationis dicitur, Redemptio. Copioſa apud eum redemptio. Pſal. Tractat diffuſe Paulus in Epiſt. ad Heb. neceſsitatem huius victimæ ad iuſtum pretium exhibendum, quia victimæ totius teſtamenti veteris, hoc non præſtiterunt, nec præſtare potuerũt: Tum quia immundæ erant, & per manus immundas peccatorũ mactabantur, & offerebãtur Tũ quia alienę erant; quid enim cõmune eſt homini cum bobus, & pecudibus? quod iuſtitiæ genus eſt hoc, homo peccauit, & bos mactatur? Tum quia improportionatæ erant debitũ erat tranſgreſsio Diuinæ legis; quæ amorem pręcipit; oportuit ergo ſatisfacere per amorem: victimæ illæ omnes ſine amore, ſine voluntate, quin violenter mactatæ ſunt; quomodo ergo poterant amorem compenſare? Vna victima, quæ volens mortua eſt: quæ animam ſuam poſuit, Chriſtus eſt: in capite libri ſcriptum eſt de me: vt facerem ò Deus voluntatem tuam: addit Paulus. In hac voluntate, tanquam ſcilicet vero precio Diuinę legi præſtito, ſanctificati ſumus. D. Thom. in 3. part. quæſt. 48. artic. 3. ex D. Auguſtino in 4. de trinitat. reſpondendo ad primum argumentum: quomodo caro Chriſti eſt optima victima, quia humana eſt, quia innocens eſt, quia mortalis eſt, quia caro offerentis eſt: Etiam in culpa Adæ, non tantum diſplicuit, factum, quæ minima res fuit, eius pomi, quantum voluntas inobediens, quare ſine voluntaria obediẽtia cõpẽſari non poterat, & hoc in culpa originali. In actuali noſtro, culpa eſt trãſgreſsio amoris Diuini, quẽ lex iubet: Ideo requirit amoroſam victimã pro precio proportionato. Data igitur victima amoroſa anima Chriſti, & humanitas, mactata per ſacerdotẽ ſanctum, per Deitatem, omnia compenſauit: & ita per proprium ſanguinem, dum ſeipſum obtulit immaculatum, introiuit in ſancta. Tantam molem myſteriorum neceſſarię mortis Chriſti, vna ſententia per os impij & ſcelerati Pontificis, protulit hodie ſpiritus ſanctus. Meritò igitur diximus concilium hoc eſſe grauiſsimũ; tũ ex perſonis, tũ ex cauſa tractata, tum maxime ex deliberatione facta: non quidem vt prodit ex ore impuro, & corde ſacrilego Caypæ, aut concilij Iudaici, quæ eſt Sinagoga Satanę: ſed vt aperit altiſsimum, ſecretum, & decretum Diuinæ voluntatis, ſuper vita, & morte dile-

ctiſsimi,

ctiſsimi, & innocentiſsimi filij ſui Nũc videamus ex alio latere, quã leuiſsimũ, & ineptiſsimũ ſit hoc cõciliũ, ſi penetremus, & iuſto iudicio decernamus ineptias congregatorum.

Apparet in hoc eodem concilio, Iudæorum tanta ineptia, & leuitas vt facile poſsit eſſe exemplo cæteris Satanæ Sinagogis. Primo maculat ipſum tempeſtas, vexatio iſta affectuum obrutorum, & alteratorum, qui ſic eos in confuſione, quaſi in fortuna concitant, vt dicant impatientia perciti. Quid facimus? Ita vere neſciunt, quid faciant, aut dicãt; atque in hac tempeſtate volunt decernere de vita, & morte Chriſti? Iubent leges, vt iudices, ſedendo iudicent ideſt animo qeto ecce iſti ſib in uicem inſultant, velut inſanientes. vere inſania in domo Dei eſt hic. Pontifex quoque ſententiam dicturus, incipit ab arrogantiſsima quadam inſolentia, qua verbo phalerato, & ſeſquipedali, omnes obruit, dãnat, ſuppeditat. d. Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis imprudentes: Et ab hac temeritate poterit aliquid boni, aut ſaltem bene definiri? Secundò maculat leuiſsima, & repentina inclinatio tot congregatorum, verbum vnius hypocritæ. Ita quod ſtatim clamant omnes. Tolle, Tolle, Ita ne licet temere deliberare, & quaſi pecudes trahi in aliena dicta? Et non conſiderant quis eſt qui loquitur, ſimoniacus mercede conductus ab Herode, auarus, ambitioſus, crudelis &c. Tertio maculant & leuiſsimum reddunt rationes adductæ, quæ omnes ſi premantur, concludunt oppoſitum eius, quod intendunt. Prima quærela eſt, cur damnandus ſit Chriſtus quia inquiũt. Hic Homo multa ſigna facit. Ita ne pro bono malum? ex hoc colli debuit, & ſeruari, non dãnari, habet enim ſtupendiſſima miracula in ſignum ſuæ bonitatis, & charitatis, Deus enim peccatores non exaudit. Secunda, ſi dimittimus eum ſic. Omnes credent in eum. Ita ergo dignoſcitis tantam eſſe Chriſti virtutem, vt poſſit trahere ad ſe omnes? Et tamen vos trahi non vultis. Credentibus omnibus, vos impugnatis? fracti ſunt rami, inquit Paulus, Cur? ob incredulitatẽ exciſi ſunt, fides mundi vos impios diiudicabit. Tertia. Venient Romani &c. quid habet Chriſtus contra Romanos, vt veniant contra eum? Regnum eius non eſt de hoc mundo iubet dari & dedit ipſemet tributa Cæſari. Quin, ſi in Chriſtum credidiſſent, nõ veniſſent Romani, adhuc ſtaret Reſp. Iudæorum. At propter eorum incredulitatem, venerunt Romani, vt comminatus fuerat Moiſes, & apud Danielem Archangelus, & ecce deſolatio vſque in finem. Non eripit mortalia, qui regna dat cœleſtia, vita mundi Chriſtus eſt, conſeruat regna; quòd ſi expellitur, & damnatur à mundo, iam non tenetur ipſe ad conſeruandum impugnatores ſuos, quare exitus eius è templo, ruina templi eſt. Et tamen eijciunt impij, & damnant ad mortem; ita quòd non poteſt iam comparere coram Hieruſalem, & Sinagoga, damnatur ab eorum Concilio, Cogitur etiam ad paruulam Effrem ſe recipere, & ibi deliteſcere cum paucis diſcipulis ſuis, donec veniat hora eius. O verè fœlix Effrem, apud quam ſic in periculis ſuis recreatur Chriſtus, cum ſchola ſua; Fœlix ſimplicitas, quæ Chriſti præſentia, & ſpiritu fruitur, dum à ſuperbia mundi reijcitur.

Ioann. 9.

Rom. 11.

tur. Fruimini ô fœlices, bono animo, orate, meditamini, exercete vos ſacramentis, quæ mundi potentibus ſunt ingrata. Interim in ſacris ſilentijs veſtris orate pro mundo, ne deſerite peccatores, orate pro principibus, & Nobilibus. veſtrum eſt mundum ſuſtentare; vos deſpicere non poteſt Chriſtus. Iuuate quantum poteſtis. Orate etiam (precor vos per viſcera Domini noſtri) Orate pro me miſero peccatore. Amen.

Habita Rauennæ. 1570.

DOMINICA IN RAMIS Palmarum.

CONiurat Mundus cōtra D.N. Ieſu vitam, & gloriam, conaturque quantum poteſt, curſum veræ pietatis impedire. Et de facto multum retardat; tot enim ſpargit difficultates, vt vix poſſint amici Chriſti conceptum vllum parere. Tātò magis, quòd capita fortunæ huius ſunt mundi potentes, quos mundus facile ſequitur. Ita in diebus carnis ſuæ, concilia, & decreta mortalia fecit mundus aduerſus Ieſum Dei filiū vt cogeretur ſe ad paucos amicos recipere, & ibi deliteſcere. Sinagoga enim mandatum dederat, vt caperetur. Et tamen tanta eſt Chriſti virtus totque experimenta maiora in dies præbet, in fauorem ſuæ veritatis, tot illuminat, ſanat, ſuſcitat, quòd audet in lucem prodire, inſtituere ſcholas, opera pia; applauſus etiam publicos expetere, atque ita regnare inuito Satana, & Angelis eius. Ita & olim ex fama virtutis & operum mirabiliū, præcipuè verò Lazari ſuſcitati; auſus eſt exire à latibulis Effrem: & in publicum prodire, tāto cum ſtrepitu, imo & cum inſolita pōpa & nouus eques, ad Metropolim iudaiſmi remeare, ſedens ipſe ſuper aſinam & pullū eius diſcipulis, & amicis Betaniæ ſtipatus vndique: Turbis etiam & pueris Hebręorum, illi occurrentibus, & vndique palmas, & oleas incitantibus, veſtes proijcientibus, & acclamantibus oſanna, oſanna: Benedictus qui venit in nomine Domini. Ita & ſuas quandoque habet etiam in hoc mundo cōſolationes ſpiritus Chriſti, In quibus tamen vtile erit amicis Chriſti: & bonorum operum promotoribus, ſi tria iſta conſiderent. Primum, quod regnum Chriſti non eſt de hoc mūdo. non mirum ergo ſi mundi Domini parum illi fauent: turbæ ſunt, pueri ſunt: nullus eſt Phariſæus: aut ſcriba. quin iſti damnant: oppugnāt: tabeſcunt, quòd impedire non poſſunt. At non eſt parum, quod tacet. Secundum quòd in ſummo Chriſti fauore, ſemper timenda eſt leuitas, & inconſtantia carnis huius, quæ tam facile tepeſcit; quin & ducitur in oppoſitum. Ita hodie clamant hæ turbę Oſanna: Paucos poſt dies eædem clamabunt, crucifige. Dant hodie palmas & oleas, dabunt clauos, & lanceas, ligna colligent ad comburendā victimam. Tertium quod ipſemet triumphator Chriſtus ſuas patitur mixturas: nam in medio applauſuum & triumphorum, teſtatur Lucas ꝙ lachrymis conſpergit ſuas lætitias; quare & Cuique noſtrum ſic in omnibus conſolationibus Chriſti expectādum eſt, vt extrema gaudij luctus occupet; ſed tamen eundum eſt, ac procedendū in cauſa, & gloria Chri-

ſti promouenda, vt facit ipſe hodie; habet enim & cauſas vrgentes, quibus deeſſe non poteſt: habet myſteria incluſa, quæ non ſunt prætereunda; Et hæc ſu nt quæ à nobis hodie ſunt contemplanda: vt quando cernimus nouã hanc Chriſti pompã, obſeruemus, & cauſas,& myſteria.

Cum approquinquaſſet Ieſus Hieroſolimis &c. Actio nobillis eſt, & rara, imo vnica in tota Chriſti vita, pompa hæc, qua ad ſuam Hieruſalem, quaſi ad regnum ſuſcipiendum venit hodie Chriſtus. Motus etiam iſte tot populorum occurentium, & acclamantium in ciuitate Sancta, inuitis Dominis, & mortem minantibus, memorabilis eſt; tanto magis quod Chriſtus non modo non improbat, ſed laudat. d. Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Maxima etiam res eſt, ſi cauſas, ſi & myſteria conſideremus. cauſæ ſunt quatuor potiſsimæ, cur tali pompa venit Chriſtus. Prima eſt, quam tangunt euangeliſtæ, vt ad implerentur ſcripturæ: ita enim inter Moyſen, & Helyam ſtat glorioſus Chriſtus in monte ſancto, vt intelligamus eum in omnibus ſpectare, ad verificandum ſcripturas. Eſt in primis clariſsima illa prophetia Zaccariæ, quæ tam apertè de hac Chriſti pompa tractat; vt neque ipſi hæbrei ſciant, cui alteri tribuere poſſint. Ecce Rex tuus venit tibi &c. Specificat perſonam, quòd Rex eſt, quem merito vocant filium Dauidis. Rex vnus, & ſolus, cuius regni nõ erit finis, rex corporum, & animarũ, qualis nemo alius eſt. Specificat motum, quòd venit Hieruſalem, vtcunque ab illa expulſus ſit: & ſedens. Specificat animal; cui inſidet; quòd Aſina eſt cum pullo. ſpecificat formam externam, quòd pauper & humilis eſt, & manſuetus. Specificat virtutem internam, quòd iuſtus eſt, & ſaluator, poteſtas æterna. ſpecificat fortunam, & exitum rei, quòd dominabitur à mari ad mare: propter hæc iubet exultare Hieruſalem, & iubilare ſatis. Eſt deinde ſcriptura alia in Pſal. 110. Vnde ſumptæ ſunt voces puerorum clamantium oſanna. Ita Pſal. ò Domine ſaluum fac, ò Domine bene proſperare. Benedictus qui venit in nomine domini. nõ ſunt ergo verba puerilia temere ſumpta, ſed quæ ſpiritus ſanctus in eorum ore poſuit: An non legiſtis, inquit Chriſtus, in Pſal. Ex ore infantium, & lactentiũ &c? Ad hæc igitur oracula implenda reſpicit Pompa Chriſti. Secunda, cauſa eſt, vt latentis virtutis ſuæ, & poteſtatis ſpecimẽ daret, nempe quòd victor mortis, & Satanę eſt, ob id exigit hodie palmas, & oleas, quaſi merito occurrant, victori, & triumphatori, quod mortem ſpernit. Zaccharias diſsipabitur arcus belli, loquetur pacem gentibus: fortis armatus ſpolia diſtribuit. Tertia cauſa eſt, vt hoc aduentu, & ſtrepitu, aperiat viſcera cordis, quòd volens, & ſummo cum animi ſui deſiderio ſe ſe offert morti. Dei filius inſidet Aſello, ſumma potentia infirmitati, ſumma ſapientia ſtultitiæ, vt ſic feratur ad patiendum, nã ſi dominum gloriæ cognouiſſent, non crucifixiſſent; ſic per mũdi ſtultitiã ſaluat credẽtes, quid ſtultius aſino? ſed & per patientiam: quid patientius aſino? hæc vehunt Chriſtũ: ad mortem: ſcit quid præceptum cõtra ſe ſit à Sinagoga: Moriendum ſibi eſt; non fugit à morte, quin hodie venit ad eam irritandam contra ſe, ob hoc venit cum ſtrepitu, vt prouocet Sinagogam. Videtis quia nihil profi-

Zacch. 6.

Pſal. 117.

Pſalm. 8.

proficimus. Ecce mundus totus abit poſt eum. fert corpus Aſina: fert animam charitas. & ſumma moriendi voluntas: charitas patiens, eſt aſina: filius pullus indomitus eſt zelus impatiens vitæ ob Dei gloriam. hęc ducunt Chriſtum ad patibulum. Dixit Petro. Si vellem, haberem à patre legiones angelorum &c. Venit ſuper aſinum, vt ſignificet quòd venit paſſurus. Quarta cauſa, vt inſtans crucis, & paſsionis ſcandalum, in ſuis diſcipulis, & amicis temperet, dum huius diei, & gloriæ in tempore paſsionis recordabuntur; quid ſcilicet poterat cum vellet. ob hoc etiã admiſit tres illos in monte Tabor, vt teſtes eſſent magnitudinis eius. Quare habent, quid ſpeculentur in hac pompa diſcipuli Domini, quando intelligunt tot cauſas interfuiſſe.

Secundò. Sed & miſteria multa in ſe concludit, pompa iſta, ex omni parte, tũ ex diſcipulis, & turba Chriſtum comitante, Tum ex ea quæ ab Hieruſalem illi occurrit. Non ſunt hic coram oculis mundi ſatis magnifica. vbi triumphator eſt pauper Galileus. Equus eſt aſinus, pompa ſunt veſtes pauperum piſcatorum Arcus, coloſsi, ſunt palmæ, &c. rami arborum: comitiua eſt turba puerorum. Et tamen ſi ſpectes ſuam habet magnificentiam. vbi eques eſt Dei filius, & homo ille mortuorum ſuſcitator. Aſinus ille, eſt de quo prophetæ: oliuæ ſunt quas, & Cæſares non ſpreuerunt. occaſio illuſtriſsima, contra totam Sinagogam, & mortem ipſam: Turba maxima eſt, & a ſpiritu ſancto concitata, contra principum decreta &c. Et tamen myſteria latentia ſunt magnificentiora: Primum miſterium eſt, vt diſcamus in hoc domini noſtri aduentu in Hieruſalem, diuinare, & contemplari aduentum eiuſdem in ſpiritu, & verbo crucis, de quo & Zaccharias addidit, quòd dominabitur à mari ad mare. hoc enim eſt verum Chriſti regnũ, quod petit, & habuit a patre conſtitutus ſuper Syon, Prædicans præceptum eius vt enim hodie mittit Apoſtolos à monte oliuarum, ad ſoluendum Aſinam, & pullum: Ita à cornu olei, & miſericordiæ ſuæ, cum verbo gratiæ miſit eoſdem per vniuerſum mundum, ad ſoluenda, & ſibi adducenda omnium corda, tum Iudæorum, tum gentium. Secũdò. Vt ſolo verbo, dominis etiã reclamantibus, rem perfecerunt ſibi mandatam. d. dominus his opus habet. Ita poſt Petrus; obedire oportet magis Deo quàm hominibus. Tertiò. Vt adducta animalia veſtibus proprijs Apoſtoli ornarunt, & accõmodarunt, vt apte Chriſtus illis inſideret: ita negocium fidei, ſacris traditionibus, & ceremonijs, quaſi veſtibus accomodarunt, vt in toto mundo, apte, & venuſte dominaretur Chriſtus. Solo euangelio ducta eſt eccleſia ad Chriſtum. veſtibus etiam, ideſt traditionibus ornata, & accommodata ab eiſdem Apoſtolis, & ſucceſſoribus. Quartò. Vt venienti hodie domino occurrunt, & acclamant turbæ, & populli, palmas, oleas, veſtes dant. Ita venienti per euangelium, Populi, & regna integra occurrerũt, dederũt oĩa, & ſeipſos: Nulla religio tot millia martyrũ habuit: Nulli regi tot oblatę veſtes, regna, nõ expugnauit armis, data sũt ſpõte Chriſto oĩa. calcauit oĩa pes pauperis Petri, cui ut Chriſti vicario, & ſuprema ipſa dominia ſe ſubiecerũt: atq; vndiq; Pſalm. 2.

clamatum eſt. Benedictus qui venit in no. do. Secundo miſterium eſt morale & Tropologicum, quo in hoc aduentu corporali, ſpeciem dignoſcimus, & adoramus aduentus illius ſpiritualis, quo ſpiritus eius ſanctiſsimus, ad metropolim cordis noſtri ſe confert, vt in anima noſtra regnum capiat. Primo. Vt enim aliàs ſæpe quaſi priuatus venit in ſuam hanc Hieruſalem, & parum profecit: hodie venit, tanquam rex cum tanta turba, vt ſaltem hoc ſtrepitu moueat impiorum corda: ita ad cor noſtrum ſæpe priuatis inſpirationibus tentauit corrigere nos: & nihil iuuit. nunc venit cum turba, quando in hoc Paſchate, tot habet populos pœnitentium, contritorum, quorum ſtrepitus certe mouere debet. Secundo. Vt per apoſtolos iubet ſolui animalia, & adduci ad ſe, verbo tamen ſuo, quod ponit in os eorum; Dicit, Dominus his opus habet, Ita per ſacerdotes ſuos iubet ſolui ſuorum corda, & verbo ſacramentali, quod Chriſti eſt, adduci
Pſalm.61. ad obſequia Domini. pſalm. Nonne Deo ſubiecta eſt anima mea; ipſe enim eſt Deus meus quouſque dicant. Vt iumentum factus ſum apud te. Vox Aſelli eſt: in pſalm. ab ipſo eſt patientia mea. Tertiò. Vt ſoluentibus Apoſtolis animalia, reclamant Domini. d. quid ſoluitis pullum? ita hic in ſolutione animarum è manu Sataně, reclamant domini, mundus, caro, vanitas, auaritia, mundi Domini huius, & rectores tenebrarum, quibus vno verbo ſatisfaciunt Apoſtoli Domini, & ſacerdotes. Dominus his opus ha-
1. Tim. 4. bet. Domini ſunt, Domino ſtant,
Hier. 48. & cadunt: Argue, increpa obſecra: Domini opus eſt: Maledictus qui facit negligenter. Quartò: Vt ſedente Domino, & regnum capiente, aliæ turbæ præcedunt, aliæ ſequuntur, Ita quam primum in anima noſtra per gratiam ſedet ſpiritus Chriſti; Et opera priora olim mortificata, & poſteriora, acclamant illi, & virtutem eius, ac meritum, in quo vitam habent, agnoſcunt: Ita populum ſuum inuitat Dauid. d. Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt, nomine ſancto eius: Benedictus qui venit in nomine domini. Tertium myſterium. eſt Anagogicum, quo in hac proceſſione mortalis, & patientis Chriſti, præfiguratur, & exprimitur finalis; illa proceſſio, qua tandem ſeſe conferet ad veram ſuam Metropolim Hieruſalem cœleſtem; vbi poſuerit inimicos ſuos ſcabel'um pedum ſuorum. Aſina ferens Dominum, erit humilitas glorificata. Primo, tunc peracto mundi iudicio: diſſipata morte, ſuſcitato non tantum Lazaro, ſed vniuerſo mundo, aſcendet Chriſtus glorioſiſſimus ad capiendum æternum regnum apud patrem, & cum patre; Et nos qui viuimus, inquit Paulus, ſimul rapiemur cum ipſo in aerem. Secundò. Turbę præcedent, iuſti omnium temporum, quotquot fuerunt in teſtamento veteri, Reges, prophetæ, patres &c. Turbæ ſequentur, Apoſtolorum, martyrum, quotquot in Chriſti eccleſia per batiſmum in eo ſalui facti ſunt. Tertiò, occurrent Angeli, & omnes beatorum ſpirituum ordines, Clamabitur vndique, Benedictus qui venit in nomine domini, ſtatuetur filius in dextera patris; regnum tradet Deo, & Patri, à quo habet omnia, & cū eo regnabit

in ſan-

in ſanctis turbis ſuis beatorum. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Habita Rauennæ. 1570.

TRACTATVS DE SANCTISSIMO Euchariſtiæ Sacramento.

HOMELIA PRIMA.

Longum, & laborioſum iter confecimus, 40. dierum, quibus ieiunijs, vigilijs, orationibus afflix imus nos, ac peccata noſtra deteſtati ſumus, tantum vt purgaremus pectora, & conſcientias, in quibus ſacratiſſimam cœnam Paſchalem nõ indignè per Dei gratiam reciperèmus. Inſtat iam cœnæ tempus optatum, tot laboribus quæſitum, tantæ vigiliæ feſtum: Tot diebus dictas, & ieiunia paſſi ſumus, propter hanc vnam cœnam. Verè magnam oportet eſſe, tot modis deſideratam. Et certe vndecunque magna eſt cœna. Magnus eſt inſtitutor, non homo, non Angelus, ſed Dei filius. Magna eſt inſtitutio, non cerimonia, non ſola ſignificatio, ſed duplicis gratiæ per ſummum Sacramentum exhibitio. Magna eſt ſubſtantia, ipſa inſtitutoris perſona. Magnus & fructus cõſequens. Eſt enim caro pro mundi vita. Magnam & cõuenit eſſe religionem, quæ nos ad cænam rite guſtãdam perducit. ſi enim cætera ſacramenta deuotionem noſtram requirunt tantum ex hoc, quòd gratiam Chriſti conferunt, quanto magis hoc, quòd præter gratiam, & ipſum gratiæ fontem nobis propinat? Nunquam nobis intimior, nunquam vtilior, nunquam dulcior eſt Chriſtus quam hic. Nunquàm etiam à nobis aut guſtari, aut coli propius poteſt, quam hic. Suprema religio eſt, Chriſtum non indignè in hac cœna ſuſcipere. Ad hanc autem religionem pertinent tria iſta potiſſimum exercitia, primũ theoricum, exactam continens intelligentiam cœnæ. Secundum practicum, idoneam exponens præparationem ad cœnam. Tertium myſterium, fructus, & guſtum cœnæ dulciſſimum inſinuans. Et hæc nos ab hac Religione non recedentes, tribus continuis homelijs Deo dante tractabimus: Eſt igitur hic fides, quia myſteriũ eſt, & amor, quia myſterium amoris Diuini eſt. Adeſte ò chariſſimi Diuitiarum harum hæredes; date cor purum, & tantis myſterijs idoneum. &c.

Tam magna ſunt Dei opera; præſertim Sacramentalia & ſua maieſtate naturæ captum ſic ſuperant, quòd Accedentem oportet credere, quòd ſi alibi, in hac cœna quam maximè. Hæc enim vndique ſuperat omnem ſenſum, viſus, guſtus, tactus, omnes naturæ, & artis modos, & terminos. quare & Chriſtus vocat. Myſterium fidei. Non eſt lumen ſub cœlo, quod poſſit factum hoc clarificare, niſi fides, & animoſa illa fides, quæ Dei verbo pertinaciter hæret, vt infallibili, & omnipotenti; repetitque illud virgini dictum ab Angelo. Nõ eſt impoſſibile apud Deum omne verbum. Idem illi eſt dicere, & facere. Vnum ergo hoc præmittendum, quòd cœna iſta obiectum eſt fidei, parata credentibus; Cœteri nihil guſtant, quia nihil capiunt. Luc. 1.

Fides autem cœnam hanc conſiderãs, intelligit in primis, in ea eſſe verã

rationem

rationem Sacramenti, qua ratione Chriſtus vocat myſterium. Qui inter hæreticos duo fatentur ſacramenta: cœnam hanc numerant. Hinc arguit fides ex natura ſacramentorum, in hac cœna eſſe Duo rerum genera, quarum aliæ ſunt ſenſibiles, aliæ vero inſenſibiles. Eſt enim ſacramentum, ſacræ rei ſignum Inuiſibilis gratiæ, viſibilis forma, & cætera. Seſibiles ſunt, Materia, & forma. Inſenſibiles ſunt Inſtitutio, & ſubſtantia, & intentio inſtituentis. Et hæc tandem ſunt, quæ nobis integrant intelligentiam cœnæ.

Materia Sacramenti.

Materia duplex eſt. ſpecies ſcilicet Panis, & vini, quæ re vera duo ſunt elementa: duas etiam habent conſecrationes, ſic ideo ſeparatas, quia celebratur hic memoria mortis domini, qua ſeparatus eſt ſanguis à corpore. Et præterea datur in forma alimenti corporei, quod communiter capit eſum, & potum. Non ſunt tamen duo ſacraméta, ſed vnum non vnitate naturali, ſpecies enim differunt ſpecie: ſed vnitate finis, quia omnia ordinantur in vnum finem, vel ad continendum Chriſtum, vel ad vniendum corpus Chriſti myſticum, ſic ſub duobus elementis expreſſum.

Materia prima eſt Panis ex tritico quod & ſuum habet ſignificatum, vt ſuo loco dicemus; præter id quod nutrimentum, & robur ſignificat. Panis azimus. erat enim dies prima, dies azimorum, cum primum inſtitutum eſt & habet ſuum ſignificatum, de quo Paulus. Sitis noua conſperſio, ſicut
1. Cor. 5. eſtis azimi.

Materia Secunda vinum eſt, aquæ mixtũ, ſic teſtatur D. Ciprianus Chriſtum feciſſe. Et præterea ſignificat exitũ ſanguinis, & aquæ è latere Chriſti, vnde fluxit pretium omnium ſacramentorum. vtrunque horum ſenſibile eſt.

Forma Sacramenti.

Forma etiam ſenſibilis eſt. Verbũ ore expreſſum, accedens ad elementum. Hoc eſt corpus meum. Verbum domini clariſſimum, quod nulla indiget expoſitione, niſi apud eos, qui turbare volunt auctoris mentem. Verbum ſacramentale. quod iuxta Chriſti conſuetudinem debet eſſe diſtinctum, & clariſſimum. ita enim in Baptiſmo. Baptizate in nomine pat. & fi. & ſpiritus ſancti: nunquam alibi tam clare expreſſit ſanctiſſimam Trinitatem. Verbum teſtamentale, expreſſum à prudentiſſimo, in nocte qua tradebatur. Iure credendum eſt: non eſſe vſum verbis amphibologicis. Verbum expreſſum diſcipulis illis, quibus alias dixit. vobis datum eſt noſſe myſteria: non ergo loquitur in parabolis. quare omnino retinendum eſt verbũ in ſuo puro ſenſu, vt ſemper retinuit eccleſia, vſq; ad ſceleratũ Antichriſtum illũ Beregariũ. Hæc itaq; in cęna ſunt ſenſibilia. hęc videt oculus, pcipit guſt⁹, auris: Trãſeamus nũc ad inſenſibilia.
Matth. 28.
Luc. 8.

Operatio:

Inſenſibilis eſt operatio, ſequens prolationem verborum, quæ mirabiliter operantur in oblata materia, pane ſcilicet & vino. Ita inquit. d. Ambroſius, ſua natura eſt operatorium

Dei

Dei verbum, quo ſolo à principio facta ſunt omnia. Dixit, & facta ſunt: hic quoque habet opera mirabilia, q̃ tria ſunt miracula. Primum, quo tollit totam elementorum ſubſtantiam præexiſtentem, id eſt ad nihilum, & ad non eſſe reducit, non eſt annihilatio niſi per accidens. quia non per ſe intenditur ab agente, qui per ſe intẽdit conuertere, in melius eſſe; nã ſimpliciter & per ſe, non annihilatur, ſed tantum per accidens. Ita Sco. in quarto. diſtin. 11. q. 4. Secundum, quo eius loco inducit ſubſtantiam, & perſonã Chriſti. Tertium, quo accidentia panis, & vini conſeruat ſine ſubiecto. Hæc vero naturæ vires ſic ſuperant, quod ea non modo facere, ſed neque capere toto ſuo lumine poteſt. Mirabilis eſt ergo hæc operatio, & mirabile quoque ſortita eſt nomẽ, quod tota mundi Philoſophia, nunquã agnouit. Non eſt tranſlatio de loco ad locum. Non enim vt veniat huc Chriſtus, deſerit locum, quem habet in cęlis apud patrem. Non eſt creatio, à nõ eſſe, ad eſſe. Panis quidem vera eſt deſitio, & deſtructio, quia non eſt, & erat. vera dicitur quia ſubſtantialis deſitio eſt, non ſic adductio corporis Chriſti, quia accipit tantum eſſe hic, non eſſe tantum ſubſtantiam. At Chriſti non eſt creatio. non enim dicitur, Eſt, & non erat. ſed eſt hic, & non erat hic. Non eſt generatio, tum quia nullum eſt ſubiectum manens ſub vtroque termino: Tum quia nõ accipit eſſe ſimpliciter, ſed eſſe hic. Non eſt informatio, vel alteratio: Accidẽtia enim quæ ſunt, nulli ſubiecto inhærent. Corpus etiam Chriſti glorioſum non eſt alterabile. Quid igitur eſt? Eſt totalis conuerſio, & cõmutatio totius ſubſtantię panis, in totam ſubſtantiam, & perſonam Chriſti, quam proprio vocabulo appellãt Tranſubſtantiationem. Quòd ſi vocatur panis poſt conſecrationem eſt, quia vel talis apparet, vel quia talis erat: vel quia ſic ſignificat alimoniam ſpiritus. Qualis autem panis ſit, re vera, expreſsit Ioann. Panis quem ego dabo, caro mea eſt. Tãtam rem facit inſenſibiliter tanta operatio. Ioan. 6.

Subſtantia.

Inſenſibilis etiam eſt ſubſtantia ſacratiſsimæ cœnæ huius, quæ terminus eſt operatiõis. Et eſt vera, & integra Chriſti perſona, hic poſita ex vi verbi in eſſe ſacramentale, ſecundum poſituram verborum: quamobrem in pane eſt corpus, ſanguis, anima, Deitas. In calice eſt ſanguis, corpus, anima, Deitas; omnia ſimul vtrobique, poſtquam enim in morte Chriſti terminata eſt eius mortalitas, hæc omnia in ipſo facta ſunt prorſus inſeparabilia. Quòd opus hoc maximum vellet facere, prædixit Chriſtus in Ioan. Ioan. 6. Panis quem ego dabo caro mea eſt. Quod fieri poſſet, expoſuit ibidem dicens. caro mea verè eſt cibus, ſanguis, potus. Et quoniam durus videbatur ſermo; addidit argumentum fortiſsimum, ſumptum ex natura carnis ſuæ. d. ſi ergo videritis filium hominis aſcendentem in cœlum &c. q. d. caro mea ſuo modo naſcitur è ſpiritu ſancto; ſuo modo calcat maria, ſuo modo penetrabit nubes, quia vera quidẽ caro eſt, ſed Dei caro, legibus naturę non ſubijcitur. Illa ergo caro quæ poterit vobis videntibus ſcandere cęlum poterit & vobis non videntibus, deſcendere ad opus hoc, vt ſit fidelibus in cibum. Validiſsimum eſt argumentum, nam procedit de eadẽ carne,

ne, alioqui nullum eſt, & nihil probat. Quòd de facto fecerit, narrant euangeliſtæ per verba clariſsima dicẽtis. Hoc eſt corpus meum. Et addit quale, ne dubitemus, quod pro vobis tradetur: Hic ſanguis qui effundetur. In hunc ſenſum accepit D. Paulus, & addit. Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt? Et ex hoc arguit: Nos vnum corpus, ſumus, quia omnes de vno pane participamus: Argumentum nullum eſt, ſi non eſt eadem Chriſti ſubſtãtia in omnibus ſumpta. non enim poteſt vnire, ſi vna non eſt. In hoc ſenſu agnouit, & perpetuo retinuit eccleſia vt videre eſt clariſsimè apud patres vtriuſque eccleſiæ, vſq; ad Irenęum, & Cyprianũ martyres, vſque ad Tertullianum magiſtrum martyrum. In eccleſia græca, vſque ad Dioniſium Diſcipulum apoſtolorum. Prim⁹ Berengarius turbauit eccleſiam, & ſtatim damnatus eſt, in Concilio Vercellenſi: damnauit ſeipſum in Turonenſi; confirmata eſt dãnatio in Concilio Romano, inde in Lateranenſi magno ſub Innocentio tertio. In Florentino, & vltimo Tridẽtino. ſed & miracula innumera confirmarũt, quorum famoſiſsima ſunt Arimini. Vulſciniæ, Lanciani, apud Italicos, & Mompolerij apud Gallos. Ex hac autem veritate, duo ſequuntur, firmiſſime tenenda. Primum, quòd ſubſtantia iſtius ſacramenti, cum ſit corpus glorioſum, & impaſsibile, non frangitur ad ſigni fracturam. Nulla rei ſit ſciſſura. Secundum, quòd cum eadẽ ſit in vtraque ſpecie, eſt enim panis viuus: nihil minus ſub vna accipiunt laici: quam ſacerdotes ſub vtraque: quia panem viuum ſumunt, id eſt corpus, animam & deitatem: Et hæc ſufficiant de ſubſtantia.

1. Cor. 10.

Ex hac vero notabilitate ſubſtantiæ, primo nobilitatur cęna, & ex hac tota Chriſti religio: non enim hic dicitur inuitatis, Tauri & altilia occiſa ſunt: ſed lætiſsima vox eſt: Manducat Dominum, pauper, ſeruus, & humilis. Vnicuique ſuorum hic dicit, dulciſsimus Ieſus, quod olim ſuo Hugoni. Manduca me dilecte mi. Nõ Moyſes dedit vobis panem de cœlo verũ. Hoc verum manna eſt, quod non ſatiat, non corrumpitur, nec conuertitur in manducantẽ, ſed econtra manducantem in ſe conuertit: Nõ tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me, ob hoc arguit. D. Dioniſius magnus. Eccleſiam militantem maximè vicinam eſſe triumphãti. vtraque inquit, vno fruitur Chriſto; ſed in hoc diſtant: illa fruitur viſibili, nos inuiſibili. Cum autem manifeſtatus fuerit Chriſtus vita veſtra, inquit Paulus, tunc & vos apparebitis ſimiles ei in gloria. Coloſſ. 3.

Intentio.

Ex hac etiam nobilitate arguimus nobilem, & eminentem inſtitutoris Intentionem, quod tertium erat in hac cœna intelligendum. Hic ergo animoſa fides, præter id, quòd ſub elementis nacta eſt ſubſtantiam glorioſam: ipſammet ſubſtantiam penetrat, vt in corde ipſo Chriſti inueniat intentionem amoroſam, qua ſacramentum hoc inſtituit. Hic igitur pręfatur Ioannes ſic, cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, vſque in finem dilexit eos. Omnia fecit, oĩa factus eſt, omnia paſſus ex amore, vſque in finem amat, ſola mors impedit; quin & poſt mortem, quam primum reparat vitam, ſimul & amorẽ recuperat

Am an-

Amantiſsimus igitur hic, mox receſſurus à ſuis, in nocte qua tradebatur inquit, Paulus Antequam patiar inqt ipſemet, pignus amoris ſui reliquit in hac cœna: Amor tantus eſt, quòd ipſum inducit ad moriendum, vt ſanguine ſuo redimat, & impetret remiſſionem peccatorum fidelibus ſuis.

1. Cor. 11.

Conſidera ergo hoc loco dicentem Chriſtum apoſtolis ſuis, & eccleſiæ. En ò chariſsimi promitto vobis à Patre remiſsionem peccatorum veſtrorum, & conſequenter regnum cœlorum. Vt eam impetrem vobis, vado immolari; Ad hoc inducit me ſolus amor: Eſtote memores amoris huius: Et in eius memoriam, Hoc facite, ſumite, manducate. Relinquo.n. vobis hanc cœnam, vt pignus amoris mei. Ob hoc vocat Cœnam hãc, teſtamentum ſuum; quòd ſcilicet receſſurus condit in gratiam eccleſiæ ſuæ. Verba teſtamenti ſunt, verba cœnæ: ſigilla ſunt ſpecies panis, & vini: hæredes ſunt credentes: hæreditas eſt remiſsio peccatorum: pignus eſt corpus, & ſanguis Chriſti datũ hic. Datum autem duplici vſu. In ſacramentum, & ſacrificium. Sacramentum eſt, dum conficitur, dum ſumitur, dum ſeruatur, & adoratur. Sacrificium eſt, dum offertur in altari. Vt ſacramentum cõfirmat cor, recreat, auget gratiam, rememorat amoroſiſsimam Chriſti mortem, differens tamen à cæteris ſacramentis: Et ex vſu, quia alia ſolo vſu ſunt ſacramenta, hoc verò etiam poſt vſum, dum ſtant ſpecies, ſemper eſt ſacramentum. Et ex materia, quia in alijs manet eadem materia, hic mutatur. Vt ſacrificium oblatum, reconciliat, propitiatur, & ſatisfacit: Nulla religio vnquàm fuit ſine proprio ſacrificio. hoc maximum eſt ſacrificium religionis chriſtianæ, de quo Malachias teſtatus eſt, quòd offeretur oblatio munda, cum magnum foret nomen Dei in gentibus. Habet Chriſtus, præſertim oblatus, virtutem hanc ſibi annexam, & inſeparabilem, vt non poſsit offerri patri, in hac potiſsimũ forma ſacrificii, quo mors eius repetitur, & non placet patrem, & non acceptetur à patre, tanquàm hoſtia placatiua & propitiatiua. Fundauit hanc virtutem Chriſtus in prima ſui oblatione cruenta, qua & impetrauit nobis remiſsionem culpæ, & pœnæ æternæ, ſeruat eandem ſemper quotieſcunque offertur, & offeretur, vt ſemper poſsit pro offerentibus, aut ijs, pro quibus offertur, placare patrem. Hinc eſt quòd miſſæ omnes æqualis meriti ſunt, vt offerunt victimam hanc, vnde eſt opus operatum: Bonitas ſacerdotis addit meritũ perſonale, quod eſt opus operantis. Et hæc tandem ſunt, quæ in hac ſanctiſſima cœna dat nobis Chriſtus, amantiſsima iſta ſua intentione; quæ omnia fides animoſa, ad exactam intelligentiam cœnæ percipit; atque in hac intelligentia, rememorat inſatiabilem illam Chriſti charitatem, qua pro peccatis mundi mortuus eſt: vt ſic intelligentes quantum ille nos amauit; facile dignoſcamus, quãtum viciſsim amare illum debeamus, & inter hos amores, dulciſsimam hanc ſpeculationem fouere, & nutrire, Ad honorem inſtitutoris, ad guſtum cœnæ inſtitutæ; Ad conſolationem, & fructum animarum noſtrarum, quibus tanta cœna parata eſt. Fiat, Fiat.

Habita Rauennæ. 1570.

DE SANCTISSIMO EVCHARISTIAE Sacramento.

HOMELIA SECVNDA.

Præparatio.

PRobet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Nobilis eſt menſa, ad quã precepto Domini vocamur, Panis vitæ, calix benedictionis. Elementa gratioſa; actio mirabilis, ſubſtantia diuina; intentio amoroſa, imprimendi, & exprimendi amorem. Precioſa res eſt ſacramentum. Fructuoſa res eſt Gratia ſacramenti. vnum eſt ſacramentũ vna ſubſtantia. vna gratia ſacramenti. Ad hanc vnam, vocatur totus mun-
1.Cor.11. dus; donec veniat, inquit Paulus; veniunt multi, impletur domus, frequẽtantur, his præſertim diebus, altaria. Sumunt boni, ſumunt mali, ſorte tamen inæquali. Boni ad vitam, mali ad iudicium. Ita è manibus ipſiuſmet Chriſti Petrus accipit, & vult mori pro Chriſto: Iudas accipit, & ſtatim vult prodere Chriſtum, Cum tam idem accipiat. Diſparitas igitur non eſt ex cęna; ſed ex ſumentibus. Ideo
1.Cor.11. que merito inſtat Paulus. Probet ſeipſum homo. Hic duo ſunt bona; ſacramentum, & res. Hic ſunt in primis
Luc. 14. qui nec sacramentum ſumunt, nec rẽ ſacramẽti: aut qa non credunt; aut quia culpa aliqua retinentur, vxorem duxi &c. de his parabola nuptiarum dicit. Non erant digni. Alij ſumunt ſacramentum; Non gratiam ſacramẽti, qui indignè accedunt. iſti, inquit Paulus, ſumunt, & manducãt ſibi iudicium. Tertij ſumunt gratiam ſacri non ſacrm̃; qui non habent vnde ſumãt, & tamẽ præparant ſe, & cupiunt 1.Cor.11.
Ita Catarina Senẽſis; Maria Magdalena, Tot catholici ſecreti in Germania; Anglia &c. Iſtis dicit Auguſtin⁹, Bono animo ſis. Crede & mãducaſti, Quarti accipiunt, & ſacramentum, & gratiam ſacramenti, ſi probati accedũt. Huius ordinis poſſum⁹ eſſe nos Deo dante, ſi nos ipſos interim dijudicamus, & probamus competenter, quare vtile erit in tãta re, tractare de huiuſmodi probatione, & modos eius tradere; quod præſenti homelia facere intendimus.

Probatio iuxta parabolam nuptiarum, duo potiſsima continet capita, quorum vnum eſt remouẽdorum, alterum aſſumendorum, vt intelligam⁹ in ſumma, duo hic facienda eſſe. Vnum vt quædam velut onera deponamus, quæ nos impediunt, quo minus aut veniamus, aut digni veniamus ad nuptias. Alterum eſt, vt venientes, quædam aſſumamus, ſine quibus inepti, & indigni videmur, vt huic menſæ confidamus. Alioqui clamat Dominus: Amice, quomodo huc intraſti? Matt.22.

Primò ponẽda in primis ſunt, quæ nos impediunt, quo min⁹ accedam⁹ Singulare impedimentum eſt excõmunicatio, quæ incapaces nos reddit ſacramentorum. Quare hæc ante omnia tollenda eſt: membrum enim abſciſſum à corpore, non poteſt influxum capitis recipere. Communia deinde impedimenta, ſunt peccata mortalia, quæ hominem ſeparant à charitate Chriſti: Menſa autem iſta charitatis eſt; quare iuuare nõ poteſt eos, qui ſunt extra charitatem. hęc igi

tur

tur ſic deponenda ſunt,vt primo,ſeſe examinet homo , & conetur conſcientiam ſuam coram ſe exponere;& diligenter omnia peccata ſua ſcrutari,quòd ſi aliqua non poteſt reminiſci,obliuio non impedit, ſi non ſit voluntaria.ſecundò,peccata recognita deteſtetur,firmo propoſito dimittendi, & nouam vitam inſtituẽdi vtcũque doleat , iniuriam remittere; malè parta reſtituere,amatã pellicem abijcere. Tamen victoriã ſui det ſpiritui ſancto contra Satanã in oppoſitũ cõſulẽtẽ: Tertiò,vtrũq; horũ, & peccata recognita: & propoſitũ emẽdandi defert ad ſacramentum confeſsionis;& ibi purgat cõſcientiam ; vt in ſindone munda cęnã ſuſcipiat. Deteſtatur etiam ibi,& veniam petit Vbi hæc fecit,ſi quæ ſunt oblita,dimittuntur cum alijs:ſi quid reliquiarum remanet etiam poſt confeſsionẽ cœna,quæ eſt viua,comedit iſta.tantum vt volũtas ſit ſincera;De his Bernardus . Cum defecerit virtus mea ; non confundor, non diffidò ſciò quid faciẽ,calicem ſalutaris accipiã: ebrietas hæc,inquit Cyprianus, non accendit, ſed extinguit luxuriã . Qui ſine his prouiſionibus accedit; indignè accedit,cui D.Hieronimus ait , ò Iuda,oſculo filium hominis tradis
Ioann. 13. cor plenum habes ſcorpionibus , & dęmonibus,& inter hos vis ſuſcipere Dei filiũ?annon minus malũ fecit Iudas, cũ tradidit Iudæis, & gentibus?

Secundò.Poſitis his ſumenda eſt veſtis nuptialis.Et eſt certa religio, ſine qua non eſt ſacra iſta cœna ſuſcipienda.Suã habuit religionem cœna Moſaica, qua iuſſum eſt vt certis modis agnus ille typicus comederet, quibus abũde & noſtra ſignificabat Religio,ad verum Agnum Dei ſumendũ.Primò, vt Agnus eſſet Aſſus igni,i.vt ſacr̃m amore Chriſti plenũ, amore quoq; nr̃o, & corde gratioſo ſuſcipiat, ſic enim duplici amoris flãma torretur agnus,& Chriſti dantis, & hominis ſuſcipientis. Secundo , vt comedatur Totus: non enim diuidi poteſt immortalis,cuius partes omnes inſeparabiles,ſumit vnus,ſumunt mille,tantum iſte,quantum ille. Tertiò, vt renes ſint ſuccincti: per firmũ propoſitum, dimittendi peccata , & occaſiones peccandi,vitamq́ue nouã inſtituendi.Quartò,vt pedes ſint calciati;Paratus aĩus in obedientiã,quicquid tamen pro Dei honore agendũ aut patiendum ſit.Quintò , vt baculi in manibus memoria ſanctæ crucis , in qua pependit agnus . Sextò,vt feſtinanter comedatur , argumentum magni deſiderij ,& quo Chriſtus ardebat ſe offerendi,& quo in hac cœna ſumendus à fidelibus eſt. Suam etiam expreſsit Chriſtus religionem , cum primum inſtituit ſacram hanc cęnam;quam & euangeliſtæ nõ tacuerunt,vt eſſet nobis,& in conſolationem,& in exemplum,ſic igitur. Primò, ſuſtulit oculos in cœlum : ſignificãs ſe rem Diuinam facturum , quam oculi terrei,naturę, & artis nõ attingerent,ita &nos monet eccleſia ſurſum corda.Secundò,Gratias egit patri,quòd iam victimas omnes præteritas cõſumaret ſua hac oblatione &quare & cerneret iram patris in ſe placandam. Ita eccleſia . Gratias agamus Domino Deo noſtro . Tertiò , Accepit & benedixit panes,ſicq́ue in ſui ſubſtãtiam traſmutauit;vt ſciam⁹ calicem hunc veræ benedictionis,plenũ eſſe;& menſam benedictionẽ ſecũ ferre, qua poſsit & nos facile trãſmutare: Non tu me mutabis in te, ſed tu in me.Quarto, fregit , alioqui niſi fregiſſet ipſe nos non modo tan

tum panem, tantumque myſterium deglutire; ſed nec percipere poſſemus: Accommodauit igitur ſic captui noſtro. hic panis ſic fractus illuminat cœcos, ſanat ægros, erudit ignauos, conſolatur triſtes, omnibus omnia. Quintò, iuſſit apoſtolos accipere, & manducare. Ita & nos hac religione ſumere debemus, vt de manu eius, non tam miniſtri, quam Domini, ſumamus, & manducemus: ſic enim manducari à nobis vult, vt noſter fiat, & viciſſim noſtri poſſeſſionem capiat. Sed & nos propriã hoc loco agnoſcere debemus religionẽ, quaſi veſtem nuptialem, qua ad nuptias has comparere ſine rubore, poſſimus, continet autem tres potiſſimum prouiſiones, vnam antecedentem, ſecundam concomitantem, tertiam ſubſequentem. Prima antecedens, quæ præparat nos, antequam ad altare accedamus, fides eſt. Ita negotium hoc ad fidem pertinet. Ad firmandum cor ſincerum, ſola fides ſufficit. Crede, & manducaſti. Fidem autem intelligo viuam: mortua enim hic non comedit meliora quæ inſunt: vitam fidei dat charitas, quæ eſt forma virtutum: fidem ergo intelligo amoroſam, & inflammatam, quæ poſſit attingere in hac cœna, non tantum actionem aut ſubſtãtiam, ſed & amabiliſſimam intentionem pientiſſimi inſtitutoris; hæc enim dat flammas, & amores incitat: ſit ergò fides, quæ in ſumma credat hæc capita. Primò. Quòd Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum, verbo, & virtute ſua. Secundò. Quòd ſub hoc ſacramento dat verum corpus, & ſanguinem ſuũ & omnia. Tertiò. Quòd corpus hoc illud eſt, quod traditum eſt in cruce &c. Quartò. Quòd traditum eſt in remiſſionem peccatorum noſtrorum. Quintò. Quòd hic accipitur, & in memoriam mortis Chriſti, & in remiſſionem peccatorum, ea morte nobis Impetratam: Vnde pax cõſcientiæ, & vita. Fides hæc inſtruit mentem, & accendit affectum: ſicq; ducit fidelem ad cœnam ſummo eius potiundæ deſiderio inflammatum. Vbi vero ad altare iam acceſſit Tum religio cœnæ aliam exigit virtutem concomitantem, quæ hominẽ, in intuitu Domini ſui, ad ſe ſub hoc ſacramento venientis, totum proſternit, & eſt humilitas. hanc Mater eccleſia exercet verbis illis humiliſſimi Centurionis, domine nõ ſum dignus &c. Humilitas enim, vt hominem ſeipſo euacuat, ita capacem domini reddit, vt totum hominem impleat. Ita eſurientes implere ſolet bonis. Ne autem omnino muta, aut ocioſa ſit hæc humilitas, poterit primo ſic orare, O Ieſu, ſis mihi Ieſus vel ingredere benedicte domine. Vel cum Thom. dominus meus, & Deus meus. Secundo. ſic meditari, Domine mi, quis es tu, quis ſum ego Tu mihi lauas pedes? Tertio ſilere, & in ſacro ſuo ſilentio dominum quaſi in tumulo cordis ſui reponere, & tacere, & guſtare illud, in me manet, & ego in eo. Tum è ſacro illo ſomno, & ſilentio excitat Religio per tertiam virtutem ſubſequentem quæ eſt Alacritas animi. Primo. id. quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Secũdo addit ſigillum monumento. i. propoſitum retinendi. Tertio. Addit, Cuſtodiam militum. i. exercitia virtutũ adeptarum; potiſſimum amoris, vt cuſtodiat theſaurum ſuum in ſe. Quòd ſi feruorem ſentis imminui, vitamq; ſpiritus in hac cœna ſuſceptam debi-

litari

litari, vt quotidie per infirmitatem conſumitur à calore concupiſcentiæ humor radicalis: repete cœnam ſume iterum cibú:quouſq; abſorpta ſit mors in victoriam.quoties autem repetenda, & frequentanda ſit cœna hęc, nũc paucis aperiemus: Attẽdite.

Frequentatio.

Si conſideratur in hac cœna maieſtas domini, ſeſe hic dantis, reuerẽtiam parit: ſi indignitas hominis, humilitatem: ſi periculum indigne ſumentis: timorem. Ex his olim centurio repellabat Dominum à ſe, Et Petrus à naui & pedibus. Ex his etiam poteſt homo quandoque abſtinere ab hac cœna, ex reuerentia & timore vt melius præparetur, Ita D. Tho. in quarto d. 12. ſuadet, vt qui ex frequẽti communione sẽtit imminui timorem, & reuerentiam erga ſacramentum, abſtineat. Si vero conſideratur amor dantis, ac deſiderium eius, vt hic manducetur; ſi virtus ſacramenti; ſi fructus: hæc omnia ſpem faciũt, & prouocant ad cenam: ita Zacheus gaudens ex his dominum accepit domi. Ita D. Thom. qui ex communione ſentit ſibi augeri amorem, & reuerentiam, quottidie communicet. Timere Chriſtum bonum eſt: amare melius eſt: Ex timore abſtinere interdum à cœna bonum eſt. Ex amore frequentare melius eſt, quid ergo? Dico in ſumma, quatuor hæc. Primum. Vſus cœnæ ſanctiſſima res eſt, ſumma religio, qua maiorem in terris nec à nobis optat; nec habere poteſt Chriſtus dominus noſter. Hic enim & totum illum accipimus, & totos nos illi committimus. Secundum, qui ſumere volunt cœnam tantum ex neceſſaria obediẽtia: ſat illis eſt, ſi ſemel in anno, in paſchate ſumant: hoc enim præcipit ecclesia, vt ſic diſcernat filios vitæ qui vitam amant. At quãtum proſit hæc annua communio, experti ſumus ſeculo ſuperiore, magno noſtro malo. Dolet & Auguſtinus, & huic vni rei tribuit materiam malorum omniũ, quòd panis quottidianus, factus eſt annuus. Certe peſſimum ſignum eſt in ægroto, vbi non comedit niſi ex obedientia medici: facit enim ſine guſtu. In prima eccleſia ex frequenti communione ardebant ad martyria, Sanguis enim hic, ſanguinem prouocat, obedientia tamen non vrget amplius. Tertium, qui ſumere volunt propter vtilitatem; quanto ſæpius ſument, eo vtilius & fructuoſius. Iudicium ſit confeſſoris, & præſcribat iuxta ſtomachi debilitatem, & robur Duo tamen potiſſimum obſeruet in creatura ſua, primum, ſi eſt ſine conſcientia culpæ mortalis; ne quid lateat in angulo, quod hoſpitẽ Chriſtum repellat à domo. ſecundum, ſi deſiderat cœnam. In hoc enim deſiderio potiſſimum ſedet, & fruitur ardentiſſimum Chriſti cor. D. Thom. in quarto, Duo requirit. Deſiderium vnionis cum Chriſto, & reuerẽtiam erga cœnam. Quartum, qui ſumere volunt ex guſtu: ſæpiſſime ſumant, ſumãt quottidie. ſemper enim experietur precioſiorem, & dulciorem menſam. Guſtum autem hũc vt habeat, quatuor hæc iuuabunt maximè. Primum, ſi mens quieta ſit, & ſilet à mundi ſtrepitibus, omnia bono animo ſumens de manu Dei: ſiue bonum, ſiue malũ: ſcio, inquit ille abundare & eſurire. Thil. 4. Dominus dedit, dominus abſtulit. Iob. 1. Secundum, ſi mundi huius guſtus ſic debilitatus eſt, vt

verè

verè deſcenderit Zacheus è ſicomor
ro. Mihi mundus crucifixus eſt. Ter-
Gal.7. tiū, ſi zelum habet vniuerſalem in
Dei ſeruitio; vt Deum præſentem
vbiq; ſentiat, Deo ſtet, & cadat, Deo
in omnibus ſeruiat. Quartū, ſi zelū
habet ſpecialem ad cœnam hanc: vt
ſemper eam cupiat, vnicum refugiū
habeat in hac cœna, ſuas in hac vna
Matth.12. quęrat conſolationes: Hic guſtus nū
quam ſatiatur Chriſto. Vident eum
ſemper in cœlis Angeli, & ſemper de
ſiderāt in eum reſpicere. Veh iis, qui
miſſam habent pro labore; cœnam
hanc pro tœdio, ſine guſtu ſumunt,
quare & ſine fructu. Stat enim, quòd
ſequi Chriſtum, & eſſe cum Chriſto,
ſumma eſt hominis ſecuritas: Recipe
re Chriſtum in ſe, eſt ſumma homi-
nis Sanctitas: Recipi vero in Chriſto
eſt ſūma hominis fœlicitas: In hęc re
ſpiciēs orat eccleſia. Bone paſtor, pa-
nis vere Ieſu noſtri miſerere, tu nos
paſce, nos tuere; tu nos bona fac vide
re in terra viuentium. Amen.

Habita Rauennæ. 1570.

DE SANCTISSIMO EVCHARISTIAE Sacramento.

HOMELIA TERTIA.

Deſiderio deſideraui hoc Paſcha mãducare vobiſcū, antequā patiar.

ARdet animus D.N.Ie-
ſu, duplici flamma,
quod duplex eſt deſi-
derium. Cupit in pri-
mis mori pro nobis,
& ſanguinem coram patre fundere,
vt lauet nos. Ob hoc Petro reuocāti
olim dixit, ſcādalum mihi es. ob hoc
Iudam ſollicitauit: quòd facis, fac ci- Matth. 16.
tius; ob hoc Petro in horto. Calicē, Ioann.18.
quem dedit mihi Pater, non vis vt bi
bam illum? Ob hoc tacet coram He
rode, & Pilato ne retardet caſum. Cu
pit enim mori: Cupit deinde mortē
illam ſuam, animis noſtris infigere,
in hac cœna; atque ideo manducare
hoc paſcha nobiſcum; & ſeſe totum
hic nobis donare. ob hoc dicit. Hoc
facite: ob hoc in parabola nuptia-
rum mittit tot ſeruos, iubet inui- Matth. 22.
tari omnes, & dici, omnia parata ſunt
venite &cæt.

Nos viciſſim deſiderare hanc cœ-
nam debemus, tum vt Chariſſimo
Domino noſtro ſic placeamus, qui
ſic manducari, & ſic coli à nobis vult
Tum vt ingentia bona parata nobis
in hac cœna conſequamur: vt enim
nullibi propior eſt Chriſtus, ita nulli
bi fructuoſior. Ad honoranda igitur
deſideria Chriſti; Ad excitandum
inſuper deſideriū noſtrum, quo vno
vere guſtare poſſumus amores Chri
ſti hic incluſos: Narranda, & inculcā
da ſunt bona parata, qui ſunt fructus
quos ex hac cęna fideles Chriſti per-
cipere poſſunt, niſi in tanta occaſio-
ne deſipiūt. Dulcia ſunt, & amabilia
omnia æterni amoris pignora, quare
dulci, & amanti corde ſunt excipien-
da: Adeſte mihi, ò chariſſimi. & nu-
meremus.

Magnus gratiarū cumulus eſt cœ
na iſta: quare & Euchariſtia dicitur,
nullibi tot gratiarū genera, nulla lex,
nulla cerimonia, nulla ſacramentorū
tot gratias nobis exponit. Hic in
primis eſt ſubſtantia gratioſa, quia
gratia ipſa ſubſiſtens eſt, vera do-
mini noſtri perſona, cum tota
eius fœlicitate. quare ad cœnam
vocant. ſerui. d. En prandium pa-
ratum

Matt. 22. paratum eſt, Tauri, & altilia occiſa ſunt. Taurus occiſus eſt Chriſtus hic nam vtcunque viuus, & glorioſus ſit: hic tamen mors eius commemoratur. Mortua vero reipſa ſunt altilia illa, & Tauri cætera animalia Moſaica, quia victima hæc noſtra perimit illas, & eijcit è templo tanquam ineſ ficaces, in cuius ſignum olim clamabat in templo. Auferte iſta hinc, meus eſt locus, Ego victima ego ſacerdos. Et victimam hanc in hac cœnam ſuſcipimus. Recipimus deinde donum gratiæ inexiſtentis, & infuſæ, quæ eſt gratia vnitiua, & gratia communionis, quam ſynaxim vocãt Græci. Duplicem autẽ tribuit vnionem. Vna eſt, qua vnimur Chriſto, & vnum cũ illo ſimus. Alia eſt, qua vnimur proximis, & vnum cum illis efficimur. Et hi ſunt potiſsimi fructus quos ex hac cœna percipimus.

Vnimur Chriſto.

Primò: Vnimur in primis Chriſto, & vnum cum illo efficimur, per viā comeſtionis, dũ hic illũ comedimus, & ab eo viciſsim comedimur. ſuſcipimus, & ſuſcipimur. hoc enim proprium eſt, ſenſui Guſtus, quòd obiectum ſuum ſibi identificat; & in ſuimet ſubſtantiam conuertit: quod non facit oculus, auris, &c. ideo vt magis ſe nobis vniret Chriſtus, dedit ſe nobis in cibum. Chriſtum ergo hic vere in nobis recipimus totum, corpus, animam, deitatem: & ſic ſe in nobis diſtribuit, inquit Tertullianus. Caro noſtra, carne Chriſti veſcitur, vt anima de Deo ſaginetur. Et ob hoc dicit Chriſt⁹, Caro mea vere Ioan. 6. eſt cibus: tũ quod vere comedit, tũ quòd ex annexa Deitate, vere paſcit animam. Recedentibus igitur elementis, non tamen remanet homo ſine Chriſto hoſpite ſuo. quid Chriſti remanet? Id quod melius eſt. Deitas. Vbi? In anima. certum eſt, quòd Chriſtus hoſpes noſter, cum intrat domum pectoris noſtri, ſua omnia bona ſecum fert. Ita olim dixit de domo zachæi. Hodie ſalus facta eſt, domui huic; tantum ex hoc, quòd ipſum ſuſceperat. Conſiderandum et enim eſt, quòd hic ille idem eſt Chriſtus, qui olim in terris, dum mortalis erat; ſanabat ægros, illuminabat cęcos, ſuſcitabat mortuos. Luc. 14. Non minus eſt nunc immortalis, quare & illa eadem miracula facturus in nobis eſt, niſi nos ligamus illi manus, vt olim Nazarethani, ex incredulitate. Diues eſt, inquit Paulus, in omnibus qui inuocant illum; quanto magis diues eſſe debet in omnibus, qui in ſe ſuſcipiunt illum? Rom. 3. Tanta itaque fœlicitate ſumimus, & comedimus Chriſtum in hac cœna.

Sed & ille comedit nos, eſt enim viuus, & paſcit, & paſcitur. Ita Auguſtinus. Frumentum Chriſti ſumus, Dum catechizamus, molimur, dum baptizamur, aſpergimur, Dum confirmamur, igne ſpiritus ſancti coquimur, Dum communicamus, panis Chriſti efficimur. Ita olim Ignatius martyr, ductus ad beſtias clamabat, frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molor, vt panis Chriſti mundus inueniar: comedit autem hic Chriſtus nos dupliciter. primò comedit in nobis reliquias peccatorum, malos habitus, remanentes illas flammulas in fornace, quas tollere non potuit contritio, vel confeſsio. Ita Cyprianus; In vino hoc non eſt luxuria; vocat Damaſcenus, carbonem igneum, conſumentem peccata.

ta. Secundò, comedit affectus noſtros, & ipſas animi noſtri paſſiones, voluntatemque ipſam noſtram mortificat, vt ex hac nr̃a mortua, ſuã in nobis ex ſuſcitet, ita granum mortuum in Chriſti regno multum fructũ affert. Ita ex nihilo creat omnia: pſal. inflammatum eſt cor meum, quid inde? Renes mei ideſt affectus
Pſal.72. commutati ſunt, quid tu? Ad nihilum redactus ſum, & neſciui: ſacra enim, quadam confuſione obruit, vt ſciat etiam Paulus, in ſoccuiſu huiſ Dñi tranſmutantis, ſe aſcendiſſe ad tertium cœlum, & vidiſſe &c. modũ autem plane ignoret. Dicit tamen. Viuo ego, iam non ego. mortua enim eſt voluntas illa Sauli Phariſæi,
Gal.2. quid vero ex ea mortua? Vita alia quæ? viuit in me Chriſtus: Obſeruanda autem hoc loco eſt potiſſimum defectio iſta naturæ, & mors conceptuum proprij ſpiritus; nam hæc mors noſtra vera, & propria eſt commemoratio, quin imo in commemoratione cœnæ, in qua commemoratur mors Chriſti, guſtus eſt, mortis Chriſti, qua ille defecit in dolore, & in manu patris ſpiritum tradidit; prius ex obedientia ſecundum mortem ſpiritus; quam ex paſsione crucis ſecundum mortem corporis. Vnde mox immortalis ex ea morte ſurrexit ideſt intrepidus ad omnia pro Dei gloria patienda. Fit autem mors hæc ex vi amoris transformantis. ſtat enim illud veriſsimum, ex ore ipſiusmet ad Auguſtinum, cibus ſum grãdiũ, nõ tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me. Et ipſe Ioannes. Qui manducat carnem meam,
Ioann.6. in me manet, & ego in eo ideſt me ſuſcipit, & à me ſuſcipiť. Hinc vnio illa à Chriſto tam ardenter in ſuis optata, & à nobis optabiliſsima, de qua cum patre tractauit, vt vnum ſint, inquit, ſicut nos vnum ſumus. Il le vnum eſt cum Patre, vnitate amoris Diuini, quem in ſancta trinitate pater impendit filio; filius rependit patri: vnum & nos cupit, imo facit in hac cœna, eadem amoris vi, nos in ipſum transformante, vt vnum cum illo ſimus; quando Ioan.18.
in eo ſumus, & ipſe in nobis eſt. Ex hoc ſequitur, quòd cum ſimus vnũ cum Chriſto, communia ſint nobis cum illo omnia. nam quia in Chriſto, Deitas aſſumpſit carnem in hypoſtaſim, & caro ideſt natura humana, ſuo modo aſſumpſit, ſeu in ſe celauit verbum, quod factum eſt caro: ex ea vnione facta ſunt Deo & homini omnia communia, vt in Chriſto vere dici potuerit. verbum caro factum eſt, Deus naſcitur, flet, loquitur: contra, homo creat, homo dat gratiam, remittit peccata; vt ſciatis, quia filius hominis poteſtatem habet dimittendi &c. Ita vbi in hac cœna Chriſto ſic vnimur, & ille nobis, communia fiũt omnia: & omnia opra noſtra fiunt Dei formia, & Diuina: An, inquit Paulus, experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Et Petrus, ſi quis loqui 2. Cor. 13. Petr.4.
tur, quaſi ſermones Dei. tanti refert hic vniri Chriſto.

Vnimur Proximo.

Secundò. Deinde vnum ſimus ex hac eadem cœna cum fidelibus omnibus vna ſumentibus. quæ alia eſt vnio à nobis explicanda. Hic enim iterum proximum ſuſcipimus, & ab eo ſuſcipimur, ſumusque inuicem panis: ſimusque omnes (vt Paulus dicit) vnum corpus, & vnus panis. Ratio-

tionem dat, quia omnes de vno pa-
1. Cor. 10. ne, & de vno calice participamus, vnam, & eandem eſcam ſumimus, numero, perſona, virtute vnam: vnam neceſſe eſt ex ea in nobis fieri ſubſtantiam; cumque ſit cibus animi; vnum in nobis ſpiritum fieri, quæ eſt vnio prior intrinſeca, de qua Lucas: erat illis cor vnum, & anima vna. Primò, vnionem hanc maxime in nobis cupit Chriſtus, atque vt efficiat, ſeſe nobis vnum, & eundem omnibus tradit, vt in eo vnum ſimus. Atque vt commodius facere poſſet, naturam humanam ſumpſit, non perſonatam, aut ſubſiſtentem, ſic enim fuiſſet in communicabilis: ſed naturam communem, quia conſilium eius fuit, eam fidelibus ſuis communicare. Hic igitur conſidero tria: primum, quod natura ſic à Chriſto id eſt verbo aſſumpta, ſuam ſeruauit naturalē communicabilitatem. ſecundum, quòd a deitate, cui vnita eſt in hypoſtaſi, accepit quodammodo immenſitatem, & infinitatem; tanquã Dei caro. tertium, quòd à verbo, tanquã ab hypoſtaſi, accepit indiuiduitatem, & indiuiſibilitatem. Vt communicabilis, communicatur pluribus, ſumit vnus, ſumunt &c. Vt infinita communicatur infinitis omnium ſeculorum, donec veniat. Vt indiuiduata communicatur eadem omnibus, ſine ſui diuiſione, vt eadẽ communicatur, ita eandem ſubſtantiam in omnibus facit, ex vi ſua. Et eſt vt diximus, vnio animorum intrinſeca. Secundò. Hanc illa ſequitur extrinſeca fortunarum, & bonorum omnium, de qua Lucas. Erant illis
Act. 4. omnia communia: ſic mutuo panis ſimus, damus omnia, ſuſcipimus om
1. Cor. 11. nia, omnibus omnia, vt Paulus. quis infirmatur & ego non? Huc reſpi-

cit gratioſa, & dulciſsima iſta elementorũ ſpecies, panis, & vini in hac cœna. primo, vt elementa quadrarent gratiæ, & amori teſtamenti noui, cuius ſunt ſacramenta. ſecundò, vt quaſi oblationem naturæ, atque ideo perennem, in ſacerdotio ſuo, quod eſt æternum ſ͠m ord. Melchi. introduceret. Tertiò, vt fidem noſtram iuuaret, ſignificaretque communi hoc alimento corporeo, nutrimẽtum ſpiritus, quod hic ſuſcipitur; Quarto, vt ſe imbecillitati, noſtræ commodum traderet ad veſcendum ſub forma communium eduliorum: alioqui horret natura ad eſum carnis humanæ. Quinto vt vnionem hanc amoroſam, & vere fraternam in ſuis ſignificaret. Prius enim quam panis, aut vinum fiant: grana omnia ſuam habent ſubſtantiam ſeparatam, in pane autẽ & in vino, communia ſunt omnia. Sexto vt firmitatem, & munimentum exprimeret, quo cœna hæc roborat ſuos, tanquam viaticum aduerſus omnia mundi huius, & mortis diſcrimina: in hoc cibo Chriſti, recreatus homo tutus pergat in Dei obedientiam: ſic olim Elyas in fortitudine cibi Angelici perexit vſque ad montem Dei Oreb. Ita pſal. Paraſti in con ſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Tribulat mundus; hic guſtus eſt paradiſi, & Chriſtus qui vicit mun- Pſal. 22.
dum. Tribulat Caro, hæc menſa eſt euchariſtia, & plena gratia ac ſpiritu. Tribulat peccatum, hæc menſa eſt benedicta, & plena ſanctitate, vrit peccata. Tribulat Mors, hic panis viuus eſt, pro mundi vita. Tribulat Dæmon; hic filius Dei eſt, quẽ etiã nolens adorat Demon. Ergo bono animo accedite, ò fideles; guſtate & videte, quam ſuauis eſt dominus.

Tt Quàm

Quàm amabiles,& gratioſæ ſunt ſpecies,materia ſacramenti panis, & vinum. Quàm clara. & expreſſa forma. Verbum Chriſti. hoc eſt corpus meum. Quam mirabilis actio. vera. ſcilicet tranſubſtantiatio. Quam diuina ſubſtantia, ipſiſsima Chriſti perſona. Quàm amoroſa intentio, imprimendi, & exprimendi amorẽ. Accedite omnino. Tollite impedimenta,venite ad nuptias, venite, ſed probati,vt non confundamini; inſit propria Religio, Antecedat fides, comitetur humilitas, ſubſequatur Alacritas ſpiritus.Guſtate,ò fœliciſſimi,quam ſuauis eſt dominus. Hic enim vere manducat Dominum pauper,ſeruus,& humilis:guſtate, quam ſuaue, & beatum eſt vniri Chriſto, ſumere Chriſtum,ſuſcipi à Chriſto, & vnum cum illo fieri; Guſtate, quàm ſuaue eſt, vniri nos inuicem in Chriſto, ac ſancto eius,& incorrupto amore,ſic mutuo nos amare; & amari;& iuuare & iuuari, vnum cor & vnã animã fieri.Adeſte, ne deeſte obſecro tantæ fœlicitati, paratæ vobis in hac cœna ab amantiſsimo Ieſu veſtro,qui & in ſpiritu,& in corpore veſter hic fit, & vobis ſe tradit vſque ad conſummationem ſeculi. Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat vos in vitam æternam. Amen.

Habita Rauennæ. 1570.

FERIA QVINTA In Cœna Domini

De Ablutione pedum &c.

INſtat extrema nox vitæ. D. N. Ieſu. Nox obſcuriſsima quæ ſereniſsimum ſolem, & mundi lumen non modo eclipſare, & obumbrare(tanta eſt tenebrarum ptãs) ſed prorſus extinguere, potuit. Nox acerbiſsima in qua Dei filius amarũ calicẽ,iræ, & furoris de manu patris accipit,& bibit, Nox horrendiſsima: in qua vita ipſa in fauces mortis, & cor terræ ſe proijcit, Et expedit, & opus eſt vt ita fiat: premit ſupra inuiolabilis & ineluctabilis Dei volũtas:Premit intus imperturbabilis filij obedientia, premit, & fremit extra implacabilis Iudęorum perfidia.fiat; fiat. Terminatum eſt Paſcha Iudaicũ;euacuata ſunt ſacramenta legalia; ſublata ſunt ſacrificia Moſaica: ſuo ſunt iã functa ſignificãdi, & promittẽdi munere, ſtare nõ poteſt mũdus ſine Religione, religio ſine ſacrificio;huc igitur cœlum & terra reſpiciũt,vt deſtinetur victima,ad ſacrificium.Ita olim ſimplex ille Abrahæ filius,onuſtus lignis ad arã tendens,dixit;patri.Pater mi? Tũ pater dolentiſſimus, quid vis ò fili? Ad hæc filius. Ecce ignis, & ligna,ignis & gladius in manu tua; ligna in humeris meis; vbi eſt victima? Tum pater. Dominus prouidebit ſibi victimam fili mi. Ita certe mundus totus non poteſt; niſi Dominus ipſe de ſuo ſibi prouideat. Et ecce prouidit ſibi pater in proprio filio,quanta eſt hæc victima;Ieſus ipſe victima eſt; ipſe ſacerdos,ipſe habet gladiũ; ipſe ignem

Omnia quæ requiruntur habet in manu, Vnus ipſe ſufficit, poteſt, vult, ſcit, tempus, locum, modum. Talem victimam inducit hodie Ioann. Euãgeliſta ad ſacrificium, vndecumque acommodatam: Ieſum ſcilicet Dominum, & Magiſtrum ſcientem omnia, valentem, & volẽtem omnia pro Dei patris ſui gloria & mundi ſalute. Ante diem feſtum Paſchæ &c. Patet quòd euangelium tres habet partes ſeipſis diſtinctas. Prœmium. Actionem; & Actionis expreſsionẽ Inſtat iam Paſcha, tempus ad ſacrificium hoc deſtinatum, tremendum illud factum, quo mactandus Agnus immolandus Chriſtus eſt, Differri amplius non poteſt. Sciens Ieſus. Non Ieſus velut Iſaac, ſuæ mortis inſcius, ſcit omnia; & hæc ſcientia inculcatur, vt tanto magis charitas illuſtretur; non enim fugit ſed ſeipſum offert. Tot dixit & fecit Chriſtus, vt agnoſceret mundus, hanc ſuam ſcientiam & præſcientiam. Quia venit hora eius. Terribilis illa hora; de qua alibi. Nonne duodecim ſunt horæ diei? Et alibi. Nunc anima mea turbata eſt, propterea veni in horam hanc, De qua Iudæis. Hæc eſt hora veſtra. ſed tamen & in hac habet vnde reſpiret. Primò, quòd hora eſt, tempus momentaneum & breue. Secundò, quòd hora Paſchæ id eſt Tranſitus. Vnde? ex hoc mundo amaro, infœlici, crudeli. Quo? Ad patrem ita dulciſsimis vocibus explicat amariſsimam rem id eſt, mortem; ſic enim ipſe naturam eius terribilem immutauit: vt iam principium ſit vitæ mors, & vitæ æternæ, quia ſola viuit Pater, & quotquot ad illum tranſeunt, ò fœlix paſcha, ò tranſitus ſalutaris. Ita calicem ſalutarem vocat Dauid. Hic non relinquitur Aegyptus ſed mundus totus cum omnibus ſuis periculis, & damnis. Hic tranſitur non ad terram Chanaam, ſed ad terram viuentium, non ad Moſen ſed ad Patrem cœleſtem. Ita ergo ſcit victima tempus inſtare: Ita ſe ſe in viam proripit. Vbi ignis (En quantum ignem in ſinu defert ipſamet victima. Cum dilexiſſet ſuos &c. Flamma eſt cordialis, nam amor eſt. Amor autem centrum cordis eſt, vnde omnes lineæ ducuntur. Regulat, vel inficit amor omnia in corde humano. Flamma domeſtica, diligit enim ſuos. Quos ille nouit, & propter quos omnia facit, nolens perire aliquos. Vt Iudam etiam proditorem à cœna non excludat, eo magis, quod ſunt in mundo, inter inſidias, & pericula mundi? Flamma eſt perſeuerans totam incendens victimam, à principio ad finem, quare aptari poſſet verbum hoc toti vitæ Chriſti à præſepio in quo natus eſt, ad monumentum in quo poſitus eſt, quid hæc fecit niſi amor? dilexit, Ideo caro factus, natus, circunciſus, locutus; &c. diligit, omnia in amore facit, & patitur: Amor meus pondus meum &c. diliget vſque in finem, qualiſcunque ſit, non deſeret negocium, quouſque bona conſcientia clamet conſummatum eſt.

Cœna facta. Paſcha Iudaicum peractum eſt: Agnus legalis cõſumptus eſt. Iam noua cœna inſtituenda. Cum diabolus iam miſiſſet &c. Quam mixta contrarijs eſt Chriſti menſa. Vbi inter diſcipulos ſedet & proditor. Quam diſtant cor Chriſti, & Iudæ. Chriſti cor plenum eſt amore, Iudæ cor plenum amaritudine. Chriſti cor regit ſpiritus ſanctus. Iudę cor regit Diabolus. Chriſti

cor meditatur vt ſaluet mundum,&
Iudã ipſum.Iudæ cor vt tradat Chri-
ſtum.

Sciens Ieſus.quanti refert obſerua
re hac nocte Chriſti ſcientiam; Re-
miniſcamini inquit, quia dixi vobis:
non me latebant inſtantia mala.Scit,
& quid poteſt & quid debet.quando
Pater dedit ei omnia in manus. ipſe
ligna, ignem,gladium habet in ſeip-
ſo;vni ſibi incumbit opus. In manu
habuit olim Adam ſalutem ſuam &
mundi. Et ecce perdidit. In manu
Chriſti reparantur omnia. Conſtans
eſt in opere,nõ deflectit iter.A Deo
exiuit,& ad Deũ vadit. A Deo exijt
Adam.& iuit ad Satanam.victima no
ſtra conſtat:A Deo miſſa, ad Deum
redit perfecto circulo. exiui à patre,
& veni in mũdum. en ſemicirculus.
Iterum relinquit mundum, & vado
ad patrẽ.Quanta eſt fiducia in oĩ ope
re,vbi ſic principiũ,& medium,& fi-
nem in Deo conſtituimus. Coram
eo viuimus,ab eo regimur,ad illũ ten
dimus. Sic ergo amabili, & alto ani-
mo ad opus pergit victima, de ſe ſe-
cura.Sed & ſuos quos vnicè diligit in
ſtruere prius vult in ea(quæ prima &
ſuprema religio eſt) amoris diſcipli
na.Et hoc ſecũdum eſt,quòd narrat
euangeliſta,continens actionẽ Chri
ſti extremæ humilitatis,& charitatis,
plenam.Deſcribit autem ſic vt factũ
ipſũ diſtinctiſsimè ponat ob oculos;
ita vt potius videre,quam audire fa-
ctum videamur.

Surgit ergo à cœna.Peracta enim
iam eſt cœna legalis.ſurgit itaq; ſuos
præparaturus ad cœnam ſuam: quæ
agnum immaculatum præbet, ideo-
que & mũdos exigit comeſtores.Po
nit veſtiméta,vt expeditus ſit in ope
re:ſic.n.vult bñſeruire;ſic delectare ĩ
ſeruitio. Nos verò nõ accedimus ad
opera niſi onuſti neceſsitatibus,cõ-
moditatib',voluptatibus,nec pilũ di
mittimus noſtrarum conſolationum
amore Chriſti.Linteo præcingit ſe.
Ita neque vllo modo maculari vult ip
ſe in ſeruitio,tam curioſus eſt vt pu-
re ſeruiat. Nos irreſignati, incauti,
oĩa facimus cum ſcandalo, vel dato,
vel accepto. Miſit aquam in peluim
vbique proprius,aquam, vas, omnia
habet accommodata,non confundit
aquam in pelui,non extra ponit.Nos
aquã fundim';et nihil facim', aut ma
lũ aut bonum niſi ineptũ,effuſum,in
proprium.Et cœpit lauare.Nos ſem-
per concipimus,nunquàm parimus.
Nũquã incipimus, ſemper promitti-
m'.Et ecce mors.&c. Venit ergo ad
Simonẽ &c.fert peluim,aquam,ſe fle
ctit,arripit pedes ſedentis,vt lauet, ni
hil interim dicens.ſic enim prius fa-
cere,quam dicere vult.Petrus omnia
tacitè reſpicit,& fert: quouſq; pedes
ſuos ad ablutionem exigi cernit. Hic
ſtupefactus,ſtatim retrahit ſe.d. Do-
mine tu mihi lauas pedes?tu Domi-
nus mihi ſeruo?Tu Iuſtus mihi pec-
catori?tu Deus mihi homini?lauas,&
lauas pedes?an eſt vlla in me ĩdignior
pars? ita Ioannes Chriſto. Ego à te
debeo baptizari,&tu venis ad me?Ita
humilitas cõfunditur in Chriſti amo
re: Et Chriſtum pro Chriſto repel-
lit. Quod ego facio neſcis. Ne iudi-
ces opera Domini; Neſcis quæ Dei
ſunt,ſat eſt ſubdito, ſi obediat. Non
lauabis mihi pedes ĩ æternũ. Ita pror
ſus deſipit Petrus in humilitate, &
charitate Chriſti,quando in gloriam
reputat Chriſto,quòd ſeruiat: Et ta
men non venit miniſtrari, ſed mini-
ſtrare,hoc illi' mun' eſt,ſine hoc,væ
nobis. Niſi lauero te &c. Iam docet
lotionem hãc non tantum eſſe ſerui-
tium,ſed myſterium.Tandẽ & in exẽ
plum

plũm redigêt. Tam neceſſaria eſt lotio, quod dat partem cum Chriſto, pars mea Deus. Hæc autem eſt illa lotio ſpiritalis, qua non pedes corporis, ſed affectus animi; & totam animam abluit ſanguine ſuo; vel aqua baptiſmi ſanguinem continente. Quid autem durius audire pôt Petrus quã excludi à Chriſto, paratus cum ſeq etiam in mortem? quare ſtatim reuocat dicens. Non tantum pedes, ſed & manus, & caput. Ita amor eſt inſatiabilis, vbi purgaſ, & perficitur; omnia dare vult, oĩa dat, & ſp dicit, quid retribuã Domino? Ita & Angeli ſemp reſpiciũt in Deum, & ſemper deſiderant reſpicere. Sed Chriſto nunc ſufficit obedientia in Petro, plura non exigit ab imperfecto. Qui lotus eſt & cætera. Alludit ad myſterium Baptiſmi, quo totus homo abluitur, & à culpa, & à pœna, ſed hæc ablutio non poteſt repeti. Pedes vero id eſt, affectus ſi maculantur, lauandi interdũm per aquam lachrymarum, & pœnitentiam purgandi ſunt. Ita omnia ſilẽtio patitur Petrus, ſimiliter & omnes, etiam Iudas proditor, quem tamen tota maris aqua non poteſt lauare, quando cor Satanicum, & impœnitens eſt. Tam temeraria, & impudens eſt iniquitas, vt etiam menſæ Chriſti aſsideat, & de manu eius in turba accipiat ſeruitia?

Tertiò. Poſtquam verò lauit. Hęc tertia pars eſt. Iterum ſumit veſtimẽta. nõ enim ſemper labore poſſumus non etiã vult Chriſtus vt veſtes abijciamus, & ſine omni dignitate, & venuſtate conuerſemur. modo modeſtè agamus. In decenti ornatu &c. Tum reſidet menſæ, & cathedram iterum occupat, ſic enim tranſitur à Martha ad Mariam; quouſque ſola Maria ſufficiat. Explicat igitur intentionem facti, & aperit cor: Scitis quid fecerim vobis? An cogitatis hęc quid acceperitis à Chriſto? quid in carne, quid in ſpiritu? De Iudæis. Hæc facient, & peiora. quia non nouerunt patrẽ, neque me. Vos vocatis me Magiſter. Ita facile mundus onerat Chriſtum titulis, & eum verbis colit. Ita vt poſsit quiſque ſuo ore conuinci, quottidie dicimus. Pater noſter fiat voluntas tua. Sum etenim. Velit nolit mundus, Chriſtus Dominus eſt. maieſtate parem, aut maiorem non habet: quare dominus eſt: Magiſter ex delegatione paterna quando pater dicit. ipſum audite. Si ergo ego laui. Argumentum à maiori. Ergo, & vos, quanta in æqualitas in natura; quãta in virtute Exemplum dedi vobis infallibile. ſic aurora immobilis regulat motus. vt dominus dat præcepta. vt Magiſter exemplar. Nos ſequamur obedientia dominum: conformatione, Imitatione Magiſtrum. Amen.

Habita Venetijs. 1568.

FERIA SEXTA IN PARASCEVE

Prooemium.

Reſpice, quęſumus Domine ſuper hanc familiam tuam, &c.

MAgnum experimentũ facit de corde noſtro ſancta fides noſtra, Dũ ex vno latere proponit hodie nobis pauperẽ Galilęum ab omnibus derelictũ, à nullo defenſũ, ab innumeris impetitum; in manus inimicorum lapſum, captum, ligatũ, dam-

vobis;quod in Chriſto:ſenſus autem hic fit,vel per cōpaſsionem:Suſtinetē & vigilate mecum: vel per imitationem: ad quam ſuos prouocat crucifixus.d.qui vult venire poſt me, Tollat crucem &c. imitatio vero fit vel per crucem exteriorem, ſi domini gloria poſcit, & vocat ad martyrium corporis;vel per crucem interiorem ad quam virtus ipſa per martyrium ſpiritus, fideles Chriſti componit, ita quòd.Sapientia ſubleuat crucem. Miſericordia dilatat, Humilitas profundat humi. Iuſtitia cōfigit dexteram. Patientia ſiniſtram. Prudentia pedes. Charitas aperit latus, & cor penetrat. Paupertas ſpiritus denudat.Zelus Dei, & proximi coronant, & pungunt caput. obedientia extinguit,& mortificat: Vt ſic affectus Apoſtolus dicat Chriſto crucifixus ſum cruci.Hæc illa ſunt crucis myſteria, quæ ex horribili amabilem faciunt, de quibus beatus Andreas Tyrannum ſuum Aegeam alloquēs dicebat:ò ſi ſcires crucis myſterium: Crucem non illuderes ſed adorares.Vos ò Chariſſimi, qui hæc auditis,& creditis;cauſas agnoſcitis, fructus guſtatis. Adeſte totis animis Milites eſtis crucifixi, Vexilla Regis prodeunt.Nil horribilius carni; Nil honorabili' fidei;Nil excelſius Chriſto.Nil vtilius mūdo; Nil terribilius Satanæ eſt,quàm Chriſti crux. Vexilla regis prodeūt.Fulget crucis myſterium.qui regem amant,qui eius honorem, & regnum ſaluum eſſe volūt ad vexillum eius ſeſe recipiant.Rebelles fugiant, inimici paueant, & palleant.Accurant amici.

Matth.26. Matt.16.

Vexilla Regis prodeunt: Ecce lignum crucis, In quo ſalus mundi pependit:Fugite partes aduerſæ.Vos ò ſpiritus infernales,qui crucem colere non poteſtis,Fugite, hoc flagellū veſtrum eſt hoc lignum, vnde mors veſtra. Vos ò ſpiritus pertinaces, & impœnitentes,qui crucē colere non vultis,fugite, hoc iudicium veſtrum eſt. Vos ò Chriſti fideles,ò filij amoris huius;venite,venite, venite lædi, Adoremus. O crux aue ſpes vnica &cæt.

Prima. De his quæ Chriſtus in carne paſſus eſt.

Chriſto in carne paſſo; Et vos eadem cogitatione armamini.Ita Beatus Apoſtolus Petrus de Chriſti paſſionibus loquens innuit tria,Primū, quòd paſſus multa in carne eſt, non ſola caro, ſed Chriſtus in carne. Secundum, quòd patiendo, vt prudens, multa cogitauit. Tertium, quòd ijs cogitatiōibus ſeſe armauit; ac fortiter ſuſtinuit. Ex his nos conſimiliter ad duo hortatur exercitia, temporibus his maxime conuenientia. Primum,vt obſeruemus paſſiones Chriſti,& in eis excelſas illas cogitationes, quibus in intimo cordis ſeſe exercuit. Secundum, vt eiſdem armemur,quaſi clypeo,aduerſus omnia paſſionum ſcandala,tum earum, quæ in ſeipſo paſſus eſt Chriſtus: tum earum quæ nos in hac vita, ex Dei patris voluntate pati poſſumus, aut debemus. Vt igitur his ſancti Apoſtoli conſilijs, & præceptis pareamus,quatuor potiſſimum,hoc loco cogitare, & his cogitationibus muniri debemus: ex hiſque tractatū formare. Primò, quid paſſus ſit Chriſtus in carne.i.in cruce viſibili. Secundò,quid paſſus ſit in anima,cruce ſcilicet interna,& inuiſibili. Tertiò,quid patiendo cogitauerit. Quarto,quid nos viciſſim de his cogitare debemus;& ſentire.

1.Petr.4.

bus, Os fele & aceto: Manus, & pedes clauis: latus lancea perforatur, Corpus totum flagellatur, veſtes, & ipſæ ſcinduntur. An fuit vnquam ſpectaculum iſto dolentius aut miſerabilius? reſpicit de cœlo Pater, & quia in ſeipſo dolere non poteſt, commouet creaturas omnes ſuas, & iubet vt patienti filio compatiantur; iubet vt teſtentur iuſtum dolorem ſuum: iubet vt mortuò debitas inſtituant exequias. Ita inquit D. Heronimus omnis creatura morienti creatori compatitur, Sol contrahit radios & præter ordinem naturæ ecclypſatur: tum ne videat, aut viſibile faciat tantum ſcelus, tum vt hiſce tenebris veluti panno atro funus Domini ſui honoret, luna in ſanguinem vertitur, tanquàm vicinior, quam ſanguine iuſto rubram cernit, & ex eius imagine colorem contrahit. Terra tremit ex horrore ſceleris: ex ira Dei quam ſentit in terrę filios: ex pondere grauiſsimæ crucis, in qua totus mundus cum Chriſto pendet: ſaxa ſcinduntur, vt tantam impietatem obiurgēt: ita olim Chriſtus, ſi hi tacuerint, lapides clamabūt
Luc. 19. Monumenta aperta ſunt: tum, quòd omnia ſacrum hoc cadauer in ſe recipere vellent: tum, quòd Animæ deſcendenti ad inferos locum faciunt; Tum ꝙ deuicta morte iuſtū eſt, carcer mortis & recludi, & vinctos victori reddere: ſurgite mortui, & exite, mortua mors eſt. Sic, ſic iuuat quoquo modo, patienti Chriſto adeſſe: viſibiles eius paſsiones enumerare: Nunc ad inuiſibiles tranſeamus.

Secunda. De his quæ Chriſtus paſſus eſt in Anima.

Secundò. De Secundò: Multa quidem, & grauiſsima Chriſto Domino fuerunt carnis tòrmenta; cui neque ſpecięs, neque decor, &c. Attamen caro, quandoque quietem habuit, ſaltem in ſomno: quandoque & gloriā, in monte Thabor. Anima vero pars illa miſera fuit, q̄ nunq̄ quieuit: ꝑpetuis doloribus, pauoribuſque ſubiecta: vt enim fuit ſemper adulta, & prudens, ſemper agnouit Dei patris offenſam: & pro ea diluenda, parata ſibi ſupplicia, quare & in ipſo Monte ſancto Thabor in media carnis gloria, de exceſſu hoc ſuo cum prophetis loquebatur. Ita & decebat partē hanc, & prius, & amplius torqueri, quando & in nobis anima eſt culparū prior & potior cauſa. D. Tho. Et ſi non patitur ſecundum omnes potentias animæ: tota tamen anima ſecundum eſſentiam paſſa eſt, omnes etiam potentiæ animæ & ſi non ſecundum obiectum paſſæ ſunt (non enim pati poterat portio illa, quæ Deo fruebatur ratione obiecti beatificantis) patiebantur tamen omnes ratione ſui ſubiecti ideſt ratione eſſentiæ in qua omnes radicantur; ſemper igitur, Anima iſta benedicta afflicta eſt nunquā fugere, nunquā latere, nunquā ſua declinare potuit martyria; Hęc tñ Nox fuit, in qua data eſt ꝑtās tenebrarū rectoribus: quare in hac exercita, & impetita eſt victima hæc vſque ad ſui emiſsionem, qua à cariſsimo corpore direpta eſt. Adde quòd anima iſta ſeipſam adflixit ex virtute. Tum quia potuit impedire mala, & noluit: tum quia corpus in ſuo robore conſeruauit vſque in finem, vt tanto magis pateretur. Nunc iuuat dolores eius ſecundum loca varia, & occaſiones duriſsimæ noctis huius prætereundo, vt poſſumus numerare; Audite dicentem il-

lum.Suſtinete,& vigilate mecum,Pri
mò In cęna,dolet ſup caſu Iudæ apo
ſtoli ſui,reuelat Ioanni: ipſummet,
per bucellam oblatam compellat;
monet ſecreto,ne confundat; cor
pus illi ſuũ ſacratiſsimum dat in ci
bũ.Et nihil mouet.vrget Diabol' ad
conceptum ſcelus:Patitur cor Chri
ſti, parat adhuc remedia, vt ipſo
crimine dum prodit, ad ſe reuo-
cet. Amicum compellat; admittit
oſculum; proditionis taxat: verbo
proſternit:omnia vana:epiſcopatum
eius accipiet alter. Ita ſed tamen hic
perditur: habet, Chriſtus in cœ
na vndecim amicos, & proditorem
vnum,& tantum dolet, quantum do
lere debet inter eos, vbi habet pau-
cos amicos, & proditores innume-
ros,vnus ille pdidit, quid faciet tot?
Secundò, in via ad hortum,dolet ſu-
per ſcandalo Diſcipulorum, quòd
percuſſo paſtore fugient: paſtorem
relinquent:& ꝙ peius eſt, animo de-
ſerent patientem. Polliciti olim ſunt
Ioan.11. maria,& montes fidei,& amoris:om
nia vana:dixit Thomas:eamus,& mo
riamur cum eo; Nunc primus om-
nium fugiet. Vltimus redibit: Dixit
Luc.22. Petrus. Paratus ſum tecum etiam in
Ioan.13. mortem ire, & adhuc reperit. Ani
mam meam pro te ponam: Nunc &
cum cæteris fugiet,& peius aliquid
faciet.Hæc omnia ſcandala torquēt
animum Chriſti. Tertiò, ingreſ-
ſus hortum, vt reſpiret,hic quoque
affligit eum ſomnus diſcipulorum,
& præcipue Petri.ſcit enim ille quan
tum noceat ouibus paſtorum ſom-
nolentia. Hic quoque turbat eum
oſculum Iudę,non enim ferre poteſt
fictam religionem,ſub cuius prætex
tu proditur ab hypocritis. Turbat
inſolentia Petri, quòd educit gla-
dium, & tueri vult; & ob hoc ſer-
uum pontificis percutit; ac ſi liceat
calicem patris renuere. Turbat potiſ
ſimum fuga,& ſcandalum diſcipulo-
rum, vtcunque enim deſerant corpo
re, hoc nihil eſt: at animo, & fide
cadunt,hoc premit. Non ſatisfacient
huic fugæ, donec ipſimet mortem
pro Chriſto quærant. Quartò, In do
mo pontificis turbat Chriſtũ, quod
Petrus à longe ſequitur, qui fue-
rat omnium intimus: Sequitur Pe-
trus à longe,vt videret finem.hoc du
bium de fine, oh quot remoratur, à
longe. ſi crederemus finem vitam
æternam,eſſemus prope. Ingreditur
domum pontificis fauore alieno, at
ſic ingredi in eccleſiæ munera, peri-
culum eſt, quando fauores,non me-
rita ducunt: ſtat cum miniſtris circa
ignem, Cum eis communi igne
calefit. At ſic Prælatis facile eſt ne-
gare Chriſtum, vbi ſocij fiunt curia-
lium,& miniſtrorum, & communi-
bus concupiſcentijs vtuntur. Tan-
dem cadit Petrus, negat, iurat, ana-
thematizat:percutit cor Chriſti, qua
re & ſtatim ad iſtum dirigit oculos,
quaſi percuſſus, oculis addit vocem
galli,vt fortius tangat. Ibidem premi
tur, dum ob iuſtam defenſionem
doctrinę ſuę percutitur:eſt enim ſum
mus veritatis præco, & protector:
Amplius dum ob primam omnium
veritatem; qua ſe filium Dei teſta
tur,in qua ſalus, & vita mundi conſi-
ſtit; videt quaſi ad blaſphemiã horre
re omnium aures: Videt non tã ſe, ꝙ̃
veritatem, ſummã veritatem dam-
nari,hæc eſt mundi ruina. Pontificẽ
cuius erat prima veritatis defenſio,
ſcindere ſibi veſtes; indicans ſe mox
ſacerdotio ſpoliandum, atque ob
eam potiſſimum veritatem ſe dam-
nari, vt mortis reum. Quintò. In
atrio Pilati affligit potiſſimum Falſa

delatio Iudæorum, quòd ſeducit turbas, quòd commouet Galileã, quòd regem ſe facit. inſultatio militum, regnum eius ſanctiſsimum deludentium, leuitas iudicis, huc illuc inclinantis. Et tandem ſcelerata hypocriſis, qua pro roſtris manus abluit impuras, quas nec mare totum ablueret, ſicque innocentem ſe ſceleris facit. ſæpe enim ſic ſub falſa ſpecie pietatis proditur etiam à iudicibus, & magiſtratibus. Sexto In monte caluariæ, quaſi in macello corporis, & animi; dolet ſuper intempeſtiua mulierum compaſsione; Super impænitentia Iudæorum adhuc inſultantium. Super latrone à ſiniſtris eum blaſphemante, & deſperante. Super tenerrimo matris pectore, cuius animam videt trãſfixam, in cuius ſpiritu numerat omnes paſsiones ſuas quibus & ſuũ martyrium longe acerbius redditur. Septimum. At Suprema, & maxima pœnarum omnium, quas anima Chriſti patitur, ea eſt, quam in congreſſu ſui, & patris ſentit. hic enim in tantum premitur, vt prima vice in horto, cadat in agoniam, & ſanguine totus perfundatur, vſque ad deliquium; quare velut mortuus cadit: in ſecunda autem dum in cruce ad eũ ſe conuertit, & ab eo ſe derelictũ percipit; quaſi inter inferni pœnas aret; clamat ſe cõſumatum, & tandẽ nequiens tantam deſolationem ferre, animam efflat; morteque corporis mortem animę terminat. ingreſſus igitur villam Getſemani, & hortũ illũ amarũ, ad tãtam luctã quaſi harenam deſtinatum, Cœpit pauere, tædere, contriſtari, & mœſtus eſſe, his omnibus verbis vix potuerunt euangeliſtæ tempeſtatem, & procellam hanc explicare. Tum ſecum accipit ſolitos ſecretarios tres, quos aliàs ad ſuæ gloriæ, & maieſtatis guſtum admiſerat, atque iō firmiores, Petrum, Ioannem & Iacobum: illiſque ſuam intimam crucem reuelat. (Matt. 26.) d. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: extenſiue, quia ſola mors finiet: intenſiue quòd ſola mors tantam anguſtiam ſuperat; Et fortaſſe mortem induceret, niſi aliunde ſuſtineret Diuina virtus, martyrem hunc ſuum ad duriora exercitia conſeruans. Oritur autem tanta iſta animæ triſtitia, ex duriſsima lucta, & bello quodam ciuili inteſtino, quo in Chriſto diſcrepat caro à ſpiritu; quin & in ipſa aĩa, portio inferior annexa ſenſualitati. a portione ſuperiori annexa iuſtitiæ: & hoc ſuper calice amaro mox bibendo. Augetur deinde, cum ad patrem ſe conferens, & prolixius orãs nõ auditur, qui tamẽ olim dixit. Scio quia ſemper audis me: (Ioan. 11.) Et rem perpendens ſentit ſibi Deum iratum, propter ſcelus populi ſibi impoſitum: atque ita dira & dura omnia ſuper ſe meditari, tanquam ſui honoris inimico. Vah quam dura eſt iſta patris ira filio dilectiſsimo, in quo vno ſibi complacuit pater. territus ergo & confractus impetu Diuinæ iræ; concidit in faciem, agonizat, extrema mortis diſcrimina paſſus: ſudat ſanguinis guttas decurrentes in terram: Et ſub hac miſera imagine ſtat Dei filius ante ora patris proſtratus, ſanguine perfuſus, & intus in anima ſuauiſsima patris ira transfixus, agonizans, & mortis dolores ſine morte, ex ſola mortis imagine præmeditata deglutiens: Horrendum eſt incidere in manus Dei viuẽtis. Vis iſta mortis oritur primo, quia adhuc viua eſt mors. ſecundò, quia martyr eſt deſolatus, ſibi dimiſſus. cæteri martyres luctarunt cum

morte mortua:& Dei auxilio ſuffulti. In cruce verò, ſeſe expeditus, ab inimicis,& amicis,& Matre ipſa, cuius aſpectu contritus eſt: ad patrem ſe recipit,& Deitatem, vt reſpiret. Et ecce non inuenit,nõ ſentit,ac ſi nullibi Deus ſit;Audit Iudæos inſultantes: confidit in Deo, liberet eum ſi vult. Euge,euge, vbi eſt Deus tuus? Hic planè deſolatus, inter dolores inferni, quorum maximus ille eſt, quem damnati ſentiunt ex Dei conſolatoris abſentia: exclamat magna voce; tum quia vehemens dolor eſt, tum quia Deum abſentem alloquitur Eli, eli, lamaſabachtani.Eli, Eli: ego nunquam te dereliqui, cur tu me? Reſpond.pater, vt ſic appareat quanta eſt mundi iniquitas.Ego omnia, & meipſum dereliqui propter te.cur tu me? Reſpondet pater. Ad tempus,vt tecum ſim in æternum cũ tuis,ſi cæteri dereliquerunt me;nihil eſt,quia ego in eis non ſperaui At tu ſpes mea,cur ſic dereliquiſti? teſtantur Iudæi,ſperauit in Deo, eripiat illum.Tibi derelictus eſt pauper. Dolet quòd pater (quem patrem non vocat, non enim patris in hoc officio fungitur) deſeruit patientem, qui tamen cæteris omnibus martyri-
Pſalm. 90. bus præſto eſt,qui & dicit,Pſal.Cum ipſo ſum in tribulatione. qui Iſraelem in fundo maris,Ioſephum in ciſterna: Danielem,Ionam,pueros Babilonicos inter mortis fauces non deſeruit.Dolet,quòd Deitas ipſa ſua perpetua conſolatrix, & beatrix humanitatis ſuæ, ſe ſubduxerit, vt in animam contritam non influat. Ita inquit Ambroſius, oportuit vitam cedere morti aduentanti, alioqui mors non auſa fuiſſet contingere, quem vita palã.i. Deitas protexiſſet. Hi vero ſunt extremi dolores illi, de quibus pſalm. Dolores inferni circundederũt me:Et non eſt retractio iſta diuinitatis in Chriſto, ſine miraculo.Mortem in ſe non habet Chriſtus,quia non habet mortis cauſam, quod eſt peccatum; ab extra habet peccatum:ab extra etiã venire oportet mortem:non ſua ſed aliena morte & violenta opprimi debet, quia etiam non ſuam ſed alienam mortem ipſe moriens perimere debet: vt ergo externa mors accedat à vita.i.Deitas ſe retrahit.Ita.D.Tho.3.p.q.46.art.3.ad ſecundum. Hucuſq; tamen peccata noſtra innocentiſſimam illam animam traxerunt,vt beata,damnatorum,& inferi pœnas experiretur. Et hæc ſufficiant de paſſionibus corporis, & animæ. Nunc ad excelſas illas patientis cogitationes pertranſeamus.

Tertia. De his quæ Chriſtus patiẽs cogitauit coram patre.

Tertiò.De Tertiò. Chriſto,inqt Apoſtolus,in carne paſſo,& vos eadẽ cogitatione armamini. Paſſus, eſt & prudens,& ſciens;magnis, & nobilibus cogitationibus,paſſiones ſuas ſuſtinuit,& regulauit, tũ coram oculis patris Dei, Tum coram oculis mundi; vt vtrobique cum honore & fructu pateretur. Corã patre, vt plenus merito quæſiuit ex hoc ſuo martyrio duo potiſſimum conſequi:ſibi ꝓmiſſam gloriam, & exaltationẽ. Eſa. Eſa. 33.
Si poſuerit animam propeccato &c. Pſalm. 109.
De torrente in via bibit propterea Pſalm. 2.
exaltauit caput: Et Paulus ad Philippenſes propterea exaltauit illũ Deus & dedit illi nomen &c. Et ipſemet: oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriã ſuã:Nobis verò,& credẽtibus om

bus omnibus pacem, gratiam, & gloriam. Coram autem oculis mundi ſe ſe componit, vt ſit in exemplum, & normam virtutis: Deinde quaſi è cathedra Salomon aperiat in ſeipſo, velut in libro expanſo, & dilatato theſauros ſcientiæ, & ſapientiæ Dei, qui ſunt in ipſo. Vt vi amoris, & ſanguinis ſui moueret & traheret ad ſe hominum corda, ac participes ita faceret ſuorum meritorum. ſicque cogitationibus ſuis, noſtras inſtituat, & informet. Duo hæc tantum expediemus, & finiemus.

Vt ſint Chriſti paſsiones coram Deo patre meritoriæ, duo cogitat, primum vt ſint omnes ſine peccato; tentatus quidem per omnia ſit in ſimilitudinem fratrum, ſed omnia perferat innocens, & ſine culpa: Ita enim decebat ſanguinem qui per ſemetipſum introibat &c. Secundò vt ſint ſecundum formam virtutis toleratæ: ſunt autem innumeræ virtutes, quas adhibet ad ſic ornandas, & honeſtandas paſsiones ſuas: quatuor tamē ſunt potiſsimæ, quæ quatuor etiam potiſſimum locis declarantur: Obedientia Patris in horto. Conſtantia animi in domo Cayphæ. Innocentia in domo Pilati. Charitas in monte caluariæ. Prima ducit in harenam. Secunda exercet: Tertia iuſtificat. Quarta conſummat.

Primò; Obedientia patris prima eſt, in quam totus intendit. Atque ne hanc violet, quam primum in horto tentatur, triſtatur, pauet à calice ſumēdo, ſtatim ad patrē ſe recipit. D. Thom. q. 47. ar. 2. Ita decebat Ro. 5. Inobedientiam primi hominis per obedientiam Chriſti deleri. Illa peccatore, hæc iuſtos facit. Ite etiam decebat victimam per ſummam virtutē placere, ſumme autem Deo placet obedientia, quam ſolam ab homine quæſiuit. Ita Paulus Tradidit ſe ipſum ꝓ nobis oblationē & hoſtiā Deo in odorē ſuauitatis, odor eſt obedientia: melior quacunque victima. Et quoniam oratiò amat ſolitudinem, & ſilentiū, ideo ab apoſtolis ſe ſequeſtrat pauxillum. Et quoniam oratio amat humilitatē. Ideo ſtatim ſeſe proſternit, prociditque in faciē. Et quoniam oratio amat conſtantiā ideo bis, & ter prolixius orat; dolore impellēte, & lucta qua torquetur. Et quoniam oratio debet eſſe reſignata ideo expoſita voluntate ſua, quaſi interpres. ſenſualitatis ſtatī corrigit, & eā velut mortuā, nō ſicut ego volo: reſignat in volūtatē patris. Sed ſicut tu vis. Et tāto petu ī cordis facit hāc reſignationem, quòd ligat manus patris, ne ſibi ſuccurrat, volens omnino vt in ſe ſuam tm̄ impleat volūtatē. Ita alibi. Clarifica nomen tuum. Ita ꝙ pater non poteſt ab eo tollere calicē niſi ſuam hāc reſignationem perturbet, iam enim pater ſatis aperuerat voluntatem ſuam de morte filij per ꝓphetas, & ſcripturas quas oporte. impleri. D. Tho. abſolute poſsibile erat hominem ſine hoc calicē Chriſti liberari. Ex ſuppoſitione factum eſt impoſsibile: quia pre ſcientia eius non poteſt falli; voluntas eius non poteſt impediri vel caſſari: paſsio igitur Chriſti, vt ſic à Deo præſcita, & prædeſtinata facta eſt neceſſaria: Ita dicit. Niſi granum frumēti mortuū fuerit, ipſum ſolum manet. Vbi vero certior fit, ꝙ pater ſuū exigit ſanguinē; illico ante oēs clauos, & ſpinas & lāceas; ſeipſo velut excuſſo corde, ſanguinem è venis educit voluntarium, & ſudat per totum corpus; ac ſi dicat ſanguis meus exigitur ad abluenda mūdi pctā? En ſanguis. ſanguis meus

pre-

Ephel. 5.

1. Re. 15.

preciũ, & moneta eſt, qua redimen-
dus eſt homo (En ſanguis &c. Ita iá
ſemel effectus eſt martyr voluntari⁹
ſemel in ſanguine ſuo oblata victima
eſt cor Chriſti:Sacerdos eſt amor:gla
dius eſt zel⁹ Dei;Humilitas eſt mors
Myrrha eſt patientia: ſepulchrum eſt
obedientia.Sic verò reſignatum, &
ſibi mortuum,quàm facile eſt Ange
lo confortare ; vtcunque indignum
ſit, Dominum à ſeruo, Deum ab An
gelo confortari : Et iſtam indigni-
tatem inter alias pœnas patitur
Chriſtus,ꝙ eget ſeruo conſolatore.
Tantum vt verbo vno exponat vo-
luntatem patris,de cuius manu calix
porrigitur.obedientia ſtatim conclu
dit.Tantum vt narret quam ſit calix
hic mũdo ſalubris ſalubris;qñ ſaluád⁹
eſt non per poteſtatem:ſed per iuſti
tiam,& ſatisfactioné,&hæc fieri non
poteſt niſi per indebitũ, & per æqui
ualens. ad quod vtrunque deſtinat⁹
eſt ipſe, D.Thom.3.p.q.48.articu.2.
nõ modo ſatisfacit, ſed ex dignitate
perſonæ,tum ex magnitudine pœna-
rum, tum ex magnitudine charita-
tis qua patitur. obedientia opus am
plectitur. fiat. Tantum vt memo-
ret, implendas eſſe ſcripturas pro-
phetarum,in quibus ſpiritus ſanctus
teſtatus eſt,venturas in Chriſtum af-
flictones: Alioqui quomodo imple
buntur ſcripturæ?Et ob hoc ſtatim
adijcit . fiat . Nouit ipſe optimè
(vt Ioánes dicit) quæcunq; in ſe ven
tura ſunt;nouit omnia in ꝓphetis ex
preſſa;nihil miratur.ſcit omnia:Con
Pſalm. 2. ciliũ Iudæorũ ex Pſalm. Aſtiterunt
Pſalm. 40. reges terræ &c.Proditorẽ ex Pſalm.
Zacc. 11. Ecce homo pacis meæ magnificauit
ſup me &c.Preciũ.ex Zacch.Appre-
henderunt mercede meam triginta.
Pſalm.142. argenteos. Agoniam hanc ex Pſal.
Pſalm. 93. Anxiatus eſt in me ſpiritus meus. Ca
pturam,ex Pſalm.captabunt animam Iob 16.
iuſti.Fugam diſcipulorum. ex Iob. Eſa. 53.
oẽs amici mei dereliquerũt me. Silẽ- Pſalm. 26.
tium ſuũ. Táquá ouis ad occiſioné Eſa. 50.
ductus obmutuit. Falſos teſtes.ex
Pſ.Inſurrexerunt in me teſtes iniqui
Flagella ex Eſa. Corpus meum dedi
percutientib⁹. Sententiam latam. ex
Pſal. ſanguinẽ innocenté cõdemna- Pſalm. 93.
bunt.Crucé ex Sapientia.Morte tur- Sap. 2.
piſsima condemnemus eum. Clauos
ex Pſalm.Foderunt ma.me. & pedes Pſalm. 21.
me:veſtimenta ſciſſa. ex eodem Di-
uiſerunt ſibi veſtimenta mea &c. fel
& acetum.ex Pſal. Dederunt in eſcá Pſalm.68.
meá ſel &c.Mortem. ex Pſalm.Defe Pſal. 30.
cit in dolore vita mea.vulnus lateris. Zacch. 12.
ex Zacch.Videbunt in quem transfi Amos. 8.
xerunt.ecclypſim ſolis.ex Amos. Oc Tren. 3.
cidet tibi ſol in meridie.ſepulchrum
ex Tren.lapſa eſt in lacu vita mea.po
ſuerunt lapidem ſuper me. Hæc &
plura ſi pater iubet,oĩa vult implere.

Secũdò.Quare magno animo ſur
git, & tranſit ab obedientia ad con-
ſtantiam animi imperturbabilem,
quá multis locis declarat. Primò cũ
diſcipulos ſic hortatur. Dormite iá
& requieſcite.ne pauete amplius;ſuf
ficit,prouiſũ eſt ſufficienter, & pro-
placãdo patre & pro ſaluãdo mundo
res in tuto eſt. mihi fidite, ſurgite,
eamus,(nõ enim de ſo .no corporis
loquitur)ecce qui me tradit. Secũdò
cum Iudę occurrit;oſculũ impuri o-
ris, vnde halitus ille infernalis, ex-
cipit:amicum adhuc vocat; quando
ad patris obedientiam promouet:ho
ſtis eſt vitæ ſuæ,amicus eſt cordis, &
obedientiæ ſuæ, quam promouet
ſua proditione. perditur ipſe iam,
& tamen vult illum, ſi poteſt ſalua-
re, quare monet,doctor adhuc.
Tertiò,cum milites interrogat, qué
quæritis.Et ſe prodit magno illo ver
bo.

bo.Ego ſum. Victimā vultis?preciū
mundi &c.ego ſum.Et tanto ſpiritu
infert,quòd ſtatim attoniti cecide-
runt retrorſum.Ipſe tamen ſtat,& nō
ſugit.Quartò,cum ſeſe militibus tra
dit,ſic tn̄ quòd diſcipulos liberat:ſini
te hos abire.Capitur,in manu hoſtiū
eſt;& adhuc imperat.Quintò,cū Pe-
trum volētem defendere, acerbè in
crepat:& aurem Malcho reſtituit; vt
ſcias non eſſe captiuam virtutem,
quæ talia facit.Sextò, cum in domo
Cayphæ,Petrum negantem reſpicit,
& galli cantu monet,percutitque, &
impellit ad lachrymas.Vt qui à petro
didicit peccare; poſsit ab eodē diſce
re peccati pœnitentiam. cur non cō
fitetur Petrus Chriſtum cum Iuda
corā Iudæis? quia nunc tempus eſt
flendi:tempus erit & cōfitendi corā
toto mundo, nunc tota confeſsio
Chriſti eſt. Septimo,cū interrogatus
de doctrina. Tā fortiter eam tuetur
vt Miniſtri tantam audaciam non fe
rant;ſed percutiant d. ſic reſpondes
pōtifici? Octauò.Cum interrogatus
de ſumma veritate, an ſit filius Dei.
n onmō aſſerit, ſed exaggerat d.vide
bitis filium hominis venientem in
nubibus cœli,qua audacia ſic frangitͬ
pontifex,quòd veſtes ſcindit ex rabie
ſignificans mox à ſe tollendum eſſe
pontificatum.Nonò.cum damnatus
morti, ſedet illuſus inter ſatellites
Diaboli;tanto animo, vt ne verbum
audias. Sanſon', & Saul potius mori
voluerunt, quàm ſic illudi: Animus
hic ferreus omnia tolerat;ac tantum
lumen ex oculis vibrat, vt nō poſsint
illuſores ſuſtinere;quare velant faciē
inde percutiūt:ipſe conſtans & infra
ctus, auidior ipſe ad ferendas, quàm
impij illi ſint ad inferendas iniurias:

Tertiò.Innocentia tertiò declara
tur,tum in domo Cayphæ, ex falſis
teſtibus qui requiruntur, ad obſcurā
dam veritatem.'veros enim non ha-
bent.Tum in domo Herodis vbi ad
hanc ſignificandam,veſte alba indui-
tur.Tum maximè in domo Pilati;vbi
omnia clamant, vt Chriſti innocen-
tiam teſtētur. Vxor ipſa Pilati iubet
vt vir abſtineat à Iuſto. Pilat' deinde
multoties vocat eum innocentem;&
teſtatur, quòd nullam in eo cau-
ſam mortis inuenit: Multis etiam
modis conatur eum eripere à morte
Ob hoc proponit de dimittēdo reo
in Paſchate. Sed impij illi,petunt ba-
rabam homicidā,Authorē aūt vitę in
terficiunt. Ob hoc mittit ad Hero-
dem,quaſi Galilæum,vt iudicium de
clinet:ob hoc tandem flagellat,& ca-
ſtigatū oſtendit.d.Ecce homo Ecce
natura ipſa tota humana, quam re
fert:quā in collo portat,quā ſuſtinet
Martyr hic, & agnus innocens. En
exēplū ſummæ iuſtitiæ, hō peccauit
hō patitur. hō victus eſt à Satana:hō
Satanā in iudicium trahit, & ſpoliat:
hominis cauſam homo tractat:homi
nis culpam hominis, nō vitulorum,
aut hyrcorum expiat ſanguis. Hō vi
ctima:hō ſacerdos eſt. Ita Aug.4.de
tri.c.14.ſed clamāt impij crucifige,
crucifige. Tum ſedet Hypocrita, &
manus abluit ſacrilegas, teſtaturque
ſe innocentem à ſāguine Iuſti huius;
ſicque iuſtum condemnat; quod eſt
ſeipſum corā Deo, & hominibus dā-
nare.Tota maris aquas īpias iſtas ma
nus ab hoc ſanguine non lauaret.Sic
que remanet Chriſtus declaratus in-
nocens,&tamen damnatus ad crucē
cur ergo ſic? oblatus quia voluit,cur
autem? quia dilexit.

Quarto.Hæc illa vltima virtus eſt,
quam poſtremo declarat in monte
Caluariæ atque in cruce potiſsimum
quaſi Salomon è cathedra, docens:
Hic

oculis omnia agit, & tractat apud oculos filij; ſicque luce fixa in filij luces, reliquias vitæ dilecti ſui lambit, & in ſe recipit: tum filius in oculos matris intuens, oculos oculis infigit: & ſunt amãtium oculi, qui ſe mutuo feriunt, & conſolantur: mutuo colloquuntur, mutuo cõqueruntur. Mors claudit Chriſti oculos, amor aperit, tandem languentes, & morientes, in ipſis matris oculis relinquit, quaſi in amato ſepulchro. illa recipit, retinet, amoribus omnibus intumulat. Ardet interea fornax, nil amplius ſentit, niſi amoris flammam, qui o ſicut cera liqueſcit, quare clamat Sitio. Non torquent claui, ſpinæ, crux, ſola ſitis animam hanc æſtuantem affligit. Hic enim proprius locus eſt, quo victimã vrit amor Dei, & mundi: ſitis eſt corporis, ex quo totus effluxit ſanguis. totus humor. Aruit tanquam teſta virtus mea: date aquam, date areſcenti vt bibat, date ad minus pro ſanguine aquam. Sitis maior eſt animi optãtis omnia pati pro Dei patris honorè, etiam plura ſi poſsit; Amor non vincitur tantum vt iuuet, vt mundus in eo ſit ſaluus, hoc maximè ſitit, Quantum profecit in cruce, à principio rogabat, tranſeat calix, nunc tantum bibit de calice, & adhuc ſitit. Timet ne opus ſit imperfectum optat fundum, vt poſſit tuo dicere, conſummatum eſt. Tum crudelis illa vinea, dat labruſcam pro vua; acetum, pro vino. Ita mutata eſt, ita ex vino acetum, mutauit palmas, & oliuas in clauos, & ſpinas: Applauſus, in inſultus: benedictiones in blaſphemias. Merito reprobat, non enim iſte calix eſt patris, ſed Satanæ. Et quando ſic deſtituit, vt tanta ſitis nullum habeat refrigerium, ſiti & amore conficitur quare vale faciens mundo exclamet. Conſummatũ eſt. ò Iudæa, functus ſum apud te munere meo, monui, vocaui, verbis, & factis volui congregare. Iam opus tantum eſt expeditum, fruſtra alium quæres conſolatorem. ò Mors, ò culpa, ò Satan: conſummatũ eſt regnum veſtrum; hæc mea mors vos interimit: deleto chirographo &c. ò Lex, ò vmbræ, ò victimæ legales. Cõſummatũ eſt opus veſtrum, tempus ſpirauit: vnica hæc mea victima iam ſufficiet. vnica hæc conſummat ſanctificatos in æternũ. ò Mater cariſſima, ò diſcipuli, ò amici, valete, iam contrita ſunt omnia oſſa mea, iam conſummatũ quicquid in me ſpiritus, & vitæ fuerat, non eſt cur amplius me retinere velitis. ò Pater ſanctiſſime, conſummatum eſt opus meum; calicem bibi, non eſt quod præſtem amplius, niſi tu plura iubes. Ecce ad te venio. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Nunc iam deeſſe non potes martyri tuo, filio tuo, Matrem diſcipulo, veſtes dedi militibus: ſanguinem terræ, corpus relinquo amicis ad ſepulturam: Tibi vni commendo ſpiritum: Ad te hic reuertitur in fontem ſuum; Tu ſuſcipe, tu infinitos dolores in teipſo compenſa. Verbum hoc ſit familiare nobis, vt in fine lingua ſic aſſueta, ſeſe commendet Deo, & cor. Et inclinato capite. Ita religioſe, & reuerenter ſeſe componit ad mortem amoroſam. caput cœleſte inclinatum eſt, & propitiatum; caput Chriſti Deus: caput inflectit ad nos, vt ſemper ſic inſpiciamus, è cruce ad nos conuerſum, & inclinatum, vt exaudiat, vt protegat, vt iuuet: ſicque humero innixus quaſi dormiturus: Expirauit. Emiſit ſpiritum: tradidit ſpiritum: Nõ rapit pa-

pit pater animam Chriſti, ſed de manu eius accipit hoſtiam volũtariam: his omnibus verbis euangeliſtæ mortem Chriſti enarrant: & ſunt delecta verba, ad ſignificandam mortem voluntariam, & ſpontaneam per verba actiua. Expirauit, expiratio eius noſtra eſt inſpiratio, emiſit ſpiritũ, quaſi columbam ex Archa, redibit cum ramo oliuæ, ac primam vocem emittet pax vobis, Tradidit ſpiritum. alio qui vitam cogere mors non poterat, niſi vita ipſa ſe extinxiſſet: Pater animam recipit, primam hanc, & primo genitam: cœteræ ibant ad limbum, ad purgatoriũ. hæc prima præuenit ad manus patris, ac viam cæteris ſternit, & portam ſalutis aperit. Sicq; remanet ſacrũ Chriſti cadauer in cruce ſine ſpiritu, nõ tamen ſine amore, adhuc eſt vnde amet, amoremq; exerceat, vt fortior eſt morte Amor. Suſcepto ergo de manu militis quinto vulnere, quo apertũ eſt illi latus; ſtatim amor prodit; & reliquum ſanguinis emittit; additque aquam ſanguini, vt ſciamus ſanguinem hunc ablutum, & purum eſſe. vulnus hoc recipit Chriſtus inſenſibiliter, nam extinctus eſt; Anima matris in eo dolorem ſentit, ac transfigitur. ſicque partitur damna cum Matre. Ignominiam excipit filius: dolorem ſuſtinet mater; ſed & mater ſanguinem hunc & aquã recipit: nihil huius habet Iudæa. Totum recõdit mater in vſum eccleſiæ, ſponſæ filij. Et hinc ſponſa conficit ſibi ſacramenta, ſicque è latere dormientis viri egredietur. ſanguis dat meritum, aqua dat elementum. Sanguis dat preciũ, aqua dat miniſterium. Ita pendet iam inter cęlũ, & terram, vt olim ſerpens æneus, victima noſtra extincta, ſine ſanguine, ſine aqua, ſine ſpiritu, plena meritis, & virtutibus, & actibus. vt oblata, propitiat iratum Deum, vt voluntaria, meretur, & gratiam, & gloriam, vt pęnalis, æquiualens ſatisfacit pro pœnis debitis, vt precium, redimit à culpis, vt exemplaris, inſtituit mores, vt amoroſa amor trahit ad ſe omnium corda, vt eleuata trahit ad ſe omniũ oculos. Reſpicit pater è cœlo, & probat, & placatur. Reſpiciũt Angeli & amare flent. Reſpicit ſol & ecclypſatur. luna & confunditur. Reſpicit Centurio, & adorat Dei filium. Reſpiciunt Iudæi, & ſubſanant: & eius ſanguinem ſupra ſe, & filios imprecatur. ſed videbunt in quem transfixerunt. Reſpiciunt ſaxa, & præ dolore franguntur. Vos; ó dilecti è terra reſpicite, & leuate capita; En facta eſt redemptio veſtra. Ecce agnus Dei &c. omnis qui videt, & credit in illum non confundetur. Omnia verò amorem Agni obedientis, conſtantis innocentis, redolent, omnia teſtantur excelſas illas animi cogitationes, quibus corde alto aſcendit in crucem, vt non modo ſine peccato, ſed infinito cum merito pro nobis, & pro ſalute mundi ſeſe ſtatueret coram Diuina miſericordia. Hæc cogitauit ille, hæc prudenter & perfecit. Nunc tandem videamus, quid nos viciſſim hoc loco, coram ſcilicet hac tanta victima pro nobis pendente, cogitare debeamus:

Quarta. De his quæ homo coram Chriſto pendente cogitare debet.

Quartò. Chriſto in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini.

Ita decet patienti adeſſe Domino; & cogitantem, cogitationibuſque ſeſe armãte imitari, vt nos quoq; pruden ter & ſapiẽter cogitemus, & armemur aduerſus ſcandala crucis, tũ eius, quã ille patitur: tum eius, quam nos pati contigerit. Cum autem ille in cruce ſeſe ita expanderit, & dilatarit, quaſi apertum librum, diſcamus & formemus in eo cogitationes, & cõſilia cordis noſtri: ſunt enim in eo theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi, at in cruce eleuatus omnia patefecit, vt doceremur. Ita teſtatur Paulus ad Corin. ſe nihil inter eos ſcire, niſi Ieſum, & hunc crucifixum: in quo ſcilicet conſiſtat ſtudium, & doctrina ſummæ ſapientiæ: Miratur ad Gal. ò Inſenſati, quis vos faſcinauit, non obedire veritati; ante quorum oculos præſcriptus, & crucifixus eſt Ieſus. Altum hoc ſtudij, & ſapientiæ genus tractamus nunc, quo arte Chriſtum in cruce ſuſpenſum, & in aere eleuatum ſtantes proficiamus: & continet capita quam plura ſcientiæ eminentiſsimæ. Primum, quo ipſum Chriſtum diſcernimus, vt Centurio, quam primum cruci affixit, clamauit vere hic filius Dei erat: Nos quoque in eo ſummum hic virtutis agnoſcimus; quæ ſit latitudo, & longitudo; ſublimitas, atque profundum: Supereminentem etiã ſcientiæ charitatem. Summam in eo religionem, & reuerentiam pro qua exauditur à patre. Summam paupertatem qua nudus, omnia mundi bona negligit. Summam animi quietem, qua introiuit in ſancta, æterna requie inuenta. Summã amoris vim, qua exaltatus à terra traxit ad ſe omnia. quo argumento verè ſe probauit filium Dei; Secundum; quo Dei patris virtutes potiſſimas diſcernimus, & adoramus in Chriſto ſic mactato, plusquam in glorioſo. Potentiam patris, qua ſic per infirma mundi confundit fortia. Creauit mũdum verbo virtutis: eduxit Iſraelem de Aegypto: ſed in manu potenti, & brachio excelſo. Hoc nouum potentiæ genus eſt, qua omnia ſubiugat per infirmitatem, & ſubiectionem. Magnificentiam patris, qua filium dat & cum filio omnia: pluſquam ſi creaſſet nouos mundos. Tunc enim creando nihil dat de ſuo; ſaltem nihil ex ſe: omnia facit ex nihilo. Hic vero è ſinu ſuo, & ſuamet ſubſtantia, dat filium. Miſericordiam Patris erga peccatores: pluſquam ſi à principio remiſiſſet culpam; quando per ſanguinem filij redimit: ſine hoc ſanguine non poterat tanta miſericordia declarari, ò neceſſarium Adæ peccatum, quod Chriſti morte deletum eſt. Iuſtitiam patris contra peccatum, quod ſine ſanguine, & morte filij non relaxat: Plus hoc eſt, quàm ſi totum mundum damnaſſet. ſic enim ille merebatur. At hic damnat iuſtum, & innocentem filium, atque in eius ſanguine mundum lauat, vt viuat: lauat & ſeipſam diuina iuſtitia vt ſaturetur: lauat oculos, ne culpam videat: lauat manus ne vlciſcatur; lauat cor ne odio habeat peccatores. Tot virtutes in Deo ex vna hac Chriſti cruce cognoſcimus Tertium. quo animam ipſam noſtram, huic crucifixo componentes diſcernimus. Primo, quòd immortalis eſt, quãdo pro ipſa moritur immortalis. Secũdò, quod ſpecioſa eſt, abluta hoc ſanguine, quo nihil pulchrius. Dilectus meus candidus, & rubicũdus. Tertiò, quòd magni pre-

Margin notes: 1. Cor. 2. — Gal. 3. — Ephe. 3. — Cant. 5

cij, quando tali metallo redempta eſt, non auro, & argento, ſed precioſo ſanguine agni immaculati. Quartò, quòd ſpes habet excelſas, & eminentes, quando tali mediatore ſeſe erigit ad ſuperna: talem non habent Angeli; Quartum, quo mundum ex hac cruce diiudicamus, & cõ uincimus vanum, quem Dei filius deſpicit, & condemnat: Cœcum qui tantam lucem non diſcernit: Crudelem, & ingratū qui talem benefactorem ſic afflixit: pertinacem, qui tanta ſanguinis copia non emollitur. Quintum, quo peccati pondus diſcernimus, & leuitatem: pondus ſi ſine hoc ſanguine expenditur, tantum enim diſplicuit peccatum Deo, vt maluerit filium mori, quàm peccatum viuere: mortuo vero filio, & eius morte in ſtatera poſita velut peccati precio ſtatim leue, & nullum fit. Si ergo Satan prouocat ad peccandum, memento, quòd ſine Chriſti morte peccatum tolli non poteſt: quare ſi peccas, iterum crucifigis. Si vero poſt culpam commiſſam, Satan obijcit culpæ grauitatem, vt deſperes: Memento mortis Chriſti & oppone precium. ſicque aſsidue in crucem hanc meditantes', & proficua cogitantes, futura peccata vitemus; præterita deleamus.

His optimis cogitationibus, ò chariſsimi Adeſte iam, tollite oculos, erigite animos; Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi'. Agnus innocens eſt hic, datus à Deo: cæſus à Deo; probatus à Deo: Caput hoc inclinatum, pacem dat, & pacem petit. Manus hæ dilatatæ omnes ad cõplexum vocant. Sanguis hic validus melius clamans, quã Abel clamat. n. & impetrat miſericordiam; & pacem his qui longe, & his, qui prope. Qui eget pace in conſcientia, petat hinc: qui pacẽ dare inimicis neſcit, diſcat hic, & oret hic. Qui corã Deo neſcit ſeſe aliter ſtatuere vt impetret miſericordiam, victimam hanc interponat. Qui neſcit alibi conſcientiam exonerare, coram hoc agno ſeſe proſternat, & dicat. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis. Agnus Dei qui tollit peccata mundi: Parce nobis Domine. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Dona nobis pacẽ: Pax & benedictio Dei omnipotentis deſcẽdat ſuper vos, & maneat ſemper vobiſcum. Per Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum. Amẽ.

Habita Neapoli. 1569.

ANNOTATIONES IN PASSIONEM Domini.

Quam potiſſimum in horto ſuſtinuit:

Altum negocium præ manibus habet D. N. Ieſus quo reconciliet ima ſummis: humanitatem ſcilicet Diuinitati. Vtrinque difficultas eſt maxima. Et tamen agendum eſt. Humanitas lapſa eſt, in lapſu per 4. millia annorum confirmata, incur Pſal. 68.
uata vſque in finem, in limo profundi, inquit Pſalm. ſeipſam erigere Iob. 14.
non poteſt, etiam ad bonam cogi Ioan. 5.
tationem. Iob. Quis poteſt facere de immundo mundum? Hominem non habeo, inquit paraliticus, qui mittat me in piſcinam Et tamen erigendũ eſt ab inferis ab cęlos. Diuinitas

tas irata, & per 4. millia annorum cō tinuit in ira miſericordias, in ira quidem infinita, & iuſtiſſima à qua iuſtitia deflecti nullo modo poteſt, aut vult, niſi recompenſata. Et ad compenſationem deſtinata eſt tota Chriſti vita, quicquid è cœlis detulit, quicquid in terris acquiſiuit, & vitam & merita. Vno hoc precio dato componi res poteſt. Nouit omnia Chriſtus à principio, fuit enim caro infans, &, tenera, nunquam fuit anima infans, quin omnium gnara & præſcia, ſciens, inquit Ioannes, omnia quæ ventura ſunt. Tantum opus iam per integros triginta tres annos verſatus eſt animo; vt compleret. Et ſciens, quoniam iam venit hora, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem, ſeſe ad extremum opus accinxit, Cœnam ergo inſtituit, qua & Paſcha Iudaicum terminauit, & nouum nouo agno. i. ſeipſo immolato incruenter inſtituit: Et diſcipulos, atque adeo eccleſiam ſuam ſeipſo pauit, tum vt pignus amoris ſui relinqueret: tū ad inſtantia pericula firmaret. Exemplum quoque profundæ humilitatis in ſeipſo dedit, vt paratum ad extrema ſubeunda intelligerent; atque eum in humilitate imitandum potiſſimè ſcirent. Verbis, & factis præparauit, vt inſtātem ſibi mortem bono animo ferrent. Proditorem ſollicitauit ad opus. Tandem hymno dicto. i. gratijs Deo patri habitis, non tantum pro cibo & cœna, quantum pro hac voluntate, qua ipſum ad tantum opus deſtinabat: quam ſcilicet voluntatem reuerebatur, & velut precioſam religioſe complectebatur, Paratus ad omnia dixit ad amicos diſcipulos, iam enim proditor vrgente Diabolo, exierat. Surgite, eamus hinc. Non dixit, Surgamus, quia ipſe non cecidit, non enim animo conſternatus, non turbatus, vt illi, qui audita proditione, omnes turbati ſunt. d. Nunquid ego ſum Rabbi, & ſeſe inuicem obſeruabant. Non dixit. Ite, ſed eamus, quia totus mundus ſine eo non ſufficit ad opus, quod molitur. Socios quidem habere vult, vt teſtes habeat vt etiam ad ſimilia ferenda diſponat. ſed tamen Ductor ipſe eſt, velut Angelus olim per deſerta Exod. Eamus verbum audax, amoris, obedientiæ. Hinc. Non eſt apta Hieruſalem, curia Herodis, aut Pilati, ad implendam patris voluntatem. Exeundum ergo: Et non eſt exitus Chriſti, iam amplius non redituri, ſine magno Hieruſalē damno, de quo olim dicit. Relinquetur vobis d. v. deſerta. ita teſtatur Ioſephus ſub ipſo excidio Hieruſalem, auditam eſſe vocē clamātem ſæpius in templo, & d. Migremus hinc. Non eſt etiam locus aptus libertati diſcipulorum: vt eos proditor, & cohors Iudaica īueniat & opprimat inter parietes, vt fugere nequeant, ideo ducit ad vias latas. Non conuenit etiam, vt qui nuper paſti ſunt cœna dominica, verſentur inter negocia Hieruſalem, inter delitias curiales; vt noſtri ſolent eadem die ludere, fabulari, vagari &c. Chriſtus ducit ſuos ad montem Oliueti, ad locum orationis, & ſolitudinis. Ita præcedente Chriſto exeunt diſcipuli, & locum mutant. Sine eo nō eſt tutum. Sollicitat quidem diabolus ſeruos Chriſti, vt mutent loca, oratoria, religiones, quandoque ad laxiores, quod non fit ſine præcipitio manifeſto. nemo mittens manū ad aratum, aſpiciens retro &c. quandoque ad æquales, quæ manifeſta leuitas eſt, & animi fractura: quandoque

Ioan. 13. | Exo. 13. | Matt.

que etiam ad arctiores, ſic tamen vt agnita capitis inconſtantia ſperet poſſe reuocare à propoſito ad apoſtaſiam; aut ſub prætextu infirmitatis:aut ſubueniendorum parentum; aut negociorum ſeculi: Vere dicit D.Bernardus, planta quæ ſæpe mutatur de loco ad locum, facile areſcit, vtcunque ſit terra bona: Si ergo mutandus locus eſt, ad meliora:ab Hieruſalem ad montem olineti, non fiat ſine Chriſto,ſine conſilio maiorum, ſine ductu ſpiritus ſancti. Ita expulit olim ſpiritus Chriſtum ad deſertum. Tranſit ergo torrentem Cedron. Ita olim Dauid fugiens ab Abſolone. Non poteſt perueniri ad montē Olíueti:vbi oleum gratiæ, & miſericordiæ percipitur,ſine torrente,quo ſignificatur anguſtia, & tribulatio, bene eſt quòd torrens eſt, non fluuius,aut mare; non enim continua eſt tribulatio, qua Deus ſuos vexat; ſed alterna;per infamiam, & bonam famam;Morientes,& ecce viuimus: Spes olei ſuſtinet,i.Gratiæ conſequēdæ: oleum hoc enatat ſuper humores omnes: Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro.Oleum hoc lætitiæ, qua
Pſal.44. Deus vngit, pſalm. Hylaritatem præſtat,etiam in torrentis medio, & in medio ignis.In labore requiem, in
Iacob.1. æſtu temperiem. Iacob. omne gaudium exiſtimate fratres cum in tenta.var.incideritis.Omnes vos ſcanda
Matt.11. lizamini in me hac nocte. Ita olim dicit diſcipulis, Ioannes Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me. Eſt ſcandalum charitatis, quo deſerent afflictum:Eſt ſcādalū fidei, quo de ipſo non bene ſentient & hoc grauius eſt: facile eſt Chriſtum ſequi tempore miraculorum, hoc vero exigeret vera amicitia,vt etiam tempore crucis haberet ſuos; ſed ita prædixit Zacch.ex ore Dei. Percute paſtorem,Et diſpergentur oues.Tanta eſt vnio inter paſtorem, & oues, vt eo percuſſo, non poſsint, non multa pati oues.Orandum ergo pro paſtoribus,quorum vita, & ſalus eſt ouium vita. Ad hæc Petrus audax. Et ſi omnes ſcādalizati fuerint, Ego nunquam. faciles omnes ſumus ad multa promittenda, etiam ardua,etiam ſupra vires.Amor improuidus quandoq; vrget: Debuerat tamen Petrus credere Chriſto,pluſquā ſibi, ille enim intuetur cor ille ſcit quid eſt in homine. illi omnia nuda, & aperta ſunt: Et tamen inſtat: Et ſi oportuerit me mori tecum &c. ſimiliter omnes vtinam tam facile imitaremur bene agentes;ſicut ſequimur, & imitamur bene promittentes;Sed erit tempus, quo rata fient hæc omnia: nondum erat ſpiritus datus, quia nondum Chriſtus clarificatus. Non tam audax erit Petrus, poſt Chriſti reſurrectionem, quin rogatus.Simon diligis me? Dicet,parum ſibi fidens. Tu ſcis Domine.
Paulus deinde. Quis me ſeparabit à charitate Chriſti? An vita? an mors? Rom.8.
an profundum &c? Certus ſum, ꝙ neque vita, neque mors; Interim verbis paſcitur Chriſtus, & his contētus pergit ad opus ſuum. Sequuntur diſcipuli, triſtes,& rerū ignari,inter ſpē, & metum. Nos charitatem Domini noſtri colimus, & adoramꝰ, euntem ſequimur bono animo, ſciētes,ꝙ ſi cōmorimur,& conuiuemus, ſi cōpatimur,& cōgregnabimꝰ.Amē.

In Villa Getſemani Pauet,tædet,triſtatur,& mæſtus eſt.

Mutat D.N.Ieſus locum, ab Hieruſalē ad villam & hortum Getſemani,

ni, fortunam non mutat; nam filius hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de illo, Vt ſcilicet faciat voluntatem patris. Non etiam mutat propoſitum quin conſtantiſsimè pergit ad ſuam obedientiam. Ob hoc deligit ſibi hortum, locum aptum certamini, & luctæ, quę ſibi imminet, vt pugnet cum ſeipſo, cum apoſtolis, cum patre, & cũ Iuda, & tota cohorte Iudaica. Aptus eſt hortus hic, tum quia in horto à principio, deliquit homo in horto æquum eſt vt ſatisfaciat. In horto Adã proiecit vincula obediẽtiæ: In horto ſuſcipit Chriſt' vincula & laqueos obediẽtiæ vſq; ad mortẽ. Tum quia hortus hic ſibi ordinarius erat ad orandũ. proindeque notus Iudæ, & ſuis perſecutoribus; vt in primis appareat hic, ꝙ non fugit, nõ ſe abſcõdit, ſed it obuiã morti. Deinde doceat in periculis quo recurrendũ; nempe ad orationem. Ad dominum
Pſalm. 119. cum tribularer clamaui. Eſt itaque hortus hic propriè oratorium Chriſti, in quod recipit ſe frequenter, & velut clauſo hoſtio, orat patrem in abſcondito. Nobile oratoriũ, in quo Chriſti ſpiritus verſatur cũ Apoſtolis, cum Angelis, cũ patre ipſo Deo. Sed tamen & Iudas locum nouit, & ſæpe etiam frequentauit, & imminet iã, vt turbet oĩa. Ita & habẽt oratoria noſtra, callidos, tepidos, frigidos, vtinam non habeãt, & proditores, q tur bent ſilentia, confundant orationẽ, & preces aliorum. Ingreſſus hortum in principio ſtatuit octo. d. Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. Ita habet oratorium Chriſti diſtincta loca in quibus ſuos iuxta varios ſenſus diſtribuit. Iubet ſedere. fluctuent corda in plateijs, curijs, atrijs, æquum eſt vt ſedeant in oratorio. vtcũque varia immineant mundi huius diſcrimina, hoc tamen priuilegium eſt oratorij, vt in eo ſedeant animi, quotquot cũ Chriſto ad patrem ſe recipiunt. Donec vadam illuc. quid? an non eſt ipſe in patre, & pater in ipſo? quid ergo pater huc illuc quæritur? Exemplum nobis præbet, vt oraturi exeamus è turba negociorum, & ſequeſtremus nos. Ita dicebat D. Franciſcus, In conuerſatione hominum polluimur, in ſequeſtratione abluimur. Ita in Can. Laui pedes meos, quo modo iterum inquinabo illos? Docet etiã vt obſeruemus in oratorijs, & templis, eſſe loca diſtincta, vt patrem hic pluſquã ibi inueniamus; non implet locum, quia nos miſeri vanitatibus noſtris multa etiã in oratorijs occupauimus. Aptiſsima verò vox eſt, oĩb' ĩgrediẽtib' oratoria, vt ad portã iubeãt conſiſtere mũdi negocia, & dicãt ſedete hic, date ociũ, vt vadã illuc, & orem: ſat eſt ſi me confunditis domi, in plateis, &c. nũc ſedete hic, &c. Bene autem ſedere poſſumus oẽs cum his diſcipulis qñ Chriſtus orat, nam pro nobis non minus quam pro ſe, orat. Ipſe eſt pax noſtra. Sedẽtibus octo, vt ſemꝑ maxima eſt pars tepidorum: Aſſumit tres Petrũ, Io. & Iacobũ, fidos illos ſecretarios, qbus olim ſemel, atque iterum aperuit ſecreta maieſtatis, & fęlicitatis ſuæ: nũc ad ſecreta paſsionis, & humilitatis vocat, vt teſtes habeat ſupremæ ſuæ religionis. Eſt autem fauor hic in Chriſti ſchola ſupremus, quo afficit charos ſuos Chriſtus, quũ participes, & cõſortes facit paſsionũ ſuarũ. Narrat D. Bonauẽtura in vita beati patris Franciſci. Qđ vbi iã beatus ille ad ſummã perfectionis perueniſſet, ita, vt non modo intus pacificus eſſet in ſeipſo; omnibus exemplaris, ſed & miraculis ꝓdigioſus, ita vt ſputo, chorda, panibus,

Cant. 5.

bus,ſanaret,illuminaret.Vt erat profundæ humilitatis, & ſibi videbatur nihil ardui feciſſe in obſequium Domini ſui:petiuit ab eo obnixus, vt ſe doceret qua ĩ re vellet ſibi potiſsime ſeruiri. Tum reuelauit illi ſpiritus Christi,vt librum euãgeliorum ſemel bis,& tertio aperiri iuberet.Ita ſe intellecturũ quid à ſe Domin⁹ ſuus poſtularet.iubet ergo à ſocio ſuo, viro ſimpliciſsimo,aperiri librum. & ecce tertio ſemper occurrit illi Paſſio Domini. Quare intellexit ſe vocari ad onera paſsionis,ad guſtum,& formam crucis. Quam & libentiſsimè, tanquam fauorem regium,vtcunque corpore inualidus, ſuſcepit, & tulit. Ita ſuos hos tres amicos amaritudinum ſuarum in oratorio ſuo facit. Et ecce cœpit pauere,tædere,ſtrſtari & mæſtus eſſe. Vrgetque in tantum mœror intrinſecus, vt cogatur effundere.d. Triſtis eſt anima mea, vſque ad mortẽ.Cœpit inquit, vt intelligamus, quòd & ſi ſemper à principio anima Chriſti, omnium malorum ſuorum in verbo, ſecundum portiones ſuperiores præſcia fuit,non tamen eorum dolorem,& ſenſum trãſfudit ad partes inferiores,& ſenſum: ſicut neque etiam gloriam,& felicitatem, qua portio ſuperior fruebatur in verbo.Nõ igitur pauit hoc modo Nunc vero, vt Ioannes, venit hora eius,& poteſtas tenebrarum. Nunc redundat intelligentia illa malorum in oẽs animæ partes, & ſenſum, & corpus,ita quòd totum affligunt;multiplicatio autem illa verborũ qua vtũtur euangeliſtæ, exaggeratio dolorũ eſt,vt ſignificent intenſionem, & extenſionem qua ſupra modum affligitur:teſtes ſunt Apoſtoli,Angeli,verba ,prolixitas orationis, ſudor, ſanguis,Agonia.Quærit D. Thom. An ſecundum totam animam paſſus fuerit.Et reſpondet,quòd ratione eſſentiæ animæ, manifeſtum eſt, quòd ſecundum totam animam, Tota enim eſſentia vnitur corpori, & ideo corpore patiente,tota anima patitur:ratione autem potentiarum virtutum, patitur ſecundum portiones omnes, inferiores, quia in ſingulis omnibus his,quæ circa temporalia operantur, erat aliquid,quod torquebat: ſecundum autem ſuperiorem rationem, qua vniebatur fœliciſsimo obiecto, non patiebatur,ſed fruebatur.Ex parte vero ſubiecti,in quo potentiæ omnes radicantur ſcilicet in eſſentia animæ,dici poteſt,quòd omnes patiebãtur:patiente eſſentia ad paſsionẽ corporis cuius eſt actus.Totalitatem igitur hanc paſsionum exprimit per pauores,tædia,triſtationes,& mœrores. ita Pſalm. Repleta eſt malis anima mea:non dicit peccatis,ſed malis. Pſalm. 75 Dubitat D. Bonauentura, In Apologia pauperum.quomodo ſic turbatur,& pauet Chriſtus ad ſolam imaginem crucis,& mortis; cum eius Diſcipuli Andræas, Apoſtoli,Stephanus, Laurentius, Tiburtius, in tormentis læti ſint: An membra ſunt capite fortiora? Reſpondit, quòd in Chriſto erant duo operum genera:opera operantis; vocat opera animi intrinſeca, electiones, amores, patientiam &c. Opera operata vocat, opera extrinſeca,manducare,bibere,pati, Tunc dicit,quòd opera operantis in Chriſto ſemper fuerunt perfectiſsima,à perfectiſsima gratia,& virtute elicita. opera autem operata, non ſemper fuerunt perfectiſsima, venit Ioann.non manducans.Chriſtus mãducans. Andræas optauit crucem. Chriſtus pauet,ſic ergo in his concedimus fuiſſe opera ſeruorum interdũ perfectiora.

Vt

Vt tamen opus operatum reducitur, ad opus operátis, à quo præcipitur, ideſt vt opus externum iudicatur ex interno, ita omnia opera Chriſti, etiam externa, perfectiora fuerunt, quia ex maiori gratia, & charitate elicita. Ita quòd plus meruit Chriſtus manducans, quàm Io non manducans, quia ex maiori charitate manducauit, quàm ille abſtinuit. ita perfectior eſt pauor, & tædium mortis in Chriſto; quam audacia illa, & lætitia in Andræa; quia ex maiori charitate pauet. Pauet enim, quia videt multos ſuorum futuros, qui pauerent à facie mortis, vt pauores illos, à natura fluentes, non condemnet; quin potius, ſi ex virtute reguntur, ſanctificet, & meritorios faciat pauet, & triſtatur ipſe. Maxima autẽ charitate ſic pauet, ita ꝙ opus operantis inſigniter illuſtrat, & commẽdat opus operatum hoc pauoris, ſi animi motus reſpicimus, quibus in hos pauores fertur. Pauet ex duplici potiſsimum reſpectu, quibus afficitur, & commouetur. Reſpicit ergo primum in magnam molem peccati, qua primitur, & hinc multas habet pauendi, & mærendi cauſas. Primò, quod peccato læſa eſt Patris amantiſſimi gloria, hæc tantum premit, quã infinita eſt charitas qua patrem diligit. Secundò, quòd peccato deiecta, & infecta eſt tota natura humana, opus olim illuſtre manuum ſuarum. Tertiò, quòd peccato ruit, chariſſima ſua domus Iſrael, ex quibus eſt ſecundum carnem. Quartò, quòd peccatum inficit multos, & perdit ſuorũ chriſtianorũ. Quintò, quòd mox turbat, & alienat à ſe chariſsimos diſcipulos & Apoſtolos: hæc ſcandala pati non poteſt, ſine infinita animi triſtitia. Tanta inquit Tho. ꝙ tantã de peccatis triſtitiã nõ habuerũt; aut habere poſſunt oẽs cõtriti ſimul, quotquot fuerunt, & erũt de peccatis. Chriſtus enim dolet de omnibus ſimul. Eſa. Poſuit in eo iniquitates omniũ noſtrũ. Illi vero quiſque ſua deflet. Chriſtus longe carius nouit deformitates, & damna peccatorum. Chriſtus maiori charitate dolet, quare & opus ſuum operatum reddit longe illuſtrius: Deinde reſpicit in venturas ſuper ſe afflictiones, & ſupra modum triſtatur, triſtitiam vero augent multa. Primo, Paſsionum acerbitas, vſque ad mortem crucis: Secundo paſsionum generalitas, à planta pedis vſque ad uerticem capitis. Tertio complexionis patientis viror, & vigor: Quartò. Animæ percipientis exacte omnia mala ſua vnico intuitu. Quintò. Dolorum puritas, & deſtitutio ſine conſolatore: Sextò. Voluntas aſſumentis hæc omnia mala: Cum enim velit cauſam agere, non ſecundum potentiam, qua potuiſſet, ratione Deitatis adiunctæ vna guttula ſanguinis ſatisfacere: ſed ẽm iuſtitiam in æquilibrio, quo appendantur ſecundum iuſtum pretium patientis humanitatis, & poſsit de iure compenſare mundi delicta: maximam oportet eſſe triſtitiam, qua ſeipſum vult pro mundi ſalute macerare. Tantum ex his pondus habent pauor, mæror triſtitia D. noſtri Ieſu. Tantum etiam doloris exprimunt verba illa ſuis ſecretarijs dicta: triſtis eſt anima mea vſque ad mortẽ.

Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.

Stat Chriſtus in oratorio ſuo. i. in

F. Franc. Viced. Yy horto

horto Getſemani, ſibi ad mirabilia
exercitia ſpirit',& carnis delecto, ple
nus tædiorũ, pauorũ, triſtitiæ. Tum
ob imminentes ſibi tribulationes,
quæ innumeræ ſunt; tum multo ma-
gis ob grauem ſarcinam, qua premi-
tur, peccatorum totius mundi. Hæc
enim plus premunt, quæ ſunt ſimpli-
citer nolita; quam illa quæ tantum
ex conditione (ſi fieri poteſt) noli
ta. Exprimit, & communicat marty-
rium cordis ſui ſecretarijs ſuis, & cer
te exprimere debuit; quis enim cre-
didiſſet animam illam beatam, & glo
rioſam vnitam verbo, ſic triſtari,
niſi dicente illo? Adde quod nos ſem
per de doloribus noſtris incerti ſu
mus, an attriti an cõtriti ſimus ſuper
peccatis: iuuat ſcire tantam Chriſti
contritionem, quæ ſupplet noſtris,
& noſtras coram oculis Diuinæ iu-
ſtitiæ acceptas facit. Tantum enim
dolet, quantũ dolere poſſunt omnes
contriti omniũ ſeculorum quorum
omniũ fert iniquitates. Triſtatur er-
go, Vſque ad mortem. ſic nulla afflí-
ctio citra mortem, terminat hos do
lores, ſic mortem noſtram, quæ erat
pcti ſtipẽdiũ, ſola mors Chriſti cõſu
mere, & deuorare debuit. Ad mor-
tem corporis per veram animæ ex
pirationem: Ad mortem ſpiritus,
per verã ſuæ voluntatis abnegatio
nem citra quã nemo digne triſtatur,
aut cõteritur ſuper peccatis ſuis. Su
ſtinete, & vigilate mecũ. optimos te
ſtes exigit, qui ſint de viſu; ideo iubet
vigilare, vt omnia obſeruent, & poſ
ſint narrare. ſint etiam de ſenſu: Ideo
dicit ſuſtinete. Ita Paulus, ſentite in
vobis, quod in Chriſto. Ita conſor
tes facit paſsionum ſuarum, vt ſecũ
bibant calicẽ per compaſsionem, Eſt
enim hortus hic ſchola patientiæ
Chriſti, vbi diſcit mirabilis illa Chri
ſti, virtus, quã in infirmitatibus opta
bat Paulus, ꝙ ſi tot ſuſtinemus pro
mũdo, dũ cũ eo vigilamus ad mala,
cur nõ libẽtius vigilemus cum Chri
ſto ad orationẽ, ad virtutẽ, & ſi opus
ſit, oĩa libenti animo cũ illo ſuſtine
mus? In patientia veſtra, inquit ipſe, Luc. 21.
poſsidebitis animas veſtras. Sic diſpo-
ſitis ſocijs. Ad patrẽ ſe recipit oratu
rus, pro tam inſtãti vexatione ſua. Vt
que oratio ſua ſit efficax. Primò, ſe-
parat ſe ad iactũ lapidis. Tã amica, &
cõmoda eſt orationi ſolitudo, vnde
attẽtio, & vnio ſpiritus. Certe oratio
cõis quæ fit cũ fratribus in choro,
poteſt multũ iuuare incipiẽtes, & ẽt
proficientes, Tum ex concurſu ſpi
rituum ſimul pſallentium, tum ex mu
tuo feruore, vbi communis charitas,
tepidis etiã prodeſſe ſolet: adde ꝙ ſi
fit ex obedientia, certum ſemper me
ritum habet; ſed tamẽ ſuas habet im
perfectiones, ꝙ vaga eſt, multifor-
mis, inæqualis: ſæpe ocioſa, confuſa,
ſtrepitoſa; quare perfecti, & exercita
ti amare ſolent, (niſi ad chorum vo-
cet obedientia) ſolitarias orationes,
quibus proprios exponunt defectus,
affectus, neceſsitates; corda effundũt
& totos ſe corã Deo exponunt. Hæc
enim ſatis commode non fiunt in
oratione communi. Sic ergo hic to-
tũ ſe colligit Chriſtus coram patre.
Secundo, Procidit in faciem. Ornat
orationem humilitate, & cerimonia,
vt exaudiri poſsit pro reuerentia. Pro
cidit premente ſarcina peccatorum,
qua & olim fatigatus ſedebat ſupra
fontem Iacob. In faciem, vt cadat
ſciens; vt cernat quo cadit, nempe in
foueam peccatorum noſtrorum, Ioan. 4.
quæ illi hæc omnia damna inſarciũt.
Dicit Marcus. Procidit in terram. Ita
terra cadentem recipit: Cælum vr-
get, & deijcit, terra ſuſtinet. A cœ-
lo

lo maledictus, factus pro nobis male dictũ, à terra maledicta in opere hominis, atque ideo facta nidus maledictorum iure recipitur. Ipſe in terram ſe proijcit, vt communem matrem amplexetur, & ſecum fœliciter ſubleuet in cœlum. Dicit Lucas. Poſitis genibus. Tanta religione ſe compoſuit; tam reuerenter orat. Noſtri ſtantes adorant, ſedentes orant: dormientes audiunt conciones: oſcitantes accipiunt ſacramenta. Tum orat. Pater mi. Nos dicimus pater noſter, quia nobis eſt pater familias, pater communis ex adoptione qua recipit nos in Chriſto. Chriſti pater eſt ſpecialis, quia natura ſecũdum quam hunc ſolum habet, & habere poteſt filium, qui illi coæqualis eſt. Si poſsibile eſt. Quid vero eſt impoſsibile omnipotẽti? Ideo ſecundum Marcum. d. Omnia tibi poſsibilia ſunt? quid ergo tẽperare poteſt omnipotentiam hanc, vt commoda ſit oppreſſo oranti? Sola voluntas: Ideo apud Lucam dicit. Pater mi. ſi vis. Non dubitat de potẽtia. Interpellat voluntatem: hæc enim ſola principium eſt omnium, quæ extra aguntur. Tranſeat à me calix iſte. Sic factus eſt Chriſtus hic interpres, & aduocatus carnis, & ſenſualitatis ſuæ: ſic in ſe exprimit infirmitatem naturæ, & ſuorum multorum, qui ex imbecillitate, coram patris obedientia quandoque terrebuntur. Sunt ergo verba delictorum, vt Pſalm. Sunt verba membrorum in capite. Nunc enim ideo imperfectionem, & infirmitatẽ timoris & pauoris in ſe ſumpſit; & de ſe exprimi voluit, vt ſuis infirmis conſuleret: tum ne pauores, & motus naturæ haberent pro culpis, Tum vt corrigere exemplo ſuo diſcerent, fert enim ille tentationes omnes ſine peccato. Ita & bellum ciuile hoc, quod in ſe patitur, dum caro & ſpiritus, portio vna animę contra aliã contendunt. fert ſine culpa: vix enim infirmitatẽ detexit, ꝙ remediũ adhibet. d. Non ſicut ego volo fiat, ſed ſicut tu: quo magno verbo quatuor facit. Primo, corrigit ſenſum carnis, & naturæ: quin ſanctificat, & meritoriũ facit, quaſi martyrium: quando triſtitiam patitur vehementiſsimam; non reijcit, ſed fert bono animo, & in patris voluntatem reponitur, vt omnia pati velit in eius gloriã. Secundo aperit perpetuam illam ſuam obedientiam, de qua Io. deſcẽdi de cœlo non vt faciam voluntatẽ meam ſed patris: Item Ioannes. Meus cibus eſt vt faciam voluntatem patris: Pſal. In capite libri ſcriptum eſt de me; vt facerem ò Deus voluntatẽ tuam. Tertiò, informat nos ſuper hac ſuprema religione, quæ comitari ſemper debet orationes noſtras, & genuflexiones corporis; etiã in extremis difficultatibus; vt reuerenter dicamus. fiat voluntas tua. Ita ſumma oratio nũ Dauidis. Doce me facere volũtatẽ tuã, quia Deus meus es tu. Nubes impediens orationem eſt voluntas propria. Tren. Oppoſuiſti nubem ne tranſiret oratio. Quartò, ligat manus omnipotentiæ patris, ne ſi etiã velit, poſsit eum liberare à calice bibẽdo: Cogitur enim pater, vel ipſum dimittere in eas paſsiones, quas illi præſcripſit ſua voluntas: vel obedientiam, & reſignationem hanc ſuam turbare, & qua omnino vult Dei patris voluntatem implere. Ita quòd iam remanet impoſsibile, vt calix tranſeat, ex duplici voluntate, patris efficaciter porrigẽtis: & filij efficaciter acceptãtis. Meritò tanta amoris fornax cor Chriſti exurens, requirit, vt cũ eo ſic pnobis deſtinato, & reſignato, ſuſtineamus,

Margin notes: Luc. 22. — Mar. 14. — Pſalm. 21. — Ioan. 6. — Ioan. 4. — Pſalm. 39. — Pſalm. 141 — Tren. 3.

neamus,& vigilemus,omnia fideliter explorantes,& in eius gloriam cõmemorantes.Amen.

Agonia, & ſudor ſanguinis.

Stat afflictus Ieſus in ſecreto oratorij ſui.coram patre proſtatus;qualẽ
Eſa.53. præuidit Eſai.vir dolorum,percuſſus à Deo, & humiliatus. Orat prima hac vice pro ſe, nunquam amplius. Et non auditur. Cum orabat pro nobis fœliciſsimus ſentiebat ſe ſtatim
Ioann.11. audiri,quare & dicebat.Io.Pater gratias tibi ago, quoniã audiſti me:Ego autem ſciebam qa ſemper me audis. Et ecce nunc pro ſe non auditur. Quia inquit Eſa.Dominus voluit cõ
Eſa.53. terere eum. Sic igitur quaſi oblitus ſe Deum eſſe,orat,& petit miſericordiã, ſed tempus iudicij eſt,& non miſercordiæ.Tandem laſſus,& victus tedio fruſtratæ ſpei. Surgit & venit ad charos diſcipulos, ex eis aliquid refrigerij accepturus. Sed Eheu inuenit dormientes: Et cauſam dat Lucas. Præ triſtitia.Vide quã cõtrarios effectus facit triſtitia in Chriſto,& in diſcipulis,Chriſtum exercet,& agitat, huc illuc mouet: Diſcipulos proſternit & ſomnolentos facit. Ita & inter nos ſunt,qui patiuntur, vigilantes,& ſuas tribulationes diſcernentes, ac magno ſpiritu dijudicãtes,quaſi morientes, inquit Paulus, & ecce viui-
2.Cor.6. mus:Dauid,calicem ſalutaris accipiã
Pſal.115. & nomen Domini inuocabo. Sunt qui in tribulationibus ſic occupantur,vt inſenſibiles fiant, & quaſi dormiant,velut Hecuba illa;qui nec dicere,nec facere aliquid ſciunt: vt olim Ionas ſublata hedera, petiuit animæ ſuæ,vt moreretur.Oritur autem hæc differentia ex ductu rationis: quæ in Chriſto regulat triſtitiã ſuam ex virtute: In diſcipulis autem obruitur à triſtitia. Somnus hic intempeſtiuus auget triſtitiam Chriſti. Tum ratione ſui,qui ſic ab omnibus deſeritur,
etiam à charis his: pſal. qui iuxta me Pſal.37.
erant ſcilicet loco & amore, longè ſteterunt,quia dormierũt. Vigilat Iudas,vigilant hoſtes, Amici dormiũt, Ita filij ſeculi prudentiores, & vigilãtiores ſunt filijs Lucis. Vtinam ſic vigilarent orthodoxi ad tuẽdum Chriſtum,ſicut vigilant hæretici ad perdẽdum. Tum ratione ipſorum, qui ſic inter pericula dormitant,ſic ſibi male cauent;ſic cito à fide data, & à promiſsis excidunt,præſertim Petrus, tã audax in promittendo, quare hunc ſpecialiter compellat.Simon dormis? Non potuiſti. Vide quam modeſtus eſt reprehenſor, tribuit infirmitati, non voluntati.Vna hora:tantillum ꝑrogaui? Vigilare mecum? mori volebas pro me; animam ponere pro me; Et ecce non potes vigilare mecum,q pro te inter inferni, & mortis fauces vigilo? Sic facta verbis reſpondent? Tales ego habeo in tormẽtis ſocios? Tum ratione ouium,& eccleſiarum, quas horum,& præſertim Petri curæ crediturus eſt. Cupit vt diſcant vigilare,ſomnus enim paſtorum,mors ouium eſt:Ita dormientibus illis, inimicus in agro ſuperſeminauit zizania: Tutum habent acceſſum Lupi, vbi Paſtores dormiunt:Eheu quantũ nobis, & Chriſto conſtitit hic Paſtorum ſomnus:quot ouium montes ꝑdidimus ex vno hoc ſomno? Inſtat ergo.Surgite,vigilate,orate. Tot à perfectioribus his exigit, qui cæteris in principio horti dixerat tantũ.Manete,vel ſedete hic:ſic ſuos habet oratorium gradus. Nemo imberbis ad harenam.Surgite,magno,& alto animo

mo opus eſt. vigilate, vndique paratæ ſunt inſidiæ. Paſtorum eſt diſcernere pericula, & proſpicere ouium ſaluti, vt Argus ille, quòd ſi humanæ vires non ſuppetunt. orate, petite è cœlis, potiſſimum orante me, qui orationibus meis, veſtras inſtituo, ſuſtineo, & fœlicito, coniũgite veſtras meis, & ne dubitetis. Ita claudit eccleſia ſuas. d. per Chriſtum dominum noſtrum. Ne Intretis in tentationem. Rete Diaboli eſt tentatio, quam obijcit, vt capiat imprudẽtes: ſuggerit, delectat, addit eſcam, tecto hamo: ſi piſcis prudẽs reijcit, alio ſe vertit. Si capit eſcam, & delectat tentatio, aperit, & dilatat rete, & quã primum conſentit homo, traijcit in rete: ſicque intrat in tentationem, tentari non eſt malum, quin ſæpe bonum. At intrare in tentationem, malũ eſt, ita iuſſit nos orare: ne nos inducas in tentationem. Spiritus promptus eſt, caro infirma. Mixturam hanc agnoſcit Chriſtus in hominibus ſuis, ſpiritus & carnis, quæ in eis tot inæqualitates parit, ſpiritus enim paratus ad omnia eſt, ſua natura, tãto magis diuina adiutus gratia.
Pſalm. 107. Pſal. paratum cor meum, paratũ cor meum. Caro autẽ infirma eſt, ad ima trahens, tanquam ad ſuam originem quare & ipſis Dei donis abutiť. Per carnem non tangit ſolam hanc corporis ſtructuram, quæ tamen, & ipſa ſatis infirma, & fragilis eſt, ſæpe reuocans, & impediens exercitia ſpiritus, vt vel non fiant, vel difficulter, & imperfecte fiãt, ſed intelligit totam naturam hominis ſine Dei gratia: hominem animalem vocat Paulus. orabat. d. Franciſcus. Domine cuſtodi tu in me theſaurum gratiæ tuæ: Ego enim fur ſum, & diſſipator donorũ tuorum. Ita pſal. Pone Domine cuſtodiam ori meo: Mixturam hanc in ſe quoque ſuſcepit D. noſter Ieſus, tum in exemplum, tum in ſubſidiũ noſtrum, vt diſceremus ferre ſine peccato. i. exprimere quidem infirmitates carnis, quando ſic fert humana conditio; ſed ſtatim ſpiritui ſubijcere: ſic enim & ſine culpa, & cũ merito, velut ſpirituale quoddã martyrium ſuſtinebimus. ſic enim relicta eſt carnis infirmitas ad agonem, vtrunque exprimit in ſe Chriſtus tã glorioſe, quòd longe illuſtrior eſt correctio, & conſtantia ſpiritus, quam naturæ infirmitas. ita vt poſſit etiam alios conſolari, & corroborare. quo facto, conſulit ſibi ipſi, & ſecundò redit ad patrem, oratque eundem ſermonem, ſed non eſt ſecunda oratio fœlicior prima. quare iterum regreditur ad diſcipulos. Notabilis eſt iſta agitatio, & alternatio Chriſti, modo ad patrem, modo ad diſcipulos, quæ duos potiſsimum in eo ſignificat ſtimulos. vnus eſt, quo ſibi conſuiit, qui ad patrem prouocat, ad ſtudium orationis, & contemplationis, qua pectus virtute imbuitur Alius quo ſuis conſulit; qui ad diſcipulos reuocat, ad actionem, & curam ouium, qua virtutem habitam exercet. Sic ſolent, debentque paſtores eccleſiarum, vtroque agi ſtimulo, iuuaret ſemper cum patre eſſe, orationi, & ſtudio vacare. Forte & apud Patrem patrum Romæ dulce eſſet menſes, & annos agere: ſed ſollicitudo eccleſiarum reuocat ad reſidentiam. Actio tamen eget oratione, vt munera obeãt cum Dei gratia. It ergo, reditque Chriſtus. vah quantum amat hos ſuos, quorum cauſa iam bis a Patre receſſit. Et ecce iterum inuenit dormientes: Erant enim oculi eorum grauati

vtinam non & corda: grauitatem hãc oculorum carnalium expreſsit in ſe Iob. d. Factus ſum mihi met ipſe grauis. ita inquit Paulus, corpus quod corrũpitur aggrauat animam. Ita olim in maxima tempeſtate, & procella ſua dormiebat Ionas. Addit Marcus. Et ignorabant quid reſponderent ei. Innuens, quòd iterum redarguit illos: ſed ipſi quid dicant, qui tot promiſerunt, & nihil præſtant? qui & ſic grauati ſunt, quòd grauitate vincuntur. velle adiacet, inquit Paulus, perficere non inuenio. Compatitur ergo bonus paſtor Ieſus, intelligitque alio ſibi quærendum eſſe robur, quo & ſibi, & illis bene proſpiciat; quare & tertio redit ad Patrem. Et orat eundem ſerm. ſed prolixius. Primò, quod toties orat, argumentũ eſt magni doloris, qui vrget: Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi tanto magis quod ſcit ſe non exaudiendum, & tamen orat in ſpem contra ſpem. Secundò, quòd orat eundem ſermonẽ. Argumentum eſt animi ſibi conſtantis: in ſua tribulatione vniti, qui vt cor vnum, ita linguam vnam habet: qui vt in ſe ſentit durare infirmitatẽ carnis; ita in ſe quoque conſeruat robur ſpiritus, ſemper ergo concludit in hoc, fiat voluntas tua: ab hac nulla vexatio reuocare eum poteſt. Hæc vox in capite, inquit leo, ſalus eſt totius corporis. Tertiò, quòd orat prolixius. Argumentum eſt ſingularis guſtus, quem percipit ex oratione. Væ ijs, qui ſic accelerant, vt ſtatim abſoluant miſſas, aut horas canonicas, quaſi ad grauiora vocentur negocia. D. Antonius, poſt integras noctes ĩ oratione conſumptas, dolebat, ꝙ eũ lux ſolis turbaret. d. quid me impedis ò ſol? Quid me claritate tua, à vera claritate retrahis? Sic ergo relinquimus aduocatum, & pontificem noſtrum coram patre orantem, & in oratione durantem. Quid paritura ſit in eo prolixitas iſta orationis, audiemus in in ſequenti. Interim vos qui eum diligitis, ſuſtinete, vigilate, & orate cum eo ne intretis in tentationem. Amen.

Iob. 7.
Eſa. 9.

Orat afflictus Ieſus patrem; quem ſolus ex amicis habet vigilantem. Et ſæpius orat eundem ſermonem: Et tandem prolixius orat. inſtat natura, & ſenſus, vt tranſeat calix: cuius ſola memoria enecat. Iterum vrget ratio, vt fiat voluntas patris. quare ante omnem Iudæ & Iudęorũ inſultum; totus ſe ipſum vexat, totus in lucta eſt. Vult; & non vult: quid faciat pater? vigilat quidem, ſed tacet: vix enim ſciri põt, quid martyr hic ſibi velit: & difficile eſt exaudire Senſualitas, & tota naturæ voluntas petit tolli calicem: At oratio, quæ eſt exercitium ſpiritus, non eſt interpres naturæ, aut ſenſus, ſed voluntatis humanę voluntas vt humana eſt, ſequitur rationem: ratio ſemper cõformis eſt volũtati Diuinæ; quare abſolute voluntas vult calicem. Ita vere dicit, ſcio pater quia ſemper audis me. Atque in tantũ vult, vt conetur ad ſe trahere cõſenſum naturæ, & ſenſus; ꝙ ſine magna vi fieri non poteſt. Ob hoc prolixius orat: vt doceat ex Dei virtute, poſſe oĩa fieri, vtcunque ardua: orat ergo, nõ vt volũtatẽ Dei in ſuã conuertat, ſed vt ſuam in Dei voluntatem ſubleuet, ſupra omnem ſenſum, & naturam. In qua ſubleuatione tantũ profecit, vt ex hac ſua oratione prolixa, meruerit hominibus ſuis pacẽ illam exultantem in cordibus, ſupra omnem ſenſum, & naturam, quæ potuit dulces facere cruces, lapides, & carbones. &c. Hoc tamen

men magnum, & excellens meritum non acquirit ſine magna vi naturæ, & ſenſus ſui, cum quo ratio luctatur. Ita quòd luctando factus eſt in agoniam. Lucta duriſſima eſt carnis, & ſpiritus, ſenſus & rationis; timoris & amoris: vitæ & mortis: oritur lucta ex triplici aſpectu: Primus eſt aſpectus mortis inſtātis, quæ naturæ terribilis eſt, tanto magis, quòd hic docente & vrgente diabolo eius parentes ſeſe ingerit oculis Chriſti, turpiſſima, qualis eſt mors crucis, tantū vt abſterreat eum, & reuocet à voluntate moriendi: ſcit quod mors Chriſti debet ſe, & regnum ſuum, & Satanæ extinguere: fœlix ſi poſſit mortē eius impedire: ſed quid poteſt mors contra vitam? Secundus eſt aſpectus culpæ, ô mors ero mors tua: & pondus quo premitur. Hic enim tota relucet peccati facies, quæ oculis Chriſti eſt intollerabilis; tum propter offenſam Dei, hæc eſt culpa, tum propter mundi ruinam hæc eſt pœna, peccatum quoq; hic ſe totum dilatat non
1. Cor. 15. ſtimulus mortis eſt. Tertius eſt aſpectus inferni. i. Diuinæ iuſtitiæ, in ſe vno, peccata, & ſcelera totius mundi vindicantis, quis autē poſſit explicare agonias animæ peccatricis, quæ in articulo mortis ſe ſtatuit coram oculis Dei? Talis oĩno eſt ſtatus Chriſti hic. In parabola nuptiarum, redarguitus ille, ꝙ nō haberet veſtem nuptia-
Matth. 22. lē, Obmutuit. Quid faciat hic Chriſtus qui veſtem habet infernalē, corā
Hebr. 10. oculis Dei? Horrendum eſt incidere in manus Dei viuētis. Ita bibit ergo Chriſti ſenſus triſtiſſimas has imagines, mortis, peccati, & diuini iudicij, & ſibi dimiſſus ſupra modum affligitur. videmus quanta eſt pœna noſtrorum in lucta mortis, cum tamen ſenſus emortuos habeant: quid putas pati Chriſtum, qui in omnibus vitæ, & naturæ partibus integer, & potēs eſt, & talia patitur? Argumentū vero ſingularis afflictionis, & anguſtię eſt, ꝙ agoniam ſequitur Sudor ſanguinis, tam copioſus, quod guttæ decurrūt (Lu) in terram. quid ſibi vult diluuiū hoc ſanguinis? Orationis feruor, horror mortis, timor iudicij, ſanguinis magnam copiā ad cor reduxerat: ibi incaluit, & attenuatus eſt. Amor validus, & deſiderium obedientiæ, metū expellit. Ardor etiam nos redimēdi, ceu malleus percutit cor. & ſanguinem excutit, in pignus flammæ vrgētis. Ita ſtat cor Chriſti inter duo ſaxa timor infra; amor ſupra comprimit: hoc verum torcular eſt, quod calcat: Et orationem ſuam ſanguine tingit, vt fiat efficax. Sāguis hic multa ſignificat. Primo dolorē immenſum quo premitur ſuper omnes, quotquot vnquam afflicti fuerunt. Quis enim vnquam inter martyres ſudauit ſanguinē? Nec ſine ratione. illi enim potuerunt præſcire mortē ſibi imminere, ſed ſenſum mortis, & amaritudinem ſolus Chriſtus præſcire poniē. Secundo grauitatem peccatorū, quorū maculas hic ſanguis incipit tergere: & pſertim interiorum, quæ ad effectum non educūtur, atq; ideo à nobis paruiſiunt, cum tamen ſint maxima, atq; hac tanta Chriſti agonia compēſentur: ſunt enim hæ guttæ ſanguinis, velut lachrymę totius corporis Chriſti, quibus ea interiora, quæ coinquināt hominem; interiori hoc ſuo martyrio perfundit. Exit ergo ſanguis è corde Chriſti, vt lauet corda noſtra: Tertio anguſtias mortis, aduerſus quas, cupit armare nos, vt dū ſani, & fortes ſumus, illi fortiter occurram⁹. Quartò poteſtatem, qua vbiq; vtitur Chriſtus in ſe affligēdo: hic enim ſanguis

guis eſt certe naturalis, qualis & ille qui cũ aqua è latere mortui in cruce fluxit:effuſio tamen iſta per ſudorem non eſt naturalis,ſed voluntaria. Et in hac voluntate potiſsimum placatꝰ pater:Et huic martyri, ſic ſeſe in ſua obedientia exercenti,compatitꝰ. Quare & angelum mittit è cœlo, qui confortat eum.Si Chriſtum hic conſideramus, vt pro nobis ſtat, factus per omnia in ſimilitudinem fratrum.Iuuat videre Angelum hunc conſolatorem.vt ſciamꝰ Deũ nõ derelinquere afflictos ſuos,ſed per Angelos confortari,vt olim Sanſonẽ, Thobiam, Petrum &c. Tum verò maximè, vbi oratio reſignat volũtatẽ nr̃am in Dei manus, vt facit hic Chriſtus. Hanc enim orationem libentiſsimè, velut incenſum optimum deferunt, Angeli,& offerunt Deo:Ita quòd vel exauditꝰ,vel confortatꝰ,At ſi conſideramus Chriſtum vt pro ſe ſtat & ꝓ ſe orat. qđ vnquã indignius viſum eſt;ꝗ Chriſtum Dei filium, ſic vere ab Angelis minoratũ, vt cõfortetꝰ ab eis?in deſerto, in Aegypto, in ipſo pſæpio ſeruiebant ei.Et ecce nũc corã patre cõfortãt eũ?Ipſe aũt exinaniuit ſe & formam ſerui ſic in ſe ſumpſit, ꝙ & à ſeruo ſuo humiliter, & reuerenter officium hoc confortandi ſuſcipit. Tanto magis, quòd non confortat niſi è cœlo, id eſt in obedientia patris, quæ modis omnibus implenda eſt;vtcunque ſenſus, & natura refugiant. Sed iam tantum roboris accepit Chriſtus, tum ex prolixa oratione, tum ex Angelica perſuaſione, Tum maximè è ſublimitate ſpiritus,& voluntatis ſuæ, vt quaſi alter,&in alium mutatus,ſeſe erigat, & dimiſſo Angelo, vt firmam hanc ſuam obedientiam referat ad cœlos, Corde quod an alto,& ĩtrepido,nul quã amplius deterrendo,iterũ ad Diſcipulos redeat:facie etiam læta, & ſereniſsima. Et ecce inuenit dormiẽtes, quid enim aliud faciant plane proſtrati, & aggrauati? Compatitur naturæ infirmæ: ſed tamen tempus aliud poſcit quam ſomnum. Quare dulci quadam ironia dicit. Dormite iam, & requieſcite. Tempus aptum delegiſtis, ardẽt circũ oĩa. quieſcite ſi poteſtis;res ipſa excitabit. Sufficit, ſat dormitũ eſt.Ecce appropinquauit hora.olim in nuptijs dixit matri, Nondũ venit hora mea:Dixit fratribus ſuis: tẽpus meum nondum venit Hanc horam expectabat; Prædicatũ eſt regnum Dei,facta miracula;Inſtituta ſacramẽta,poſita eccleſiæ fundamenta; Hora iam eſt bibẽdi calicem qua filius hominis tradetur in manus peccatorum:tradetur à peccatoribus pro peccatoribus,in manus peccatorum.Surgite, eamus, voluntas patris vocat.Iudas iã adeſt, mors imminet. eamꝰ occurramus. Iã opus eſt ſatiſfacere pc̃cõribus, pati ꝓ peccatoribus eamus ad peccatores, eum qui non nouerat peccatum,pro nobis peccatũ fecit.Ne nos inueniãt dormiẽtes, & latentes:Agamus fortiter. Timor iam ceſsit amori, ſenſus rationi;natura voluntati,Vita morti, quærẽda ita que & prouocãda mors, vt ĩ eius os obtrudamus vitã; alioqui quid mors poterit contra vitam; niſi vita ſeipſam prodat? Hinc poteſtas mortis, & tenebrarũ; & vita quærit mortem occurit morti; &ſeſe prodit morti: eamus,& nos,inquit olim Thom. & moriamur cum eo;Nam ſi commori mur,&conuiuemus,ſi compatimur, &cõregnabimus.Amen.

Romæ 1572. In oratorio Crucifixi apud Sanctum Marcellum.

Inſtat

SABBATO SANCTO.

De depoſitione, & ſepultura Domini.

POſt tot labores corporis, & anguſtias aīæ, plenus operum, meritorum, tandem inclinato capite, quaſi dormiturus, expirauit in cruce D.N. Ieſus, & introiuit in requiē ſuam, æterna redemptione pro ſe, & pro nobis inuēta: plenus gratia, qua nos in via recrearet: plenus gloria, qua nos in termino bearet. Atque ita cum vita ipſa terminauit omnia pericula, & dāna ſua. Deinceps quicquid contra ipſum tentabit mundus, & Satan, vane tentabit Mors illi fuit pignus, & porta æternæ ſecuritatis. Caueat nunc ſibi ſinagoga, caueat Satan ſibi, & regno ſuo; iā enim incipit Chriſtus declarare ſtomachū ſuum, & vires erga inimicos. Scimus anima eius deſcendiſſe ad inferos, & non ſolam, ſed cum magno comite, Deitas enim illi adeſt perpetuo: Scimus non eo deſcendiſſe vt patiatur. non enim ex ſeipſa aliquid mali commerita eſt; neque etiā propter nos amplius pati poteſt, quando in cruce conſumatū eſt martyrium eius: Dixit D. Petrus; quòd deſcendit ad prædicandū mortuis euangelium. ad dandam ſcilicet pacē, & ſciētiā ſalutis, & libertatis captiuis, quare ad damna Satanæ; ad regnum eius euertendum. videbimus cras, quid glorioſa illa Anima ſub terris fecerit. Corpus quoque illius exangue incipit honorari; & nō à Paſtoribus, Piſcatoribus, Publicanis, peccatoribus. vt olim: ſed à magnis, à nobilibus, Diuitibus, à iuſtis: à Ioſeph à Nicodemo, hominibus, & authoritate & eruditione valētibus. Impij poteſtatē habuerunt ſuper hoc ſacrum corpus, vſque ad mortem; nūc pertinet totum ad iuſtos, quòd ſi huc vocabuntur impij ad cuſtodiendum ſepulchrum; & iſti ſeruiēt vel inuiti gloriæ mortui huius, cum fidem facient Sinagogæ, quod Chriſtus reſurrexit; Impetrant itaque Nobiles iſti à Pilato corpus Ieſu, adfert Ioſephus ſindonem mundam, & inuoluit: Nicodemus adhibet Myrram, & Aloe quaſi libras centum, deferunt ad hortū proximum Ioſephi, ponunt in petra nuper exciſa, inuoluunt ſudarium capiti; claudunt monumentum magno ſaxo: ſinagoga addit ſigilla; Pilatus ea petente cuſtodes. Tot obſequia reqrit vnū hoc cadauer, & omnia in ſui gloriam; vtcunque vanitas mundi eorum partem alio torqueat. Adſunt Mariæ, bonæ mulieres, deuotæ mortui, adhuc amant mortuum; obſeruant locum, vbi reponitur, ſedent, contra ſepulchrum: & omnes Chriſti amicos, & deuotos inuitant ad mortui exequias, ad cuſtodiam monumenti. Adeſte, & vos ò chariſsimi, ſedete hic animo pio, myſteria ſancti monumenti huius cōtemplaturi.

Erit ſepulchrum eius glorioſum: Cap. 11. ita Eſa. de ſepulchro meſsiæ: & merito præcellit cœtera, quę omnia ſunt doloroſa, & pudenda: habet enim triplicem gloriam, qua fulget. primam ex nobilitate cadauerum incluſorum Secundam ex nobilitate, & ſignificantia cerimoniarum adhibitarum. Tertiam ex reſurrectione mortui. Tertiam hanc dimittemus in diem ſequentem: Reliquas duas tractabimus in preſentia, vtinam fœliciter, & fructuoſe:

Primò. De Primo, quid iacet in hoc magno, & honorato ſepulchro? Reſpondeo. Iacent hic tria magna cadauera. Vnde prima ſepulchri nobilitas; Et ſunt omnia vna die, & hora, vna morte, & vna in cruce extincta, quare ſi ſimul perēpta ſunt, æquum fuit vt ſimul ſepelirentur. Primū eſt ſacrū, & venerandum corpus D. N. Ieſu. Iacet hic mortuum, & exangue, adeſt & Deitas, quæ ſemel aſſumptū nunquam deſeruit, ſed tamen ipſa nō eſt ſepulta; ſicut neq; in cruce mortua eſt, niſi per concomitantiam. Diligenter autem obſeruandum eſt ſacrum cadauer, vt ſciamus verè mortuum eſſe: iacet igitur hic magnus ille propheta potēs opere, & ſermone. En manus quæ cælos crearūt &c. pedes nunquam laſſi ad currendum huc, illuc, ſemper, vt iuuarent. oculi qui lumen ſoli dederunt, qui omnia videre, & ipſas animi curas ſolebant qui vno intuitu cor Petri à morte ad vitam reuocarunt: os illud ſacrum, vena vitæ &c. omnia languent hic. Ita iuuat deuotos ſingula membra Chriſti mortui percurrere: vt verè intelligant Dominum ſuum mortuum iacere in hoc ſepulchro. Certitudo autem iſta mortis, honorat primo ipſum Chriſtū, qui ſic à vera morte ad verā vitā ſe excitabit. quāto. n. clarior eſt Chriſti mors, tanto illuſtrior fit reſurrectio. huc reſpicit quīta plaga: huc teſtimonium Centurionis corā Pilato: huc obſequia Ioſephi, & Nicodemi, vt ſciant, quòd verè mortuus eſt: Honorat deinde pietatem, & virtutē duorū nobiliū prædictorū, ꝙ non obſtantibus periculis, mortuo Chriſto tot impendunt ſeruitia. Vix enim cæteri audēt Chriſtum reſpicere, aut nominare, & iſti tanta cum pompa ſepeliunt: ob hoc de Ioſepho dicit Marcus. ꝙ audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus: Non ingreſſurus niſi audax; non enim citra periculum. Auget animum Ioānes, qui de vtroque teſtatur, quòd in vita Chriſti, diſcipuli quidem fuerant, ſed occulti, quòd de nocte comparebāt. Ita quòd ſuum diem dabant mundo noctem Chriſto: vide quantum profecerint in morte Chriſti: quanta ſit vis ſanguinis effuſi amabant viuum amant mortuum: viuum cum timore mortuum tāto cum amore, quòd nihil timent. Sic ergo iacet Chriſti corpus in hoc monumēto. vt olim verè iacuit Ionas in ventre Ceti: Secundū cadauer magnum, & vaſtum, quòd olim totum mundum amplexabatur, eſt corpus peccati: Hoc quoque mortuū eſt cum Chriſto in cruce; in quā tranſtulit illud Chriſtus, & extinxit deleto chirographo, quod cōtra nos erat. vt Paulus ad Col. Iuſtū eſt, vt cū Coloſſ. 2.
Chriſto ſepeliatur. Exclamat hodie eccleſia. ò neceſſarium Adæ pctm̄, quod Chriſti morte deletum eſt. Vt intelligas autem quomodo Chriſtus morte ſua peccatum occidit: Cogita quòd mors Chriſti duas habet virtutes, quibus veluti gladijs peccatum mundi confodit, & ſuſtulit è medio, affigens illud cruci. Eſt mors Chriſti meritoria; & eſt ſatisfactoria: vt meritoria, impetrauit homini gratiā Dei: Gratia è carnali fecit ſpiritualem, & dum carnalis erat, ſub lege erat: neque enim poterat illam implere, quæ ſpiritualis eſt: & ita iram operabatur, & concludebat omnia ſub peccato. etiam concupiſcentias intimas cordis. Ita lex vrgens, conuincebat hominem de inobedientia, & peccato: Et ita inqt Paulus, quòd 1. Cor. 15.
virtus peccati lex: Gratia dat vires ad implendam legem: ſublata vi

legis iam ceſſat, & perit peccatum, & ſit homo dominus legis ex gratia; quam illi imppetrat Chriſti mors Eſt etiam ſatisfactoria, & propitiatoria: vt talis delet, & tollit ab homine, cui ſe communicat per ſacramenta, culpam originalem: culpam omnem mortalem: & pœnam omnem æternam. omnia iſta damna recipit peccatum à ſola Chriſti morte. Satisfactiones etiam noſtras perſonales, & temporales, in ſeipſa ſic fundat, quod in eius virtute potiſsimum valent. ita concilium Tridentinum: Ex Chriſto habentur: ab ipſo offeruntur patri: per ipſum acceptantur à patre: ſic ergo patet quomodo Chriſti mors peccatū occidit. Oſe. ſanguis ſanguinem ideſt peccatum tetigit: Ita Pſalm. vocat ſanguines ſuos peccata: libera me de ſanguinibus &c. De hoc vere clamauit Chriſtus in cruce. Conſumatum eſt Tam fortiter autem percuſsit Chriſti mors peccatum, & tam confregit; quòd neque omnes Angeli, neque omnes Diaboli ſimul ſuſcitare poſſunt: nec Deus ipſe, ex neceſſaria ſui perfectione poteſt; quia velle malum non poteſt: ſola voluntas hominis ſuſcitare poteſt. quare Paulus, Mortui eſtis peccato quomodo adhuc viuetis in illo? Et certe quo modo? Duo enim maxima mala ſequuntur vitam peccati: Mors animæ peccantis, Et mors Chriſti redimentis: quare peccatores, dicit Paulus, rurſum crucifigere Chriſtum in ſemetipſis, ergo peccatum mortuum maneat, quieſcat; ne ſuſcitetur in æternum. Tertium cadauer magnum itidem eſt: corpus vaſtum, quòd olim totum mundum vorabat: & eſt Mors. Hæc etiam mortua eſt cum Chriſto in cruce, vt prædixerat illi per Oſeam. ò mors ero mors tua: quomodo autem Chriſtus mortem occidit? Dicit eccleſia. Mortem noſtrā moriendo deſtruxit; Ita olim ſerpentes Moyſis, ſerpentes Aegyptios deuorarunt. ſed quomodo ſic mors mortem vorauit? obſerua malum, & infœlix mortis conſilium. Semper vt erat ſua natura rapax, quæſiuit vitam Chriſti deglutire, modo lapidare, modo præcipitare; vix natum per Herodem voluit extinguere: ſed non erat hora: tandem vbi venit poteſtas tenebrarum, hæc domina tenebrarum inſilijt Chriſto; data eſt crux in harenam. hic ergo Mors, & vita duello conflixere mirādo. Mors totis viribus concurrit, adhibuit ſpinas, clauos, flagella, & mortuum in latere inſatiabilis lupa percuſsit: Ex alio latere vita concurrit, ſed magno cum artificio: obiecit Deitas humanitatem, quaſi eſcam, qua ad muſcipulam incautam mortem pertraxit: illa ſtatim vorauit; & vt erat humanitas mortalis: facile, potuit a morte vinci, cedere enim omnino opus eſt, mortalia morti: ſub eſca vero latuit hamus Deitatis incluſæ; quare mors deglutiens humanitatē, ſimul & in ventrē traiecit Deitatem, & vitam: vbi vero vita fuit in morte, ſeſe detexit, & ſic ſummo prælio dimicatum eſt; & tandem Abſorpta eſt mors in victoria: victoria vero per Ieſum Chriſtum morientem, vt enim morte Chriſti ablatum eſt peccatum ſimul & ſublata mors eſt, cuius virtus, & ſtimulus peccatum eſt: nam niſi fuiſſet peccatum, nulla fuiſſet mors. Eccleſia ipſe verus eſt agnus, qui abſtulit peccata mundi: quid inde? Mortem noſtram moriendo deſtruxit. Sublato ſtimulo, quid remanet mors, niſi mortua, quaſi veſpa

Oſe. 4. Pſal. 50. Rom. 6.

ſpa ſine ſtimulo; quæ bombiſonare, quidem poteſt, & terrere ſimplices, & incautos poteſt, at mordere minime; Ante Chriſti mortem terrebat mors; ita vt ſapientes mundi vocarent eam vltimum terribilium: Ita vt etiam ſancti ad eius nomen exhorreſcerent, vt Ezechias Rex, quia tum viua erat. Poſt Chriſti mortem, non modo non terret, ſed conſolatur, ita ꝙ Chriſti homines, hui' myſterij cõſcij, nõ mõ nõ vocãt mortẽ terribilẽ, ſed ſuauẽ & precioſam: nõ mõ nõ ſugiunt, ſed quærunt: Nam & ſi remanſit mors; remanſit mortua, vt nocere nequeat; quin ex hoc, quòd in vita mors obijt, Inter Chriſti brachia, facta eſt vitalis: facta eſt vera mors mortis animæ ideſt peccati, nunquã enim tutiores ſumus à peccato, quam cum mors in nobis extinguit peccatum, & facit impeccabiles, ita quod ſuomet gladio perimitur peccatum; mortem fecit ad deſolandos nos, & ecce mors ipſum exterminat, & veram vitam dat animæ. Veram etiam vitam dat corporibus: tantum potuit vita, in qua mors mortua eſt & facta miniſtra vitæ, & veræ ideſt æternę vitę. ſuſcipit enim Mors corpora noſtra, & recondit in ſe tanta fœlicitate; quòd ex eius manibus
1.Cor.15. redeunt immortalia, & glorioſa. ſeminatur inquit Paulus, animale, reſurget ſpirituale &c. vbi ergo eſt mors victoria tua? vbi ſtimulus tuus? ſublata ſunt mala omnia ex Chriſti morte. Atque ideo merito tria hæc cadauera ſimul ſepulta, quando ſic vno loco, & tempore ſunt perempta: Hæc de cadaueribus; Nunc pauca addamus de Ceremonijs.

Secũdò. De Secundo. Quomodo ſepulta ſint triſtia illa duo cadauera peccati, & mortis parum refert, ſunt enim ſepulta in mortem. Vnum hoc placet, quòd mortua ſunt, & ſepulta; vtinam non reuiuiſcant. Videamus nos quomodo ſepultum ſit ſacrum Chriſti corpus, quod ſepultum, & reconditum eſt in vitam. Hæc enim contemplatio plurimum iuuerit. Primo vt honores domini noſtri agnoſcamus. Secundo, vt piam intentionem ſanctorum illorum celebremus. Tertio vt ex eis diſcamus, quibus modis Chriſti corpus ſepelire in nobis, quotieſcunque in ſacramẽto ſumimus debeamus: ſic enim reſpondent omnia, inquit Origenes; vt pauciora his ad bene ſumendum Chriſtum nõ requiruntur: ſunt cerimoniæ ſepulchri nouem in ſumma: omnes pię, illuſtres, ac plurimum ſignificantes; Prima eſt ſindon munda; & ſignificat conſcientiam puram, ab omni labe. curandum hoc plurimum, ne aliqua in parte ſit culpa latens, ſunt antra, & latibula in corde noſtro, explica omnia, vide ne ſerpentem in anima retineas: Duo enim ſunt, quæ maxime impediunt fructum euchariſtiæ. primum ſi ſit culpa relicta latens. Secundum ſi deſit amor actualis, & deſideriũ. Secunda eſt ſudarium capitis, quod tegit ſens' omnes, & mortificat, hoc eſt obedientia maiorum, quæ tollit ſenſuum libertatem: & infinita animæ pericula remouet. Tertia eſt myrrha: hæc eſt mortificatio corporis. Quarta eſt Aloe, hæc eſt amaritudo, & compunctio cordis. Quinta. Petra nuper exciſa, noua: hæc eſt nouitas vitæ, de qua Paulus. eſtis azimi: hæc eſt animi fortitudo ex fide naſcẽs, parata oĩa facere, & pati pro Chriſto. In qua nil poſitũ, fides enim nõ admittit mixturas. Sexta eſt ſaxũ aduolutũ, & eſt propo

ſitum non peccandi, ſine quo nulla ſit peccati remiſſio. Septima eſt ſigillum Sinagogæ. Hæc eſt nota, & diſciplina eccleſiæ, ad quam paſtores exigunt oues, vt ſciant num inſit Chriſtus, vel non, quomodo confeſſi, & communicati, adhuc priores referant mores? quis abſoluit vſurarium illum. odioſum, fucatum? &c. Octaua eſt cuſtodia militũ, exercitia ſunt virtutum, quæ hominem occupant in bono, ne vel ocio, vel malis artibus Chriſtus rapiatur. Nona eſt vmbra montis caluariæ, iuxta quem poſitum eſt Chriſti monumentum, hęc vero eſt aſſidua meditatio crucis, & mortis domini, in qua fideles mirabiliter proficiũt; potiſſimum in ſtudio humilitatis, qua anima ſibi perit, & pereundo mortem Domini memorat, & celebrat, magno cum guſtu Chriſti pendentis, & mortuum hunc ſuũ dulciter inſpiciẽtis è cruce: mor-
Coloſſ. 3. tui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Ita quòd humilis morte Chriſti fruitur in hoc humilitatis monumento, Chriſtus viciſſim morte humilis gaudet, & fruitur: Et ita ſimul commoriuntur & ſimul ſeſe ſepeliunt: in me manet, en tumulus vnus: & ego in eo, en alius. Fœlix morientium fortuna, fœlix tumulorum ſocietas; Non eſt dubium, quòd & communis ſequetur vtriq; reſurrectio, & vita. ſtat enim canon beati Apoſtoli, quòd ſi compatimur, conglorificabimur. Si commorimur & conuiuemus. Amen.

Habita Neapoli in Archiepiſcopatu. 1569.

IN DIE SANCTO RESVRRECTIONIS

Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

Semper & locum, & tẽpus habet homo chriſtianus, quo poteſt ſeſe in Chriſto Domino, & Deo ſuo recreare: vt enim in ſeipſo totus eſt beatus, & glorioſus, delitias, & fœlicitates omnes in ſe vno concludẽs: Ita fidelibus, & creaturis ſuis ſemper apparet beneficus, & beatificus, etiã dum infans eſt in præſepio, etiam dum mortuus pendet in cruce, & iacet in ſepulchro: totã vitam aſſumpſit, totam exercuit, & totam extinxit in commodum noſtrum. Sed tamen Hæc eſt dies, quã inter omnes alias fecit Dominus, pro ſingulari gloria ſua; pro ſingulari dignitate Chriſti ſui; pro ſingulari cõſolatione noſtra quare intus, & extra exultemus, & lætemur in ea. Exultant cœli, & Angelos demittunt in ſtolis albis conſolatores. Exultat terra, ſe totam aperit, vt locum faciat tantæ ſaluti. Exultant inferi, quando pro magna parte eorum tenebræ ad lucem veniunt. Exultat mors, quando è faucibus ſuis ſentit exire vitam: de comedente cibum, de forti dulcedinem. Exultat vita, quando iam ſentit ſe reparatam, & immortalem, quis hic exprimere poſſit, quam tota exultet ſanctiſſima Chriſti caro, in reditu beatiſſimæ animæ ſuæ? Quando iam tuta eſt ab omni corruptione? quando iam reuocatur ad vitam, & immortalitatem? quis animæ glorioſæ lætitias narret, quando non derelinquitur in inferno, ſed tanta cũ victoria,

ctoria, tanto cum lucro!, tanta cum ſanctarum animarum comitiua, redit ad optatiſſimum corpus ſuũ? corpus tam ſancte conceptum:tam glorioſè natum, tam virtuoſè exercitũ: tam fructuoſè conſummatum,& extinctum? Redit ergo,& viuificat, ſimulque influit in illud ſuas beatitudines,& glorificat,viuum,ſanũ,integrũ & glorioſum facit. Omnia vero iſta virtutis, & gloriæ miracula vna operatur Deitas,mirabilibus illis, & eminentiſſimis modis, qui ſuæ cõueniũt Maieſtati;Ita quòd virtute eius Dux vitæ mortuus regnat viuus. In communi autem iſta rerum omniũ lætitia,in iucũdiſſima,& ſereniſſima hac die,quam verè Dominus,& ſibi, & nobis fecit,dum applaudũt,acclamant,& occurrunt illi omnia; ſilere ne,ſtare ne,triſtari ne, volumus nos? Sileat,& triſtetur Satanas,cui⁹ regnũ in terra, & ſub terra hodie vaſtatum eſt.Sileat Sinagoga,qua inuita, & renitente,hac die ſemper illi amara,reſurgit Chriſtus.Nos vero exultemus & lætemur in ea. Neq; vero decet lætitias has,aut modicas, aut tẽporales eſſe:ſunt enim huius diei bona,ſua ꝓpria fœlicitate immortalia, quando ſic mors à vita deuicta eſt, & abſorpta,ꝙ mors vltra non dominabitur. Sit ergo æternum,Alleluia,Alleluia: obſecro ne dormite,loquar enim de rebus tam magnis,tam lætis,vt ſit ne ceſſe dormientes ſe ſe ignauos,& indignos fateri tanti boni.

2.Tim.2. Memento Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis.Ita inſtat D.Paulus vt Res iſta non cadat ab animo;nam hæc vna veritas,non modo eſt oĩum radix,& fundamentum,ſed & gloria, & ſplendor eſt totius fidei noſtræ: Hinc eſt;quòd Chriſtus, qui in ſe ſuſcitando nihil laborauit;in aſſerenda reuelanda & promulganda reſurrectione,tantum,tot dies, tot modis laborauit:paſſus ſe videri,audiri,palpari,locutus cum diſcipulis, ambulauit cum eis,piſcatus eſt cum eis: manducauit cũ eis,quid plura? omnia fecit, omnia factus,vt ſciat mundus, quòd reſurrexit. Nihil aliud vnquã ex omnibus quæ fecit, tam diligenter aſſeruit;quia nil aliud tanti momenti erat & ſibi,& nobis.ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides noſtra. Et ne 1.Cor.15. tot labores Chriſti vani ſint, aut à nobis contemnãtur,æquum eſt, nos rem hanc diligenter tractare, vt tria ſaltem intelligamus.Primo myſteriũ Reſurrectionis.quid ſcilicet factum ſit,quid lucratus eſt Chriſtus. Secundo,Teſtes,& ea omnia,quæ rei veritatem elucidãt. Tertio fructus,& ea omnia bona, quæ nobis ex hac reſurrectione contingunt.Hæc enim tractantes,& de eius Reſurrectione certi erimus.Et in hac certitudine, fœlicitatibus huius diei, quaſi ei collaborantes,perfruemur.

Myſterium Reſurrectionis.

Vt radicitus intelligamus,quid ſit Chriſtum hodie reſurrexiſſe à mortuis,ſunt certa capita à nobis conſideranda, & ſtatuenda. Primum, Chriſtus Deus eſt, & homo. Vt Deus viuus eſt,Dei viui filius, vitam habet ĩ ſeipſo;quin ipſa vita eſt,& vitæ fons;viuificans eſt, quia vitam dare poteſt.Ioan.Ego ſum vita,& reſur Ioan.11. rectio. Vt homo,mortalis erat.i.habens animam à corpore vere ſeparabilem: hoc autem ex charitate, vt mori pro nobis poſſit. Secundum. Mortalitas iſta erat Chriſto indebita;non tantum vt Deus erat, verum

etiam

etiam vt erat homo iuſtus, ſine peccato; Mors enim ſtipendium peccati eſt, quare nil iuris habuit in Chriſto. Et tamen mortalis erat, quare ab illo omnino eiuſmodi imperfectio tollenda erat: Tertium. Mortalitas à Chriſto verè tolli nō potuit, niſi per mortem, in quam terminaretur, vt aptitudo in actum. Poterat quidem Deitas ſuſtinere, & à morte defendere, ſed tamen ab intra ſemper ſua natura fuiſſet mortalis: Mori ergo oportuit, vt fieret immortalis. Quartum. Terminata eſt de facto mortalitas Chriſti in morte, qua anima verè eſt ſeparata à corpore, ſine tamen præiudicio vitæ, quia & cum triplici gloria Deitatis. Primo, quòd interim mortem morte hac deuorauit, latebat enim vita quaſi hamus ſub eſca mortalitatis: quare mors credula, volens deglutire, quod mortale erat in Chriſto, ab immortali vita latente abſorpta eſt: ita olim prædictum. ô mors ero mors tua. Ita mors, & vita duello &c. Secunda, quòd vtranque partem, animam ſcilicet, & corpus Chriſti in ſe ſuſtinuit duplici vnione inſeparabili, animæ ad deitatem, Corporis ad deitatem, quare in hac morte nihil deitas ſui iuris amiſit. quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit. Tertia, quod ſeipſa, & ſuamet virtute ſuſcitauit à mortuis. i. animam corpori reſtituit, & reuniuit. Primò. Potuit facere ſine vllo labore. Tum quia mors mortua non poterat obſtare, aut impedire vitam iubentem: impoſ-
Ioann.2. ſibile, inquit Petrus, erat teneri illū, ſolutis doloribus mortis. Tum quia vtranque partem habens in ſe, hoc tātum operis habuit, vt ſimul vniret. Ita olim in argumentum ſuę maieſtatis, dixit. ſoluite templum hoc, Ego in triduo excitabo illud. Secundò. Decuit vt faceret. Primò ex parte deitatis, quam non decebat vniri diu cadaueri mortuo: Deſerere autem non potuit ſemel aſſumptam carnē, ob ſui etiam gloriam extinctam. Diſtulit triduum, tum vt impleret ſcripturas; Tum vt veritatem mortis aſſereret: Tale tamen triduum inſtituit, vt nullum vnquam fuerit, aut eſſe potuerit breuius hoc, quod conſtat ex vltimo primæ diei, ex ſecunda, & ex principio tertiæ, quod argumentum eſt deſiderij, quo tenebatur deitas ad ſuſcitandum hominem ſuum. Decuit etiam ex parte humanitatis: erat enim ſancta, & non decebat Sanctū Pſalm.15.
videre corruptionem. Pſalm. Natura, & virtute anima reſpirabat ad ſanctum, & innocens corpus ſuū, à quo nunquam vlla in re triſtata eſt. Violentia erat maxima vt diu abeſſet; quare tolli omnino decuit, & ſuſcitari. Tertiò Suſcitauit igitur. Ita quòd ex ex hoc, articulum ſummæ fœlicitatis inſtituit nobis ſancta fides noſtra, ꝙ Tertia die Chriſtus ſuſcitauit ſeipſum à mortuis. Et quòd ita ſit, copioſa, & autentica non deſunt teſtimonia, quę ad rei veritatem aſſerendam adhibita ſunt, mortua, viua, cœleſtia, terreſtria; dicta, facta, vſque ad certiſſima experimenta. Et hoc ſecundum eſt.

Teſtes Reſurrectionis.

Secundò. Sunt in primis Scripturæ ſanctæ, de hac re teſtimonium tale ferentes, quòd ſancta Nicena Synodus, non ſine iudicio addidit ad articulum. Reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas: De quibus & ipſemet Chriſtus apud Lucam. Luc.24.

Ne-

Neceſſe erat impleri quæ ſcripta ſunt in lege Moyſis & prophetis, & Pſalmis de me. Et ob hoc aperuit illis ſenſum, vt intellligerent ſcripturas. Sunt figuræ facti huius. cum redijt columba ad Arcam Noe. cùm eductus eſt Ioſeph de carcere glorioſus. cùm Sanſon abſtulit portas Gazæ euigilans. clariſsima omnium, cũ Ionas exijt è ventre ceti. Sunt prophetarum oracula. Apud Eſai. De Anguſtia & de iudicio ſublatus eſt. Item erit ſepulchrum eius glorioſũ. Apud Oſeam. viuificabit nos poſt biduum. Apud Iob. Scio quod Redẽptor meus viuit. Sunt Pſalmi. Vt in decimoquinto exponente Petro. Caro mea requieſcet in ſpe. Non derelinquas animam in inferno. Vt vigeſimonono. Domine eduxiſti ab inferno animam meam. Idem pſal. Tu cognouiſti ſeſſionẽ meam, & reſurrectionem meam. pſal. De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Vt Pſalmus tertius. Ego dormiui, & ſoporatus ſum. exurrexi. &c. Sunt teſtes è cœlis Angeli, qui magno cum terre motu deſcenderunt: lapidem reuoluerunt ab oſtio monummenti, deterruerunt milites, qui Mariæ primum, deinde ceteris mulieribus apparuerunt in monumẽto, & Chriſtũ reſurrexiſſe à mortuis teſtati ſunt. vrgentes, venite, & videte locum &c. monuerunt, reprehenderunt, docuerunt, conſolati ſunt mulieres ſagaciſsimi teſtes. Sunt & mortui, quorum multa corpora ſurrexerunt, q dormierãt. Matth. & ſanctos fuiſſe addit, ne putes eos mẽtiri. Et multis apparuerunt in Hieruſalẽ. Sunt milites cuſtodes, facti teſtes, & ideo excitati per terræ motum vt videant, & narrẽt. Sunt & mulieres ſanctę: Amãtes, & memores Chriſtri, etiam mortui, quem diſcipuli reliquerũt. Diligẽtes, & ſedulæ, ſummo mane, valde diluculo. Audaces in tanto rerum periculo. ad monumẽtum clauſum, ſigillatum, cuſtoditum. Dubitant de lapide, & neſciunt quòd habent angelos adiutores. Ita in oĩ Chriſti ſeruitio principia videtur difficilia. Inde facilitãtur. Hę, inter viuos, primæ omniũ ſuper hac veritate ſunt informatę ſic enim Chriſtus etiam in sũma gloria ſua memor eſt infirmitatis, vt cõfundantur fortia. Sic etiam apparet quomõ occurrit deuotioni noſtræ, vtcunque ſit imperfecta; qualis certe erat in his mulieribus, quas merito reprehendit Angelus. Quid q̃ritis viuẽ tẽ cũ mortuis? Sũt & teſtes Diſcipuli quorum omnium primus Ioannes, venit ad monumentum & teſtatur ſe crediđiſſe. Secundus Petrus, & abijt apud ſe mirans, non inuẽto corpore. Tertij ſunt duo illi in Emaus proficiſcentes. Tandem ſimul omnes decem clamant duobus illis redeuntibus. Surrexit Dominus, & apparuit Simoni. Et Thomæ. Vidimus Dominũ. Ad teſtes accedunt experimenta. Certum eſt enim in cruce expiraſſe, & expertus eſt miles, qui adhuc mortuũ percuſsit, ob hoc non ſunt ei cõfracta crura: ſed & ꝑ manus nobiliũ vnctus, & ſepultus eſt. Et tamen Angeli oſtendunt locum vacuum. d. venite, videte, ſurrexit, non eſt hic. Fuimus, manducauimus, bibimus vna cũ illo. Ita Petrus, Ioan. autem quod vidimus oculis noſtris, quod audiuim⁹ quod manus noſtræ cõtrectauerũt Remanent in ſepulchro linteamina, & ſudarium; ſpolia mortis, in teſtimonium mortis Chriſti, olim ſic ſepulti Certum eſt etiam reuixiſſe eum, Apoſtoli viderunt, & tetigerunt Maria in horto agnouit vocem. Cęteræ om-

nes

Marginal notes: Eſa. 53. — Eſa. 11. — Oſe. 6. — Iob 19. — Pſalm. 85. — Act. 2. — Pſalm. 138. — Pſalm. 109. — Matth. 22. — Ioan. 1.

nes tenuerunt pedes eius:cum diſci-
pulis ad mare manducauit. Et nemo
Ioan. 21. inquit Io. audebat interrogare Tu
quis es?ſcientes,quia dominus eſt. vl
timus omnium Thomas ex clamat
dominus meus,& Deus meus: ex his
cõcludit Mater eccleſia Scim' Chri
ſtum reſurrexiſſe à mortuis verè

Fructus Reſurrectionis.

Triplicem vitam ædificat in no-
bis rediuiuus hic Chriſtus. Internã,
externã,& æternã Dux vitæ mortu',
regnat viuus.Interna eſt animi vita,
& Pax;Nã ſi non reſurrexit Chriſtus
Inquit Paul', adhuc eſtis in peccatis
veſtris,ſed reſurrexit propter iuſtifi-
cationem noſtrã.Eph.2.&Col. 2. cũ
eſſemus mortui propter delicta no-
ſtra viuificauit nos cum Chriſto do-
nans omnia delicta.Paſcha noſtrum
immolatus eſt Chriſtus. Ergo eſtis
azimi.epulemur ĩ azimis ſinceritatis,
& veritatis.Externa eſt corporis im-
mutatio,& reſurrectio, in cuius ſpe
dormim'.Si enim Chriſt' reſurrexit
primitiæ noſtræ, confidimus, quòd
per eum &nos reſurgemus.Imo iam
ſuſcitatos.d.Paulus. ex ſpe, quæ non
confundit:Diſcimus ergo ex hac re-
ſurrectione,quòd id quod ſeminatur
ex morte viuificatur, & multum fru-
ctum adfert.Angeli habent veſtes ni
ueas vt hoc ſignificent. Internam,
externamque reſpicit æterna tan-
quam finis, quæ eſt immortalis. vt
quando nouam vitam in Chriſto per
ſacramenta ſuſcepimus, & facti ſum'
azimi,& iam in nouitate vitæ ambule
mus,& mors culpæ vltra non domi-
netur in nobis,quando per Chriſti ſa
guinem deletum eſt chirographum.
ſed fœliciter in eius vita creſcamus,

quouſque in æterna vita ſtatuamur
Per eundem Chriſtum dominum no
ſtrum. Amen

Habita Rauennæ. 1570.

F.Franc.Viced.

FERIA SECVNDA PASCHAE.

QVi Chriſti vitam non am
ant, qui eius præcepta,
conſilia,mores non reci
piũt tempore hoc potiſ
ſimum, quo magis ſibi timent, ſua
cogunt concilia,& Sinagogas, atque
ingenioſè,& viriliter ſeſe opponunt,
vt non proficiat. Ita olim Iudaica
Sinagoga ſeſe oppoſuit reſurrectioni
eius in carnem, data etiam pecunia
militib',vt mẽtirẽtur. Qui vero Chri
ſti amici,& deuoti ex corde ſunt:inte
rim non ociantur, ſed arrepta occa-
ſione fauent reſurgẽti.huc currũt,an
nuntiãt,vocant ad monumẽtũ. Ita o-
lim Mariæ ad Apoſtolos,audent oĩa,
ſperãt oĩa,& ĩter has induſtrias ſem-
per lucrãtur,& pro ſe, & pro alijs; Fiũt.n.
inſtructiores. Inter hos callidos, &
illos frigidos, magna eſt tepidorum
pars,qui donec totus mundus refor
metur idem ſentiãt, & dicãt de Chri
ſto,& eius doctrina; ſibi bñ cõſultũ
putant,ſi alijs negocijs operã nauent
Eſt hæc illa tepiditas, quę vniuerſum
Chriſti regnum diſſoluit, Tales erant
duo illi diſcipuli, qui donec Sinago
ga Chriſtum perſequebatur:mulieres
quærebant: ipſi prudentiores ad ſua
negocia ibant in Emaus, Chriſti nõ
prorſus obliti, nam & de illo loquũ
tur,ſed tñ in illũ ſic parũ bene affe
cti,quod vix hñt quid de eo ſperare poſ-
ſint.Hi ſunt leues illi,qui minima quã
uis occaſione impulſi,terga vertunt,

& à Chriſto facile alienantur. Quare dum in dubio ſunt,priuſquam nouis negocijs obruantur;ſunt ſuccurrendi,& ad Chriſti cognitionem, & ſtudia reuocandi. Sic inuenit hodie Chriſtus duos hos ancipites; atque priuſquam longius aberrent; magna charitate, patientia, & dexteritate reuocat ad ſe: vt ſtatim redeant in Hieruſalem, & eius vitam prædicent &c.

Duo Ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die &c. Habet charitas iſta qua Chriſtus deuios hos ſuos ſanat, & ad ſe reuocat,remedia ſex potiſsima, quæ & facile morbis noſtris, ſimili charitate poterunt adhiberi: Primum eſt:Quòd ſe coniungit illis in via,ſub forma tamen incognita,& peregrina Ita ſeſe,inquit Gregorius,accommodat foris formæ interiori,qua parū, aut nihil de Chriſto cogitant aut ſperant.Hæc illa charitas, quæ fit omnibus omnia;quæ à principio compatitur peccatoribus.Vos qui ſpirituales eſtis, ſuſcipite infirmum inquit Paulus inſtruite in lenitate. Ita Nathan propheta leniter à principio tractauit peccatum Dauidis, ſumpta parabola. ita dolentem Ionam tulit Dominus,& vbi feciſſet ſibi vmbraculum, immiſit hederam ad refrigerandum afflictum. Ita Samaritanā Chriſtus incognitus dulciter cōpellat ſuper aquis &c.Debilis eſt humana mens, non fert vehementes argutiones à principio,alioqui confunditur. Ita Paulus Nazareus fit vt audiatur.omnia facit, omnia fit charitas vt ſe inſinuet.ſic ergo adeſt duobus his Chriſtus;& cū eis ambulat incognitus: ſed tamen valde vtilis comes.Secundum eſt. In comitatu paulatim inducit,vt morbum ſuum propalent, quid ſcilicet ſentiant de ſe: Et hoc magno artificio, ſimulās ſe neſcire,vt euomant ipſi cor illud dubiū,& inane, qđ olim tēpore ſignorū,& fauorū omnia ſperabant de Ieſu. Nunc tempore afflictionum iam actum de omnibus ſpebus ſuis, & de redemptione Iſraelis putant. Ita dū ſtolide lætaretur Ionas ſuper hedera ſua nuper nata, immiſit Deus vermem corrodentem hederam,quo facto induxit ſimplicē prophetam, vt ſuam ſimplicitatē, & iniuſtā irā euomeret; velletque abſque propoſito mori. Ita & Samaritanam paulatim induxit Chriſtus, ad prodendā ſuam impuritatem, quòd virum non habet:ſic ergo propalatum eſt cor, ſic ignorans noſter Chriſtus ſua neſciētia,aperuit archana impietatis, quæ latebant in ſinu horum diſcipulorū. Tertiū eſt.Vbi morbus eſt detectus: tùm incipit ſanare; prius autem exagerat culpam, vt vere agnoſcant, & deteſtentur, alioqui non ſanat. Ita Nathan ad Dauidē.Tu es ille vir.&c. Ita Deus ad Ionam. Putas ne bene iraſceris tu ſuper hæderam hanc? Ita Chriſtus ad Samaritanam: Bene dixiſti,quia virū nō hēo;quinq; habuiſti &c.Ita hic, ô ſtulti & tardi corde &c.Radix morbi eſt incredulitas, ideo retegit eam.Hinc animus titubat,modo huc, modo illuc inclinat: quia non credit.Hinc affectus diſſoluntur,& corrumpitur:quia non creditur.Naſcitur aūt iſta tanta incredulitas ex mala radice, quòd non inſtituimus animum, & vitam iuxta Dei verbum, legem, aut prophetas, quorum omnium veritas vna eſt, & conſtantiſsima, ſed iuxta mores mūdi,opiniones carnis, naturæ motus,induſtriæ labores,quare ex incōſtantia mūdi huius,neceſſario innitētes illi, cogimur vacillare; huc illuc im-

Gal.6.

2. Reg. 12. Iona.4. Ioan.4.

impelli, modo ſperare, modo timere: qua rõne ſtultos, & tardos corde vocat Chriſtus hos ſuos: quid.n.ſtultius quã certa dimittere, incerta ſeq? quid ſtultius, quã præponere verbis, & cõſilijs Dei, verba, & cõſilia mũdi, & carnis? quid ſtultius quã vana, & fugitiua mũdi huius bona tãto ardore ſequi: ęterna cęli bona ſpernere? quid leuius quã tota quadrageſima ieiunare, orare, laborare vt gratiã Dei cõſequaris in Paſchate, & ecce vix habitã reijcitis, & ſpernitis? Ita ne parũ vobis videt̃ amare Deũ, & amari a Deo viuere ſ̃m virtutem? &c. Quartũ eſt. Vbi vinũ infudit, addit oleũ, & taxata incredulitate, iam quaſi Magiſter, & informator inſtruit fidem ex Dei verbo, ſuper duobus his capitibus, quæ ſunt. Primo, Neceſſitas mortis Chriſti, & Meſſiæ. Tũ vt impleret̃ voluntas patris. Tũ vt remediũ, & precium æquiualens præſtaretur iniquitati, cuius propriumꝰ ſtipendiũ erat mors, & mors vitæ, qñ è ligno vitæ, ꝑ peccatũ mors educta fuerat; Tum vt implerentur ſcripturæ, quæ exactiſſime, & mortẽ, & genus mortis, & modos, & ſocios, & locũ, & tempus, & cauſam, & fructum prædixerant, qđ moreretur. Quòd morte turpiſſima, quod crucifixus clauis; ꝙ inter impios, & ſceleratos: quod extra caſtra: ꝙ in meridie; ꝙ propter ſcelus populi: ꝙ cum ſalute, & pace mundi. Secũdò. Neceſſitas reſurrectioinis. Tũ vt impleretur promiſſio patris; Tum vt reciperet præmia laborum, & gloriã ſuam. Tum vt mundi iuſtitiam promoueret. Tũ vt ſcripturas impleret, quę non minus expreſſerant, Et reſurrectionem Chriſti mortui: & virtutẽ, & modum; & tẽpus, & cauſam; & fructum. Quòd vere excitaretur à ſomno. Quòd ſua ipſius virtute. ꝙ terribiliter tanquam leo, ꝙ tertia die. quod nõ decebat ſanctum corrumpi, ꝙ vt morte mortẽ occiderat; Ita reſurrectione vitam mundi repararet. Traditus, ꝑꝑ delicta: excitatus, ꝑꝑ iuſtitiã credentium. Sic ſuos inſtruit Chriſtus ex ſcripturis, non ex regulis mũdi, fides.n. ex auditu, Auditus per verbũ Dei, verbũ aũt Dei docet in ſumma Dei obedientiã; Hominis patientiam, atque ex his promittit gloriã, & honorẽ corã Deo, & tandẽ ẽt hoĩbꝰ. Ita olim taxata leuitate Ionæ, inſtruxit illũ, ſuꝑ regulis neceſſarijs ſuę miæ, erga pœnitentium lachrymas. Ita reuelata impuritate Samaritanæ, inſtituit eam in Dei cultu. Duos autẽ effectus facit in diſcipulis iſtis eiuſmodi inſtructio ex Dei verbo. Primo aperit illis cor, & oculos mentis, ſuꝑ neceſſaria mortẽ, & reſurrectione Chriſti ex teſtibus digniſſimis. Scđo inflammat corda, tanquã verbũ vitę, vt ſuo loco dicẽt. Nonne cor noſtrũ erat ardens &c.? optimũ aũt eſt vitæ ſignũ Flamma hæc, & ardor in auditoribus verbi Dei; ꝙ viua ſunt corda, ꝙ ſenſum habẽt, & ideo verba vitę ꝑcipiũt: Et hic vnꝰ ſenſus põt hoẽm ad ſe reuocare. Obſeruandum tamen eſt, ꝙ inſtructio iſta, vtcunq; optima, & exactiſſima ſit atque ex ore ipſius met verbi, & vitæ procedat, in itinere tamẽ, non abſoluit opus; mouet, excitat, calefacit: at nõ aperit oculos, vt loquẽtẽ diſcernãt: qa in itinere ſũt, alio tẽdũt, Cor vagũ habẽt. ita dũ Nathã loqueret̃ in itinere cũ Dauide per parabolã: nõ intelligebat: ita nec Samaritana promiſſiones aquæ viuæ, qa in itinere, corde vago, & male, aut multiformiter affecto percipiebat oĩa. Et hoc idẽ infortunium nobis cõtingit, dum Dei verbum docemus, audimur in itinere, inter montes ne-

gociorum,occupationum huius mũ di. Et ecce dies inclinat; cras portũ attingim⁹, At quia cor in Emaus tendit,Deus nouit, quem fructum ex tot laboribus perceperitis. Quintum igitur eſt, quo Chriſtus ex opere ſuo fructum aliquem percepturus, peracto itinere,primo fingit ſe longius ire ideſt ſocios deſerere, ô quam durum eſt caput à membris; Paſtorem ab ouibus ſeparari. Tantum vt ſit guſtata Chriſti virtus. Dixerunt olim diſcipuli beato Martino. Cur nos Pater deſeris? cur nos miſeros derelinquis? Dicant nunc catholici qui ſunt in Flandria, & Gallia,& timẽt de receſſu Chriſti, quàm dura res ſit. Ne proijcias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Et alibi. Deus meus ne elongeris,ne diſceſſeris à me.Inſtant igitur diſcipuli.Mane nobiſcum Domine.&c.Ita certe ſine luce adueſperaſcit, ſine Chriſto omnia confunduntur,&c. Et Coegerũt illum. Dulcis violentia.Facile autem eſt volentem cogere. Fingebat enim ſe longius ire: Ita cum Samaritana ſimulabat ſe velle bibere,daturus ipſe aquã viuam:Ita de Meſsia loquebatur,quaſi de extraneo. Cogit Chriſtum humilitas,vt in Chananea:cogit hic charitas:Quis ſeparabit me à charitate Chriſti? Regnum cœli vim patitur Ingreditur ergo bonus hoſpes retentus. De inde deſcendit ad ſpecialiora.Recumbens cum eis, accipit panem, & cerimonia ſua conſueta, (non enim amat nouitates, & peregrinitates) benedixit,& fregit, & dedit eis. Tam efficax autem eſt ſemper ſacra, & benedicta Chriſti menſa,ad illuminandum: ꝙ ſtatim aperti ſunt eorum oculi. Cætera fallere poſſunt. ſacramenta neceſſariam adhibent gratiam, modo ſuſcipiens non ponat obicem. Non poteſt ſe Chriſtus retrahere,à ſacramentis, in quibus incluſus eſt pignore verbi ſui: quòd ſi retrahit ſe ab oculis,vt meritum fidei nutriat;nunquam à corde. Poſſunt in ſacramentis deſiderari ſentimenta,guſtus,lachrymæ; nunquam deſideratur gratia,& animæ ſalus. quin ſæpe iuuat amittere ſenſualitates illas,etiam ſpirituales, vt diſcamus Chriſtum puro corde,& ſpiritu guſtare,& adorare. Ob hoc agnitus Chriſtus, quando nunc delectaret ſummopere eius p̃ſentia;Euanuit.ex oculis,non à corde,ita inquit; Bernardus.lac ſubtrahitur,vt diſcant veſci ſolido cibo.Ita deinde.expedit vobis,vt ego vadam. euaneſcit ex oculis,vt radicetur in corde.Et magnum hoc lucrum contulit, eis pinguis Chriſti panis.Quid vero amplius remanet ad opus hoc perficiendum? Sextum, & vltimum eſt Regreſſus in Hieruſalem,ad eccleſiam Apoſtolorum;collatio ſcilicet donorum, vbi docent, & docentur. Hæc vero eſt ſanctorum communio, qua pietas ſimul exercetur,& augetur,in cõcilio iuſtorum,& congregatione,inquit Dauid. Hoc loco mirabiliter iuuant ſodalitia, confraternitates; modo in eis frequens ſit auditus verbi,& fractio panis; alioqui tendũt in Emaus,fiunt mundi negocia,ſuas habent põpas,luxus,ſenſualitates, quibus fit,ꝙ cũ Chriſto ſunt, & tamen nunquam aperiunt oculos, aut proficiunt. Nos ô chariſsimi remedia iſta recolamus, tanti Magiſtri diſcipuli, in ſalutem noſtram,& fratrum noſtrorum tepidorum, vt tandem in fide Chriſti radicati, & fundati,ſequamur cum in omni fortuna, quouſque ſupra omnem fortunam, ducat

Pſal. 50.
Pſal. 50.
Rom. 8.
Matt. 11.
Pſalm. 110.

ducat nos in ſtabile, & æternum regnum ſuum. Amen.

Habita Neapoli. 1570.

FERIA TERTIA
Poſt Paſcha.

TAntum in nobis poſſunt conceptus cordis noſtri, & ij præſertim, qui pertinent ad intereſſe, q quicquid ab his multum, aut parum diſtat, videtur nobis incredibile, & impoſsibile vtcunq; rationi conſonet, teſtibus idoneis probet, ſtrepitũ faciat, ſe ſe oculis ingerat. Cor iſtud plenum humore proprio nõ admittit alienum. Sunt autem duo potiſsimum, quæ in nobis difficultatem hanc faciunt, tremoreque miſerabili replent nos, Vnum eſt, quòd timemus nobis à nro met corde, ne frangatur, turbetur, ſuas confundat iucunditates: quando proponitur nobis nouitas iſta viuendi, quæ ſecum trahit certam deſolationem omniũ eorum, in quibus hactenus delectati ſumus, ac ſi ſemper agenda ſit perpetua quadrageſima. Alterum eſt, quòd timemus nobis à cenſuris, & iudicijs ſeculi huius, q totus & ipſe opponitur his moribus, qui nuper proponuntur, vt meliores: Hæc illa difficultas eſt, qua tantum laborant pauperes Chriſti Apoſtoli, in cognoſcẽdo Chriſto ſuſcitato; quare prius difficile fuit eos in vnum reuocare, vtcunque Angelorum, & mulierum teſtimonijs vrgerentur. Deinde vbi in vnum redacti ſunt, foribus clauſis ſtant, tum quòd timent deludi à Satana; tum quòd timent ſibi à Sinagoga. Sed ſuperat omnia charitas Chriſti q omnino deliberauit ſuos hos illuminare, & ſtabilire. Et hic tandem ſtatus eſt pulcherrimæ narrationis; quam hodie Lucas inſtituit; quæ duo in ſumma complectitur capita principalia: Primum, vt diſcamus quantum nos inepti, & difficiles ſimus ad cognoſcendum Chriſti regnum, & vitam. Secundum, quantum patiens, & diligens ſit Chriſtus, ad corda noſtra informanda, & ſtabilienda.

Stetit Ieſus in medio diſcipulorum. &c. Ita ſui corporis dominus eſt Chriſtus, ex quo contulit ei immortalitatem, & influit anima in illud ſuas beatitudines: quod poteſt ad nutum mouere, & quocunque loco voluerit, ſtatuere. Non quòd verum corpus non ſit, ſed quòd ſpirituale, & glorioſum eſt: Hæc vna ratio ſufficit ad credenda omnia, quæ de ſanctiſsimo eius corpore nobis, à ſancta fide noſtra traduntur. Hic itaque repente adeſt, intactis etiam, & ita motis foribus, ex dote ſubtilitatis, qua penetrauit etiam ſepulchrũ clauſum: Et ſtat In Medio diſcipulorum. Ita ſui natura medius eſt Chriſtus, etiã in æternitate, inter Patrẽ, & ſpiritum ſanctum: Officio mediator inter Deum, & hominem; Vt preciũ pendens in cruce inter peccatore. Vt Magiſter inter diſcipulos. Vt ſol inter aſtra. vt cor inter membra ſua, quæ cupit illuminare, & recreare. Summa vero recreatio, qua ſuos reficit, eſt hoc vnum verbum maxime conueniens Chriſto. maxime neceſſarium Apoſtolis. Pax Vobis. vna hæc Pax finis eſt laborum omnium Chriſti; vna hac egebant Apoſtoli: vndiq;, intus, & foris turbati, & oppugnati.

Ioan.14. gnati. Symbolum Chriſti Pax eſt. Non autem mũdi Pax, de qua apud. Io. Non quomodo mundus dat, ego do vobis: nullam habet Chriſtus pacem: ſed bellum perpetuum cum mundo, Et mundus ſenſitiuus repugnat Chriſto deſolatori ſuo. Non etiam pax carnis, aut ſenſus eſt, quæ vitam noſtram ita cõponit, vt Deus noſter venter ſit, vt omnia fiant ſecũdum iudicium oculorum, & ſenſuũ, quos facile decipit Satanas, Sed Pax ſpiritus eſt, quæ exuperat omnem ſenſum, & exultat in corde, & ſpiritu, cui ſeruire coguntur ſenſus omnes, tanquam legitimo rectori. Pax igitur iſta ſpiritum corripit. i. partẽ animæ ſuperiorem, in qua conſiſtit imago Dei, & in eo tria facit. Primo componit, & quietat, turbatum mitigat. quod ſilentium ſacrum eſt. Secundò, exhilarat, ita vt quauis fortuna iubilet. Tertiò inſtituit, & informat, tanquam audientem alacri animo: & dicentem. loquere Domine; audit ſeruus tuus. Ita ante omnia curanda eſt animi pax, & compoſitio Ita recedens dicit, Sedete in Hieruſalem (quæ eſt ciuitas pacis) donec impleamini virtute ex alto. Hanc ſequitur hylaritas animi, quæ promptum ad omnia pro Chriſto agenda, & ferenda facit. Pacem itaque intimat Chriſtus diſcipulis ſuis, tanquam optimam ſedem ſpiritus ſui; iubetque ne timeant, quoniam, inquit, Ego ſum. qui pacis fœdera iũxi, qui dare, & conſeruare hãc pacem, & valeo, & volo, quicquid tandẽ optatis, ego ſum: vnus ſufficio Illi vero Conturbati, & cõterriti exiſtim. ſe ſpiritum videre. Tam ineptũ eſt cor noſtrum ad ſuſcipiendam Chriſti pacem, quòd ad eius vocem turbatur: & quæcunque audit iuxta Chriſti pacem, & voluntatem, ipſum perturbant; timoremque incutiunt carni, quaſi phantaſtica, & impoſsibilia præcipiantur. Hinc infinitæ illæ cordis noſtri quæſtiones, & irreſolutiones, quibus à cognoſcendo, & ſuſcipiendo Chriſto retardamur. Sed habet Chriſtus argumenta valida, & potentiſſima ad tollendos hos tremores, & ad pacem ſuam cordibus noſtris infigendam. Primum eſt ex viſu, cui obijcit manus, & pedes. Secundum ex tactu, cui tradit palpandam carnem, & oſſa. Tertium ex guſtu, cui dat ſaporem ſui, ex alimento præſtito.

1.Reg.4.

Luc.24.

De Primò inquit. Quid turbati eſtis. Videte manus meas &c. Sunt in manibus, & pedibus Chriſti fœcũdiſſima ſemina pacis noſtræ, ſi videãtur, & contemplentur, ſtigmata, & cicatrices illæ glorioſæ, æternũ pignus ſummæ illius charitatis, & patientię; qua peccata noſtra pertulit in corpore ſuo: ſeruiunt itaque manus iſtę mirabiliter Chriſto. Primò, ad placãdũ patrem, cui perpetuo oſtendit latus, & vulnera. Secundò, ad ſignificandũ triumphum, & victoriam contra inimicos. Tertiò, ad fundandam fidem noſtram ſuper veritate corporis ſui. Quartò, Ad firmandum animoſam ĩcorum, & diſcipulorum, vt ex his maximè agnoſcant quis ſit, quid fecerit pro eis; quid illi viciſſim facere pro illo debent. Totum hoc pertinet ad contemplationem paſſionis Chriſti, vnde ſumma orit pax fidelibus, in ea ſperãtibus. Quod ſi viſus nõ ſufficit.

Ad Secundum. Palpate, quia ſpiritus carnẽ, & oſſa non habet. Pertinet hoc ad praxim chriſtianæ pietatis, q̃ ea omnia, quę contemplatio docuit, ipſo experimento cõfirmat. Quam, ſcilicet, ſuaue ſit hærere Chriſto, illi

ſeruire,

ſeruire, illius ſpiritu viuere, pauperes eius alere, bonam hanc conſcientiã ſeruare, & cætera. Accede, experire, palpa, ne credas verbis inexpertorũ; niſi ita inueneris, reuoca pedem: ſed vbi guſtaueris, ſtatim dices. Bonum eſt nos hic eſſe. Quod ſi videtur, ineſſe carnem, & oſſa, durum, & molle in ſeruitio Chriſti, atque ideo deterreris. ita ne? Ergo in ſeruitio mundi & Satanæ ſunt omnia mollia, & nihil durum? Eheu quot inſunt oſſa, interna, & externa, temporalia, & æterna, modo tu iuſtè iudices: labor eſt fateor, ſed tamen ſpiritus Chriſti dat in labore requiem, in æſtu temperiẽ: Hoc dare non poteſt ſpiritus mũdi. ſic ergo potenter animat Chriſtus ſuos exterritos. Et tamen non ſatis eſt: Adhuc non credunt; ſed tamen mirantur præ gaudio. admiratio attẽtos facit; hylaritas dilatat cor, & capaces reddit.

Ad tertium igitur trãſit. Habetis aliquid ad manducãdum? Hoc vero illud remedium eſt certiſſimũ, quo in Chriſti cognitione, & guſtu proficimus, dum ad eius mẽſam ſedemus, & cum eo, imo illum ipſum manducamus. Ita heri ĩ fractione panis agnitus eſt. Comedit in pauperibus, & reddit centuplum. Fœneratur Deo qui mil. paup. Et hic, dum cum illo manducant, dant, & accipiunt cibos aperit illis ſenſum, vt intelligant. Quos vbi tribus his medicamentis ſanauit, & capaces reddidit, iam inſtruit, & inſtituit, circa omnia regni ſui myſteria, tanquam ea, quæ conformia ſunt veritati ſcripturarum, & eorum, quę ipſemet olim prædixerat de morte, & reſurrectione ſua: Atq, in hac ſui clara cognitione dimittit. Abit Chriſtus conſolator, & conſolatus, relinquitque ſuos conſolatiſſimos: vtinam ego ex parte ſaltem ſic dimittar à vobis.

Peroratio.

Nunc ò charißimi, & ego iam receſſurus, vos admonere cupio, vt ex tot laboribus meis, ex tanta patientia veſtra, qua me dicentem ſuſtinuiſtis, fructum aliquem per compendium capiatis, dicam, & ego quaſi vniuerſam doctrinam per epilogum repetens. Hæc ſunt verba quæ locutus ſum vobis. Opto in primis, & toto corde precor vobis pacem illã ſpiritus, & animi quietem, quam ſuis contulit Chriſtus. Eſt enim vt dixi ſimbolũ infallibile ſpiritus chriſtiani, quæ & ſecum trahit vitam lætam, & ad omne opus bonum paratam; vtque hanc habeatis. Primo videte, obſecro, manus Chriſti, agnoſcite opus eius, fauete fidei; opꝰ enim Dei eſt hoc, vt credatis. ſeruate religionẽ immunem ab omni labe: cauete à ſeductoribus, à nouatoribus: ne diſcedite à ſancta catholica eccleſia. Videte: ambulate oculis apertis, videte quomodo caute amb. circa fidem, nolite omni ſpiritui credere &c. videte circa religionẽ, ne in ea peccetis, loca ſacra, altaria, ſacramenta, indulgentias, ſacerdotia ne polluatis. hæc enim ſunt remedia peccatorũ, quibus pollutis, nulla remanet ſpes. Fouete religionem, ſacerdotes honorate, eccleſias colite. Altaria veſtra capellas inſtruite: ſunt enim ſemina bonorum omnium pro domo veſtra. &c. Videte, oculis fidei diſcernite. Fides habet Theoriam, quę contĩnet dogmata. Habet & praxim, quæ continet religionem, & cultum Dei externũ, templa, altaria, cerimonias. vtrobiq;

vtrobique ſunt oculi aperiendi.Secũ dò,Palpate,& exercete vos circa ope ra miſericordiæ, venite ad praxim, ſugite ocium & ſpiritus,& corporis ne credite vanis,& inexpertis,qui ni hil huius artis ſciunt; palpate,experimini.Tertiò.Manducate cum Chriſto, admittite pauperes, Date eleemoſynam; & omnia munda ſunt vo bis.hæc ſit pars veſtra. Frequẽtate & illam menſam, in qua Chriſtus ipſe cibus eſt; nã ex ea dat omne delectamentum: hæc ſola eſt mundi fœlicitas, & ſine hac valde difficile eſt pro ficere in Chriſto. His curis incumbi te,& ecce Chriſti ſpiritus vos aptabit ad omne opus bonum,in Dei gloriã & ſalutem animarum veſtrarum: Ita opto,& precor vt ſit.Atque hac ſpe, Benedico, & fauſta omnia vobis ex animo precor:Deus pacis vobiſcum ſit.Pax vobis. Amen.

Rauennæ.28.Martij. 1570.

FERIA QVINTA Poſt Paſcha.

VIua flamma puri, & ſacroſancti amoris,dedu xit D.N. Ieſum è cœlis ad terras. Ille idẽ amor hic exercuit vſque ad mortem:Et quoniam fuerunt exercitia, vtcunque foris violenta: intus ſpontanea, & voluntaria; potuerunt conſumere carnes, cotundere oſſa, fundere ſanguinem;extinguere vitã: amorem turbare non potuerunt. Na tus ergo ex amore, vixit, & obijt amans,& in ipſis faucibus mortis ama uit,& iuuit:nullibi fuit corp⁹, vel ani ma ſine amore,atque vbique reliquit nobilia amoris ſigna. Redijt tandem ad idem corpus, ad eandem animam vitam,ſanguinem: atque ad eundem amorem. primum verbum amoris indicium. Pax vobis. Cor dulce habet,& ex amoris vi redit ad ſuos, & il lis, vbicunque inuenit ſe ſe ex amore componit,& conſormat:cum eũtibus in Emaus it;cum piſcãtibus ad mare Tyberiadis, retia dirigit, prunas excitat;en hodie in horto, hortu lanus comparet dilectæ ſuæ Mariæ: omnia fit,omnia facit ex amore;ambulat,loquitur,palpatur,videtur, comedit,tandem ex amore comeditur & in nobis ipſis noſter fit,Et tamen amantiſſimum hunc Ieſum, adhuc crudelis illa, & ſanguinaria lupa Sinagoga perſequitur, adhuc ſanguinem eius ſitit, adhuc nouas illi ſtruit inſidias; non potuit impedire amorem eius, quin reſurgeret, & rediret ad ſuos:obſcurare vult gloriam: prodigit copioſam pecuniam. Iubet cuſtodes mentiri. Et ſi aſſequi poſſet, iterum crucifigeret &c. Eheu & inter nos, qui ad priora peccata iam re deunt, quid aliud faciunt, niſi quòd ſanguinem Chriſti iterum fundunt, & amantiſſimum dominum in ſeipſis crucifigunt?&c. Habet tamen & ſuos dilectos,quorum alij ſedẽt, alij currunt; alij amore eius corde quieto fruuntur, alij amant & fluctuant. Sedent perfecti, qui amoris huius myſteria poſſident, & ſacro quodam ſilentio perfruuntur: Ita ſedent Angeli,& ſedendo cuſtodiunt,hono rantque ſepulchrum; Vel ad caput, vel ad pedes, vtrobique ſedent in ſto lis albis.Ita corda pura in omni fortuna læta,vel aduerſa ſedent, modo cum Chriſto ſint,ea ſola præſentia, & fortuna cõtenti, quòd Chriſto ſer uiunt. Sedet & prudentiſſima Mater Chriſti,in alto ſilentio cordis ſui;

& ſtat

& ſtat conſtantiſsima,obſeruans om
nia;&reponens,vbi?In corde ſuo,ibi
moritur.Ibi reſurgit filius: Et non
ociosè claudit hos ſciẽtiæ theſauros.
ſed confert:beataque iſta collatione
fruitur amato filio. Ceteri oẽs amici
Chriſti amãdo currunt, fluctuant, fe
rũtur huc illuc;modo ad ſepulchrũ,
modo ad fratres:modo reſpiciũt la
pidẽ,modo linteamina, modo ſuda-
riũ, & ecce abeunt modo ad ſeipſos
modo ad alios. Inter hos amãtes ar-
det miro modo dilecta iſta Maria,
ſed tamen & ipſa fluctuat, curritque
ad monumentum,ad Apoſtolos. re
ditque ad amatũ hortum,ducit mo-
do hos,modo illos;Et indè abeunti-
bus illis,abire ipſa non poteſt; Ita il-
lam iam incipit amor Chriſti firma-
re & viſio Angelornm, vtà monu-
mẽto ſe explicare nequeat:Hic ergo
languet,& plorat,huc illuc ſe vertit,
modo ad Angelos, modo ad hortũ
modo ante, modo retro. Angitur
miro modo.Hic igitur adeſt Chriſtꝰ
verus amator,uerią; amoris doctor,
vt Languẽtẽ hanc ſuã ſanet,vt tãtam
imperfecti amoris fortunã tranquil-
let:vt amorẽ iſtũ ad ſuã pfectionẽ re
uocet. Actio eſt amoroſa atq; idõ dul
ciſsima,& iucũdiſsima inter dilectũ,
& dilectam; qua triplici ſtudio Dile
ctam perficit:primũ,quo incognitus
excitat, & flentem reprimit.Secũdũ,
quo verbo ſe declarat; & quærenti ſe
ingerit. Tertiũ,quo dilectã ĩſtruit &
exercet,quaſi Apoſtolorũ apoſtolam
oĩa vt dilectã ſuã ĩ amore ſuo pficiat:

Primò. De Primò. Stat Maria ad
monumentum,quia amat,amor deti
net,iuuat locum inſpicere,vbi poſitꝰ
fuerat: ſed tamen amor imprudens
eſt, & duos errores patitur primo,
quod inquietus eſt,huc illuc amantẽ
rapit,Secundò quòd triſtis eſt, & la-
chrymas excutit, ita quòd neſcit di-
lecta,niſi plorare.Dulciſsimæ ſunt la
chrymæ pœnitenti; quarum vim ex-
perta eſt, dum aliàs pedes dilecti la-
uit, & peccatorum remiſsionem ob
tinuit.Cor vrens diſſoluit oculos; la
uare nõ poteſt dilectum,lauat monu
mentum.in quo dilectus fuerat. Sed
ecce Dilectus adeſt,vt amorem iſtũ
perficiat,vt lachrymas iſtas intempe
ſtiuas tollat, vt amantem ſuã ad ſum
mam illam amoris vim deducat,
quam lex Diuina exigit; vt ſcilicet a-
met, toto corde; tota aĩa;tota mẽte;
tota fortitudine,ſic quoque fluctus,
& lachrymas Diuini amoris ſcandala
tollat, Dilectamque ſuam ad lætitias
amoris ſui extollat.Non ſunt autem
illi,quos lex pręcipit,amores quatuor
ſed quatuor amoris gradus, quibus
in amante amor perficitur. Primus
eſt amor cordis,quem D. Bernardus
vocat ſuauem,& delicatum;Dioniſiꝰ
Magnus vocat Mobilem:Ricardus,
inſuperabilem.Secũdus,eſt amor anĩ
mæ: quem Bernardus vocat rationa
lem. Dionyſius ſtantem,vel ſedẽtem
Ricardus. Inſeparabilem. Tertius eſt
amor mentis,quem Bernardus. ſpiri
talem: Dionyſius. Acutũ.Ricardus,
ſingularem vocat. Quartus eſt amor
fortitudinis,quem Bernardus.Heroi
cum: Dioniſius,feruidum. Ricardus
inſatiabilẽ vocat.Primus cor ſponſæ
vulnerat.Secũdũ ligat:tertiꝰ morti-
ficat:quartus reſuſcitat:Primus ſpon
ſum deligit.Secũdus,introducit: Ter
tius ſpoliat.Quartus, fœcũdat. De
primo vulneraſti cor meũ.De ſecun
do. Mihi ad hærere Deo bonũ eſt.
De tertio,viuo,ego iã nõ ego. Amo
re langueo. De quarto,viuit in me
Chriſtus.Hos omnes amoris gradus
in Maria ad monumentum ſtante; &
plorante hodie facile diſcernimus:

Amor eſt cordis,mobilis, inſuperabilis tamen,qui amantem ad monumentum ducit, & ibi detinet: quæritque dilectum , qui ab amoribus mundi huius ſuperari non potuit , quare miſsis omnibus dilectum ,ſequitur:ſed corde mobili & inquieto, ac dolenti,& lachrymoſo.Ita in cantica circuit illa,velut Dama,& fera pcuſſa potẽti ſagitta , currit quocũq; fert dolor . In lectulo quærit : non inueniens circuit vicos, & plateas . &c.Ita hic amor in Zachæo tam anxie Chriſtum quærit,quòd & arboris ſumma cacumina conſcendit, vt videat . Ita currit Moyſes ad montem Dei Oreb,vt rubũ videat : Ita Dauid æſtuat . quid mihi in cœlo , à te quid volui ſuper terram:ita Samaritana vritur, vt aquam illam vitæ habeat,Domine da mihi hanc aquam . Et inde orare vult,ſed neſcit locum:ita currebat pernix iordanis aqua,vbi ad eã delata eſt Arca domini . Et noſtra hodie, quam angitur ſuper dilecto? Tulerunt dominum meum , & neſcimus vbi poſuerũt.inde hortulano Domine ſi tu ſuſtuliſti,dicito mihi, Et ego eũ tollam . quãtum audet amor. Febris genus eſt , amor hic mobilis , qđ cor vrit: & ſigna febris ſunt tria : Pallor faciei,oriẽs ex propriæ infirmitatis ſenſu,iterum ex amiſsione dilecti.Sitis in ore, è cordis fornace ardentiſsima proueniẽs.Deſiderium dilecti ; quæſiui quem diligit anima mea. Cant. 3. Pulſus irregularis, modo altus , modo depreſſus : modo læta , modo triſtia meditãs,modo vitam,mõ mortem experiens:modo timens , modo ſperans omnia : Ita ſi ponas aquam igni in cacabo , quam primum ignis calor afficit, fluctuat aqua,& cõmouet,tantã fortunã patiens, vt ab imo fundo,ad ſuperficiem vſq; tota concitet:pſal.anima mea turbata eſt &c. Pſalm.6.

Amor huic ſuccedit animæ , q rationalis eſt,& ſponſæ cor ligat,ſponſamque ad ſponſũ introducit , amor inſeparabilis, qui ſedentem animam facit:& concluſionem certam elicit . Diligam te Domine fortitudo mea. &c.De quo Dauid . Pſalm.17. Adhæſit anima mea Domino &c. Pſal.61. De quo dilecta;cũ paululum pertrãſiſſem; Cant.3. De quo Apoſtolus ;quis ſeparabit me à charitate Chriſti? Rom.8. Hic ergo amantem firmat, vt ſemp & inſeparabiliter amato vniatur.Hic Moiſen currẽtẽ, ſtare iubet vox è rubo.Hic aqua iordanis ,q̃ primũ pedes ſacerdotum ſentit,ſiſtitur : Hic Samaritana.Domine,vt video , ꝓpheta es . quare hũc audire , &ſeq vult: Hic amor animæ ratiocinatur,& ſedet . Hic lachrymæ Mariæ noſtræ reprimuntur , dum & Angeli, & Dominus eas ſtare iubent . Dicunt enim. Mulier quid ploras?quid fruſtra angitur cor tuum?quid ſic intempeſtiue teipſam conficis,& maceras?quid huc illuc raperis?ſtare iubet Ita Zacheo. Luc.19. Deſcende : hodie in domo tua me oportet manere . Ita ab arborum folijs ad ſui contubernium vocat dilectus.

Amor mẽtis huic ſuccedit; Amor, ſingularis, qui dilectę cor totũ rapit ad ſponſum , & in ſeipſo mortificat Amore langueo:qui ſponſam in ſpõſi thalamo denudat, & nudo,nudam exhibet ; vt non modo ſemper , ſed tota ſit ſponſi ſui : Hic Dauid dicit : Pſalm. 76. Renuit cõſolari animæ mea: hic Paulus . Gal.6. De cætero nemo mihi moleſtus ſit ; Hoc facit amor mentis , amor acutus , qui oculos dilectæ informat , & inſtruit , vt diſcernat Moiſes terram à terra: Exod. 3. Solue calciamenta de pedibus &c. Terra in qua ſtas ſancta eſt ; Vt diſcernat Samaritana aquas

Ioan.4. aquas ab aquis. qui biberit ex aqua ſitiet iterum: qui vero ex ea quam dabo illi, fiet in eo fons aquæ ſalientis &c.Hic ergo relinquit Hydriam, & funem; hic Diuiduntur aquæ Iordanis, & ſiniſtre deſcendunt ad mare mortuum,ac ibi perduntur,

Secundo. Hic dilectus dilectam compellat. Maria? ſonoque vocis ſuæ ſeſe dilectæ propalat, vt ſciat, & videat dilectum præſentem. Ita
Gen.32. Iacob. Vidi Dominum facie ad faciem: In hoc amore, per fractionem panis, aperuit oculos, duobus
Ioan.20. in Emaus:in hoc ſeſe palpandum prę buit Thomæ. infer digitum tuum huc &c.quare ſtatim clamat: Dominus meus & deus meus: Et Maria:
Cant.3. Rabboni? iam diſcernit, iam d. dilecta: Inueni quem diligit anima mea. Quare ſiti perit: Angelos iam non reſpicit,aut monumentum:omnia arbi
Phil.3. tratus ſum ſtercora vt Chriſtum lucrifacerem.

Amor fortitudinis huic ſuccedit, qui feruidus eſt, qui cor inflammat & quaſi in fornace transformat: qui dilectos facit conſortes naturæ Diuinæ:qui aquam ebullientem in vaporẽ tranſmutat. Inflammatum eſt cor
Pſal.72. meum. Renes mei commutati ſunt, ad nihilũ redactus ſum: Defecit cor meũ & caro mea:quid ergo? en cor
Pſal.76. nouum creatum in dilecta. Memor fui Dei,& delectatus ſum.hic Paulus Mihi viuere Chriſtus eſt. cor ſic trãs formatum exprimit amorem inſatia-
Phil.1. bilem.Hic amor inſatiabilis eſt: qui
Pſalm.115. omnia dat dilecto, & quaſi nihil det ſemper dicit; quid tribuam Domino? qui ſemper Dilecto fruitur, & ſemper frui deſiderat:Amor diuinus, & Angelicus: In quem deſiderant Angeli proſpicere, & tamen ſemper vident faciem patris.Hic cõqueritur ſemper Rachel, & cruciatur vt pariat.Fœcunda eſt, & ſponſi virtutem in ſe habet,qua fœta eſt,amore plena; Hic Moſes conſcendit montem vt videat: Hic aquæ Iordanis dextræ implent alueum & redeũt in fontem: Hic Samaritana plena Chriſto, currit ad pariendum, venite,videte.Hic Saulus fit Paulus, vt portet nomen Dilecti in gentibus, quaſi fœcundus parturiat verbo filios. Ita enim vrget cor Dilectæ amor hic, quòd continere in ſeipſo nequit,cogiturque euaporare,& qua ſi partum emittere; Maior eſt Deus corde noſtro. Iob: venter meus ſicut muſtum, quod lagunculas nouas dirumpit; Eruptio iſta amoroſa,afficit corpus: hinc facies Moyſi ſplendida.Facies Stephani Angelica; hinc ſtigmata D. Franciſci Amor ille Seraphicus ardentiſsime incendit interius: Hic conceptus eſt amoris, ſacriſque ſtigmatibus inſigniuit exterius:hic partus eſt.

Tertiò.Ad hos partus vocat Dilectam ſuam hodie Chriſtus reuelatus, illa vult amplecti; amor enim inſatiabilis eſt:ille prohibet,noli me tangere. Nondum aſcendi ad patrem. &c. tempus non deerit, quo me nobiliori modo amplexabere. Nunc Vade verbum amarum. Maria vult perpetuo cum Dilecto ſtare.Ille.iubet, Vade, & quaſi à ſe dimittit, ſed dimittit ab oculis,non à corde. Amor fortis eſt, amor Diuinus qui oculis non eget. Inſtituit itaque apoſtolam ſuam, vt conceptum dilectum parturiat apud fratres ſuos,ſic dulci nomine compellat transfugas ſuos: Iubet vt dicat:Aſcendo ad patrem &c. Aſcendo, hoc mihi reliquum vnum eſt: quantum ex me eſt iam iam aſcẽdo:ſed amor retinet; aſcẽdo

fœlix ad patrem meum & patrem veſtrum: non dicit ad patrem noſtrum. nam diuerſum eſt genus paternitatis. Chriſti pater eſt ex natura; noſtri pater ex gratia: & per Chriſtum filium, nos filios recipit. Illa ſtatim plena iã ſorti amore, quo Dilectum ſuum inſeparabiliter ſecum habet & fruitur, currit obediens, & Apoſtolis cõmunicat fœlicitates ſuas. dicit. Quia vidi Dominum. Et hæc dixit mihi. Quis iam cogitat, quæ narrat; quo ſpiritu, qua vi, quando cor plenum Chriſto ſuo Dilecto habet? Ita Dilectam ſuã Chriſtus, & excitauit; & informauit & exercuit, promouens de amore in amorem, quouſque in amore perfecit: atque ex vi amoris totam illam in ſe rapuit; totam ſe illi inſinuauit & infudit; vt iam perpetuò viuat in illa, dicãtque mutuo. Dilectus meus mihi, & ego illi. Amen.

Habita Neapoli, 1569. Apud Conuerſas.

SABBATO IN ALBIS

GLorioſam Chriſti reſurrectionem iam p dies multos tractamus, & contemplamur. nobile quidem, & alum myſteriũ, quod ſui maieſtate mentes omnium ſtupefacit; ſui quoque dulcedine affectus mouet, & recreat; verè diuinauit Eſa. quod ſepulchrũ eius foret glorioſum. Eſt prima gloria facti, quòd ſurrexit Dominus verè; quod ſeipſum excitauit à mortuis inuitis hominibus inimicis; ſolutis etiam inferni doloribus. Eſt ſecunda gloria modi, quo factum tale reuelatum eſt mundo, præter omnes mundi modos. Ita quòd præter omnem ſpem amicorũ ſurrexit Chriſtus à mortuis: inde præter omnem ſpem amicorum ſuſcitatum exhibuit mundo. Illi putarunt ſe exterminaſſe Chriſtum: & nomen eius. Deſcendat de cruce ſi poteſt. ſinite, an veniat Elyas, & liberet eum. Illi putarunt, & ſperarunt, ſuſcitatum à mortuis vt prædixerat in maieſtate redituurum cum pompa, Hieruſalem inuaſurum; Sinagogam eiecturum: & regnaturum &c. Chriſtus vero conſtat in dicto illo ſuo. Regnum meum nõ eſt de hoc mundo; quare diuerſas omnino regnandi formas aſſumit, ſuſcitatus eſt, Factum reuelare vult; poſſet cum gloria, & ecce infirmitatem deligit, qua paulatim ſeſe aperiat. Ita à principio potuit in maieſtate mundũ vna die creare, & ſex continuis laborauit: tantum vt nos diſtinctè, & commodè poſſemus opus diſcernere. Poſſet quot annis in arboribus ſimul producere gemmas, frõdes, flores, & fructus; vt vero nos benedictionem eius commodius guſtemus, diuidit opus, & primo gemmas, inde flores, folia &c. Eandem commoditatem facit nobis in hac ſua reſurrectione reuelanda. Potuit ſtatim ſeſe aperire, & mundum ſui gloria obſcurare: nihil minus partitur opus, vt habeat gemmas flores, folia &c. Vt ergo toti mũdo reuelet; eligit ſibi duodecim viros idiotas, ſimplices, piſcatores: & hos inſtituit teſtes reſurrectionis ſuæ. vt vero duodecim hos informet, eligit ſibi pauculas quaſdam mulierculas, & has inſtituit Apoſtolorum Apoſtolas: Non autem ſine ratione. Nam primo ſic infirma eligit, vt confundat fortia; & verbum ſuum, quod crucis eſt, in infirmitate, non in ſublimitate diſpenſet. Secundo, promiſſum ſuum

implet,

implet, quo olim dixit. Quærite, & in
Matt. 7. uenietis. Mulieres hæ Maria Magda
lenæ, Iacobi, & Salomæ, primæ om-
nium ſunt quærentes dominum ſuũ:
meritò primæ inueniunt. Quamprimum
mum itaque ſabbatum tranſijt, ve-
niunt ad monumentum. in quibus vt
Chriſti deuotis cernimus affect⁹ tres
maxime laudabiles: Primus eſt, amor
permanens, quo Magiſtrum viuum
Marc. 16. ſecutæ ſunt, Morienti adſtiterunt, ſe-
Luc. 26. pultum adhuc amant, & requirunt. Se
Ioan. 20. cundus eſt diligentia quam ſic expri-
munt euangeliſtæ. Dicit Marcus, val
de mane. Dicit Lucas valde diluculo:
Dicit Ioannes, dum adhuc tenebræ
eſſent. Amor nequit ſe cõtinere. Ter
tius eſt audacia, qua inter tot pericu-
la, & difficultates audent: ſciunt ſe in-
currere odium Sinagogæ: ſciunt mo
numentum clauſum, obſignatum, mi
litibus cuſtoditum, & tamen audent,
1. Cor. 13. & veniunt: ſic inquit Paulus: charitas
omnia ſperat, & audet. Suam tamen
habent affectus in infirmitatem ad-
mixtam ex defectu fidei: quam meri-
to taxant Angeli dicentes. Quid quæ
ritis, viuentem cum mortuis? Si ver-
bis eius crederent, non huc venirent
ad eum vngendum, ſed adorandum.
Toties dixit ſe moriturum. & ecce
mortuus eſt, Nunquam dixit ſe mori
turum, quin addiderit, ſe & tertia die
reſurrecturum. cur ergo de ſecundo
dubitant? tertia iam dies eſt, quid e-
get Chriſtus vnctione? ſi veracem pu
tant, cur dubitant? Quomodocun-
que amor fert, & ecce veniunt, & in
via dicunt, quis reuoluet nobis lapi-
dem à monumento? Ita pijs animis
obijcit caro, vel Satan difficultates,
vt à propoſito deterreat. Sed pergant
bono animo, nam prima omnium, &
feruentior Maria Magdalenæ pcur-
rens vidit lapidem ſublatum. Ita pro-
ſperat Dei ſpiritus ſuorum vota. Hic
Maria ſtatim duo cogitat; vnũ, quod
verum eſt: Chriſtum nõ eſſe amplius
in monumento; Alterum quod fal-
ſum eſt, ſublatum eſſe ab aliquo. Ita
facile incidimus in errores ex, repen
tinis, aut voluntarijs opinionibus qa
legentes ſcripturas, non ingredimur
monumentum, non reſpicimus, aut
conferimus linteaminibus ſudarium:
ſic enim loca locis cõferentes: facile
veritatem nanciſceremur. Ita errore
plena currit Maria ad Simonem, &
Ioannem, & ſtatim ſeminat opinio-
nem ſuam. d. Tulerunt dominũ meũ
&c. Illi protinus currunt, & quoniam
non ſat eſt currere ad Chriſtum, ſed
oportet totis viribus currere. Sic cur
rite, inquit Paulus, vt comprehenda-
tis. Ideo Ioannes iunior præcucurrit. 1. cor. 9.
Et venit primus. Inclinauit caput: vi-
dit linteamina; non tamen introiuit.
Ductor enim in ſanctuarium Petrus
eſt, & Petri fides, magiſtra mundi. Ve
nit & Simon: & introiuit: vidit lintea
mina poſita: & ſudarium ſeparatim
inuolutũ. Ita à ſe Chriſtus reſurgens
abiecit, quæcunque ad mortem,
& mortalitatem pertinebant.
Non eget amplius ſindone. ſat ſibi
fro ueſte eſt gloria ſui corporis, qua
ulget vt ſol: Non eget amplius Su-
dario, quo caput circunligetur,
ligauit olim ſudariũ amoris, quo ſtrin
gebatur Deitas, ne influeret in por-
tiones animæ inferiores: Arctabatur
anima beata, ne bearet corpus, &
illi dotes ſuæ fęlicitatis communica-
ret: nunc ſublato ſudario libera ſunt
omnia. Omnia circunſpicit Petrus,
& abijt, inquit Lucas, mirans: Introi
uit & alius diſcipulus, & vidit omnia
& credidit. quid? An Chriſtum reſur
rexiſſe? Non, inquit Chryſoſtomus.
Nondum enim ſciebant ſcripturas
quid

qd ergo credidit?Id verũ eſſe,quod Maria dixerat. Sublatum ſcilicet ab aliquo. Fons vero erroris eſt Incredulitas. Et huius origo, ignorantia ſcripturarum; quæ de reſurrectione Domini tot locis, tam clarè loquuntur, vt merito eccleſia in Symbolo dicat: tertia die ſurrexit à mortuis,ſecũdum ſcripturas.Quid ergo tandem dicunt ſcripturæ de Chriſti D. noſtri reſurrectione, vt omnia ſimul colligamus, quaſi fructũ totius ebdomadæ, in qua de hoc myſterio ſemper tractauimus? Vnũ hoc ſubijciamus, & finiemus.

Quatuor ſunt in ſumma,quæ nobis ſacra ſcriptura tanquam præcipuas veritates de Domini reſurrectione aſſerit.

1.Tim.1. Primò.Primum quòd eſt certa, & cõſtãtiſsima.Ita vrget Paulus;Memẽto Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis. Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt fides, vana eſt prædicatio noſtra. Probant prophetæ, Pſalmi, Figuræ; vnus ille Ionas ſat eſt pro omnibus: Dicamus ergo cum eccleſia: ſcimus Ieſum ſurrexiſſe à mortuis. Dicamus cum Maria. Surrexit Chriſtus ſpes mea &c.

Secundò. Secundũ,ꝙ eſt Diuina. Opus qđ nemo alius pſtare potuit. Act. 2. & 3. vrgent Petrus,& Paulus.Nunc Deus Ioan. 2. ſuſcitauit à mortuis: ipſe daturus ſignum ſuæ poteſtatis.Soluite templũ hoc.Et ego in triduo excitabo. Ita Gen.49. Iacob ad Iudam. Requieſcens accubuiſti vt leo.Quis ſuſcitabit te?

Tertiò Tertium.Quòd eſt Glorioſa. Et habet gloriam triumphalem: Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Agnus qui abſtulit peccata mundi.Mortem noſtram moriendo deſtruxit,hæc gloria crucis,quod ſublato peccato quod erat ſtimulus mortis. ſimul & mortem ſuſtulit. Et vitam reſurgendo reparauit:Hæc gloria monumenti, vnde dux vitæ, mortuus regnat viuus.

Quartò.Quartum,Quòd eſt Fructuoſa.Et fructum habet duplicem. primum quo reſurrectionem ſpirit⁹ noſtri format,quando inquit Paulus Cõſurrexiſtis cum Chriſto;quæ ſurſum ſunt quærite,& ſapite.Nõ in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azimis ſinceritatis. Eſtis azimi. Co. 3. Secundum. quo reſurrectionem corporis noſtri fundat;tanquam primitiæ mortuorum: Communem .n.ſperamus fortunam,&gloriã mẽbrorum cum capite;ſi Chriſt⁹ ergo ſurrexit.&nos in eo,& per eũ reſurgemus.Et ſicut illi mors vltra nõ dominatur. Ita nos reſurgemus in immortalitatem,quoniam abſorpta eſt mors in victoriam. Gratias domino Deo noſtro,qui in omnibus dedit nobis victoriam, & ſpem vitæ, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Habita Neapoli apud ſanctam Mariam D.Reginæ. 1569.

DOMINICA IN OCTAVA Paſchæ.

VT eſt vas fragile, infirmaque natura, qua Dei gratiam ſuſcipimus, vt nos etiam ſatis negligentes ſumus in donis Dei cuſtodiẽdis.Mundus vero ſatis ſuperq;diligens in inſidiandum.Ex ijs omnibus pẽdet miſera hęc incõſtantia qua gratiã Dei vix ſuſceptã perdimus: Vix à Deo

Deo obtinuimus pacem; & ecce nouum bellũ indicimus. Vix octo dies ſunt prætetiti, quum iuſti omnes & ſancti fuimus, ex coniecturis: promiſimus maria virtutum; & ſub ijs promiſſis admiſſi ſumus ad Dei gratiam & ſacramenta. Et ecce iam redimus ad peiora. Iam mutata ſunt propoſita: videre corda non poſſumus, ſed ſi ex apparẽtibus licet diuinare; Certe qui in componendis externis tantum laborant; longè amplius in internis animi paſſionibus, quarum cura longè difficilior eſt, laborabimus. Naſcitur autem hæc recidiuatio ex duobus potiſsimum defectibus: primus eſt, quòd cum recepimus gratiam Chriſti, cor non firmauimus; ſed aperto quodam ſimul, quaſi theſaurum oſtentantes, latronibus expoſuimus, expoliari deſiderantes. Secundus eſt, quòd talentum ſuſceptum ocioſè ſepeliuimus, & non exercuimus: nam exercentes, & cuſtodijſſemus, & accreuiſſemus, gratiam pro gratia. Hæc pericula prænoſcens D. N. Ieſus, congregatis iã tot laboribus, diſcipulis adeſt, vtque ſuſceptam fidei gratiam conſeruent; duo curat. primò. vt cor illorum obſignet, & firmet: ſecundo vt exerceat: obſignat pace; exercet ſpiritu, quo ad præclara facinora deſtinat: videamus ſingula, quæ iucundiſſima ſunt

Cum ſero eſſet vna ſabbatorum, & fores clauſæ &c. Iam hoc obtinuit Chriſtus ex teſtimonio Angelorum, Mulierum, & ſeipſo exhibito; quòd Diſcipuli decem ſunt collecti, ſed trementes ſtant foribus clauſis propter metum Iudæorum, ſunt enim omnia capitalia. Adeſt illis Ieſus foribus clauſis: Et hoc mirabili ingreſſu ſuo, duo facit: primo indicat maieſtatem ſui corporis, quod glorioſum in plena eſt obediẽtia animæ beatæ, quæ ſuas beatitudines illi communicat, & ſplẽdidum, leue, agile, ſubtile facit, ducitque ſine labore quocunque vult. Secundo indicat dulcedinem ſui ſpiritus, qui ſine læſione penetrat corda: ſpiritus naturæ non penetrat ſanctuarium, ſed verſatur in apparentibus: ſpiritus legis penetrat, docet diuinam voluntatem; ſed durus eſt, ingratus, operans iram ex monte Sina; docens & non iuuans: quare frangit fores & turbat conſcientiam. Spiritus Chriſti ſuper mel dulcis, penetrat illabens ſpiritui noſtro; & ſine fractura: Ita vt ſæpe ſenſum eius in nobis habeamus, & neſciamus quomodo, aut quando, ingreſſus ſit. Ita ſæpe nos ad concionem venimus ex vſu, quaſi ludentes, & ecce rapimur vt olim contigit Samaritanæ, quòd quærens aquas Iacob; vix ſciens quomodo, bibit aquas Chriſti. Ingreſſus circunſpicit, videt Apoſtolos ſuos collectos; ſed quaſi oſſa illa arida de quibus Ezech. ſparſa erant, & ecce collecta ſunt: ſed ligata non ſunt; iubet ergo adeſſe neruos, quibus compaginentur, ad corporaturam, ſucreſcere carnes, quibus honorentur. ita hic & ligare, & recreare vult Chriſtus ſua, iſta oſſa verè arida: vtrunque facturus dicit. Pax vobis. Pax iſta conſolidat, & roborat corda. componit enim coram Deo, & mundo, & in ſeipſis. exuperat omnem ſenſum, & exultat in cordibus: hæc vero exultatio carnem oſſibus addit, tenera, & mollia facit omnia: vt ſeruiant Deo in exultatione: Confitebor tibi in cythara &c. vt vero vtrunque fœliciter ingerat, & neruos, & carnem; firmet ſcilicet, & exhilaret corda, Oſtẽdit eis

Ezech. 37.

Luc. 18.

Pſalm. 42.

dit eis manus,& latus.Incredibile eſt
quantum iuuet,muniat, recreet hæc
vna viſio.Oſtendit manus primo, vt
in eis fideles videant ſeipſos deſcri-
ptos;atramentum fuit ſanguis; Cala-
Eſa.49. mi claui. Ecce in manibus meis de-
ſcripſi te.Ita in manibus ſuis cōtinet
ſuos Chriſtus;& hac continentia pri
mum tutatur contra aduerſarios om
Ioann.11. nes.De ouibus ſuis dicit. Non peri-
bunt in æternum:nemo rapiet eas de
manu mea: pater quod dedit mihi;
Iob.17. maius eſt omnibus: nemo rapiet de
manu patris. Ego & pater vnum ſu-
mus:pone me iuxta te,& cuiusvis ma
nus pugnet contra me.Deinde com
mendat coram patre, quando nō po
teſt ſeipſum oſtendere ſine nobis,ne
que tollit manus ad patrem, quin &
nos, ſic in eis deſcriptos ſimul obij-
ciat oculis eius. Secundò vt in eis fi-
Eſa.5. deles videant,quot, quantaque fecit
pro eis:quid potui,inquit Eſa.facere
vineæ meæ,& non feci? loquitur qui
omnia poteſt, ergo fecit omnia: In
Pſal.30. has manus reſpiciēs Dauid.In te do-
mine ſperaui,non confundar in ęter
num.In iuſtitia tua (en aſpectus ma-
Phil.4. nuum) libera me: In has D.Paulus,
omnia poſſum. Cur?quomodo? qua
vi?In eo qui me confortat:ita manus
Chriſti confortant manus noſtras
diſſolutas:ita illius iuſtitia fortificat,
& commendat iuſtitias noſtras,quæ
ſine illa ſunt ſicut pannus mēſtruatę.
ſine me,inquit,nil poteſtis facere, tā
Ioann.15. tum iuuat inſpicere Chriſti manus.
His addit latus: aperti pectoris vul-
nus, qua ampla feneſtra poſſumus
ad ſanctuarium.i.ad cor Chriſti per-
uenire. & cor ipſum apertum inueni
mus,vt poſſimus ad cor cordis,& ſpi
ritum ſpiritus.i. ad amore penetrare
vt ſi ex manibus ſcimus quæ fecit, &
paſſus eſt Chriſtus pro nobis; ex late
re ſciamus,quo amore.Hæc enim ra
dix eſt omnium;hanc maximè in om
nibus ſenſit Chriſtus,hāc, & à nobis
maximè dignoſci vult; quare totum
ſe aperit;Nō aperuit fores ingrediēs,
& ecce hic totum ſe dilatat,vt fracto
velo introire poſſimus in ſancta ſan
ctorum,& ibi cor eius, quaſi altare,
& in eo Cherub, & Seraph aureos.i.
ſcientiam & amorem,quo paſſus eſt,
contemplemur.In hoc etiam amore
ſic contemplato,vult à nobis offerri
patri,neque tantum potentiæ,ſapien
tiæ,manibus,aut capiti, quātum cor
di,& amori patris, ſic enim redit vi-
ctima quaſi perfecto circulo in ſuū
principium.Dedit pater filiū ex amo
re, è ſinu, è corde digreſſus eſt, ſic
Deus dilexit mundum &c.In amore
etiam recipit filium: & in ſinum, &
cor collocat:In victima etiam ſic ob
lata cor cordi,& amorem, amori po
tiſſimum offerimus,quia dilexit nos
& tradidit ſeipſum pro nobis: Hæc
oīa ex latere Chriſti aperto dignoſci
mus.quid verò ex hac viſione? Gaui
ſi ſunt Diſcipuli viſo Domino: Per-
petuum obiectum lætitię eſt Diuini
tas Domini noſtri.obiectum natura
le,& neceſſarium menti diuinæ;obie
ctum volens,& amoroſum mēti crea
tæ;non videtur,quin lætificet.vidit à
longè Abraam,& gauiſus eſt. vidit,
ſaltem ſubodorauit in ventre matris
Ioānes, & exultauit infans in gaudio Luc.1.
vidit Simeon, & ſtatim præ dulcedi
ne dimitti voluit: quia inquit, vide-
runt oculi mei ſalutare &c.Quid?læ Luc.2.
tatur ipſe videns nos recuperatos; vt
tribus parabolis expreſſit apud Lucā
quarum omnium finis eſt.Congratu Luc.15.
lamini mihi,&c.Perierat, & reuixit:
Cur non magis lætemur, & gaudea-
mus nos viſo domino?Ergo gauiſi
ſunt diſcipuli &c.

Læti

Læti ſunt Diſcipuli, in primis, quòd placet vita Chriſti, quem colunt, quem videre fœlicitas eſt: Dein de placet ſpes, iam denuo concepta, ex Chriſti reditu; quòd ſint iam dextras, & ſiniſtras illas habituri, quas olim petierunt: Ergo meditantur regna, honores, commoda &c. quæ vt clarius intelligant, ſciantque oſſicia & beneficia in regno Chriſti ſibi ſeruata. inſuper intelligāt modum, quo ſuſceptam gratiam exercere, & exercendo augere, nedum conſeruare debeant; ſubijcit ſummam negotiorum quæ illos manent. Et quoniam poſſunt carni diſplicere; poſſunt animi commoueri, poteſt natura reſilire, iterum firmat cor. d. Pax Vobis. q. d. quicquid tandem eueniat ô filij, pacē habete; & ſilete, meum eſt iubere veſtrum iuſſa facere. ſat eſt, quòd me iubente non erratis. Sicut miſit me Pater, ita, & ego mitto vos. Grauiſſima ſententia quæ multa capita continet, quibus ampla hæc delegatio continetur.

Primò. Sicut miſit me Pater &c.
Ioan. 10. Vt ego miſſus ſum, non me intruſi, obedientia fuit, non voluntas, ſed bene fuit, voluntaria. Ita vos tum legitimi eritis, quum mittemini, quotquot venerūt ante me fures &c.
Hebr. 5. Nemo ſe ingerat, niſi vocatus à Deo; tanquam Aaron: vos ergo mittenti obedite, vt ego Patri.

Secūdò. Sicut miſit me Pater &c. Quo animo miſit me Pater, & ego vos. Ille mittens me, in ſuam gloriam non in mea commoda reſpexit. Ita ego vos. Ille in paſsionibus meis conſtituit gloriam, & de iudicio ſuſtulit glorioſum, deditque nomen, quod eſt ſuper omne nomen: Ita &
Matt. 5. vos gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra &c.

F. Franc. Viced.

Tertiò. Sicut miſit me Pater. Ad quæ officia, & miniſteria miſit me Pater, ad eadem ego vos. Tria fuerūt Chriſti officia, ad quæ à Patre miſſus eſt. Primum redimere peccatores, & mundi peccata tollere. Hoc ſolus impleuit. Vnica oblatione cōſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Ad hoc alios non exigit ſocios. Ego torcular calcaui ſolus. Priuilegium eſt ſanguinis Chriſti delere culpam, & tollere pœnam æternam. Tanquā ad hoc, exigit ſanguinē Apoſtolorū in teſtimonium. non in ſubſidium. Secūdum. docere, & voluntatem patris reuelare, ad prædicandum miſit me. Ad hoc, & vos mitto. euntes docete Eſa. 63.
omnes gentes. Tertium ad iudicanda peccata, & dimittenda, vt ſciatis Matt. 28.
quia filius hominis poteſtatē habet Matt. 9.
dimittendi peccata &c. Ad hoc & ego mitto vos. quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt. Ioan. 18.

Quartò. Sicut Miſit me pater. Qua authoritate miſit me pater, eadem & ego vos. Authoritas Diuina eſt; hac & ego vos mundi Deos conſtituo, vt quod ego tanquam Deus facio ex poteſtate: quod tanquam homo ex eminentia; vos ex miniſterio eadem faciatis; ſic ergo inſtituit ſacerdotes arbitros mūdi; ſic in eis Diuinam miſericordiam humanat, quod facile eſt, poſtquàm ipſa Diuinitas in eo eſt humanata. Hoc facto, aut neceſſe eſt miſsionem hanc eſſe vanam: aut Apoſtolos, & ſacerdotes poſſe mundi peccata iudicare, ideſt ſoluere; vel ligare, ſi ſic: Ergo neceſſe eſt, eos peccata diſcernere quando non oīa ſoluenda, vel ligāda ſunt. ſi ſic, ergo neceſſe eſt eos diſtincte ſcire: ſi ſic ergo neceſſaria eſt cōfeſſio vocalis, qua peccator ſuas infirmitates aperiat, cum magna earum

pars ſit latens in corde : Tanti re-
fert hæc miſsio.

Quintò. Sicut miſit me pater. Ad
quam ſortunam miſit me pater, ad
eandem ego mitto vos: nõ eſt maior
oan.13. ſeruus domino. Si me perſecuti
ſunt, & vos perſequentur Ne
dolete, non enim promitto bona
mundi huius: ſed tamen ſicut ex do-
loribus meis deduxit me pater, Ita &
Matt.5. ego vos: pergite bono aĩo, Beati eri
tis cum maledixerint vos &c. Ita iam
intelligunt Apoſtoli, quæ bona illos
maneát in Chriſti regno: & quoniam
legatio vires humanas excedit: ideo
addit ſubſidium, ita apud Ezech. A
ec.37. quatuor ventis veni, Auſter, inſufla
ſuper interfectos iſtos, vt reuiuiſcát:
alioqui ſine ſpiritu ſunt inutilia cada
uera. Tales erant etiam Apoſtoli Do
mini. ob hoc. Inſufflauit in eos. ceri-
monia eſt, & elementum, ſignificans
id, quod intus agit. d. Accipite ſpiri-
tum ſanctum. Hoc verbum eſt quod
elemento dat praxim, & efficax fa-
cit. Dat ergo eis ſpiritum ſanctum,
qui eſt velut anima eccleſiæ. Dedit iá
ſpiritum ſanctificantem, incluſum in
pace, quę ſimul cõtinet virtutes theo
logicas in qbus cõſiſtit aĩę ſanctitas.
Dat hic ſpiritũ dignificantẽ: & inſti
tuit ſacerdotes, & mundi arbitros:
quorum poteſtas dignior eſt omni
theſauro. Dabit tandem in die ſan-
cto Pentecoſtes ſpiritum fœlicitan-
tem, quo poſsint regnum ſuum pro-
.Tim.5. mouere, ſcientiam, linguas, miracula,
prophetiam, ſpecie tua, & pulchritu-
dine tua intende pros. pro. & regna.
Sic itaque relinquit ſuos Chriſtus
Miniſtros regni ſui, primo legitimos
quia miſſos. ſecundo conſtantes, quia
pacificos. tertio ſpiritu ſancto ple
nos, potentes, diligentes, audẽtes om
nia pro domini gloria Tales, inquit
Paulus, duplici honore digni ſunt, q
bene præſunt. De verbo, ipſi, & mini Pſal.44.
ſterio ſibi credito, rationẽ reddent
De intelligentia, & obediẽtia, rationẽ
reddet mundus. Studeamus igitur. ò
chariſsimi, quotquot ſumus in Chri
ſti regno, gratiam eius ſic cuſtodire,
& exercere, vt eam & docendo, & fa-
ciẽdo exerceamus, atque exercentes
augeamus, quouſque nobis per Dei
noſtri mĩam vertatur in gloriá. Amẽ.

Habita Neapoli apud ſanctum Lau-
rentium. 1569.

DOMINICA SECVNDA
Poſt Paſcha.

Ego ſum Paſtor bonus &c. Ioan 10.

Ergit paupercula hu-
manitas noſtra inter
innumera vitæ huius
pericula, quaſi ouicu
la inter lupos: int' ge-
rens timores. ſoris pu-
gnas. In ſeipſa plena eſt ignauia, qua
ſępe cadit neſciens: ꝙ ſi quędá ſcit ex
multo ſtudio: infirma eſt, carnalis eſt,
cadit impotẽs, captiuata quodá mõ
in lege peccati, & mortis: quod ſi per
Dei gratiam quædam poteſt: impura
eſt; legi Dei non eſt ſubiecta. Extra
ſe, mille habet pericula, mundi, & Sa
tanę, quibus aut decipitur, aut ex mul
ta inſtátia cogi videtur. Nõ eſt hoĩs
via eius: lupi circũſtant, vt rapiant, ſi
poſſunt, & prorſus exterminent: ſi
non ſaltem diſpergant, & debilitent.
Huius tanti infortunij miſerta eſt
Diuina clementia, atque vt ouicu-
las ſuas in viam reduceret; legem de-
dit,

dit, viam vitæ explicuit, qua ſcirent: Gratiam ſuam adiecit, qua poſſent: tandem paſtores addidit, qui manu ducerent. Quo facto. Vnum eſt ouibus neceſſarium; vt vocem paſtoris audiant, & ſequantur. Paſtoribus vero (tanto grauius eſt regere, quam regi) tria præcepta ſunt. Primum, vt ſint amantes ouium: Secundum, vt ſint prudentes. Tertium vt ſint ſolliciti, & diligentes. Amore tueantur. prudentia diſcernant. Diligentia conſtanter ducāt. Hæc vero ſunt præcepta. D. N. Ieſu, quem vocat D.
1.Pet.5. Petrus, principem paſtorum: Paulus,
Heb.13. paſtorem magnum. Omnium verò exempla ducit ex ſemetipſo, quem tanta cum emphaſi profitetur eſſe paſtorem bonum: Et probat ex illis tribus. Quòd amantiſsimus. Quòd prudentiſsimus. Quod diligentiſsimus eſt. quæ omnia ſatis, ſuperque probata, & paſtoris bonitatem, & ouium fœlicitatem demonſtrāt: quare & attento, & alacri animo audiamus.

Ego ſum Paſtor bonus. Nomen
Pſalm. 144. amabile ſibi ſumit, quod Paſtor eſt. Paſcit vt Deus implens omne animal benedictione. Dans eſcam omni carni; paſcit corpora; paſcit animos. Implet in terris gratia; in cœlis gloria; dat ſua, dat ſeipſum; tantum vt ſitim,
Ioan.10. & famem noſtram expleat: Ingredientur, & egredientur, & paſcua inuenient. vbique paſtor eſt. Et paſtor bonus. vt Deus, bonus eſt per eſ
Ioann. 1. ſentiam, bona omnia in ſe continens. vt homo plenus eſt gratia, & fœcundus, de cuius plenitudine accepimus omnes. bonus doctor, vera docens. Bonus rector, ad vera bona ducens. Bonus in ſpecie paſtor. Et hoc munus illud eſt, quod in præſentia commendat: ac talem ſe eſſe triplici ter probat. Ita decet quemque ſui ſtatus, & muneris rationem reddere, vt bonus ſis paſtor, pater, filius, iudex mercator &c. Primo probat ex charitate. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. oues ſunt animalia facile cognoſcibilia, ex ſimplicitate, infirmitate, fœcunditate. viuunt inter pericula, quibus inſidiantur lupi: egēt ergo tutore. Iam parabola eſt explicāda. Oues ſunt populi, & animæ commiſſæ, quæ ex ſimplicitate ſua, in faciem paſtoris reſpiciunt dicentes, vt olim turbæ Ioanni. Magiſter, quid fa
ciemus? Ita cupiunt doceri, & duci, Luc.3.
ſentiunt enim propriam imbecillitatem. Lupi ſunt quotquot ouibus inſidiātur, vt vel fallant, quod proprium eſt hæreticorum; vel perdāt quod proprium eſt Tyrannorum, quotquot gregi laqueos parant, mala doctrina, malis conſilijs, malis exemplis, omnes ſunt lupi. Pericula ſunt innumera, & grauia, oues inermes ſeipſis non ſufficiunt: dantur ergo rectores, qui oues tueantur. Et hic accurrunt omnes, vt regant, præſint, præcipiant, lacte & lana ouium fruantur. omnes videntur paſtores, ex ſede, ex titulo, ex colore, ex pompa: At ſecretum hic reuelat Chriſtus, quod inter hos. Alij ſunt paſtores: Alij ſunt mercenarij. Paſtores ij ſunt, quorum ſunt oues; & quibus ouium ſalus cordi eſt. quare de eis ſic ſunt ſolliciti, quòd eas non minus, quàm ſeipſos diligunt: quia earum animas corporibus ſuis præferunt, horum affectus paternus, & vere paſtoralis eſt. Mercenarius
videtur paſtor, & non eſt. de quo Za Zacch. 11.
char. ô Paſtor, & idolum. Apocal. No Apocal.3.
men habes quod viuas, & mortuus es. Huius non ſunt oues: Ad hunc ſalus ouium nequaquam pertinet quid ergo? lac, & lana. Tempore pa-

cis non diſcernuntur; omnes ſuo lo-co ſedent, dominantur, fruuntur bonis eccleſiarum, benedicũt &c. Cum autem lupi appropinquãt; cum eccleſiæ vexantur, vel ab hæreticis, vel à Tyrãnis: hic iam diſcernitur Paſtor, à Mercenario. Mercenarius, qui non eſt paſtor; Cuius non ſunt oues propriæ (en quot coloribus, falſum, & perſonatum paſtorem pingit). Nec pertinet ad eum de ouibus. Videt lupum venientem, videt pericula eccleſiarum, fugit, & dimittit oues: negligit, tacet, conniuet; omnia permittit, ne diſpliceat: Satrapis adulatur: gratiam hominum quærit; non putat, non fodit vineam, ſuo ventri, ſuæ ambitioni indulget; non viſitat,
Ezech. 34 non corrigit. Gregem meum non paſcebatis, infirmum non conſolidaſtis. ægrotum non ſanaſtis, confractum non alligaſtis: &c. Quid ex hac fuga? Lupus rapit. Inuertit, diſsipat, ſeducit oues: ſaltem diſpergit, ad dubia prouocat, eneruat, debilitat; ſi fidem non poteſt, mores inquinat; ſi non omnes articulos vnum ſaltem, ſi poteſt in dubio ponit. Bonus autem Paſtor, animã dat. &c. En magnum amoris indicium; quando & vitam ipſam pro eccleſiarum ſalute
2. Cor. 12. in diſcrimen ponit. Ita Paulus. Ego libenter impendam omnia, ſed & ipſe ſuper impendar pro animabus veſtris. Ita ſæpius Diuus Ambroſius terribilis, & intrepidus obiecit ſe, pro eccleſia ſua contra Arianos, contra Iuſtinam reginam, contra Maximum, etiam per Anathemata, contra eugenium. Ambroſius. ſi patrimoniũ petitis, inuadite ſi corpus, occurram. Pro altaribus gratis immolabor. Ita & Thomas Cãtuarieñſis pro eccleſia ſua gladijs impiorum occubuit. Reſperſa ſunt ouilia ſanguine paſtorum: maduerunt campi paſtorum cædibus; ſacrata eſt terra corporibus: ditatum eſt cœlum animabus eorum. Tantum potuit extra boni huius paſtoris, animam ſuam pro ouibus dantis ex charitate. Secundò, probat ſe eſſe paſtorem bonũ ex prudentia. d. Ego cognoſco oues meas. Qui hactenus dubitauit, an paſtoribus neceſſaria ſit reſidentia; audiat hic Chriſtũ, & horum verborum ſenſum diſcutiat. Diſcretionem, & prudentiam hanc requirit in paſtore vt cognoſcat oues & cognoſcatur ab ouibus. Si hoc ſatis fieri poteſt ſine reſidentia, certe non eſt neceſſaria: ſi minus, ergo &c. Primum requirit; vt paſtor cognoſcat oues: ſciat nomina, fortunas, vocet nominatim; ſciat quę cunque ad carũ regimen cõducunt; diligenter inſpiciat, naturas, infirmitates, impuritates, pericula: ſi hoc fieri poteſt per diligentiã vicarij. At inſuper addit. Et cognoſcunt me meæ. Vultũ paſtoris inſpiciant oues, ex eius facie conſolentur, eius exemplo vitam inſtituant; ad eum in periculis cõfugiant. An hoc fieri poteſt abſente paſtore? Si dicas, poteſt ex relatione fideli; ex auctoritate paſtoris etiam in abſentia protegentis: At inſuper addit, ſpecificans, qualitatẽ cognitionis. Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem. Certe hoc cognitionis genus tale eſt, quòd non modo reſidentiam; ſed identitatem quandam exprimit, & vnionem arctiſsimam inter paſtorem bonum, & gregem ſibi cõmiſſum. Apparet autem hoc ſi cogitemus, qualis nam ſit cognitio, qua mutuo ſe cognoſcunt in ſanctiſsima Deitate pater, & filius. Primò enim eſt cognitio identica, eſſentialis, qua in vnitate naturæ pater cognoſcit filium, actuali intel-

intelligẽtia: Et econtra filius patrem eodem ipſo intellectu percipit, coęquali,& totali intelligentia. Ita & diuino intellectu, diuino ſpiritu imbuto paſtor agnoſcere debet oues, tanquam è dei manu receptas,& ſibi cōmiſſas. Attendite inquit Paulus ad paſtores Epheſi,vobis & vniuerſo gregi;paſcere eccleſiam quam acquiſiuit Chriſtus ſanguine ſuo. Contra oues ſuſcipere,& colere debẽt paſtores,tanquam Deos ſuos,ſibi præpoſitos,plenos Diuina auctoritate: qui vos audit me audit. ſic ſe mutuo in Deitate reſpiciunt paſtor & grex:ſic ſe Diuino, eodemq; intellectu & ſpiritu agnoſcunt. Secũdò.eſt cognitio patris,& filij clariſſima,& diſtinctiſſima,qua pater filium totum & totaliter comprehendit. contra filius patrem: Ita omnia nouit Chriſtus quæ ad gregem ſuum pertinent. Sciens Ieſus,de paralitico, quòd multum tempus haberet in infirmitate. Domine probaſti me, & cognouiſti me: quæ eſt magna afflictorum conſolatio,& hypocritarum confuſio,quod Chriſtus omnia, etiam cordis penetralia nouit. Sic & paſtor diligenter curare debet,vt gregem ſuum cognoſcat intus & foris: vt etiam cognoſcatur ab eo:nihil latenter faciat, nunquam ſe ſubtrahat, omnium oculis ſe ingerat. Tertio eſt cognitio amoroſa:qua pater cognoſcens filium amorem illi totum impendit:filius contra repẽdit. Ita paſtor oues amare, & ab eis viciſſim amari debet. Amore inquã diuino,puro,patris ad filium, & ecõtra,nihil minus. Et hæc de charitate, & prudentia paſtoris. De diligentia ſequitur.

Act. 10.

Ioann. 5.

Pſalm. 138.

Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili &c. Diligentiam hic narrat ſuam, qua non modo præſentibus,ſed,& futuris proſpicit. De gentibus.n.loquitur,& vocat alias oues, toto cœlo,ſanguine,cultu,ſpebus ab hebræis diſtinctis. Et tamẽ agnoſcit oues ſuperbas illas,& phaleratas mẽtes,ſapientiam Græcorum,potentiã Romanorũ vocat oues;pręſcit enim futuram eorum humilitatem, & obedientiam,& quod pes pauperum ſuorum ſuperba colla calcabit. Et dicit habeo,quia iam ſcriptę ſunt in libro vitæ. Iam pater poſuit in eius manũ, ſic in centro ſuæ æternitatis, vocat ea quæ non ſunt;tanquã ea quę ſunt. Et illas,vtcunque remotas,vtcunque alienas,ſine cultu, ſine Deo; pacem ijs qui prope; pacem ijs qui longe. Oportet. Ob Dei gloriã,ob ſcripturas implendas; ob diuinæ miſericordię,& charitatis pignus,ob ingratitudinem,& exciſionem Iudęorum; Delictum eorum,inquit Paulus,diuitiæ ſunt mundi: fructi ſunt rami vt ego inſerar, ob officium boni Paſtoris. Me ad me pertinet,hoc onus meum ille me,me,non alium pro me:niſi vt mei miniſtros. Si ego deſero, quis reducet? Ego via,& veritas,ego oſtium & hoſtia &c. Adducere. Ita quod perierat inueniam: diſperſa reducam; dicam Aquiloni,da:& Auſtro, adfer quomodo autem? qua vi? quibus armis tantam rem expedies? ſola voce. Vocem meam audient. Regnum verbi eſt,verbo agitur, vnum eſt ouium munus vt audiant,intelligant, & obediant paſtoris vocem; hoc vnum paſtoris labores,& amores,vitã,& mortem fortunat: nil amplius exigitur. Ita Chriſti regnum ſolo verbo inuaſit mundum. diffuſa eſt gratia in labijs &c. In omnem terram exiuit ſonus eorum &c. vox audita eſt. populus quem non cognoui ex facie ſeruiuit,quomodo? in auditu auris obediuit,

Rom. 11.
Ibidem.
Ioann. 14.
Ioann. 10.
Pſalm. 44.
Pſalm. 18
Pſalm. 17.

uit, Ex verbo fides, ex fide lumen, ex lumine amor, ex amore obedientia, qua tandem fœlicitate? Diuina, optima. Fiet ouile vnum, & vnus Paſtor. Tolletur maceria, & verbum pacis eſt, lapis angularis vnitiuus. vocabo
Oſe. 2. inquit per Oſe. non plebem meam, plebem meam &c. Vnus Deus, vnus mundus, vnus mediator, vnam eccleſiam, vnum caput, vnum corpus, vnus paſtor, vnum ouile. Vnde autem tanta vnitas mundi? Anabaptiſtæ agnoſcunt ex vnitate ſpiritus. Luterani ex vnitate verbi: At hę ſunt notæ īperceptibiles: de quibus gloriatæ ſunt ſectæ omnium ſeculorum: & adhuc ſectarij noſtri vtcunque inter ſe pugnent, gloriantur omnes ſe habere ſpiritum, & verbum Chriſti. Vnde ergo vnitas? dat Chriſtus, ex vnitate paſtoris. Non autem ex paſtore tātum inuiſibili Chriſto; nam & omnes gloriantur ſe illum habere apud ſe. vnde ergo? Reſpondeo. Si nullum pręter ſe reliquit Chriſtus Paſtorem eccleſiæ ſuæ, nulla eſt vnitatis ratio: At ſi recedens reliquit. d. Paſce oues meas. &c. ex illo petenda eſt vnitas. illam enim inquit D. Cyprianus, originem conſtituit vnitatis, & eccleſiam vnam ſuper vno fundauit.

Qui ergo Petri ſunt, Chriſti oues ſunt, alioqui, foris canes, & venefici. Ita ſub hoc paſtore ad principem paſtorem & perhæc paſcua, ad ęterna vitæ paſcua tenditur. Amen.

DOMINICA TERTIA Poſt Paſcha.

Ioann. 16.

Modicum, & iam non videbitis me &c.

A

VT eſt Dei ſpiritus in ſeipſo quietus, & ſua immenſitate naturali immutabilis; ita vbicunq; ſiſtitur, quietē dat, ac quaſi in centro ponit, recipiens in ſeipſo: quo ſiletio facto, in pace tanquam in loco ſuo, vt eſt ſua naturali fœlicitate beatus, & glorioſus: ita & ſua intrinſeca charitate beatum, iucundum & glorioſum facit: qui quietem & fœlicitatem eius modi non eſt expertus, facile poteſt alibi quieſcere, & delectari, etiam in rebus peſſimis, etiam in ipſa ſua perditione, vt fruuntur Iſraelitæ pre mēte Aegypto cum ollis ſuis: Atqui ſemel expertus eſt, quid ſit agi ſpiritu Dei, quanta pietas in opere, rectitudo in corde, compunctio in cōfeſſione, guſtus in communione, eleuatio in oratione &c. ſentitq; receſsū, animi languorem, cordis ſoporē, & ſimilia quæ ſunt abeuntis ſigna, non poteſt non ſummopere triſtari, ita Cant. 2. inducit Salomon in fine: ſponſam quæ præſentiam ſponſi guſtauerat, & receſſum dolet, & reditum procurat: Dilectus, īquit meus mihi, & ego illi: iam agnouit ſponſam. at perdidit paſcitur inquit inter lilia, cum ſanctis his, & illis, apud hos & illos commoratur, quia lilia pura ſunt: mecum non eſt donec vmbræ noctis meæ inclinentur & aſpiret redeatque mihi dies: tunc ad ſponſum ſe cōuertit d. Reuertere, Reuertere dilecta

lecti mi. Nõ dicit veni ſed redi, ſignũ
ꝙ olim cũ illa fuerat: vox intercedens
inter ſponſum & ſponſam, oſtẽdenſ-
que ſponſi amabilitatẽ. ſponſæ vero
amorẽ, quo illum ſequitur, & cum eo
vult eſſe. nã eo pſente fœlix eſt, eo ab
ſente miſera: His mixturis plenũ eſt
Euangeliũ hodiernũ, vbi a parte vna
ſtat Chriſtus ſponſus, modo abiens,
modo rediens: à parte alia ſpõſa eccle
ſia mõ plorãs, modo læta ſic a ſponſo
depẽdẽs, vt ad eius receſſum plane tri
ſtetur, ad reditũ ſic exhilaretur: vt tan
dem ibi infernum ſubeat, vbi ſpon-
ſo ſine fine priuatur: ibi paradiſum.
vbi ſponſo ſine fine vnitur, quo re-
ſpicit. d. Iterum videbo vos, & gau
debit cor veſtrum, & q.v.n.t.a.u. Mo-
dicum & iam non videbitis me. Mox
recedam: ſi fueris cũ ſponſo, ne præ-
ſumas, nam forte mox te deſeret,
aut quòd indigne tractetur, aut
quòd ſic velit recedens ad maiorẽ te
feruorem trahere, beatus ergo qui
ſemper eſt pauidus. Exulta, ſed in tre-
more. Noli altũ ſapere, tene quòd ha
bes. Et Iterum modicum & videbitis
me: ſperandum quando & poſt mo-
dicum rediturus eſt. At modicum
certe abeſt ſecundum meritum no-
ſtrum; non autem ſecundum votũ, &
deſiderium ſponſæ; quæ dicit, amore
langueo. Ita videbitis reſurgentem à
mortuis, & pacifice redeuntem ad
vos. Quia vado ad patrem. Ita fre-
quenter vocat Ioannes, mortem
Chriſti tranſitum ex hoc mundo ad
patrẽ: ne triſtemini ſuper abitu meo
non diſperdor, ſed vado ad patrem,
non ſit mors mea temeraria, ſed pa-
tris obedientia: facile redire potero,
nam pater mittet me; vos quoq; me
ſequimini, quia & pro me & pro vo-
bis eadem fortuna vado ad patrem.
vnicus eſt pater, vnicum vult filium,
in quo caput eſt Chriſtus, nos
membra. Turbantur apoſtoli, d.
Quid Eſt hoc, quod dicit? Modicũ,
& Modicum, neſcimus quid loqui-
tur: ita: ita neſcit caro pcipere verba
crucis: verba gaudij, & vitæ oh quam
facile capit, ſunt enim conformia gu
ſtui. At vbi de cruce loqueris, de re in
commoda, de receſſu Chriſti, quo
tam commode fruebantur, neſcit
quid dicas. Ratio eſt qa plena eſt ſen
ſu ſuo, & conceptibus Chriſti, non
dat locũ patiẽtiſsimus ſimul & clemẽ
tiſſimus Magiſter, videt qđ volunt
eum interrogare, quare occurrit, do
cet & communem facit fortunam
ſuam & ſuorum; & verbum exemplo
firmat: Ego vado ad patrẽ, ego mox
rapior ad flãmas; interim vos, quoq;
plorabitis, & flebitis. Ita res tota tra
gica erit & funeſta: Mundus gaude-
bit. Inimicus Chriſti, qui viuere ne-
ſcit, aut lætari niſi in morte Chri-
ſti. Meretrix illa in Apoca. ebria ſan-
guine martyrũ. Ita lætantur Philiſtei
dum illudunt Sanſoni; ita clamant cõ
tra Dauidem Euge, Euge. Dolet ipſe
Aduerſum me lætati ſunt: quid inde?
& multiplicata ſunt ſuper me flagel-
la: ita maxime lætantur in rebus peſſi
mis, & in perditione ſanctorũ: At læ-
titia mũdi falſa eſt, quia de repraua &
flebili: vana eſt quia inconſtans, ex-
trema gaudij luctus. Imperfecta eſt;
quia lætantur oculi, cor, mœret, non
eſt pax impijs. Damnoſa eſt, quia
væ qui ridetis, quia plorabitis: Vos au
tem contriſtabimini. Triſtan-
tur ſancti. primo, propter peccata
ſua Pſalm. ad me ipſum turbata eſt Rom. 9.
anima mea: ſecundo, ꝓpter peccata
fratrũ. Triſtitia mihi magna eſt, &
dolor cordi propter fratres meos. In
vita patrum quidã vidit mulierẽ ſtu-
dioſe comptam, & cœpit flere. Roga
tus

tus cur. Reſpōdit Primum, quia miſeret me aïæ illius tam vanæ. Secundo, quia pudet me, quòd muliercula illa tam ſtudet placere mundo, & ob hoc tam ſtudioſe ſe comit. Ego nihil facio vt placeam Deo meo; &c. Tertiò propter receſſum gratiæ, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi, vbi eſt Deꝰ tuus? Quartò propter dilationē gloriæ. Pſal. Eheu mihi, quia incolatus meus prolungatus eſt. quinto ex compaſsione vt Chriſtus ſuper morte Lazari. ſancti ad crucē Chriſti: ſed ſunt lachrymæ fœlices. Et magna hac promiſsione Chriſti: Triſtitia veſtra vertetur in gaudium: Hinc ſancti ferunt patiēter, amāt q̄rūt cruces, qa ſciunt in his ſibi ſeminari gaudia; hæc ſpes laborem minuit, & dulcem facit: qui certus eſt de reſurrectione parum exiſtimat mortem: Magna ſententia eſt hæc, ac magnorum affectuum radix, quia firmat eam Chriſtus, exemplo, & exemplo mirabili, mulieris parturientis: in quo multa ſunt obſeruanda:

Mulier cum parit triſtitiam habet &c. intētio eſt firmare ſententiā prolatam, quia eſt triſtitia adducens gloriam. & dolor cauſans lætitiam: hoc propoſito, vt bono animo ſubeatur, crux, & triſtitia: Exemplum fami-
Mich. 4. liare eſt prophetis, vt dolores piorū
Eſa. 26. aſsimilent parturientis doloribus; &
Ezec. 37. ſunt multæ rōnes. primo in grauitate
2. cor. 1. doloris; ita ſācti. d. cū Paulo. ſupramodū grauati ſumꝰ, ita vt tæderet nos ēt viuere: ſecundo in difficultate remedij qđ nullū inuenitᷣ, niſi Dei manus. Ita Pſ. pr̄ meus, & mater mea dereli-
Pſalm. 26. querūt me, dn̄s aūt aſſumpſit me: tertio in dubietate, nam præter dolorē eſt timor inſtans mortis, quia dicit. quia venit hora eius. Ita ſancti ſemper in cruce timent peiora, & coram mundo, & coram Deo, ne diffidant: ſed & ſunt alia tria quibus cōueniūt tū bono animo ſuſcipiuntur. Ita, cū mulier ſterilis doleat ſe non pati hos dolores: primo quia ſunt communes omnibus. Ita nemo noſtrum eſt protomartyr ſed Chriſtus præcelsit cū tot omnium ſexuum, ordinum. Secūdo, quia dolor breuis. Ita momentaneum, & leue eſt pondꝰ tribulationis noſtræ. Tertiò, quia fructuoſus, timet mortem, & parit vitam. Ita ſanctorum mors, eſt precioſa, Granum cadens, & mortuum, multum fructū affert. Quare addit. Nunc breuior eſſe non poteſt, quia ad nunc ad inſtans reducitur. triſtitiam habetis. dolor in ſenſu, triſtitia in voluntate eſt: Iterum autem videbo vos. En fructꝰ, triſtitiæ chriſtianæ, fructus generoſus, lætitia nobilis Tū ex obiecto, videbo vos. ex facie Chriſti, quam ſi videret infernus, nō eſſet infernus: Tū ex ſede, gaudebit cor veſtrum. radix totius vitæ, non gaudium generale; Tum ex perennitate; & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis Creſcet continuo. in vitam æternam. Ita ſuſcitato domino, gauiſi ſunt diſcipuli Amplius aſcendente, reuerſi ſunt cū gaudio ſuſcepto ſpiritu ſancto, amplius nā ibāt gaudētes, à conſpectu concilij &c. Maximè omnium in morte, quia vocanť advultū Dei, & ipſā vitā, in uita fruunť, Iterū cōſpiciūt glorioſā humanitatē. Augenť gaudia ex cōſortio angelorum. Iterum ex conſortio fratrum quorum gaudijs ex charitate non minus fruitur, quàm ſi is; imo magis inteniiue ſi ſit in maiori charitate. Iterum ex exercitio vbi perpetuo canitur, alleluia alleluia. Amen

Habita Romæ, apud ſanctos Apoſtolos. quarta Martij. 1560.

Do-

DOMINICA QVARTA POST PASCHA.

Ioan.16. *Vado ad eum qui miſit me &c.*

QVando Hic tandē ſcopus eſt totius pere grinationis nr̃ę. qua perpetuo currimus, quaſi aquæ dilabimur ſuper terram, vt ſicut ab vno Deo patre & creatore viſibilium, & inuiſibiliū omniū exiuimus, ita ad eundē tanquam terminum per circulum remeemus, ſicq; ex ipſo & per ipſum, & in ipſo ſint omnia: Duo hic ſunt à nobis diligenter obſeruanda: Primum eſt, ne viam erremus, atque ita quaſi per iter falsū incedentes à ſcopo tandem aberremus: ſecundū eſt, vt in via incedētes bona, ſic contendamus, nē in itinere quaſi laſſi, aut amore uiæ, vel aliqua alia occaſione ſeu paſſione detenti conſiſtamus. Nam hæc eſt illa via in qua non progredi eſt regredi.

In primo erāt peccatores, qui ſic fra cto iuſtitiæ ordine à bono incommutabili auertuntur, vt prorſus in diuerſa tracti ab alienentur, de quibus pſal. Maledicti qui declinant à mandatis tuis, quorū finis interitus, quorum pars eſt cum hypocritis &c.
Pſalm 118.
In ſecundo errant etiā boni quicunque circa viā.i. creaturas nimis ver ſant, ita vt in eis (quod debuerāt) vbique creatorem non quærant: Hic videas immenſa hominum, etiam bo norum ſtudia in conquirendis bonis corporis, pro ſe & familia alenda, in conſeruādis. Cum tamen natura pau cis ſit contenta: & pauca etiam illa gratia Chriſti è manib⁹ dei ſuſcipiat & in eiſdem quærat, ac Deum ſuſci piat: Meliores etiam in cōquirendis bonis ſpiritualibus hærent, & ſæpe nimiſquā debuerant, in guſtu ſacramentorum, in ſuauitate verbi, in dul cedine contemplationis. Ita vt ſine his ſeruire Deo neſciant, argumentum, quòd in ijs non quærūnt Deum, ſed ſeipſos, & ſua gaudia, quare circa hæc detenti, nunquam pure Deo fruūtur ſpiritaliter; ſed ſemper quaſi carnaliter. Inter hęc duo hominum genera verſata eſt hu manitas Chriſti in terris. Alij planē auerſi, in omnibus illi contradixere, infideles, Hipocritæ, Dęmoniaci: Alij ſatis boni quęſierūt eum, ſed in bo nis corporalibus vt Galilæi, Nazarethani &c. Alij meliores vt Apoſtoli in bonis ſpiritualibus, in amabili eius cōuerſatione, in ſuauitate & vita ver bi, &c. quare vbi meminit de receſſu affliguntur, & triſtitia implētur, argumentū, quod amant plus eius præſentiam, quā ipſum, quia ſeipſos amant in eo; Has omnes paſſiones tangit & corrigit in euāgelio hodierno vnica prouiſione, nēpe per promiſſionem ſpiritus ſancti, quē mittet ipſe ad hęc omnia conficienda; primum ad reuelandas impietates, & arguendas malorum, atque docendum iter verū, qua ratione vocat eum ſpiritū veritatis: ſecundò ad ſuccurrendum bonis, ne falſa conſolatione circa creaturas detenti conſiſtamus, ob hoc vocat' paracletum, ideſt conſolatorem. Incipit autem ab exemplo, ſuo.d. Vado ad eū qui miſit me. Vado, nam vita hæc perpetuo currit: non in incertum, nō per inuias vias: ſed ad eum qui miſit. Ita patrē nominat, q. d. ab eo miſſus per obedientiam, veni tanquam à princ pio ad eūdem redeo per obedientiā: tametſi amara iubeat, tanq̄ ad finem

Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis? Ita amat Chriſtus, vt ſciamus quo vadit. obſeruemus terminũ eius & finẽ crucis, quã ſit glorioſus, ſicq; in crucibus noſtris animemur: Tam oppreſsi ſunt Apoſtoli, quòd nemo interrogat, ad ſolam vocem crucis perhorreſcũt. Sed quia hęc locutus ſum vobis, triſtitia ĩpleuit cor. Tam miſerè ſunt coanguſtiati. Tantum ex hoc, quòd audiunt Chriſti receſsũ, & ferre nequeũt, cõtra q̃ triſtitiã magnis quibuſdam verbis ſe opponũt. d. Sed ego veritatẽ dico vobis. quanta emphaſi præmittit hæc? ego verbum, via & veritas, veritatem dico vobis, vtcunque vobis diſpliceat. Tamen ferendum eſt, hæc eſt vna veritas quæ præteriri nõ poteſt. expedit vobis vt ego vadam: Potuit dicere expedit patri, qui ex hoc gloriam conſequetur: expedit mihi, qui per hanc viã intrabo in gloriam, & nomen ſuper omne nomen conſequar: At hic totus eſt in conſolationem Apoſtolorũ & noſtram. quare dicit expedit vobis. Dat rationem. Quia ſi non abiero, paracletus non veniet: hic egent apoſtoli triſtes cõſolatore, & tali, qui ſuperet omnem triſtitiam, & omnem mundi conſolationem. Non poteſt autem venire ſpiritus, ſanctus, tum ex parte patris, qui nondum reconciliatus eſt, tũ ex parte Apoſtolorũ qui nondum purgati ſunt, dum ergo fieri, & præmitti purgatoriũ, per ſanguinem eius, atque ita habilitatio apoſtolorum priusq̃ ſpiritum ſanctũ ſuſcipiãt. non. n. venit in maliuolam aĩam. Si aũt abiero, mittã. Tã vtilis erit hic receſſus. quare bono aĩo ferendus eſt. Ita nobis accidit ſpiritualibus, vt quandoque recedat Chriſt' & gratiam ſuam retrahat, ariditatemque ſpiritus relinquat, ſine guſtu ſacramentorum, ſine feruore orationis: Tantum ne nos culpa noſtra reijciamus, & expellamus, bono animo ferẽdum eſt, nam redibit cum lucro. Ita & Maria virgo q̃nque amiſit Chriſtũ filiũ, tandẽ quæſiuit, in medioque doctorum inuenit magna cum patris gloria, vtcũq; à ſe, & reb' ſuis acceſſus videret, quare dolẽti & quęrẽti, fili quid feciſti nobis ſic? Reſpondit. qd eſt quòd me q̃rebatis, neſciebatis, quia in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? Ita ò Ieſu mi vtcũq; perdam in me ipſo, feram omnino, tantum vt te in his quæ patris ſunt inueniã, de guſtu & cõmodo meo non curo, tñ vt quicquid de me facis in gloriã patris facis. Ita expedit abire Chriſtum noſque ex eius receſſu nõ tantum extra, ſed & intra mortificari ſit enim per hanc amiſsionẽ magna acquiſito ſpiritus, quem mittit Chriſtus à patre.

Veniens autem ſpiritus, inuenit duo hominum gener (vt dicebam') alij ſunt extra viam, peccatores, & de his dicit. Cum venerit Ille arguet mũdũ: Hoc proprium ſpiritus eſt arguere. Ita ad Eſ. Clama ne ceſſes, Ita Paulus. Argue, increpa; oportune, importune; E contra pſeudo ſpiritus beatificant, & ſeducunt. Ita Eſ. Qui te beatificant, ij te ſeducunt: Ita Paulus. Rom. vltimo de pſeudo Apoſtolis: Huiuſmodi domino noſtro Chriſto non ſeruiũt, cui ergo? ſed ſuo vẽtri, qua arte? per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentum. Arguit ſpiritus Mũdum. Ita ſolet Chriſt' mũdi malitiã vocare, ipse nõ eſt de hoc mundo ſuos ſeligit ab hoc mundo, mundum arguit, in principio, in medio, in fine; principiũ infœlix eſt incredulitas: de hoc dicit De peccato, quia non crediderunt:

De

Multa habent peccata, at hoc. vnum radix eſt cæterorum, quòd non credunt, ob hoc Christi non ſunt Mediū eſt hypocriſis, & iuſtitia ſimulata quare Dicit de iuſtitia. Taxabit mundi iuſtitiam, & præcipue Iudæorum, oſtendetque inualidam eſſe, quia vado ad patrem. Morior vt iuſtificem mundum; ſine me non eſt iuſtitia, ſi lex iuſtificaret, gratis Chriſtus moreretur. Moritur autem quia omnes iuſtitiæ noſtræ ſunt menſtruatæ; diſcernet etiam iuſtitiam Chriſti, quē vocabant Samaritanum, tanquam rectam, ex hoc quòd bene terminat, quia vado ad patrem: Finem quoque arguet; qui erit in Iudicio eo, quod princeps mūdi Iudæus eſt. Ita Satanā vocat, e cuius manu ſublata eſt mundi tyrannis; hoc autem iudiciū duo reprehendit in mundo. primo, quòd abhuc ſeruiat Satanæ, cū tamen Chriſti ſanguine ſit è manibus eius liberatus: ſecundo, quòd videns Satanam ex peccato damnatum, adhuc in ſimilibus culpis perſeuerat: de hoc Petrus in ſecunda, quod ſi peccantibus Angelis non pepercit &c. hæc de illa parte. Alii ſunt in via; de his ſubijcit. Adhuc multa habeo vobis dicere; veſtri ſunt theſauri veritatis, ſed mō nō poteſtis: multa ſunt myſteria regni Dei, ſed ſine magno dono ſpiritus nos non comprehendimus, ſtudio tamen, oratione, patientia indies magis erudimur, vt nunquam vanum ſit audire verbum Dei, ſemper enim nouas diuitias acquirimus. adhuc docendi ſunt Apoſtoli, de myſterio trinitatis, de promulgatione euangelij, de inſtructione gentium, &c. via tuta eſt oſtendenda qua ſine peccato ad finem tendant vnde exierunt, & ad patrem vadant, etiam per cruces. hæc omnia ſuggeret ſpiritus ſanctus: cum autem venerit ille ſpiritus veritatis; vera docet; errores tollit, quia verax eſt & ſpiritus veritatis Chriſti, qui veritas eſt. Ille ergo docebit omnem veritatem; Natura habet veritatem ſed non omnem: ſcriptura habet in teſtamento veteri ſed nec omnem, nec diſtinctam in figuris: euangelium habet claram, ſed non omnem: omnem habet & claram eccleſia à ſpiritu ſancto edocta: quem miſit Chriſtus à patre, Signa autem quòd à Chriſto venit, erunt, quòd glorificabit Chriſtum. Qui à ſe loquitur gloriam propriam quærit. Hic ſua non docebit, & ſi ſua, non à ſeipſo habita: ſed inquit; De meo accipiet. Hic conuincuntur Græci & Armeni, quòd à patre & filio procedat ſpiritus ſanctus. Et hoc dicit. Mittam eum, non mitteret niſi ab eo procederet. Ita dicit, de meo accipiet: à quo habet doctrinam ab eodem & naturam, nam ſunt idem in Deo: De ſua dicit Chriſtus. Mea doctrina non eſt mea ſed eius qui miſit me. quia omnia habuit & audiuit à patre. eſſe, intellectum, ſcientiam, & omnia: A patre & filio & ſpiritus ſanctus. Hic docemur nos audire ſpiritus ſancti voces, nam verax eſt, & veritatis ſpiritus, infallibilis, ſuſtinete aduentum eius, nam omnia accepit à patre & filio in eius gloriā, & noſtrā inſtructionem, de qua in fine, & annuntiabit vobis. non ſepelit talētum. Docet deuios dirigit errores tollet: conſolatur ſua mirabili paracleſi, nos deſolatos, & triſtes, ac ſua conſolatione, ita omnem naturam ſuperat & mundi: vt ab eo docti, & ſuſtentati, tandem per omnem viam etiam crucis, per omnem amiſsionem etiā receſſum Chriſti per patientiam, ad patrem tendamus, à quo exi-

uimus, In coque tanquam alpha, & omega. principio, & fine. quieſcamus. Amen.

Habita Neapoli, apud ſanctum Laurentium. octauo maij. 1558.

DOMINICA QVINTA Poſt Paſcha.

QVando tandem inſtat tēpus receſſus. D. N. Ieſu, vt ſicut à Deo patre, exiuit, ita ad patrem redeat. vt non niſi amans à patre exiuit ſola charitate cogēte; amās vixit 33. annis continuis perpetua charitate dilexit, dixit, fecit, omnia cum amore, Ita non niſi amans recedit, Exiuit Ita à patre, vt tamen patrē non relinqueret, quin cum eo immēſo immēſus viueret vbique locorum, & temporum: Recedit nunc à nobis, ita tamen vt bona eius pars, nobiſcum remaneat, imo totus manet in verbo eius, manet in ſpiritu, manet in ſacramento, tantum recedit ſecundum ſaciem illam viſibilem & apparentem: qua diutius frui nec nobis ipſis expediebat, quare amor īduxit, amor idē abducit: tum vt illum ad locum ſuū reuocet, vnde exiuit, ad ſinum patris; tum vt nos altius tollat ſupra omnē creaturam, ſupra omnem carnem, ſuper eius humanitatem, ad agnoſcendum patrem in loco ſuo, & filium in ſuo; alioqui mundus perpetuò confunderur. In prima mundi ętate confuſiſſima, & īperfectiſſima erat Dei cognitio: qua mundus vix agnoſcebat Deum vnum æternum, ſapientē, omnibus prouidētem: quomodo autem, quādo, qua via prouiſurus eſſet, ignorabat: Data circūciſiōe Heroes illi Abraā, Iſaac, & Iacob, clarius cognouerunt Deum reconciliandum per mediatorem, quem vidit, Abraā in victima ſua, & exultauit. Clarius in lege. modum, tempus, matrem, vitam mortem, reſurrectionem. ſed in figura: tandem viſus eſt mediator, ſic tamen vt illi hærerent Apoſtoli, ac turbæ illæ frequentes eum quaſi alium Deum non agnoſcerēt, ab eoq; vno regerentur. hinc Petrus vult facere illi tabernacula. Galilęi offerūt regna, &c. vtilis eſt caro Chriſti ad tempus, vt Apoſtolos doceat modum, recte viuendi; reuocet à fermēto Phariſæorum &c. at ſi non altius tollantur hęrent in carne Chriſti. i. in creatura, quare expedit vt ſubducatur, intelligantque eſſe alium fontem bonorū vnde petenda omnia, nempe patrem Deum, Chriſtum eſſe mediatorem, in cuius nomine petendum, ſed à patre: illuc ergo omnia dirigēda vt per Chriſtum omnia à patre petamus, & Ita in patrem tanquam in primum, etiam ſublata Chriſti præſentia viſibili, ſpiritualiter ſubleuemur. Huc reſpicit tota Chriſti hortatio, de qua in præſenti Euangelio agit cum Apoſtolis, quaſi ſuo receſſu mundum reſtituat loco ſuo, & Dei paternitatem modo quodam per eius præſentiam ſubobſcuratam in ſua ſede & maieſtate collocet. Dicit Ergo. Si quid petieritis patrem in no. meo dabit vobis. q. d. quòd à vobis tollar ægrè fertis, quaſi donis meis priuemini, & magna illa bonorum copia quibus præſente me, facile fruebamini, ſed ne timete, nihil amittitis. Si Quid verbum generale oīa bonorum genera temporalia, ſpiritualia complectens. Diues in omnibus qui inuocāt illum: petieritis hæc funis, hęc hydria qua haurimus omnia Dei bona oratio:

oratio: hoc medio nunquam deſti-
2. Par. 20. tuimur, vt oremus. Cum ignoremus
quid agere debeamus, hoc nobis re-
ſtat, vt oculos ad te leuemus: Patrem.
hæc gratia & lux eſt teſtamenti noui
vt inuocemus patrem, quem prius
Dominum, aut iudicem precaba-
mur: verbum hoc dat gratiam, dat
ſpem orationi. Ita dicit eccleſia. Au-
demus dicere. Pater noſter &c. hic
proprius eſt Dei orãti locus. vt agno
ſcat pater. Ita clamat in cordibus nr̃is
ſpiritus patris & filij, abba pater: vt fi-
lij ergo petimus, & hic eſt locus no
ſter, in quo nos collocauit Chriſtus,
per ſanguinem ipſius qui participes
nos fecit diuinæ adoptionis. Da No-
mine meo. Hic eſt proprius locus
Chriſti, vt eo tanquam mediatore
vtamur, non tanquam tertio, quæ eſt
ſola Diuinitas. In eius ergo nomine
ideſt eius virtute ſuffulti, tanq̃ palmi-
tes in vite, tanquam membra in ca-
pite, in eius nomine qui Ieſus eſt, ea
quæ ſalutem concernant à patre peti-
mus: in eius nomine (Auguſtinus)
petimus quem mens orantis medita-
tur. Vtcunque in ore ſit nomen Ieſu
& Chriſti; ſi quid tum aliud in animo
Dan.9. verſamur orantes, in nomine Chriſti
non petimus. In eius nomine & meri
tó coram patre proſternendum: non
in iuſtificationibus noſtris. Dan. Vti-
mur ergo creaturis elementaribus
tanquam organis & miniſtris Dei:
ſanctis & Angelis tanquam amicis.
Chriſto tanquam mediatore: Deo
tanquam patre. qui ſic ob ſecratus
ſine dubio. Dabit. merita ſupplicum
excedit, & vota; dubitari poteſt de no
ſtra oratione; non de ſua exauditione
Ioan.4. Samaritana dicit Chriſtus. Io. forſan
Pſal.144. petiſſet: at ille dediſſet ſine dubio tibi
aquam viuã. Prope eſt dominus om
nibus inuocantibus eum Inuocãtibꝰ

eũ in veritate. Erit anteq̃ clament ex
audiam eos. Vobis, & pro vobis, & Eſa.65.
pro alijs Centurioni data eſt ſalus ſer-
ui, Chananeæ ſalus filiæ. Pau. 266. ani
mæ donatæ ſunt: ſic bono, & audenti
animo petẽdum, nam hæc eſt magna
gratia noui teſtamenti, vt patrem in-
uocemus, & à patre omnia ſuſcipia-
mus: Vſq; modo nõ petiſtis quicquã
in no. meo. In teſtamento veteri vbi
non agnoſcebatur neque Deus pa-
ter, neque (de omnibus loquor: nam
Heroes vtique cognoſcebant) Chri-
ſtus mediator, orabãt ꝓpter Abraã,
Iſaac, & Iacob. in diebus carnis Chri
ſti, omnia petebant ab ipſo Chriſto;
ſine pera ſine baculo mittebantur &
tamen omnia ſufficienter habebant:
nunc vero in nouo teſtamento, quan
do omnia loco ſuo reſtituuntur, à pa
tre in nomine meo, audenter. Petite,
accipietis vt gaudium veſtrum ple-
num ſit: verbum hoc, vt gaudiũ &c.
ad quodcunque duorum præceden-
tiũ referri põt: Aut Petite vt gaudiũ
veſtrum plenum ſit: hoc maxime
optamus, vt gaudeamus, vt liberum
cor, & mentem hylarem poſsidea-
mus. Incipit gaudium hoc à iuſtifica
tione, vbi cum Deo noſtro pacifi-
camur, augetur per continuos gra-
dus gratiæ, tandem in patria imple-
tur, vbi mens implet viſione, volũtas
fruitione, & tota vita fit paradiſus ibi
vere gaudemus, vbi nullus meror. hoc
ergo maxime, petendum, vt beati
ſimus, & pleno illo fruamur gaudio.
En quæ ad ſalutem faciunt: Vah quã
frigidi nos ſumus in petendis donis
ſpiritualibus, quàm feruidi in peten-
dis temporalibus; quanta tepiditate
dicimꝰ Pater noſter, ſanctificetur no
men tuum, adueniat regnum tuum,
quàm molliter addimus, fiat volun-
tas tua: quanto vero ardore, & quam

feruenter dicimus toto ore & plenis faucibus. Panem noſtrum quotti dianum da nobis hodie; Aut expone.Petite,& accipietis,quid? cur? vt gaudium veſtrum plenum ſit. cœpit opus in vobis vocando, iuſtificãdo, magnificando, maiora adhuc dabit,& pleniora dona recipietis, vt gaudium veſtrum plenum ſit ad veſtram fœlicitatem quouſque illo reuertamini vnde exiſtis.

Quando hæc eſt claritas no. teſtamẽti vt omnia locis ſuis coaptentur & ita per Chriſtum patrem libere inuocemus: Nec iam vltra prouerbijs figuris detineamur;ſed palã de patre, de hoc benigno,& clementiſsimo patre hactenus ignoto annuntietur nobis,merito inſtat Chriſtus, petamus: & nos ipſi petamus, addens: Et non dabo vobis,quia ego rogabo patrem q.d.ne, ſic toti in me vno hærete, vt ab hac carne mea omnia expectetis, quaſi aliunde non veniat dona, quaſi ego ſolus meipſo ſine vobis ſufficiã. Ego quidem ſemper ero ante patrem, & coram eius vultu meipſum pro vobis oſtẽdam,ſacerdos in æternum:vos tamẽ veſtris partibus ne deeſte; & nomine meo coram patre vos præſentate. ipſe enim pater amat vos, dulciſsima verba quibus erigitur in omnem ſpem oratio, quando amantem patrem compellat, ſat eſt, quòd pater eſt, at quandoque etiam iraſcitur filio pater Patrem ergo & amantem inuocate quanta fiducia? quid vero amplius optet,quàm à patre amari? ipſe amat vos,quia vos me amaſtis, & crediditis quia à Deo exiui: ſi de amore infuſo,& fide loquitur, arguendũ eſt à poſteriori, vt deducit Auguſtinus. quod ſcilicet pater nos amat, apparet;quia vos me amatis,nec enim nos primo amamus,ſed ipſe prior dilexit, & fructus amoris eius eſt amor noſter & fides noſtra; qua ille ſic erexit nos ad credendũ, qa Chriſtus à Deo exiuit,in quo articulo comprehendũtur oĩa,vt Petrus & Martha. Ego credidi quia tu es Chriſtus fili⁹ Dei viui qui in hunc mundum veniſti. ſi de acquiſita loquimur.argumentum induci põt à priori, quaſi à cauſa meritoria vel digna:ſed præparatiua,& cõſtitutiua,nã virtutes eę acquiſitę ſunt immediatæ diſpoſitiones infuſarum, & gratuitarum. ſic ergo amantur Apoſtoli, quia verbum audientes credũt Chriſtũ à Deo exiſſe, & amant eum ac ſequuntur, atque in hoc loco conſtituunt, vt hoc mediatore ſeſe coram patre ſtatuant.Exiui à patre & veni in mundum,hic quatuor verbis totum negocium exprimit ſuæ humanitatis:Exiui à patre:hic narrat conceptionem, & natiuitatem qua quoquo modo exijt è patre, & abſconditus eſt in carne. Veni in mundum. Hic tempus carnis ſuæ verba, opera complectiť: Iterum relinquo mundum, hic mortem & tranſitum ab hoc mundo fœlicem, quietum; Et vado ad patrem,hic regreſſum,aſcenſionemque narrat: quia ad locum ſuum proprium tendit, patrem ideſt prope patrem: Relinquitur ergo ſic diſtributus,mũdus: vt caput & fons bonorum ſit pater Deus, & tota diuinitas,ad patrem & prope patrem mediator ſit Chriſt⁹:Amici ſint ſancti:creaturæ omnes ſeruiunt:Nos ad patrem tendamus, ita vt per creaturas omnes excitemur ad eius cultum,ſanctis & Angelis quaſi amicis vtamur, vt intercedant: Chriſto tanquam mediatore a patre oĩa petamus, ſuſcipiamus, vt tandem gaudium noſtrum, vt ab exiuit,

in eo tandem conſumetur & impleatur. Amen.

Habita Neapoli 15. Maij. 1558. apud S. Laurentium.

IN FESTO D. MATTHAEI Apoſtoli.

Cum tranſiret D. Ieſus vidit hominem ſedentem in telonio.

MOuet potenter oculos, aures, ſenſus omnes noſtros, adde & partem animæ cognitiuam, virtus, ac potentia Chriſti vere mirabilis, qua vix natus Magos ad ſe ignotum, ex nomine tantum regio, per ſtellam traxit ab oriente qua deinde turbas & populos, innumeros Iudæorum inimicorum, ex Lazaro ſuſcitato compulit ad ſe honorandum vocibus, palmis, veſtibus. Gentiles ẽt ipſos in ſui deſiderium traxit, vt teſtatur Ioan. Motus hic potentiam ſequens ſtuporem inducit, timorem, honorem, quare Magi procidunt & adorant, pueri hebræorum clamant, colunt regem, vocant & prophetam a Nazareth &c. turbæ Galilææ regẽ facere volunt.

Sed longè potentius, & dulcius mouet non modo ſenſus, & intellectum, ſed viſcera ipſa cordis bonitas & amor eiuſdem Chriſti: hic enim non tantum mirabilis, ſed & amabilis eſt guſtui iucundiſſimus, trahens, rapiens, flectens, amorem (in quo ſtat ſumma legis & ſumma religio) pariens, amantemq; amanti vniens, vt verè dicant creator & creatura. Dilectus meus mihi, & ego illi. Cum verò totus Chriſti amor ſit dulcis, & amabilis, Nobis tamen ex conditione infirmitatis noſtræ ille dulciſſimus, & amabiliſſim' eſt, quo peccatores amat, & amans reſpicit, & reſpiciẽs vocat, & vocatos trahit, & venientes recipit, & recipiẽs recipitur, & ſe totum illis tradit, eosq; totos, & eorum omnia recipit, ac cum illis, & cum quotcunq; illi volunt, quaſi cũ dilectis ſuis fruitur. Hæc hæc illa eſt miſericordia, hæc illa amoris pars, q̃ vt quaſi ſanguis fluit ab intimo fundo cordis Chriſti, ornatque & exercet, quaſi proprium pignus legationem ſuam, dum quaſi medicus potens, & maximè pius vocat, recipit, ſanat male habentes. In hoc maximè placet patri qui ad hoc miſit: vt ſis, inquit ſalus mea vſq; ad extrema terræ. q. d. nullum morbum reijciens omnia ſanans: in hoc maximè honorat ſpiritum ſanctum, quo vnctus eſt. Ad ſanandum iniquit miſit me Eſa. In hoc maxime exercet munus ſuum, quod eſt ſaluum facere quod perierat: In hoc maximè iuuat nos, Eſa 61. mouet, trahit ad ſe ſcientes, quod non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, inſuper, quod ad cõuerſionem ideo inuitat, vocat, adiuuat, recipit, tantum vt ſanet, quia amat. Et ecce præter voces, exempla frequentiſſima, omnino, inquit Bernardus, propter tuam manſuetudinem currimus poſt te. Domine Ieſu Chriſte, audientes ꝙ non ſpernis pauperem, non horres peccatores, non latronem, non meretricem, non adulteram, non publicanum, non negantem Petrum, non perſequentem Paulum, nõ ipſos crucifixores tuos: Ecce hodie nobis Matthæus, publicanus tam dulciter à Chriſto motus, quod reſpicit; vocat,

cat, trahit, recipit, fruitur cum tota domo ſua. Tantumque in hac miſericordia delectatur, quòd eam cõtra Phariſæorum obtrectationes defendit, in tantumq; effert, quòd præfert ſacrificio, & in hac vna conſtituit totum negocium carnis ſuæ. d. Non veni vocare iuſtos ſed peccatores: Iucundiſſima narratio eſt omnibus, potiſſimum peccatoribus, etiam grauibus; & enormibus tantum vt vocantem audiant, & ad eum vocati & tracti ſe conferant. Nunc obſeruemus ſingula.

Cum tranſiret dominus Ieſus vidit hominem ſedentem &c. Tria potiſſimum capita complectitur hæc narratio qua Matthæus fortunas ſuas deſcribit, primum in quo vocat & trahit ad ſe Matthæum publicanum. Secundum, in quo fruitur. Tertium in quo tuetur tanquàm ſuum, & ſui dignum hoſpitem. De primo narrat, quòd cũ trãſiret D. Ieſus, ad ſolita ſua negocia peragenda mundi ſcilicet ſalutem promouendam, peccatores potiſsimum conuertendum ad pœnitentiam. Vidit. locus eſt gratiæ præuenientis, vidit ab æterno, & probauit; vidit in hoc trãſitu, & dilexit. Pſal. oculi domini ſuper iuſtos: Et miſertus eſt; Exo. Videns vidi afflictionem populi mei; Ita orat Pſal. Reſpice in me, & miſerere mei. Hominem ſedentẽ in telonio. Publicanum artem ſordidam, rapacem & in famẽ; apud Iudæos exercentem: periculoſam etiam apud Deum; lucris inhiantem; Eſa. Prophetam meum exactores ſpoliauerunt: Hi ſunt qui à principibus maiore ſemper pretio conducunt vectigalia, inde vt redimãt ſe, duriſsimi, & acerbiſsimi ſunt exactores; vnde populis obueniunt indies onera maiora. Ars inter præmiſſas minus licita ſecundum Chryſoſtomum, & patres, tamen permiſſa eſt, ſed habet magna pericula. Inter hæc vidit Ieſus hominem ſuum. Sedentem. Retinet primo amor terrenorum. Secũdò deſidia bonorum. Tertiò lucrum & proſpera negociatio. Quartò mala ſocietas, exempla, conſilia & ſæpe patrum, & quandoque ſpiritualium perſuadentium eſſe licita Matthæum nomine. Ita ſeſe explicat ſine rubore. Lucas Marcus vocant leui, obſcuriore ſcilicet nomine, ne detrehere, & refricare vulnera videantur, ipſe autem proprio nomine ſe ſpecificat. Ita iuſtus accuſator eſt ſui. Ita cœcus ille inter notos inſtabat. d. quia ego ipſe ſum. Et Paulus Chriſtus venit peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. iuuat miro modo pœnitentem ex animo confeſſio & recordatio peccatorum ad illuſtrãdam Dei miſericordiam & humilitatem in ſe augẽdam. Sequere me. Vox domini in virtute. præcipit vt faciat, adiuuat vt poſſit. Vox enim iſta inducit in peccatore, Primò, timorem, Secundò compũctionem, Tertiò propoſitũ, Quartò executionem: vox eſt compendiaria omnia includens; ſi nihil aliud ſcis, ſequere me. tranſi omnia, perge, procede ad me per omnia, ſuper omnia contra omnia, ſine omnibus. Me vno diues es. Patrem me vocabis, poſt me ingredi non ceſſãbis, ſemper ad intimiora. Surgens, relictis omnibus (addit Lucas) Secutus eſt eum. Chryſoſto. Diſce in vocãte virtutem. In vocato obedientiam. ſequitur velociter, ne tardes conuerti ad dominũ. Eccl. Totaliter Relictis omnibus, vſq; quo claudicatis. Secutus eſt eum, corpore, aĩo, fortuna. ſunem præſcindens, non ſolués, inquit Hie-

Pſalm. 33. Exod. 3. Pſalm. 24. Eſa. 3. Prou. 18. 1. Tim. 1. Ierem. 13. Eccl. 5. 1. Reg. 17.

Hieronymus. ſimul ſeſe omnibus exuens; nudus nudũ, affectũ nunc: mox & effectu oĩa dimiſurus. Et fecit ei (Lucas) conuiuium magnum. ſi ſpiritualia (Paulus) vobis donamus, magnũ eſt ſi tẽporalia veſtra metamus? Magnum eſt conuiuium ex hoſpite magno. Ex numero conuiuarum, cõcurrunt enim vndique; vocante ipſo, publicani & peccatores (vt Lucas, & Marcus) totum mũdum ſi poſſet vellet nunc ad Chriſtum trahere, & maximè ſui ſimiles, quare magnum eſt cõuiuium ex animo dantis, in quo potiſsimum eſt cõuiuium Chriſti, vbi epulæ ſunt deuotio, charitas, compunctio, hylaritas, affectio his veſcitur Chriſtus, ſunt autem hęc omnia miracula vocationis huius: homo ſedens vix vocatus ſurgit, homo auarus lucris inhiãs dimittit omnia: homo diues pauperem ſequitur. Rapax alienorum dat propria: propriæ ſalutis negligens, iam alios conuocat ad ſalutem. Ita cor mundum creat Chriſtus, & ſpiritum rectum innouat. Sunt etiam hæc omnia indicia ſanitatis, cum peccatorum primò ſurgit à culpa: ſecũdò ſequitur Chriſtum & exercitia virtutis. Tertiò cũ gratiam agnoſcit, & rependit. Quartò cum & fratrũ curam habet. Sequitur & ipſum Chriſtus, iam mutuo ſeſe amant; intrat ad eum, diſcumbit. Vbi? inter publicanos & peccatores. Hic ꝓprius locus eſt Chriſti; hoc ſpectaculo gaudent Angeli, exultat terra; ſic enim trahit ad ſe, quaſi ad centrum, peccatores; vtinam omnes veniant, vtinam nullus in toto mũdo remaneat foris. Foris ſunt Phariſæi; dum peccatores cum Chriſto intus epulantur, ipſi ſeipſis pleni eſuriũt. Eſa.63.
Ecce ſerui mei comedẽt, vos eſuritis Murmurant, & damnant cõmerciũ hoc Chriſti cum peccatoribus, In quo vno ſtat mundi ſalus, quare ipſi pereunt; diminutio eorũ diuitię ſunt mundi. Chriſtus audit, & quia tangunt eum in proprio miniſterio, ferre non poteſt, quare ſeſe tuetur. pulchra parabola, qua ſe medicum, peccatores ægros appellat. Ad quos ergo Medicus niſi ad ægros? quos alios magis iuuare poteſt? quo alio loco virtutem exercere? Ad quem ægri niſi ad medicum? Quid eſt hæc cum peccatoribus conuerſatio? miſericordia maxima eſt. Quanti vero refert homini Dei miſercordiam facere? Euntes, ò mundi cenſores, diſcite nam totó cœlo erratis. Quid eſt illud
Oſe. Miſericordiam volo non ſacrificium? vós confiditis maxime ſacrificijs, & certè optima ſunt, ſi à bono procedunt: at bonum facit virtus, & virtutum forma eſt charitas: In hac ego laboro, & ad hoc veni. Vocare non iuſtos quales vos arbitramini, ac ideo medicum me deſpicitis: ſed pauperes hos peccatores, ad pœnitentiam, vt ſanentur, & viuant. Amen. Oſe.6.

Habita Mediolani 1566.

IN FESTO BEATAE Virginis Annuntiatæ.

Ecce Ancilla Domini: Fiat mihi ſecundum verbum tuum.

LAEtam, fœlicem, & Sacroſanctam diem colimus. Lætam, ac ſereniſsimam facit immenſa iſta claritas Diuinæ Charitatis in qua ſummopere glorificatur; dum ſeſe to-

tam aperit; & è cētro, & ſinu infinitę ſuæ paternitatis filium effundit, pign' æternum amoris ſui; vnde iam licet in hac luminis abundantia cernere in Deitate paternitatem: Et in ſpiritu huius magni filij. & Deum dominum inuocare Patrem. Fœlicem, & beatiſsimam facit incomparabile cō modum, quod ex ea cum ſumma iſta ſerenitate conſequimur, dum omnia nobis propitiantur; dum ad nos iuuādū non modo inclinātur cœli ſed cœlorum, virtutes Angeli? nō modo Angeli, ſed cœlorum, & Angelorum Dominus; ſed ipſa tota diuinitas; ſumma charitas Patris; ſumma obedientia filij; ſumma virtus ſpiritus ſancti. Sacroſanctam, & reuerendiſsimam facit profunditas myſteriorum, quibus omnia complentur: Tot, ac talia, quòd ad conſpectum miraculorum horum ſtupet non modo natura, aut carnis prudentia; ſed ipſa fides, & Religio, nō modo Philoſophi, & ſapientes mūdi, ſed ipſi fideles & ſancti: Tremūt angeli, pauent cœli, vox ſilet, mens deficit, natura non ſuſtinet. Quid? ipſamet virgo in qua, vt thalamo ſponſi, hæc omnia fiunt; hæret, ſtupet, vix poteſt credere. Profunditas, totam attentionem cordis noſtri requirit. Fœlicitas beneuolentiam: lætitia alacritatem, vt dignè de manu patris hæc bona accipiamus; Gratias agamus, & in dies meliora ſperemus. Tu uirgo fœliciſſima, & clementiſsima, ades. hue, da verba, da cor, vt lætitias, & gratias has dignè concipere valeat mens, digneque exprimere lingua. Ardet animus; ſed pondus ſuperat vires. Tu ſuſtine. Tu rege. Tu per me teipſam clarifica. &c.

Miſſus eſt Gabr. &c. Magnam maximam certe opus eſt rem eſſe hanc legationem, quando tot numeris, & circunſtantijs perſonarum, locorum cōditiōum explicatur. Miſſus eſt: legatio eſt: ex hoc vocatur Angelus, perſona præſtantiſsima Gabriel. Dei fortitudo; èx ordine ſupremus. A Deo, à poteſtate ſuprema deſtinatur. Quo? In ciuitatem Galileæ; Quam? Nazareth Ad quid? Ad virginem. Qualem? deſponſatam viro. Cui? Ioſeph. Vnde vir hic: è domo Dauid. Et nomen virginis quale? Maria. Ita iuuat hic omnia, & ſingula obſeruare, quando ſic pertinent omnia ad claritatem rei Miſſus eſt. Miſsio hæc implet, & terminat ꝓphetias omnes de Meſsia venturo. Quia vltima eſt prophetia: Terminus veteris teſtamenti, & initium noui. Angelus. Ad perdendum hominem acceſsit Angelus ater Satanas inuidus, Ad reſtituendum mittitur Angelus lucis. Pertinet etiam ad Angelos reparatio humana, quorum ſedes ſunt implendæ. Gabril. Hic ille eſt magnus Dei ſecretarius, qui ſemper mittitur ad reuelandum Meſsiæ myſteria, ad Danielem. ad Zachariam. ad virginem A Deo. Tota ſanctiſsima Trinitas expedit nuntium, potentia patris, ſapientia filij, bonitas ſpiritus ſancti Diuus Thom. quæcunque ſunt actiones pertinent ad totam deitatem in hoc negocio, In ciuitatem Nazareth. Iam incipit myſterium Crucis, in quo infirma confundūt fortia, quare ad paruulā Nazareth non ad amplam Hieruſalē, aut Romā mittitur. Adde quod ſalus hæc pertinēt ad tribū Iuda, & domū Dauidis. de cuius ſorte eſt Nazareth. De ſorte zabulon erat Nazareth. vicina tribui Neptalim. primo tempore alleuiata eſt ſecundum Zabulon. Ad uirginem. Primus Adam è terra virgine formatus eſt. Ita decet & ſecundum è virgine cōcipi. Virgo eſt caſta, carne & ſpiritu

Virgo

Virgo eſt anima ſine vlla labe; virgo eſt caro ſine macula. cògnata eſt Angelis virginitas. Deſponſatam viro. Ita decuit tum ratione Matris, vt pudor eius ſeruaretur. Tũ ratione prolis, vt cuſtodiretur & deduceretur. Tum ratione myſterij vt celaretur. De domo Dauid. Ita ex domo viri notificat domum virginis; nam ex eadem tribu erant vir & vxor. numeri vltimo. Ad hãc.n.domũ potiſsimũ ꝑtinet ſal⁹ hęc.

Et ingreſſus Angelus. Hic iã formatur Dialogus duarum perſonarũ Angeli & virginis. Atq; in sũma: Angelus Virginem Salutat, Confirmat. Inſtruit Quietat, virgo autem Audit. Dubitat. Inſtruitur. Conſentit. Aue. Verbum lętum, læta nũtians; hactenus inauditũ. Nulla hic mentio culpæ, pœnæ, & dolorũ. ſaluere iubet, & lætã eſſe. oſculũ. eſt ſpiritus, inqt Bernardus, quod deuoti infigunt virgini. Gratia plena. Gratia naturam ſuperat: & hæc plena eſt; nõ ſ'm ſufficiẽtiã tm̃ vt nſa; nõ ſecundum abundantiam vt Apoſtolorum: ſed tantum ſecundum excellentiam. Cui & in eccleſia reſpondet cultus Hyperduliæ, plena eſt ſecũdum longitudinẽ à primò inſtanti ad vltimũ, plena ſecundum latitudinem à. in omni genere gratiarum ſine vlla culpa, originali, actuali, mortali, veniali: plenum eſt vas, facile effundit vix tactum. Quis inquit Innocentius, inuocauit eam & non eſt ex auditus ab ea Dominus tecum. Hoc verbum illud eſt, quod maximè tangit & recreat cor virginis. Hoc à ſuis deuotis maximè exprimendum Ex hoc enim pendet tota virginis fœlicitas dnminus tecum. Tecum in mente eſt. tecum erit in ventre. Benedicta tu in mulieribus. Ita caput eſt virgo noui ſeculi, quod ſeculum benedictonis eſt. Prima maledixit, vituperauit, proſtituit sexum; ſecunda hæc reparat. &c. Quæ cum audiſſet cogitabat &c. Turbat virginẽ Humilitas, vt olim Centurionem. Nihil enim harũ beatitudinum agnoſcit in ſe: quare vix admittit has benedictiones. Hanc verò humilitatem maximè amat Deus, in hac conſtituit nidum filij ſui Reuera habent quicunque Mulierũ ſtatus ſuas virtutes proprias. vt ſit virgo pura, caſta corpore, & ſpiritu vt ſit vidua, pia, exemplaris, mortua mundo, vt ſit vxor fidelis, prudens, patiens & cætera. At virtus illa quę omnibus mulieribus ſummè eſt neceſſaria; ſine qua nihil ſit Humilitas eſt. vt infirmitatem ſentiat, ſubiectionẽ ſponte patiatur. Etenim inquit Paulus. Mulier ſeducta eſt. Et tamen Eheu ſi vllibi eſt ſuperbia, faſt⁹ temeritas inſolentia &c. in tot mulieribus repertus; vt ſola ſuperbia plurimas ex eis à ſtatu ſuo prorſus alienet, ſunt pauperes, & volunt eſſe diuites ſunt atrę, & fiunt albæ ſunt pallidæ, fiunt rubræ ſunt paruulæ, fiunt magnæ, ſunt vetulæ, fiunt iuuenculæ &c.

Secũdò. Ne timeas Maria &c. Corroborat animum virginis; docet rem non eſſe humanam, ſed Diuinam, quare & modos humanitatis excellere. Inueniſti gratiam &c. Gratia naturã ſuperat; ex hac tota fœlicitas pendet: quę ſiuit Gratiam Maria, & ecce inuenit. quærit gratiam Humilitas: Inuenit Humilita. cuſtodit Humilitas. exercet Humilitas. ſiuit Humilitas. tota Gratia Humilitatis eſt.

Tertiò. Ecce concipies &c. Hic iam ſedatæ virgini explicat pondus legationis ſuæ. Quæ in ſumma quinque continet capita. Primũ, quod concipiet & pariet filium. Quaſi dicat En ò virgo benedicta. Multa legiſti & audiſti de Meſsia mundo pro-

miſſo, ad eius redemptionem; tu quoque ſæpius oraſti & inſtantiſſimè petijſti:vtinam diſrumperes cœlos,& deſcenderes. Rorate cæli deſu-
Eſa.64. per &c. Mitte quem miſſurus es &c. En iam concipies &c. Promiſſus eſt Meſſias Abrahamo. In ſemine tuo
Eſa.45. &c.Dauidi. De fructu ventris tui &c.
Exod.4. Promiſit Moyſes prophetam ſimilẽ
Gal.3. ſui.Prædixit Iere. Matrẽ quòd foret
Pſalm.131. fœmina.Eſaias ſpecificauit quòd fœ-
Deut.18. mina virgo. Micheas locum. Daniel tempus,Abachuc nomen. Malachias præcurſorem. En iam concipies &c.Oſtenſus eſt Meſſias in omni ſeculo multis ſub imaginibus,quibus ſe ſancti patres oblectarunt, ſalutantes eum à longè, & diem eius ſic in nube videntes; Adam in ligno vitæ:Abel in ſuo altari. Noe in Arca;Melchiſedech in decimis. Abraham in victima: Iacob in petra olei: Ioſeph in ſomnijs.Moyſes in Rubo ſaxo,Manna, ſerpente æneo.Aaron in Tabernaculo, Ioſue in ſole. Gedeon in vellere.Sanſon in fonte:Dauid in throno. Salomon in templo. Elyas in pane ſubcinericio. Eliſeus ĩ ſale, Eſaias in flore,germine,mõte lumine.Ezechiel in ſole nube tecto. Daniel in ſaxo exciſo. Iona in hedera: Malachias in Angelo. Et tandem ceſſant imagines. Tu,tu concipies &c.Secundum. Vocabis nomen eius Ieſum. De nomine Meſſiæ mira dixit Eſaias,quòd vocaretur, Admirabilis, conſiliarius Deus fortis, princeps pacis, pater futuri ſeculi; quòd Emanuel.omnia tu colliges in vno hoc & vocabis Ieſum,ſicque ſimul & ſubſtantiam eius Diuinam,& Miniſterium explicabis: nam ſaluum faciet populum &c. Tertium. Hic Erit Magnus. Maximus erit, Deus verus, & minimus, homo verus.Ita decet Maximum imum fieri, vt ſatisfiat illi ambitioni, qua voluit primus homo fieri ſimilis Deo. Ita etiam decet ſatisfactionem fieri per æquiualens,nihil autem finitũ,æquari poteſt offenſæ Dei. Ita etiam decet Mediatorem Dei & hominum vtrunque extremum in ſe cõplecti. Quartum. Et filius Altiſſimi vocabitur. Deum eſſe oportuit,& Deum filium, non enim decuit patrem mitti,aut innaſcibilem naſci. Filium autem omnino. Primò, vt ſic per eum recuperetur adoptio filiorum Dei per culpam amiſſa,tanquam per primogenitum & vnigenitum,cuius filiatio adæquata eſt fœcunditati diuinæ,vnde poteſt infinitos facere filios. Secundò, vt ſic imago Dei reficiatur in homine, per eum qui eſt imago naturalis & ſplendor gloriæ patris. Tertiò, vt ſic per verbum illud recreetur mundus, per quod à principio omnia facta ſunt. Quartò, vt ſic dementia hominis quæ voluit ſcire bonum & malum, per Dei ſapientiam corrigatur. Quintò, vt ſic qui in æternitate ex natura mediat inter patrem, & ſpiritum ſanctum,In tempore mediet inter Deũ & hominem. Sextò, vt tandem qui ſua natura naſcitur in cœlo ex patre ſine matre, naſcat̃ in terris ex matre ſine patre,Quintum. Dabit illi Dominus ſedem Dauid,&cæt.Hæc omnia promiſſa ſunt Meſsiæ tanquam Dauidis filio.Et regnabit in æternũ Conditio iſta expreſsè docet regnũ hoc non fore humanum. ſed cœli regnum,quod vt dictum eſt Danieli in æternum non diſsipabitur.Hoc igitur nouum ſeculum,nouum cœlum & noua terra erit quo Meſsias in eſſe ſpirituali denuo creabit mundum in ſemet ipſo;in eo ſpiritum ſan-

ctum vitæ æternæ ad quam omnia inſtituentur, Ad paradiſum cœleſtem, non terreſtrem; Primus homo de terra terrenus, Secũdus hõ de cœlo celeſtis & cœleſtia promouet: Vbi veſtes erãt non iã pelles, non folia arborũ; ſed gratia, & virtutum exercitia. Vbi in Arca non manu facta, ſaluabitur mundus à diluuio peccatorum. Vbi Sodoma purgabitur ſulphure timoris, & ſpiritus ſancti igne; Vbi Iſrael ducetur ex Aegypto tenebrarũ, per mare rubrum ſanguinis Meſsiæ; & deducetur in deſerta pœnitentiæ, perditis Aegyptijs peccatis, & Dæmonibus. Vbi paſcentur fideles manna abſcondito: & è lapide educentur aquæ viuentes è latere Chriſti dormientis. Vbi aquæ amare tribulationum, per lignum crucis dulces reddẽtur. Vbi ſublato ſerpente illo æneo inſuperabilis fortitudinis, & patientiæ, igniti ſerpentes tollentur, & nequiſsimi tela ignea repellent. Vbi lex amoris è Siõ pdibit, & inſcribet cor dib⁹. Vbi Iordanis, & flux⁹ cõcupiſcẽtiarũ reuocabit. Vos lac, & mel grã, & gloria, veritas, & pax deguſtabuntur. Vbi Ierico ciuitas Satanæ deijcietur, ſonitu verbi. Vbi Hieruſalem ſtatuetur, cuius fundamenta Apoſtoli; cuius portæ articuli fidei. Vbi templum ideſt verus Dei cultus inſtituetur; tabernaculum quod fixit Deus, & homo: vbi thronus Salomonis, cuius pacis non erit finis. Hæc omnia legatione ſua complexus eſt Gabriel &c.

Quomodo fiet iſtud &c.? Non dubitat de facto; ſed modum quærit; ſuperat enim myſterij magnitudo omnem creatam intelligentiam. Tanto magis, quòd tractare cum virgine de conceptione, & partu, cum ipſa virgo viuere & mori de conſenſu ſanctiſsimi viri ſui decreuerit, mirabile eſt, & vix auditu dignum. Cum tamen hanc ſentiat eſſe Dei voluntatem, credit implendam, & ſine ſuæ integritatis præiudicio. ſed modum ignorat. quomodo fiet &c.? Ita quocunque loco ſacramentum hoc magnum perſcruteris, clamare, & admirari neceſſe eſt dicereque. quomodo fiet iſtud? &c. Primò, Si charitatem patris, ſe ſe ita effundentẽ, vt proprio filio non parcat, & pro nobis, cum omnibus bonis ſuis, tradat, poſt tot annorum millia &c. Quomodo fiet iſtud? o ineffabile ſacramentum amoris, vt ſeruum redimeres, filium tradidiſti? Secundò, Si patientiam, & humilitatem filij, qui è ſummo fit imus, exinanitus forma ſerui aſſumpta. &c: Quomodo fiet? Dilexit me & tradidit ſemetipſum pro me? Tertiò, ſi modum ſanctiſsimę huius incarnationis contempleris, quot & quæ concurrunt: in Deitate vna eſt eſſentia, & tres perſonæ, in Chriſto vna perſona, & tres eſſentiæ, Deitas, aĩa, corpus, eternum perpetuum & temporale. Quomodo fiet &c. Quartò. Si numerum & maneriem vnionũm. Vnitur Deitas animæ, & eſt vnio inſeparabilis. Deitas corpori, & eſt inſeparabilis. Anima corpori eſt ſeparabilis. quomodo fiet Iſtud? Quintò. Si naturas ipſas vnitas. Deitas infinita aſſumit & ſuſtinet in ſe humanitatem, & non confundit, ſed conſolatur & beat: Aſſumit per animam corpus, per ſpiritum, animam ideſt per intellectum Thom. ſic tamen ꝙ ſimul animam & corpus quomodo? Sextò. Si corpus. quod ſtatim concipitur ſine viro in vtero virginis & ſtatim organizatur, & animatur, ita ꝙ verè dicat Ierem. ꝙ fœmina circũdat virũ. quomodo fiet &c.

Se-

Septimo. Si animam, ꝙ vere vnitur Deitati, & verè vnitur corpori: ſecūdū partes ſuperiores, quæ reſpiciunt iuſtitiæ regulam: impatibilis eſt, & vere beata; ſecundum inferiores autem quæ coniunctæ ſunt ſenſualitati, & reſpiciunt commodum proprium. paſſibilis eſt, quomodo fiet iſtud &c.

Quartò. Spiritus ſanctus ſuperueniet &c. Quietat, & firmat animū virginis, reducens eam in plenam & totalem obedičtiam Dei: narrat auctorem facti: ſpiritū ſanctum, & virtutē Altiſſimi. quæ ſupueniet: Alijs venit vt cauſa partialis, quamquā primaria eſt omnium cōceptuum, hic ſuperueniet, tanquā cauſa totalis D. Tho. ex Damaſceno, ſpiritus ſanctus tria contulit virgini ſuperueniens in eā. primo purgauit eā præſeruans ne in peccato originali cōciperet. ſecūdò contulit ēt virtutem ſuſceptiuā, qua conciperet verbum Dei. tertiò cōtulit virtutem generatiuam, qua manēs virgo poſſet generare. D. Th. in 3. p. q. 32. Tota trinitas operatur, ſed tribuitur ſpiritui ſancto primò qa op⁹ amoris eſt. ſecūdò, quia ſuprema gratia eſt excedens oē meritū. tertio qa quod naſcitur debet eſſe ſanctum vt ſanctificet Th. ſpiritus ſanctus ſupueniet ad præparandum materiā corporis Chriſti. virt⁹ altiſſimi, qa Chriſtus obumbrauit. i. corpus humanū accepit in corporeū lumen Deitatis vmbra. n. formaē à lumine & corpore. Et obūbrabit, quaſi è nube ſacra Solē formaturus: Myſteriūq; celaturus. Vñ ex tali ſemine ſāctiſſimo. qđ naſcetur ſanctum &c. hoc. n. illud ſemen eſt, in quo benedicēdæ ſunt gētes; quare neceſſe eſt ſanctum eſſe, et poſsit ſanctificare. Ex pollutis autē non poteſt ſanctum fieri quare à ſpiritu ſancto & ſanctificante formabitur. Tho. ſicut virtus animæ in ſemine format corpora noſtra: Ita virtus dei qui eſt ipſe filius per ſpiritum ſanctū formauit corpus qđ aſſumpſit. Vtq; factū à ſimili facilitet, miraculūq; miraculoſo pſuadeat Narrat de cognata Eliſabeth &c. Et concludit ꝙ nō eſt impoſsibile apud Deū oē verbū. Dixit fiat lux & facta ē. Dixit vt Eliſabeth ſterilis cōciperet, & cōcepit in ſenectute. Nunc dicit & iubet vt tu concipias filium ſuum in vtero virginali. Da aſſenſum, & fiet.

Ecce Ancilla Domini. Cōnubiū eſt hoc; qđ fit inter naturas Diuinā & humanā. Requirītur conſenſus, in quo ſtat facti ſubſtantia. pro Deitate ſtat Angelus Dei nūtius. ꝓ humanitate ſtat virgo. Ergo conſentit. Et eſt cōſenſus miro artificio expreſſus in quo ſub pauculis verbis cumulus multarū virtutū exprimitur. Ecce, ò quanta, & quā lata eſt cordis explicatio & expāſio. Ancilla, ò quanta Humilitas. Domini ò quanta Religio Fiat, ò quāta obedičtia. Mihi, ò quanta cordis exultatio. ſm verbū tuum, ò qualis, quantaque fiducia. Sic ſe totā aperit virgo vt verbum Dei ſuſcipiat, ſe totā effundit, vera humilitate extinguit, vt verbo Dei impleat qd quid ſit, qualiscunq; ego, Ancilla domini ſum, fiat ergo de me, de carne & ſpiritu, quod ille iubet. Dato cōſenſu mundus innouatur; Recedit Angelus; obumbrat ſpiritus ſanctus, cōcipitur Dei filius. vigo fit mater, & virgo remanet, Deus homo fit, & homo Deus. Et vere fit: olim ludendo dixit Deus (Bernardus) Ecce Adā quaſi vnus ex nobis. Nos ſine luſu vere dicere poſſumus. En Deus noſter emauuel vere vnus ex nobis. os noſtrū, & caro noſtra. Iā in hoc ſancto ſemine gentes benedicentur. ℞

Re-

Regnũ cœli reuelabit; tollet iniquitas, adducetur iuſtitia, Iam corã Deo ſtabit humanitas, ſi peccata mea me prohibẽt. Subſtãtia mea requirit. Fœlix es ò virgo Mater Dei, quæ ſtellis es coronata, quæ ſole induta: imo melius quæ ſolem induiſti: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei &c: Fœlices & nos per te, ò Mater noſtra. Foue filios, Monſtra te eſſe Matrem: Per te nos recipiat, qui per te datus eſt nobis. Amen:

Habita Venetijs apud Minores. 1568.

IN FESTO SANCTORVM APOSTOLORVM Philippi, Et Iacobi.

Creditis in Deum? Et in me credite.

Magna eſt anguſtia, & ingens preſſura, quam ſpiritus noſter patitur in practica mundi huius; & præcipue in promouendis operibus. D. N: Ieſu. Multæ enim ſeſe offerunt difficultates, quæ terrent nos. Ardua ſunt negocia; vires debiles. Auxilia diſtant ita ꝙ nõ modo ab oculis, ſed & à ſpe ſe retrahunt. In his facile cor noſtrũ turbatur, & dubitat. Dubiũ parit diffidentiam: hanc ſequitur animi deſolatio, & operis deſtitutio. In hac animorum fractura erant Apoſtoli in vltima cœna. i. in nocte qua tradebatur Dominus. primum ꝙ audierant pericula narrata, inſtare mala, creſcere inimicitias, in tantum quod, & inter ipſos erat traditor domini, & dux eorum, qui ad mortẽ quærebant. Deinde, quod auxilia recedebant dicente domino. Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum &c. quo ego

Ioan. 13. vado, vos non poteſtis ſequi modo. quo vadis? inquit Petrus. Et illi Chriſtus. quo ego vado, non potes Ibidem. me ſequi modo. quare, inquit, non poſſum te ſequi modo animam meam pro te ponã. Ita ne inquit Chriſtus, Animam tuam pro me pones? Amen dico tibi priuſquam Gallus cãtet, ter me negabis. Ad hæc obſecro quis non turbetur? Cadente Petro feruentiſsimo, quis audeat de ſe multa promittere? quare turbati. ſunt: In hoc itaq; amantiſsimo negocio totus eſt Chriſtus, vt fortunam, & tempeſtatem hanc animorum mitiget; ne dubiũ trahat in diffidentiã, diffidẽtia in deſolationem, & fugam, Et hęc cõſilia nobis ẽt tam neceſſaria ſunt, quàm frequenter has difficultates, & animorum fracturas patimur. Quare audiamus. & cætera.

Non. turbetur cor veſtrum, neque formidet. Tria potiſſimum facit optimus cõſolator. primo morbũ retegit. Secundo remediũ adhibet: tertio fructũ ſubijcit: vt doceat mala oĩa bene ceſſura, tãtum vt ferre bono animo, & regere fortunas diſcant. Morbus eſt animi turbulentia, & formido. de quo, Non Turbetur cor veſtrum. Si turbẽtur cætera oĩa cœlum, terra natura, ſenſus, caro ſanguis, delitiæ, cõmoda, vitę neceſsitates, ſi etiam transferẽtur montes in cor maris. Non tamen turbetur cor. Quocunque nauis vrgeatur quocunque feratur vento: quicquid patiantur vela, ſartes; ſtet clauus ſuo loco; quo vno regitur nauis. ſtet cor centrum linæ, malorum, & bonorum: Et ſi turbatur (vt fluunt à natura infirma motus impuri, vt mouent ſuggeſtiones, alliciũt delectationes) ſtet cor, & conſenſus ſuo loco: Et non formidet, non diffidat; hæc enim trahunt Petrum ad negandum, Marcellinum ad ido-

lo-

la.Hic morbus eſt:quale remedium?
en.Creditis in Deum? Et in me cre-
dite.Hæc illa virtus eſt fidei,quę cor
1.Pet.5. da ſanat,purgat,ſedat. Petrus de inſi
Eph.6. dijs Satanæ tractans tandem conclu
dit. Cui reſiſtite fortes in fide. Pau-
lus in eodē propoſito Sumentes ſcu
tum fidei, in quo poſsitis ignea ne-
1.Ioann.5. quiſſimi tela extinguere. Ioann. vbi
narrauit mūdi malignitates,addidit.
Hæc eſt victoria,q.v.m.fides veſtra.
concordat diſcipulis præceptor. d.
Creditis in Deum? &c.Tātum vero
robur accipit.fides, tum à principio
vnde oritur: tū ab obiecto, in quod
terminatur, & fertur. A principio
quia caro,& ſanguis non reuelat,ſed
pater cœleſtis: donum eſt, deſcen
dens à patre luminum: qualis lux, ta
lis radius,qualis fons,talis riuulus. A
ſpiritu ſancto eſt à lumine potentiſſi
mo:quare lux eſt firmiſsima, ſecum
ferens non modo certitudinem, ſed
infallibilitatem demonſtrationes na
turalium,etiam à priori dant certitu
dinem,at non infallibilitatem. fides
acquiſita dat certitudinē,dat robur:
ſola tamen infuſa dat infallibilitatē,
quia à lumine pendet infallibili.Ro-
bur deinde ſuſcipit ex obiecto tan-
quam Phœnix à ſole in quem reſpi-
cit & renouatur. Habet autem pro-
priè obiectum vnum,quo conforta-
tur & eſt Diuinitas. Appropriate au
tem,ex diſtributione quadam chari-
tatis habet duo, vt Deitatē duobus
in locis ſibi maximè accomodatam
contemplatur.In Deo ſcilicet patre,
Et filio. vtrunque tangit.d.Creditis
in Deum?Et in me credite. Deitatē
in primis reſpicit fides in patre,eam
credit,illi credit,illi fidit, ab ea bona
omnia recipit omnia ſperat, in illam
credit, & hæc omnia ſuprema reli-
gione,toto corde, tota anima &c.
Seipſam nutrit,& conſolatur in hoc
obiecto, dum numerat amores Dei
patris erga ſe, præteritos, quòd ele-
git,vocauit,&c.pręſentes quòd regit
& paſcit animam corpus, velut ouē
Ioſeph. Futuros quòd ſibi vitam &
gloriam parauit in ſeipſa.His quaſi
roſis & floribus Maium quendam
ſpiritualem ſibi intexit.Et in hac reli
gione valent omnes: ſi ſic eſt inquit
Chriſtus.Et in me credite. Hic fidē
trahit ad cultum proprium in ſeip-
ſo. Atque hoc verbo aperte teſta-
tur ſe Deum eſſe.d.In me.non tantū
me,vel mihi ſed in me, quod ſupre-
mum eſt latriæ genus. Huc reſpicit
tota illa diſputatio quam habet cum
Philippo: Dans enim rationem cur
ita in ſe, ſicut in patrē credi velit. d.
Si cognouiſſetis me, & patrem vtiq;
cognouiſſetis. Cognitionem hāc tri
buit fides: Et ammodo cognoſcetis
eum,inquantum ſcilicet me cogno-
ſcetis,qui vnum cum illo ſum.Et vi-
diſtis eum, ita d.Baruc. Poſt hæc in Baruc.3.
terris viſus eſt: verè viſa eſt in Chri-
ſto Deitas, cum verbum factum eſt
caro, & ſeipſum præbuit oculis in
carne,quæ caro Dei eſt. Adhæc Phi
lippus ſimplicitate quadā. Domine
oſtende nobis patrem, & ſufficit no
bis.Tam paucis contenta eſt caro in
Dei cultu;vt videns patrem, & cōſo
letur: omnes enim natura beati eſſe
deſiderant: ut metam ſine labore at-
tingamus;hoc ſat eſt nobis. At non
ſufficit Chriſto;qui patrem uult in ſe
uideri,& coli, & ad normam ſuam il
li ſeruiri,dicit ergo. Tanto tempore
vobiſcū ſum,& non cognouiſtis me
obſerua quomodo in tota hac diſpu
tatione confundit ſe cum patre. Phi
lippus.d.oſtēde patrem Chriſtus do
let,quod nō cognoſcunt ſe, & tamē
tribus annis & amplius cum eo ſunt
conuer-

conuerſati. Rationem dat. d. Phil qui videt me, & Patrē meū. Non .n. alibi ſub cœlo viſibilis eſt pater, quam in Chriſto: In hoc videt, & palpatur; nō quidem oculis, aut manu carnis, ſed ſpirit', & fidei, quare addit. Non credis, quia ego in patre, & pater in me eſt? quis iā negare audet Chriſti Deitatē? an non eſt hoc verbum clariſsimum. An nō ſatis ex hoc probat Philippo, quòd qui videt filium, videt, & patrē, q̄a pater ī filio eſt, & ecōtra? Ita vtriuſq; eſt natura vna, & per circumincesſionem vnus in altero eſt, & beatur in altero. Obſerua, ꝙ vere, & ſapiēter dicit, Ego in patre, & pater in me eſt, nō ita d. Ego à patre, & pater à me eſt. Proprium .n. patri eſt eſſe à ſe, innaſcibilē. Cum vero vna vtriuſq; ſit natura: vna ēt vtriuſque dēt eſſe latria quare dicit. Creditis in Deū & in me credite. Qđ aūt eādē hēat patris naturā, & virtutē, ꝓbat ex tribus. Primo ex idētitate verbi. d. Verba q̄ ego loquor vobis, à me ipſo nō loquor. A patre hēt intellectū, & verbū. oīa quæ audiui à patre nota feci. Secūdo ex operibus eius, quæ verbum autenticant. Pater in me manens ipſe facit opera. Et tamē infra de eiſdem dicit. quodcunq, petieritis Patrem, hoc faciam. virtus vna eſt. Tertio ex operibus noſtris, vt in ipſis manib' noſtris argm̄ ſuę virtutis & veritatis conſtituat. Nō creditis q̄a ego in patre (tāti refert hoc ſcire) et pater in me? propter opera ipſa credite, ſi verba non ſunt ſatis; ſi quoque, opera per me præſtita non ſatis probant Excutite vr̄a, videte q̄d vós ī noīe meo, & mea virtute facturi ſitis. Amen, Amen dico vobis. qui credit in me, opera quę ego facio, & ipſe faciet, & maiora horū. Ita valentior vult eſſe Chriſt' ſpūalis & glorificatus in ſuis, quam carnalis & mortalis fuerit in ſeipſo; docuit vmbra Petri; Cingulū Pauli &c. Sic tamen vt ſemper meminerint, Dei & Chriſti virtute oīa fieri; quare & oīa petant à patre in noīe filij; & ſciāt ſe ſic oīa impetraturos. Ita Petrus in Sinagoga dans rationem ſanati ad portam ſpecioſam. In no. d. noſtri Ieſu Chriſti, hic vobis adſtat ſanus. Ita rem diſtribuit. d. Quodcunque petieritis patrem in no. meo hoc faciam. Vos in re vtcunq; ardua vires veſtras ſentientes impares, petetis à patre; hic fons bonorum eſt: in nomine meo; hoc mediū eſt, hæc hydria, ſine qua non hauritur aqua. Tū pater cōſentiet per me; Et ego virtute patris quæ eadem in me eſt: faciā, & cōſolabor. Recte igitur vt fractos animos erigeret. d. Creditis in Deum. & in me credite. Vna eſt virtus, vna ſit religio. Et hoc primum obiectum eſt fidei, quod in vtroque reſpicit, & roborat. Appropriate autem habet fides, diſtinctam quādam rationem. Deitatis in patre & in filio. Patrem enim colit vt terminum, in quo tota ſita eſt fœlicitas. filium vero vt viam ad terminum Pater dat, filius impetrat, Pater recipit, filius deducit. Hæc ſpecificans Chriſtus dicit. Indomo Patris, manſiones multæ ſunt. Ita ad patrem, tanquam ad finem ſpiritus noſter anhelat; ibi enim paratæ ſedes & præmia, q̄d verò filius? Vado parare vobis locum. Quid ergo eſt Pater? Terminus eſt. quid filius? via eſt. vtrūque exprimit d. Nemo venit ad patrem. En termin'. Niſi per me En via ad terminū, clarius addit. Ego ſum via, veritas, & vita. De felici igitur termino, & fine laborū noſtrorum, vt animos recreet, & ſub cruce ſuadeat bono animo ferendū oīa d. In do. pa. mei. manſiones multæ ſunt,

Ioan. 15. / Ioan. 14. / Ibidem. / Act. 3.

quibus.ſ.ad quietē laſsi recipiamini. In domo patris. Eccleſia militans domus eſt Christi, nam caput eius Chriſtus eſt, domus gratiæ eſt; potius via, quàm domus eſt vita præſens. Domus patris eſt ingens illa, in qua totū ſe communicat. Ita.d. Pater noſter q es in cęlis. Hieruſalem illa quæ de ſurſum eſt, quæ non eget ſole, quam claritas Dei illuſtrat. Manſiones. hic fluctus, & curſus, hic agon, & pugna, hic merita, hic pericula peccandi, & patiendi. Ibi omnia tuta, omnia ſtabilia; in ſeculum, & vſque in ſeculum. Tum ex obiecto quod immutabile eſt: qđ replet animum, & deſideria: tum ex æternitate, quæ firmat omnia. Ita quod fidei ſuccedit viſio; ſpei firma manſio, & poſſeſsio. Ibi verū ſabbatum, vbi æterna requies. Multæ ſunt. vna eſt omnium beatorum fœlicitas: vno denario donantur omnes; vno contenti ſunt omnes beati; quia manent omnes. Multæ tamen ſunt manſiones: primò ex numero, nam ſuam ibi quiſque habet ſedem. Et adhuc locus eſt: quia ad eam omnes paratam manſionem aſpirare debemus. deinde ex gradu fœlicitatis, ſtella.n. differt à ſtella in claritate; vt habent membra varium vſum in corpore; vt varia ſunt vitæ huius merita: vt varius eſt in hac vita gradus gratiæ: & charitatis: Ita in domo patris varia pręmia, non modo accidentalia, vt aureolæ Martyrum, Doctorum, virginum: ſed & eſſentialia in ipſomet patre. In filio vero eſt aliquid proprium; ꝙ mediator eſt. de qua re addit; Vado parare vobis locum. i. viam ſternere, tollere impedimenta; velum frangere, vt poſsim vos ad ſanctuarij penetralia ducere. Sanguine meo tollam peccata mundi, vobis gratiam patris impetrabo, qua idonei ſitis ad volandum. Ne igitur turbetur cor veſtrum ſup receſſu meo. Expedit vobis, vt ego vadam. Iterum veniam. quid tum? Accipiam vos ad me ipſum. Membra ad caput, oues ad paſtorem: veniā è faucibus mortis: & reducam vos in gratiam & vitam meam: Prouocabo vos ad regnum meum dilatandum, exercebo vos, Redibo tandem iudex viuorum & mortuorum, & vos ad gloriam meam perpetuo fruendam adducam. Vt vbi ego ſum ibi & vos ſitis. Et hic tandem laborum finis. Aſſumētur ergo qui Domini ſunt. Vbi Dominē vbi corpus ibi & Aquilæ. Et ſic ſemper inquit Paulus, cum Domino erimus. Amen.

Math. 6.

1. Cor. 15.

Habita Ferrariæ 14. *Maij*. 1571.

FINIS.

F. FRANCISCI VICEDOMINI FERRARIENSIS

Ordinis Mino. Con.

HOMILIAE EX CATECHISMO ROMANO.

HOMILIA PRIMA.

Continens præfationem generalem.

CVRRIT perpe-
tuo natura ipſa
humana,inter præ-
cepta,& promiſſa
Dei . In agendo
vnam hanc ſequi-
tur regulam, Dei
voluntatem præcipientem ac dicen-
tem.Quod ego præcipio tibi,hoc tá-
tum facito . Vnam ſperat, mercedē,
quam ſibi legiſlator pollicitus eſt,di-
cens . Qui fecerit hæc, uiuet in eis.
Hoc fac,& uiues.Sic ergo Dei præ-
cepta exercent hominem ; Dei pro-
miſſa ſuſtinent, ac tandem remune-
rant.Ad Deum tēdit homo per obe-
dientiam mandatorum . Sicut oculi
ſeruorum in manibus dominorum :
ad hominem uenit Deus per uerita-
tem promiſſorum; & quamprimum
ex homine ſuſcipit obedientiam .
Matth.25. Eſuriui,& dediſtis mihi manducare;
ilico promiſſam præſtat benedictio-
nem, percipite regnum paratum uo-
Rom.3. bis . De Dei promiſſis nulla eſt du-
bitatio.Eſt enim Deus uerax.eſt uer-
bum eius expreſſum,quo monet,uo-
cat,urget, præcipit, ut uoluntatem
eius impleamus.Sunt pignora ſancti
ſpiritus dona,virtutes,& gratiæ qui-
bus infirmitatem noſtram adiuuat,
vt in eius obedientia proficiamus,&
ſancti ſimus.Reliquum eſt vt munus
noſtrum obeamus,bono animo aſpi-
cientes cum Moyſe in remunerato- Heb. 11.
rem;atque humiliter cum Apoſtolo
dicentes . Repoſita eſt mihi corona
iuſtitiæ.Et iterum, Scio cui credidi.
In hoc vero quod noſtrum eſt, atq;
ad nos pertinet,plurima ſanè eſt du-
bitatio, multa enim ſunt quæ remo-
rantur,& hęc duo potiſſimum.Igno-
rantia Diuinæ voluntatis,& propriæ
affectionis obliquitas . Primū exclu-
dit nos à Dei regno, vt fatuis illis in-
tempeſtiue pulſantibus dictū eſt.Ne-
ſcio vos.Cuius rationem addidit.D.
Paulus.d.qui ignorat,ignorabitur.ſe-
cūdum innumeris nos onerat malis,
quæ ex culpa,& iniuſtitia proprię vo-
luntatis commeruimus.Ceſſet volū-
tas propria inquit Bernardus,& non
erit infernus . Ergo vt hiſce occur-
ramus incommodis, illud ante om- Rom. 12.
nia curandum eſt,vt ſciamus,& pro-
bemus quæ ſit voluntas Dei , bona,
beneplacens, & perfecta . Deinde
vt in conſpectu eius ſuadeamus cor- 1.Ioan.

da noſtra, mãdata eius cuſtodiamus, & ea quæ ſunt placita coram Deo faciamus. Ita φ vniuerſum ſalutis humanæ negocium ad duo iſta reducitur, ad intelligentiam, & ad obedientiam Diuinæ voluntatis.

Intelligentiam diuinorum, per ſeipſum habere non poteſt homo, vtcunque circa ſe, & quæcunque ex-
Rom.1. tra ſe ſunt ſenſibilia ſpeculetur. Inuiſibilia quidem Dei, vt docet Apoſtolus, à creatura mundi; per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; atque hinc homini patefit ſempiterna virtus eius, & diuinitas; pluraq; ſic à Philoſophis mundi huius, & communia, & propria de Deo cognoſcū-
Heb.11. tur, quòd eſt, φ vnus, quod primus φ infinitus, φ ſummus φ optimus, φ inquirẽtiū ſe remunerator eſt, id eſt φ iuſtus eſt diſtributor, & cõpenſator. Hac tamen cognitio, quæ homini ex ſolo naturæ lumine obuenit, tripliciter deficit. Primò, quòd longa eſt, & prolixa, ita quòd maxima pars eorum, quæ ſcimus; minima eſt eorum, quæ ignoramus. Secundò quòd fallax eſt, & multos ingerit errores, æternitatem mundi, neceſsitatem cauſarum, prouidentiam vniuerſalem, dubium perpetuum de animæ mortalitate, & ſimilia. Tertiò quòd imperfecta eſt, in his etiam quæ recte tradit; multa enim ſunt Diuinæ veritatis myſteria, q̃ luminis huius vires, & capacitatẽ ſuperant, & tamen homini ſunt cognitu neceſſaria, tum ad Deum recte colendum, tum ad ſe in eius voluntate vtiliter exercẽdum, multa, quæ pertinent ad Dei naturam agnoſcendam, ad Chriſti ſaluatoris opus credẽdū: ad vitæ humanæ inſtaurationem guſtandam, & complendam, & quæ omnia, ſine ſuperni luminis adminiculo ignorare hominẽ, & neceſſe, & miſerabile eſt. Infirmitatẽ hanc Diuina miſericordia ſubleuauit, per gratuitam; & copioſam veritatis reuelationem, qua
myſteria ſua, & abſcondita à ſecu- Col.1.
lis, & generationibus, illis prioribus, paulatim manifeſtauit ſanctis, quibus voluit notas facere diuitias glo-
riæ ſacramentorum. Sic ergo: Mul- Heb.1.
tipharie, multiſque modis olim lo- Eſa.49.
quens in patribus, & prophetis no- Luc.1.
uiſsime locutus eſt in filio, quem promiſerat ſe daturum in lucem gentium. Ad dandam ſcientiam ſalutis. Veritatem igitur, atque eius multa myſteria Prophetæ, tanquam ex ore Dei teſtati ſunt: longe plura Chriſtus Dei filius patefecit dicens. Omnia quæcunque audiui à patre nota feci. Et iterum. In hoc miſſus ſum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Si veritatem dico vobis, quare nõ cre-
ditis mihi? Erat, inquit Io. lux vera Ioan.8.
quæ illuminat omnem hominẽ. &c. Vocem filij autẽticauit Pater voce è cœlo delapſa à magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite. Recedens dominus vineæ, vineam colendam tradidit agricolis. & verbum vitæ reuelandum, & prædicandum commiſit Apoſtolis, quos voluit eſſe mundi prophetas, paſtoresq́, doctores, ne circunferremur tanquam paruuli, fluctuantes, omni vento doctrinæ, ſed firmo fidei fundamento adhærentes, coædificaremur in habitaculum Dei in ſpiritu ſancto. Ac ne quis verbum Dei ab eccleſiæ miniſtris, tanquam verbum hominum, ſed ſicut vere eſt, verbum Chriſti acciperet, ille ipſe ſaluator noſter tantam auctoritatem eorum magiſterio tribuendam eſſe ſtatuit, vt diceret. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit;

atque

atque vt amplius commendaret, eiſdem tradidit virtutem ſignorũ, quibus verbi virtutem, & veritatem ſtupendiſſime declararent. In nomine meo ſerpentes tollent &c. Hoc autem non de iis tantum, quibus cum ſermo habebatur, intelligi voluit; verum de omnibus, etiam qui legitima ſucceſsione docendi munus obirẽt, quibus ſe omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi affuturum eſſe pollicitus eſt: vt nunc quoque verbum Dei per eccleſiarum miniſtros legitime diſpenſatum, non aliter quam vt Dei verbum ſit accipiendum. Autenticatio iſta tria facit. Primo honorat verbum, & doctrinam, tanquam diuinam. Secundo obligat, paſtores ad docendum, tanquam Dei miniſtros. Tertiò obligat mundum ad audiendum vtraque aure, quarum vna (vt diximus) eſt intelligentiæ, alia obedientię. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſto diunt illud. Primum itaq; præceptũ inſtat Eccleſiæ, & eius miniſtris, vt doceant, & pabulo vitæ paſcant populos; hoc enim ſibi neceſſario incũbit onus, & hanc neceſſitatem diebus noſtris ex tribus colligimus. Primo ex Dei præcepto, vrget enim dicens vnicuique noſtrum vt olim, Clama ne ceſſes. Et addit. Super muros Hieruſalem conſtitui cuſtodes, no-
Eſa 62. cte, & die, non tacebunt. Et apud
Ezec. 33. Ezechielem: Si dixero impio, morte morieris: & tu non annuntiaueris ei; ſanguinem eius de manu tua requiram. quod periculum ſibi imminere ſenſit D. Paulus, atque ideo dixit. Vę mihi, ſi non euangelizauero. Et de Archippo ad Coloſſenſes. Vide vt miniſterium tuum impleas. Deinde vrget maxime ad docendum, lamentabilis iſta qualitas temporum, in quæ incidimus: Cum paſſim hæretici oues Christi, ex paſtorum taciturnitate, & ocio indoctas, facile ad ſuos errores rapiant, & diſper-
gant: Ita olim apud Eſaiam. Pro- Eſa. 5.
pterea ductus eſt populus meus captiuus, quia non habuit ſcientiam: nobiles eius interierunt fame, multitudo ſiti exaruit. Et apud Ezech. de ouibus ſuis. Diſperſæ, inquit, fuerãt in die nubis, & caligni[s]. Dolendum Eheu nimis, quod tam fœliciter abuſi ſint hæretici noſtrorum temporum ignorantia, vt tàm breui, tàm facile, tàm miſerè, ſeduxerint, atque ad ſuam perfidiam traduxerint, ciuitates, prouincias, integra regna, vt facile de vltimo fidei, & veritatis excidio dubitari poſſet, niſi ſtaret ampla illa Christi promiſsio. Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Remedium vnicum eſt, vt tollatur ignauia, vanitati opponatur veritas, reuelentur hæreticorum fallaciæ, populi doceantur, &c. Tertiò ad id maximè vrget præceptum Sanctiſſimæ Synodi Tridentinæ, quæ è graui illo ſomno Paſtores tam acriter excitauit, atque ad ſua munera reuocauit, iubens, vt doceant, vt panes frangant, vt lupos arceant. Vt verò munus hoc docendi, in quo ſalus mundi conſiſtit, vtiliter, & fructuoſe à miniſtris catholicis aſſumatur, duo in paſtoribus potiſſimum deſideramus: iudicium, & amorem. iudiciũ tale ſit; vt prudens paſtor, non quaſi aerem verberans, aut in incertum currens, ad certa capita vniuerſam doctrinam reuocet, duoque potiſſimum in docendo meditetur. primũ, quid doceat: ſecundum, quo modo doceat. Circa primum enixe laborabit, vt populos ducat ad tria, quæ ſummam omnium in ſe continent:

Ad Dei,

Ad Dei, & Chriſti cognitionem, quæ eſt vita æterna; vt ante omnia ſci
1. Cor. 2. re cupiant fideles, Ieſum Chriſtum,
Act. 4. & hunc crucifixum; ſciant non eſſe
1. Ioan. 2. aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat ſaluos fieri: ſciant quòd ipſe eſt propitiatio pro peccatis &c. Ad obedientiam mandatorum eius, in hoc enim ſcimus, quod cognouimus eum, ſi mandata eius, cuſtodimus; doceant ergo vitam à fidelibus non in ocio, & deſidia degendã eſſe, verum oportere, vt quemadmodum Chriſtus ambulauit, ita & nos ambulemus, ſectemurque omni ſtudio iuſtitiam, pietatem, charitatem, manſuetudinem; dedit enim ſemetipſum pro nobis; vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Ad amorem deni
Matt. 22. que, & charitatẽ, erga Deum, & quæ
1. Tim. 1. Dei ſunt. In hoc enim pendent lex,
Rom. 13. & prophetæ. Charitas, inquit Apoſtolus, finis præcepti eſt, & legis plenitudo. Ad immenſam igitur Dei bonitatem cum primis amandam, excitandus eſt populus, vt diuino quodam ardore incenſus, ad ſummũ bonum rapiatur. Siue enim credendum, ſiue ſperandum, ſiue agendũ aliquid proponatur, in ita homine ſemper charitas Domini commendari debet, vt omnia chriſtianæ virtutis opera, non aliunde, quam à Dilectione ortum habere, neque ad aliũ finem, quàm ad dilectionem referenda eſſe intelligatur. Circa ſecundum, quo docendi modus continebatur. Hunc facile adinuenit amor, quem in docente poſt iudicium requirebamus: obſeruanda eſt enim auditorum ætas, ingenium, conditio, vt
1. Cor. 9. qui docendi munus exercet, omnibus omnia efficiatur, vt & omnes Chriſto lucri faciat; & ſeipſum fidelẽ miniſtrũ, & diſpẽſatorẽ probare poſ
ſit. Quis infirmatur, inquit Paulus, & 1. Cor. 4.
ego non? Habet diuerſorum generum ingenia ſibi commiſſa, neceſſe eſt, vt diuerſis vtatur docendi formulis. Sunt alij veluti modo geniti infantes, quibus lacte opus eſt; his adhibe cibos teneriores, prima fidei rudimenta, theologiam ingere operatiuam, & per hæc promoue ad altiora. Sunt alij in Chriſto adoleſcentes, iam viam veritatis ingreſsi, iam ſub domini ferula ſatis exerciti, iam frequenter admiſsi ad Sacramenta; his præbe ſolidiora, quæ ſpiritum augeant, theologiam rationalem, qua firmiora veritatis capita ſpeculentur, quibus non modo ad lumen, ſed & ad guſtum vitæ promoueantur. Sunt non nulli iam prouecti, & ætate firma in ſanctuario Domini ſublimi loco poſiti, velut Cherub, & Seraph. his adhibe panes ſacros, habent enim ſenſus exercitatos, facile attolli poſſunt; his conuenit theologia myſtica, quibus datum eſt noſce myſteria regni Dei. Ita ſeſe demiſit æterna Dei patris ſapientia, infirmata eſt, vt in carnis noſtræ humilitate cœleſtis vitæ præcepta hominibus traderet. Ita de ſe teſtatur Paulus, qđ ex charitate agnouerit ſe omnibus debitorem, ſapientibus, & inſipientibus, ita ſe paruu 1. Theſſ.
lum effecit in medio fratrum Theſſalonicenſium, & tanquam nutrix fouens filios, ita cupide docẽdi munus complexus eſt, vt eis voluerit, non modo euangelium, ſed & animam tradere. Et hæc de his quæ verbi Miniſtris præcepta ſunt. Quoniam vero ſcriptum eſt. Vbi non eſt auditor, non effundas ſermonem: ideo ſingularis iſta Dei miſericordia, ſeſe re-

reuelans,& aſſidua miniſtrorũ diligẽtia in docendo mundum obligat ad tria. Ad audiendum. Ad credendum. Ad obedientum. Ita Moyſes promulgata lege, inſtat dicens. Si audie-
Matth. 17. ris vocem Domini Dei tui &c. Ita de filio pater. Ipſum audite. Ita de
Ioann. 8. Apoſtolis Chriſtus: q vos audit, me audit. Et i canone generali. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.

Si ergo mundus non audit, non credit, nõ obedit, quid fiet? Manebit in ſuis tenebris, in die nubis, & caligi nis. Tenebras has Deus quomodo iudicabit? ſeueriſſimè. Ita apud Iere.
Iere. 11. Maledictus, qui non audit verba pa-
Oſe. 4. cti huius. Apud Oſeam. Tu ſcientiã repuliſti? Et ego repellam te. Reiectio iſta tremẽda eſt, priuat enim tri plici bono. Priuat guſtu, & fructu verbi, & ſacramẽtorũ, quibus abutitũ. Iudicium, inquit Paulus, ſibi mandu cat & bibit, non diiudicans corpus Domini. priuat vſu verbi, & ſacramẽ
Eſa. 5. torum. Sic enim Deus iudicat, vt cre dant mendacio: Auferam ſepem, inquit Eſa. & erit vinea in direptionẽ. Nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrẽ. Priuat tandem vultu ſuo & omni bono. Si verò mundus audit credit, & obedit, formatur in virum perfectum, pergitq; à fide, quam ex auditu conſequitur ad intelligentiã, ex hac ad obedientiam, ex hac ad cu mulum meritorum, vt tandem quoque perueniat ad ſumma gaudia promiſſorum, quibus in Domino perfruatur per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

HOMILIA SECVNDA CONTINENS

Præfationem ſpecialem.

Q Vando per Dei miſericordiam, infirmitatem humanæ naturę ſic ſub leuantem, & tenebras cordis noſtri clarifican tem, reuelata eſt nobis è ſinu patris veritas ipſa diuina per prophetas, per ipſummet filium, per Apoſtolos, ſapiẽtes, & ſcribas ab eo miſſos: inſuper multis modis autenti cata eſt, vt verè conſtiterit Dei verbum, infallibilem ſcilicet veritatem eſſe, quam iſti prædicare, & inuulgare debent, ac iubentur ipſi quoque Paſtores, vt muneri ſuo non deſint, ſentiunt neceſſitatem docendi; modumque talem ex iudicio, & charita te ſibi præſcribũt, vt vtiliter doceãt. Inſuper ex his intelligunt populi inſtere ſibi debitum indiſpenſabile, audiendi, credendi, & obediendi. Onus humiliter ſuſcipiunt, ac ſeduli in eo ferendo ſeſe exercent Paſtores; nos quoq; in partem ſollicitudinis, tametſi indignos, & parum idoneos vocant; dicturi, docturiq; ſum᷒ per Dei gratiam, fideliter, prudẽter, amanter. vos contra ò chariſſimi, parati eſtis ad audiendum, vtinã & ad credendum, obediendum. Agitè videamus iam vnde ſumẽda, & petendã ſit nobis doctrina, qua filios noſtros in Dei ſeruitio inſtituam᷒; quæ illius capita neceſſario ſint tradenda, & vnde vtilius, ac fructuoſius incipiendum. Et hæc omnia præſenti homilia Deo dante expediemus. Vnde petendã doctrina veritatis eſt? Petenda eſt ex veritate à Deo reuelata, tum in ſcripturis ſanctis; tum in traditioni-
bus:

bus ſanctæ matris Eccleſiæ. Atque hic obſeruādū eſt, qđ veritas ipſa Dei filia, vna eſt, ex vna Dei mēte promanans, ſic tamen ab eius charitate diffuſa per gradus, vt facilius ab homine caperetur, ꝙ latitudinē hēt, eſtq; maior, & minor; īplicita, & explicita impreſſa, & expreſſa, triplexque in ſūma dici poteſt. Prima eſt veritas naturalis, impreſſa cordi noſtro, qua deum cognoſcimus, eūque fatemur & aſſerimus vnum, ſtabilem, æternū ſapientem, bonū. retribuētē oīb' ſ'm merita. veritas iſta ſatis inſufficiēs eſt ad ſalutem; tum quia fallax eſt; tūquia prolixa, tum quia generalis, tum quia hærens lumini ſatis fallibili, rōni. ſ. humanę ꝙ ſi etiā multa fideliter, & vere docet, ea tamen omnia verius, & firmius accipimus ex Dei reuelatione infallibili. Secunda ergo veritas eſt ſcripturalis, contenta in vtroque teſtamento veteris, & nouo, ſcimus .n. inquit Petrus, ꝙ ſpū ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti. Dei. De hac Dominus dixit. Scrutamini ſcripturas; illæ teſtimoniū perhibēt de me. Et iterum. Habēt Moyſen, & prophętas, audient illos. Et D. Paulus. Atten de lectioni, & exhortationi. Tertia eſt veritas eccleſiaſtica, tradita ſiue ꝑ manus, ſiue ꝑ canones Apoſtolorū, & ſucceſſorū. Hęc ſūma, hæc ītegra; hęc abſoluta; hæc continet oēm ueritatē. Hæc primā, q̄ naturalis erat ſub leuat ad altiora; & ītroducit ad ſpālio ra dei myſteria: Hęc ſecundā quoque quæ ſcripturalis erat, multipliciter iuuat. Primò, quòd decernit, & autenticat nobis ſcripturas, nō ꝙ tribuat eis ueritatem, quæ ſeipſis ſunt infallibiles: ſed quod teſtatur, quæ ſint, aut non ſint pro ueris recipiendæ; quod ſine iudicio eccleſiæ ſcire, vel aſſerere nullo modo poſſumus. Eius enim eſt arbitrium diſcernēdi inter euāgelium Petri, & Marci: Bartholomei, & Matthæi: Nicodemi, & lucę. Ita de epiſtola Ad hæbreos poſt multas patrum diſſentiones, num Pauli eſſet, tandem vnum hoc ſublimia illa ingenia Origenis, & cæterorū eius ætatis quòd eccleſia Paulo attribueret. Coacti & noſtri temporis hæretici quādoque ſunt, vt veritatem hanc aſſeuerarent, non poſſe de ſcripturis pronuntiari, num ſint autenticæ, vel apocriphæ, ſine iudicio catholicæ eccleſiæ. Et tamen eouſque deſipiunt, vt è cathalogo ſcripturarum ab eccleſia tot iam ſeculis ſupra mille annos probato, ſua temeritate deijciant, libros Machabæorū, epiſtolam. D. Iacobi; Apocalipſim &c. Deinde hoc tribuit ſanctis ſcripturis eccleſiæ veritas, & traditio, quod ſenſum earum infallibiliter exprimit; & ipſa ſola hoc poteſt, de qua domin' dixit. Et vos teſtimonium perhibebitis, qui ab initio mecum eſtis. Et de ſancto ſpiritu Eccleſiæ præſtito. Ille vos docebit omnia; & ſugeret vobis omnem veritatem. Quomodo ergo ſit exponendus loc' ille Chriſti in cæna. Hoc eſt corpus meum. Et ille Pauli ad Corinthios. Sic ſaluus erit quaſi per ignem; ab eccleſia ſola petendum eſt. Traditio eſt inquit Io. Chriſoſtomus, nihil vltra requiras. Ex hoc itaque fonte aquarū viuentiū, veritatis. ſ. reuelatæ petere debent, atq; humiliter haurire paſtores eccleſiarū, vt populos doceat. At qm̄ veritas reuelata in ſcripturis ſanctis, & regulis eccleſiaſticis ampla eſt, & īfinitę altitudinis, latitudinis, ꝓfunditatis; ita vt multo tp̄e, multoq; labore indigeat: qd ex his tādē illud eſt, quod ante oīa, velut ſcitu neceſſarium proponi debet? Reſpondeo. Non poſſunt omnia ſimul doceri.

Non

Non etiam tenentur omnes, ad omnia cognoſcenda. quid ergo? Hoc neceſſario & ſciendum, & firmiter tenendum eſt: Veritatem omnem à Deo reuelatam eſſe veram. Et qui huius partem negaret, hæreticus; qui totam apoſtata eſſet: hoc vocant Theologi obiectum formale fidei, ſub cuius ratione creduntur omnia, quæ ſcilicet à deo ſint reuelata: Ad hoc neceſſario viſum eſt patribus, vt pro fundanda fide, & inſtruenda ſimplicitate, quatuor hæc ad minus exponerentur populis. Symbolum Apoſtolorum. Tractatus ſacramentorum, Decalogus. Et Oratio Dominica. Symbolum eſt quaſi lac, & ſemẽ quo nutritur fides, & ſtatuitur totius religionis fundamentum, continens in ſe cognitionem, & cõfeſsionem Dei creatoris, redemptoris, ſanctificatoris, & remuneratoris: Sacramenta, tanquam inſtrumentã, & organã, per quæ, & in quibus diſpenſat nobis Deus gratiã ſuam, nos ad ſe recipit, & ſibi vnit. Decalogus tanquàm integra bene viuendi regula, & diſciplina via vitæ, & fructus ſpiritus. oratio, tãquam ea quæ ad omnia ſiue intelligenda, ſiue præſtanda, gratiam ſufficientem implorat. Horum cognitio probe ſufficit, ſi non ad perficiendã; certe ad inſtituendam; & promouendam Chriſti pietatem; ad repellendas hæreſum machinationes, ad fundandam, & retinendam Chriſti religionem. Hæc voluit pijſsimus imperator Carolus Magnus frequenter doceri, & ſubditis ſuis ingeri, didicerat enim quantum horum ignorantia ex barbarorum mixtura nocuiſſet. De his D. Thomas, ſcripſit libellum, quẽ in ſchiſmate Boemico ſedes Apoſtolica iuſsit in omnibus eccleſijs Germaniæ frequenter recitari. Ex his igitur quatuor aptiſsime conſtabit doctrina tota Catechiſmi, quem Paſtoribus eccleſiarum, pro cõfirmatione animarum ſibi creditarum paramus. Cum vero hæc ſint quatuor, à quo iubet ordo doctrinæ, vt vtilius incipiamus? Docendi ordo is adhibendus eſt, qui & perſonis & tempori accommodus maxime videatur, Nos patrũ auctoritatẽ ſecuti, qui initiandis Chriſto domino, & in eius diſciplina inſtituendis hominibus à fidei doctrina initium fecerunt; operæ precium ducimus, quæ ad fidem pertinent prius explicare: fides enim ſubſtantia eſt rerum ſperandarum, oſtium ſalutis, ianua vitæ. Sine qua impoſsibile eſt placere Deo, impoſsibile quoque eſt ea, quæ Dei ſunt percipere, dicente Eſa: Niſi credideritis nõ intelligetis. Quid aũt intelligis per fidem? Fateor, fidei vox multiplex eſt in ſcripturis ſanctis, & multa ſignificat. quãdoque actum credendi, & eſt reuelatis, & auditis aſſenſum præſtare. De quo Dominus. Si potes credere, omnia poſsibilia ſunt credenti. Quandoque habitum informem. De qua Iacobus fides ſine operibus mortua eſt Quandoq; habitũ formatum. De qua Paulus, Sancti per fidẽ, vicerũt regna &c. Quandoque obiectum fidei, veritatem ſcilicet reuelatam, cui præſtandus aſſenſus eſt, de qua Athanaſius. Hæc eſt fides catholica, quam niſi quiſque crediderit, ſaluus eſſe non poterit. Hic fidem accipimus pro habitu formato; & eſt forma inclinans, & infallibiliter perſuadens ad credendum ijs quæ vt à Deo reuelata, proponuntur ab eccleſia ſine formidine de oppoſito. Nulla enim fidelibus poteſt accidere dubitatio in ijs, quorum Deus auctor eſt, qui eſt ipſa veritas. fides hæc donum Dei

eſt. Donum nobiliſsimum, tum ex principio, quod Deus eſt:de quo Chriſtus ad Petrum. Caro,& ſanguis non reuelauit tibi &c. Tum ex obiecto,quod in ſe continet veritates omnes à Deo reuelatas, quæ ex eminentia ſuperant hominis intelligentiam. Donum ampliſsimum, quod magnam habet latitudinem. Ex parte obiecti,dum pauciora,pluraue credũtur; modo credatur; quòd omnia à Deo reuelata ſunt vera: Ex parte etiam Subiecti, in quo recipitur, quod eſt anima;nam in intellectu credentis poteſt eſſe maior, & minor, aſſenſio,vt plura,aut pauciora proponuntur, vt etiam minor, aut maior eſt capacitas,& perceptio credibiliũ. In voluntate etiam poteſt eſſe minor maior ne feruor inſtandi, & imperandi intellectui vt aſſentiat.Et ſecundum hanc latitudinem ſcriptum eſt. Domine adauge nobis fidem: Iterum. Modicæ fidei quare dubitaſti.Iterum. Adhuc illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio &c. Donum etiam pulcherrimum eſt fides, quod ornat animam velut lux aerem. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam &c.Donum eſt fœcundiſsimum. quòd replet mentem theſauris cœleſtibus. Fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Donum maximè neceſſarium,ſine quo natura non poteſt, ſe ſupra ſe tollere ad capiendum ea quæ ſuam intelligentiam ſuperant, qualia ſunt omnia reuelata: & ea potiſsimum, quæ velut radices aliorum in Symbolo Apoſtolorum proponuntur, quod hac ratione cæteris tribus capitibus antefertur,quia pabulum fidei eſt,& quot articulos continet,tot quaſi ianuas aperit ad vitam,ſine quibus proficere homo nequaquam poteſt.

Ioan.4.

Ex his apparet quòd ad opus hoc quod molimur, tria præcipue requiruntur. Primum eſt, vt credibilia proponatur. Hoc nos per Dei gratiam, fideliter, diligenter, & perſpicue præſtabimus. Secundum eſt, vt attente audiantur, & tanquam vera firmiſsime credantur. Hoc munus veſtrum eſt, qui ab ore noſtro pendetis. Tertium eſt vt Deus fidei lux, & Dux,mihi ſpiritum, & linguam tribuat ad dicendum Vobis adaperiat aures,& corda;ad percipiendum, & credendum, vt, ita in nobis eius veritas, & noſtra ſalus, per eius donum, & miſericordiam promoueatur. Amen.

HOMILIA TERTIA CONTINENS PRIMAM Partem Primi articu.

Credo In Deum

SVbleuat clementiſsima Dei manus humanã mentem, quę in ſemet ipſa iacebat, anguſtis his terminis circunſcepta, inter proprios cõceptus,& amores ſuos, inter quos ſe pellebatur,nihil ſupra,vel vltra ſe curãs. Quòd ſi vnquam extra ſe curioſa qua piã inueſtigatione rapiebatur;miſere, & periculoſe vagabatur inter tot imagines, veſtigia,guſtus creaturarum;quod fracta, debilitataque ea diſperſione, parũm veri, aut boni ex iis aſſequi poterat: vt plurimum falſis innixa, illudebatur. Ex his labyrinthis excipit eam Dei lumen, quod fides eſt:eam etenim ſubleuat extra ſe, & ſupra omnem creatu-

ram, in ſenſum, & guſtum creatoris; in quo & vera bona dignoſcit, & in eis facile conquieſcit. Volabo, inquit Dauid, & requieſcam. Hic eſt eminẽs ille mons Sion, in quo, vt Eſaias dixit, Dominus ipſe doctor eſt, & doctrina, lux & lumen. Quamobrem implet diuino lumine, & ſeſe potenter reuelat, & menti ſublatæ coniungit per illapſum, & informationem quandam Deificam, qua ratione fides dicitur Theologica, & Diuina virtus. Ex hac diuina plenitudine, quaſi fęcũda Deo prolem parit diuinam, quę eſt exacta, & diſtincta confeſsio Diuinitatis. Qualis confeſsio eſt Symbolum Apoſtolorum, Deitate plenum; Deitatem mirabiliter diſtinguens, & exponẽs; Deitatis perſonas, virtutes, & opera ſecundum altiſsimam, & pleniſſimam reuelationem conditoribus ſactam, fœliciſsime aperiens. Quoniam igitur in Deitate vna, & ſimpliciſsima, tres perſonas reuelatio intuetur, & prædicat, quarum diſtinctæ ſunt proprietates, & ſubſiſtentiæ, diſtinctę quoque attributiones, ſingulis perſonis, non ex natura, ſed ex myſterio correſpondẽtes; ideo ſecundum has tres principales partes inſtituit Symbolum. Tres ſunt, inquit Io. qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum, & ſpiritus. Perſona patris eſt prima; producens, improducta. Perſona filij eſt ſecũda: producta, & producẽs. Perſona Spiritus ſancti eſt tertia; producta non producens. Patri attribuitur omnipotentia: quòd fons eſſendi eſt. Filio ſapientia, quòd verbum Diuinæ mentis eſt. Spiritui ſancto bonitas quod amor eſt mutuus Patris, & filij. Ex his quoque ſingulis perſonis, attribuuntur opera ſingula: Patri ex oĩpotẽtia, quòd creator mundi eſt. Filio ex ſapientia, quòd Redemptor mundi eſt. Spiritui ſancto ex bonitate, quod ſanctificator mundi eſt. Secundũ hæc, in prima parte ſymboli agitur De patre, de eius oĩpotẽtia, de mũdi creatione. In ſecũda, de filio, de eius ſapientia, de mundi Redemptione. In tertia De ſpiritu ſancto, de eius bonitate, de eccleſiæ ſanctificatione: Totũ vero ſimbolũ diuidit in duodecim Articulos, quaſi partes, & mẽbra eiuſdem corporis, iuxta numerum duodecim apoſtolorum, à quibus tum primo conditũ eſt, quum iuxta domini mandatũ pro ipſo legatione functuri, in diuerſas mũdi partes ſunt diſtributi. ſic enim cenſuerunt chriſtianę fidei formulam inter ſe cõponendã, vt id ipſum ſentirent, & dicerẽt omnes, perfecti in eodem ſenſu: Huiuſmodi aũt profeſsionem à ſe compoſitã vocarunt Symbolum: ſiue quia ex varijs ſentẽtijs, quas ſinguli in cõe cõtulerũt, conflata eſt: ſiue quia ea veluti nota, & teſſera quadam vterentur, qua à falſis fratribus dignoſcerentur. Non potuit vero inſtitui Symbolũ fidei ab alijs, q̃ ab Apoſtolis cõiũctis, ideſt ab auctoritate ſuprema, caput Eccleſiæ, & primã Petri ſedẽ ſecũ habente; illa.n. auctoritas ſola põt condere ſymbolũ; quæ poteſt dubia fidei tollere; & hæc eſt vel in cõcilio generali; vel in ſancta ſede apoſtolica. Symbolum itaque Apoſtolorum eſt confeſsio fidei. ſymbolum Nicenum eſt expreſsio fidei. Symbolum Athanaſij eſt defenſio fidei. Eſt itaque Symboli Articulus primus.

Credo in deum Patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ. Cuius ſummaria expoſitio poteſt eſſe talis, Credo, & firmiter confiteor, Deum eſſe ſummum bonum. Patrem ex natura vnigeniti ſui. Patrem poteſtate omnium creaturarum: Patrem gratiæ omnium fidelium: Patrem,

meum in ſpecie Creatorem ex nihilo cœli,& terræ viſibilium, & inuiſibilium; in ſpecie formatorem corporis mei, & creatorem animæ meæ. Ita eſſe credo; & talem deum Patrem fontem bonorum omnium colo, adoro, illi fido; & in eius ſupremam bonitatem tendo. Sed quoniam ſingula verba ſymboli, vt radicalia ſunt, ita miram in ſe concludunt ſenſuum,& miſteriorũ fœcunditatem, ideo ſingula ſunt ſpecialiter expendenda.

Credo. Verbum hoc magni momenti eſt: primum illud quod à nobis exigitur coram Deo, etiam antequam ſciamus quid de nobis agatur: credis in Deum Patrem &c.? Reſpõdetur. Credo. Ita Accedentem ad Deum oportet credere; quia impoſſibile eſt ſine fide placere Deo: Obligat autem verbum hoc credẽtem ad tria. Primo ad aſſenſum. Secundo ad quietem. Tertio ad confeſsionem. Aſſenſus recipit. quies animi retinet. confeſsio exercet, magnificatque veritatem. Ad aſſenſum in primis obligat, vt firmiter, & immobiliter, ex toto corde aſſentiam' ijs, quæ nobis à Deo ſunt reuelata; ita vt potius parati ſimus omnia bona perdere: omnia mala pati; ſanguinem etiam fundere, & mortem ſubire, quam ne minimũ quidem in his dubitare: aut verbum reuocare. Sic fidem ſundarunt Apoſtoli ſic proprio ſanguine corroborarũt. Nondum inquit Paulus, vſque ad ſanguinem reſtitiſtis. Ad quietem deinde ſemota, ſcilicet omni curioſa inueſtigatione: neq; enim fidei notitia minus certa eſt, quòd ea non cernantur, quæ nobis credenda proponit; nam diuinum lumen, quo ea percipimus, dubitare de his non ſinit, vtcunque non ſint perſpicua. Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, vt non ſit nobis opertũ euãgelium, ſicut ijs, qui pereũt. Sat ergo eſt, quòd De' ita eſſe reuelat: hoc firmius eſt omni ratione: clarius omni euidentia. Cur nõ credas infallibili? ſi inter nos ex conditione perſonæ omnia credimus viro laudato, cur nõ Deo? Eſt Deus verax, inquit Apoſtolus, & omnis homo mendax. Quòd ſi velimus ſapere de his, pluſquam oportet ſapere, caſtigat Deus curioſitatẽ hanc: vel nõ reſpondet, vt ſcribis quærentibus. In qua poteſtate hæc facis? vt Herodi. Vel reſpõdet in parabolis. Vt videntes nõ videant. Vt credant mendacio. Abſcondiſti hæc à ſapientibus &c. Vel acerbè reſpõdet: vt ſcribis, ſigna de cœlo quærentibus. Generatio praua & adultera, ſignũ quærit &c. Ad confeſsionem tandem prouocat, vt fidelis, qui dicit credo, quod animo incluſum habet, aperta fidei profeſsione præ ſeferat, ſummaque animi alacritate palã faciat Ita olim Dauid. Credidi, propter quod locutus ſum. Ita Apoſtoli ad principes Iudæorum. Nõ poſſumus, quæ vidimus & audiuimus non loqui. Ita D. Pauli vox eſt illa pclara: Nõ erubeſcõ euãgelium: Corde creditur ad iuſtitiam ore confeſsio fit ad ſalutem. Eſt cõfeſsio peccatorum, ſpectans ad pœnitentiam. Eſt confeſsio laudis, ſpectãs ad gratiarum actionem. Eſt cõfeſsio veritatis, ſpectans ad zelum fidei. Et hæc ſufficiant pro ſenſu illius verbi. Credo.

1. Cor. 4.

Rom. 4.

Matth. 12.

Pſal. 115.
Act. 4.

In Deum. Verbum hoc ſublime ornat fidem triplici conditione. Dignitate, Claritate. Vnitate. Dat dignitatẽ ex nobilitate obiecti, quod pſtantiſsimũ eſt, & Deus eſt; In quem ſtatim ſubleuatur, & rapitur; non per effectus, vt

longo

longo labore ſolet humana philoſophia: ſed ſtatim in cauſam. Dat claritatē. Eſt enim Deus hic lux quæ menti occurrit, & nunquam ſine luce. Deū nemo vidit vnquam, ſed nec videre poteſt: lucem habitat inacceſsibilem; ſed fides eſt, quæ humanæ mentis aciem ita exacuit, vt in cœlum nullo labore penetrare poſsit: atque diuino lumine perluſtrata, æternum luminis fontem, in eius lumine intueri; vt ita nos de tenebris vocatos in admirabile lumen experiamur, & credentes exultemus lætitia inenarrabili. Videt ergo fides diuino iſto oculo Deum, & in Deo obſeruat tria. Eſſentiam. Veritatem, Bonitatē. Eſſe primum, ſummū, neceſſarium. Ego ſum, qui ſum. Ego principium & finis. A ſeculo, & vſque in ſeculum tu es Deus. Hoc eſt credere Deum. Veritatē deinde, Eſt Deus verax in dictis, factis, promiſsis, & minis. Ego Deus, & non mentior. Hoc eſt credere Deo. Bonitatem ſupremam, quæ excludit omne malum includit omne bonum de ſe tribuit, aperit manum, & implet omne animal benedictione. Guſtus huius bonitatis ſubleuat amores credentis in ſummum illud bonum, & hoc eſt credere in Deum. Dat tertiò fidei vnitatem, ex vnitate obiecti: Credit enim in Deum vnum, quod explicat ſymbolum Nicenum aduerſus Manichæos. Audi iſrael, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt: Et Paulus vnus Deus, vna fides. Dij ſunt principes, ſacerdotes, & Magiſtratus, tales que appellantur in ſcripturis, non quidem ex natura, ſed ex virtute Dei quam excellenti modo participāt, & referunt. Dij erāt gētium Dæmonia falſa vſurpatione. verè vnus Deus eſt; Dominus in quem credimus, & quē credentes colimus. Hæc omnia, q Deus eſt, q vnus: quòd primus, q neceſſe eſſe, q ſumm⁹ optimus, q fons bonorum omnium, quòd ſapiens; æternus, iuſtus, beneficus, infinitā, & immēſam virtutē hñs oēm cōplēs locū, & hæc talia philoſophi ex rōne naturali de Deo profeſsi ſunt. Nō enim inquit Apoſtolus, reliqt deus ſemetipſum ſine teſtimonio, benefaciens, de cœlo dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda hoīm. Quæ cū fuit philoſophis nihil abiectum de Deo ſentiendi; quin ei bonorum omnium perfectam vim, & copiam tribuendi. fides tamen è verbo Dei reuelato, hæc eadem, & longè plura diſcit, & docet citius. ſat enim eſt audire verbum, & aſſentiri. Clarius longè enim diſtinctius de eiſdem pronuntiat. Firmius, hæret enim lumini infallibili. Suauius, rapit enim in ſummum Dei cogniti amorem. Altius & eminētius, inuenit enim in Deo vnitatem, cuius nullum exemplum eſt, fœcūdam ſcilicet, cum trinitate, & æqualitate: de quibus Deo dante dicemus: illi vni gloria, & honor in omne æuum.

1\. Timo. 6. — Act. 14.

HOMILIA QVARTA CONTINENS ſecundam partem primi Articuli:

Patrem omnipotentem creatorem cœli, & terræ.

TAm humilis, & demiſſa eſt humana mens; tā alta, & eminens diuinitas, vt niſi ea trahente conſcendere ad eam minime poſſit. Nemo inquit Altiſsimi filius, venit ad me, niſi

niſi pater traxerit:quare clamat Salo
mon. Trahe nos poſt te. Clamat Pe-
trus. Iube me venire ad te. Trahit er-
go per gratiã, & lumen fidei, de quo
Dauid, ipſa me deduxerũt, & adduxe-
runt in montem ſanctum tuum &c.
Vbi etiam in conſpectum Deitatis
tráſlati ſumus, adhuc noua exigitur
ſubleuatio, & accommodatio, quæ fit
per lumen gloriæ, de quo Dauid. In
lumine tuo videbimus lumen. Influit
&t anima Chriſti glorioſa, quaſi capi-
tis in animas membrorũ ſuorũ, & di-
Ca. 21. gnificat, vt Io. in apocal. Claritas Dei
illuminat ciuitatem, & lucerna eius
eſt agnus. Sed in ipſamet Deitate re-
quiritur temperamentum, ne crea-
Ca. 11. tura obruatur à gloria. Altior cœlo
eſt, inquit Iob, quid facies? Profun-
dior, quomõ intelliges? Ita ſe operit
à longe Moyſes. & Elyas quam pri-
mũ domini gloria ſeſe reuelat. Non
ergo eſſentia totaliter ſe exhibet crea
turæ; aut contemplandam, aut fruen-
dam, ſic enim à ſolo ipſomet Deo
comprehenditur; ſed ſecundum
ſuam miſericordiam, & amoroſam
voluntatem ſeſe accommodat crea
turis magis, & minus, vt fœliciter co-
gnoſcatur, & ametur. Interim per lu
men fidei ſupplet in terris; vtque bea
tam, & dulcem faciat fidei contem
plationem, quam primum illi obtu-
lit, & patefecit deitatem, qua eam di
gnificat, clarificat, vnit, & quietat: ſta-
tim in deitate aperit paternitatem;
qua cõſpecta illico fides clamat. Cre
do in Deum patrem. Paternitas iſta
tribuit fidei multa non ſpernenda.
Primo dulcedinẽ, quando agnoſci-
mus, & colimus Deum Patrem no-
ſtrũ. Patrẽ ex maieſtate omniũ crea-
turarum; vnde omnia benedicũt, &
laudant illum in integra obedientia,
32. qua eius voluntatẽ implent. Nũquid
non ipſe eſt pater tuus; inquit Moy-
ſes, qui poſſedit te, fecit, & creauit te?
Et Malachias nunquid non pater Rom. 8.
vnus omnium noſtrum? Patrem
deinde ex gratia, & ſpeciali adoptio-
ne per Chriſtum ſuorum fidelium,
quos in primogenito complectitur,
& trahit ad ſe; in quibus & dulciſsi-
mè ſpiritus filij clamãt Abba Pater.
Secundo tribuit ſpem. Quod ſi ille pa-
ter eſt, nos filij, ſi filij & hęredes. Qui
dedit homini eſſe, corpus, & ani- Ca. 1.
mam; & pro anima redimenda Chri-
ſtum vnigenitũ, quomodo & omnia,
(inquit Paulus) cum illo non tradi-
dit? In hac ſpe orant ſancti, & om-
nia impetrant; & violenti rapiunt
cœli regnum. Tertiò tribuit ſublimi-
tatem, ad capiendam ſupra om-
nem naturæ vim, excelſam paternita-
tem Dei, in ſua ipſius natura. Cum
enim audio in deitate eſſe patrem,
ſtatim infero ibidem eſſe filium, &
ita numerum in ſimpliciſsima illa
vnitate iam agnoſco, & confiteor;
non enim idem omnino poteſt eſ-
ſe pater, & filius; pater quippe, vt
pater producit; filius vt filius pro-
ducitur; Nulla mens capit, vt idem
producat ſeipſum. Hic ergo am-
plum locum habet fides cõtemplan-
di Diuinam fœcunditatem, in na-
tura illa optima intellectuali. Vbi
eſt intellectus, virtus ſcilicet co-
gnitiua, & eſt actualis, alioqui imper
fecta eſſet ſi vnquàm dormitaret, aut
ceſſaret ab actu ſuo: neceſſario igi-
tur ſemper habet verbum produ-
ctum, & diſtinctum à producente
non accidentale, aut tranſitiuum,
vt noſtrum eſt: ſed conſubſtantiale,
ſubſiſtens, in eadem patris æternita
te permanens. Verbum hoc pater-
næ mentis, vocamus filium; quia
producitur ſecundum naturam, non

tantum

tantum in ſimilitudine,aut æqualitate,ſed in identitate naturæ cum ſuo producente.In eadem natura intellectuali eſt voluntas actualis, ergo & ſemper, & perfectè, & totaliter amans,atque ita amorem ſpirans totalem,& adæquatum, non accidentalem,aut tranſitiuum,ſed ſubſiſtentē, & coæternum:hunc dicimus ſpiritū ſanctum,quia intimus, & per amorē ſpiratur. Itaq; ex his iam colligimus in vnitate Deitatis, trinitatem hanc perſonarum, ab inuicem diſtinctarū inter quas pater eſt perſona prima, prout à ſeipſa eſt. Filius eſt ſecunda, prout eſt ab alio,ideſt à patre. ſpiritus ſāctus eſt tertia,prout eſt ab vtraque,ideſt à patre,& filio, quorū vna eſt voluntas,quæ principium ſpirandi eſt.Quartò,tribuit neceſſariam,& certam religionem, vt certis verbis hæc ſaltem retineamus, & de his rōnem reddamus, quotquot fideles ſumus.Quod Deus vnus eſt, Quòd in hac vnitate naturæ,eſt vera perſonarum trinitas: Quòd in hac trinitate eſt æqualitas temporis,& virtutis.Ita ſignamus nos;In nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti. Ita de forma Baptiſmi Chriſtus dominus. Baptizate in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.Ita Io. Tres ſunt,qui teſtimonium dant in cœlo,Pater, Verbū & Spiritus,& hi tres vnū ſunt. Hęc ſcire,& credere tenemur, ſi capere omnino non poſſumus; adorare debemus. Curioſe autē minime ſcrutari ne opprimamur à gloria: ſat eſt clamare cum ſanctis Angelis. ſanctus, ſanctus,ſanctus &c.

Omnipotentem.Hic aperit Deus theſaurum ſuæ magnitudinis, & excelſo hoc verbo ſeſe reuelat fidei noſtræ, quæ ex ipſo, vt fœcundiſſimo accipit quinque. Primò,pietatem & cultum excellentem, ac ſupremum latriæ,quo colit Deum omnipotentem,id eſt, omnia, omnibus modis potentem,mediate cum ſecūdis cauſis, quibus vtitur tanquam inſtrumētis virtutis ſuæ, immediate, id eſt ſe ſolo, nullo termino, nullo ordine, nulla neceſſitate ligatum; diſponentem omnia ſuauiter à principio vſq; in finem.Omnia igitur Deus poteſt quæ fuerunt, quæ ſunt, quæ futura ſunt,quæ poſſibilia ſunt, quæ mente ſine repugnantia concipi poſſunt, quæ ab humano,ab Angelico,à Diuino intellectu apprehendi poſſunt. ſi non poteſt facere,vt homo ſit aſinus;vt præteritum non ſit præteritū Ideo non poteſt facere,quia iſta nō poſſunt fieri, quare ex hoc, non eſt impotens. Si etiam componi,peccare,mori non poteſt: non ideo minus potens eſt: ea omnia poſſe infirmitas eſt,nōn poſſe virtus.Secundò, dat facilitatem ad cætera omnia credenda, facilia, & difficilia,poſſibilia naturæ, & impoſſibilia: non eſt illi impoſſibile omne verbum: poſſunt igitur omnia facile credi de omnipotente. Ego dominus, inquit, omnipotens; Et Iacob, cum mitteret filios ad incognitum Ioſeph, ita illis precatus eſt. Deus meus omnipotens faciat vobis eum placabilem. Nunquid, inquit,manus mea eſt inualida; Tertio,dat ſpem in bono, vtcunque ſe opponant mala: ſi ſcimus omne bonum ab illo eſſe:cōfidimus illum adeſſe: præſente illo proſpere omnia ceſſura:Confidite inquit,ego ſum,nolite timere.Et Petrus:In verbo tuo laxabō rete.ſuſtinet hæc ſpes fidelium vota, & orationes inflammat.Domine tu omnia potes: quare Iacobus poſtulet in fide, nihil hæſitans. Quarto dat timorem in malo, Gen. 17. Gen. 33.

quando

quando ſcit ſe peccare coram omni-
potente,& iudicandum ab omnipo-
tente.quo ibo,inquid Dauid,à ſpiri-
tu tuo? quo fugiam à facie tua? Hor
rendum eſt incidere in manus Dei.
Et Petrus. Humiliamini ſub poten-
ti manu Dei. Timete eum , qui cum
occiderit, poteſt in gæennam mitte-
re.Quintò dat hylaritatem in guſta-
tû Dei omnipotentia nobis propitia
Glorioſe magnificatus eſt : æquum,
& aſcenſorum deiecit in mare.Et vir
go virginum.Fecit mihi magna , qui
potens eſt.Tanti eſt credere in Deû
patrem omnipotentem,cum quo nô
minus credere oportet filium omni-
potentem:Et ſpiritum ſanctum om
nipotêtem:vt enim tres ſunt vna ſub
ſtantia,& natura, ita ſunt vna virtus,
& poteſtas.

Creatorem cœli & terræ.Hic qua
ſi fructû exprimit Paternitati, & om
nipotentiæ diuinæ,quòd creauit cœ
lum,& terram,& omnia.Verbû hoc
tribuit fidei , Primò,guſtum diuinæ
bonitatis,qua ſola creauit:cum enim
ſibi ſufficeret ſolus, fœlix, & beatus
ſeipſo deus,ſola bonitate,voluit ſeſe
effundere, & communicare. Secun-
dò, guſtum diuinæ ſapientiæ , quæ
mundum creauit in pondere,& men
ſura;quæ mundum ſuperiorem,huic
inferiori ſic alligauit,quòd motu, lu
mine,& influxu hæc omnis vita inde
regitur, & gubernatur. omnia in ſa-
pientia feciſti Domine ; hic numera
cœlos,& cœlorum motus,diuturnos
proprios,regulares , irregulares: ele-
menta,& eorum actiones,paſsiones,
mixturas,ſitus,virtutes, & cætera,ex
quibus conſtat mirabilis hęc mundi
creati harmonia. Tertiò, guſtum di-
uinæ omnipotentiæ, & infinitæ vir-
tutis,quę ideo creare potuit,ideſt ex
nihilo producere, quia potuit oîum
cauſalitates ſupplere. Fuit ergo cau-
ſa cœli,& terrę,in triplici genere cau
ſæ,efficientis,exemplaris , & finalis.
Fecit ſuapte virtute:fecit ad exemplû
ſuæ ipſius intelligentiæ ; fecit pro-
pter ſeipſum.

Cœli,& terræ,Dixit Nicenum. Vi
ſibilium,& inuiſibilium, quæ ſcilicet
ſenſu percipi, & mente concipi poſ-
ſunt.Cœlum intellige cum omnibus
quæ in cœlo,& ſupra cœlum ſunt.In
cœlo ſunt corpora lucida,aſtra, mo-
tus,lumina,influxus . Omnia de ma-
nu Domini propter hominê , vt ſint
in ſigna temporum &c.Supra cœlos
ſunt Angeli; hos & Deus creauit è ni
hilo,natura excellêtes,ſpiritus incor-
poreos:virtute,& ſcientia plenos . In
veritate, inquit , non ſtetit homicida
illo . ergo in veritate conditus fuerat.
Gratia etiam gratificante,& inclinan Ioan. 8.
te ad incommutabile bonum.qui fa-
cit Angelos ſuos ſpiritus . Poten-
tes,virtutes, facientes verbum illius.
Ex ea gratia cecidit Lucifer,& quot- Pſalm. 10.
quot ab eo ſeducti ſunt . qui omnes
ſtatim facti ſunt impęnitentes,atque
ideo à Diuina iuſtitia deiecti ſunt in
æternam pœnam, æternæ illi impœ-
nitêtiæ debitam:de quibus. Princeps
apoſtolorum ſcripſit in hunc modû.
Angelis peccâtibus non pepercepit, 1. Pet. 2
ſed rudentibus inferni detractos in
Tartarum tradidit cruciandos in iu-
dicium reſeruari.Creauit & terram ,
& quæcunque in terrâ ſunt , ſemina,
germina,herbas,plantas,& animalia:
cuius creationis virtute iuſſit & pro-
pagari dicens . Creſcite, & multipli-
camini , &c. Situm etiam & locum Pſal. 103.
dedit in mundi medio , effecitque vt
aſcenderent montes , & deſcenderêt
campi in locû quem fundauit eis; ac
ne aquarum vis inundaret illi,termi-
num poſuit,quem non tranſgrediû-
tur,

tur, neque conuertuntur operire terram. Ex terra formauit humanum corpus; ex nihilo creauit animã, atque infudit ſpiraculũ ſpiritus ſui, ad imaginẽ ſuam ſubſtãtia: ad ſimilitudinem ſuam in virtutibus inditis, ſicque factus eſt homo in animam duplici vita viuentem. Addidit & temperiem iuſtitiæ originalis, qua terra cœlo ſenſus rationi ſubijciebatur; addidit & gratiam gratificantem, qua coram Deo creatore ſuo erectus ſtabat, ad quodcunque bonum incitatus, quaſi fons ſaliens in vitam æternam: Inter hos cœlos, & hanc terrã, longe lateque patentem, agnoſco, & colo Deum patrem creatorem cœli mei, & terræ meæ, ſpiritus ſcilicet, & corporis mei: Confiteorq; humiliter me quicquid ſum, quicquid habeo, omnia de manu creato- *Heb. 1.* ris accepiſſe. Agnoſco & eundẽ conſeruatorem omnium, quæ creauit; eſt enim portans omnia verbo virtu- *Gen. 1.* tis ſuæ. ſic à principio. Spiritus domini ferebatur ſuper aquas, & fouebat eas. viuificatorem etiam, & rectorẽ omnium ex prouidentia, qua ſuauiter diſponit omnia, & reuocat in finem ſuum. Ita Paulus Athenis dixit, Non longè eſt ab vnoquoq; noſtrũ, In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Hæc verò omnia ſic de Deo patre *Psalm. 32.* credimus, quòd nihil minus de Deo filio, & de Deo ſpiritu ſancto. De filio enim dixit Ioan. Omnia per ipsũ facta ſunt; De quo & Dauid. Verbo domini cœli firmati ſunt. Et de ſpiritu ſancto idem. Spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Epilogus totius primi Articuli

Duas in ſumma narrat actiones fidei, vnam in ſubiecto, aliam in obie-

ctio. Subiectum fi firmiter dicit. Cre mo quid ſit creden conſentiendi, retin Obiectum fidei eſ format quatuor cõ Credo in Deum, Deum. Secunda, Cr trem. Tertia, Cred omnipotentem. Qu Deum patrem omn torem cœli, & terræ: Sic ſe exercet fides, vt exercita augeatur de claritate in claritatem, & aucta mereatur perfici. Amen.

HOMILIA QVINTA CONTINENS

Articulum Secundum.

Et in Ieſum Chriſtum, filium eius unicum dominum noſtrum.

AGnoſcere Deum Patrem, omnipotentem creatorem, rectorem, & conſeruatorem cœli, & terræ, viſibilium, & inuiſibilium, atque in ſpecie corporis mei formatorẽ, & animæ meæ creatorem; certe eſt contemplatio, quæ credentem, & dignificat, & recreat, & ſuſtentat. Auget, ſi conſideret, quo loco, quo in gradu, paterna illa omnipotentia creauit hominem ſecundum corpus, ſanum vegetum, immortale ſic, quòd poterat non mori: ſecundum animam diuinum, liberum, naturalibus, & gratuitis virtutibus excellenter ornatum, impeccabilem ſic, quòd poterat non peccare. filium Dei, ſocium Angelorum, dominũ ſui, dominum totius mũdi. At cogitare demum, quòd ex culpa

Ad Dei, & Chriſti cognitionem, quæ eſt vita æterna; vt ante omnia ſci
1. Cor. 2. recipiant fideles, Ieſum Chriſtum,
Act. 4. & hunc crucifixum; ſciant non eſſe
1. Ioan. 2. aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat ſaluos fieri: ſciant quòd ipſe eſt propitiatio pro peccatis &c. Ad obedientiam mandatorum eius, in hoc enim ſcimus, quod cognouimus eum, ſi mandata eius, cuſtodimus; doceant ergo vitam à fidelibus non in ocio, & deſidia degendā eſſe, verum oportere, vt quemadmodum Chriſtus ambulauit, ita & nos ambulemus, ſectemurque omni ſtudio iuſtitiam, pietatem, charitatem, manſuetudinem; dedit enim ſemetipſum pro nobis; vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bo-
Matt. 22. norum operum. Ad amorem deni-
1. Tim. 1. que, & charitatē, erga Deum, & quæ
Rom. 13. Dei ſunt. In hoc enim pendent lex, & prophetæ. Charitas, inquit Apoſtolus, finis præcepti eſt, & legis plenitudo. Ad immenſam igitur Dei bonitatem cum primis amandam, excitandus eſt populus, vt diuino quodam ardore incenſus, ad ſummū bonum rapiatur. Siue enim credendum, ſiue ſperandum, ſiue agendū aliquid proponatur, in ita homine ſemper charitas Domini commendari debet, vt omnia chriſtianæ virtutis opera, non aliunde, quam à Dilectione ortum habere, neque ad aliū finem, quàm ad dilectionem referenda eſſe intelligatur. Circa ſecundum, quo docendi modus continebatur. Hunc facile adinuenit amor, quem in docente poſt iudicium requirebamus: obſeruanda eſt enim au-
1. Cor. 9. ditorum ætas, ingenium, conditio, vt qui docendi munus exercet, omnibus omnia efficiatur, vt & omnes Chriſto lucri faciat; & ſeipſum fidelē miniſtrū, & diſpēſatorē probare poſ-
ſit. Quis infirmatur, inquit Paulus, & 1. Cor. 4.
ego non? Habet diuerſorum generum ingenia ſibi commiſſa, neceſſe eſt, vt diuerſis vtatur docendi formulis. Sunt alij veluti modo geniti infantes, quibus lacte opus eſt; his adhibe cibos teneriores, prima fidei rudimenta, theologiam ingere operatiuam, & per hæc promoue ad altiora. Sunt alij in Chriſto adoleſcentes, iam viam veritatis ingreſsi, iam ſub domini ferula ſatis exerciti, iam frequenter admiſsi ad Sacramenta; his præbe ſolidiora, quæ ſpiritum augeant, theologiam rationalem, qua firmiora veritatis capita ſpeculentur, quibus non modo ad lumen, ſed & ad guſtum vitæ promoueantur. Sunt non nulli iam prouecti, & ætate firma in ſanctuario Domini ſublimi loco poſiti, velut Cherub, & Seraph. his adhibe panes ſacros, habent enim ſenſus exercitatos, facile attolli poſſunt; his conuenit theologia myſtica, quibus datum eſt noſce myſteria regni Dei. Ita ſeſe demiſit æterna Dei patris ſapientia, infirmata eſt, vt in carnis noſtræ humilitate cœleſtis vitæ præcepta hominibus traderet. Ita de ſe teſtatur Paulus, qđ ex charitate agnouerit ſe omnibus debitorem, ſapien-
tibus, & inſipientibus, ita ſe paruu 1. Theſ. 2.
lum effecit in medio fratrum Theſſalonicenſium, & tanquam nutrix fouens filios, ita cupide docēdi munus complexus eſt, vt eis voluerit, non modo euangelium, ſed & animam tradere. Et hæc de his quæ verbi Miniſtris præcepta ſunt. Quoniam vero ſcriptum eſt. Vbi non eſt auditor, non effundas ſermonem: ideo ſingularis iſta Dei miſericordia, ſeſe re-

reuelans, & aſſidua miniſtrorũ diligẽtia in docendo mundum obligat ad tria: Ad audiendum: Ad credendum. Ad obediendum. Ita Moyſes promulgata lege, inſtat dicens. Si audieris vocem Domini Dei tui &c. Ita de filio pater. Ipſum audite. Ita de Apoſtolis Chriſtus: q vos audit, me audit. Et i canone generali. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.

Math. 17.

Ioann. 8.

Si ergo mundus non audit, non credit, nõ obedit, quid fiet? Manebit in ſuis tenebris, in die nubis, & caliginis. Tenebras has Deus quomodo iudicabit? ſeueriſſimè. Ita apud Iere. Maledictus, qui non audit verba pacti huius. Apud Oſeam. Tu ſcientiã repuliſti? Et ego repellam te. Reiectio iſta tremẽda eſt, priuat enim triplici bono. Priuat guſtu, & fructu verbi, & ſacramẽtorũ, quibus abutũ. Iudicium, inquit Paulus, ſibi mandu cat & bibit, non diiudicans corpus Domini. priuat vſu verbi, & ſacramẽtorum. Sic enim Deus iudicat, vt credant mendacio: Auferam ſepem, inquit Eſa. & erit vinea in direptionẽ. Nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrẽ. Priuat tandem vultu ſuo & omni bono. Si verò mundus audit credit, & obedit, formatur in virum perfectum, pergitq; à fide, quam ex auditu conſequitur ad intelligentiã, ex hac ad obedientiam, ex hac ad cumulum meritorum, vt tandem quoque perueniat ad ſumma gaudia promiſſorum, quibus in Domino perfrua tur per omnia ſe cula ſeculo rum. Amen.

Iere. 11.

Oſe. 4.

Eſa. 5.

HOMILIA SECVNDA CONTINENS

Præfationem ſpecialem.

QVando per Dei miſericordiam, infirmitatem humanæ naturę ſic ſub leuantem, & tenebras cordis noſtri clarifican tem, reuelata eſt nobis è ſinu patris veritas ipſa diuina per prophetas, per ipſummet filium, per Apoſtolos, ſapiẽtes, & ſcribas ab eo miſſos: inſuper multis modis autenticata eſt, vt verè conſtiterit Dei verbum, infallibilem ſcilicet veritatem eſſe, quam iſti prædicare, & inuulgare debent, ac iubentur ipſi quoque Paſtores, vt muneri ſuo non deſint, ſentiunt neceſſitatem docendi; modumque talem ex iudicio, & charitate ſibi præſcribũt, vt vtiliter doceãt. Inſuper ex his intelligunt populi inſtere ſibi debitum indiſpenſabile, audiendi, credendi, & obediendi. Onus humiliter ſuſcipiunt, ac ſeduli in eo ferendo ſeſe exercent Paſtores; nos quoq; in partem ſollicitudinis, tametſi indignos, & parum idoneos vocant; dicturi, docturiq; ſum' per Dei gratiam, fideliter, prudẽter, amanter. vos contra ô chariſſimi, parati eſtis ad audiendum, vtinã & ad credendum, obediendum. Agitè videamus iam vnde ſumẽda, & petendã ſit nobis doctrina, qua filios noſtros in Dei ſeruitio inſtituam'; quæ illius capita neceſſario ſint tradenda, & vnde vtilius, ac fructuoſius incipiendum. Et hæc omnia præſenti homilia Deo dante expediemus. Vnde petendã doctrina veritatis eſt? Petenda eſt ex veritate à Deo reuelata, tum in ſcripturis ſanctis; tum in traditionibus:

bus ſanctæ matris Eccleſiæ. Atque. hſc obſeruãdũ eſt, qđ veritas ipſa Dei filia, vna eſt, ex vna Dei mẽte promanans, ſic tamen ab eius charitate diffuſa per gradus, vt facilius ab homine caperetur, ꝙ latitudinẽ hẽt, eſtq; maior, & minor; ĩplicita, & explicita impreſſa, & expreſſa, triplexque in ſumma dici poteſt. Prima eſt veritas naturalis, impreſſa cordi noſtro, qua deum cognoſcimus, eũque fatemur & aſſerimus vnum, ſtabilem, æternũ ſapientem, bonũ, retribuẽtẽ oĩb' ſ̃m merita. veritas iſta ſatis inſufficiẽs eſt ad ſalutem; tum quia fallax eſt; tũquia prolixa, tum quia generalis, tum quia hærens lumini ſatis fallibili, rõni. ſ. humanę ꝙ ſi etiã multa fideliter, & vere docet, ea tamen omnia verius, & firmius accipimus ex Dei reuelatione infallibili. Secunda ergo veritas eſt ſcripturalis, contenta in vtroque teſtamento veteris, & nouo, ſcimus .n. inquit Petrus, ꝙ ſpũ ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti. Dei. De hac Dominus dixit. Scrutamini ſcripturas; illæ teſtimoniũ perhibẽt de me. Et iterum. Habẽt Moyſen, & prophetas, audient illos. Et D. Paulus. Atten de lectioni, & exhortationi. Tertia eſt veritas eccleſiaſtica, tradita ſiue ꝑ manus, ſiue ꝑ canones Apoſtolorũ, & ſucceſſorũ. Hęc ſũma, hæc ĩtegra; hęc abſoluta; hæc continet oẽm ueritatẽ. Hæc primã, q̃ naturalis erat ſub leuat ad altiora; & ĩtroducit ad ſpãlio ra dei myſteria: Hęc ſecundã quoque quæ ſcripturalis erat, multipliciter iuuat. Primò, quòd decernit, & autenticat nobis ſcripturas, nõ ꝙ tribuat eis ueritatem, quæ ſeipſis ſunt infallibiles: ſed quod teſtatur, quæ ſint aut non ſint pro ueris recipiendæ; quod ſine iudicio eccleſiæ ſcire, vel aſſerere nullo modo poſſumus. Eius enim eſt arbitrium diſcernẽdi inter euãgelium Petri, & Marci: Bartholomei, & Matthæi: Nicodemi, & lucę. Ita de epiſtola Ad hæbreos poſt multas patrum diſſentiones, num Pauli eſſet, tandem vnum hoc ſublimia illa ingenia Origenis, & cæterorũ eius ætatis quòd eccleſia Paulo attribueret. Coacti & noſtri temporis hæretici quãdoque ſunt, vt veritatem hanc aſſeuerarent, non poſſe de ſcripturis pronuntiari, num ſint autenticæ, vel apocriphæ, ſine iudicio catholicæ eccleſiæ. Et tamen euſque deſipiunt, vt è cathalogo ſcripturarum ab eccleſia tot iam ſeculis ſupra mille annos probato, ſua temeritate deijciant, libros Machabæorũ, epiſtolam. D. Iacobi; Apocalipſim &c. Deinde hoc tribuit ſanctis ſcripturis eccleſiæ veritas, & traditio, quod ſenſum earum infallibiliter exprimit; & ipſa ſola hoc poteſt, de qua domin' dixit. Et vos teſtimonium perhibebitis, qui ab initio mecum eſtis. Et de ſancto ſpiritu Eccleſiæ præſtito. Ille vos docebit omnia; & ſugeret vobis omnem veritatem. Quomodo ergo ſit exponendus loc' ille Chriſti in cæna. Hoc eſt corpus meum. Et ille Pauli ad Corinthios. Sic ſaluus erit quaſi per ignem; ab eccleſia ſola petendum eſt. Traditio eſt inquit Io. Chriſoſtomus, nihil vltra requiras. Ex hoc itaque fonte aquarũ viuentiũ, veritatis. ſ. reuelatæ petere debent, atq; humiliter haurire paſtores eccleſiarũ, vt populos doceãt. At qm̃ veritas reuelata in ſcripturis ſanctis, & regulis eccleſiaſticis ampla eſt, & ĩfinitę altitudinis, latitudinis ꝓfunditatis; ita vt multo tp̃e, multoq; labore indigeat: qđ ex his tãdẽ illud eſt, quod ante oĩa, velut ſcitu neceſſarium proponi debet? Reſpondeo. Non poſſunt omnia ſimul doceri.

Non

Non etiam tenentur omnes, ad omnia cognoſcenda, quid ergo? Hoc neceſſario & ſciendum, & firmiter tenendum eſt. Veritatem omnem à Deo reuelatam eſſe veram. Et qui huius patrem negaret, hæreticus; qui totam apoſtata eſſet: hoc vocant Theologi obiectum formale fidei, ſub cuius ratione creduntur omnia, quæ ſcilicet à deo ſint reuelata: Ad hoc neceſſario viſum eſt patribus, vt pro fundanda fide, & inſtruenda ſimplicitate, quatuor hæc ad minus exponerentur populis. Symbolum Apoſtolorum. Tractatus ſacramentorum, Decalogus. Et Oratio Dominica Symbolum eſt quaſi lac, & ſemẽ quo nutritur fides, & ſtatuitur totius religionis fundamentum, continens in ſe cognitionem, & cõfeſsionem Dei creatoris, redemptoris, ſanctificatoris, & remuneratoris: Sacramenta, tanquam inſtrumentã, & organã, per quæ, & in quibus diſpenſat nobis Deus gratiã ſuam, nos ad ſe recipit, & ſibi vnit. Decalogus tanquàm integra bene viuendi regula, & diſciplina via vitæ, & fructus ſpiritus. oratio, tãquam ea quæ ad omnia ſiue intelligenda, ſiue præſtanda, gratiam ſufficientem implorat. Horum cognitio probe ſufficit, ſi non ad perficiendã; certe ad inſtituendam; & promouendam Chriſti pietatem; ad repellendas hæreſum machinationes, ad fundandam, & retinendam Chriſti religionem. Hæc voluit pijſsimus imperator Carolus Magnus frequenter doceri, & ſubditis ſuis ingeri, didicerat enim quantum horum ignorantia ex barbarorum mixtura nocuiſſet. De his D. Thomas, ſcripſit libellum, quẽ in ſchiſmate Boemico ſedes Apoſtolica iuſsit in omnibus eccleſiijs Germaniæ frequenter recitari. Ex his igitur quatuor aptiſsime conſtabit doctrina tota Catechiſmi, quem Paſtoribus eccleſiarum, pro cõfirmatione animarum ſibi creditarum paramus. Cum vero hæc ſint quatuor, à quo iubet ordo doctrinæ, vt vtilius incipiamus? Docendi ordo is adhibendus eſt, qui & perſonis & tempori accommodus maxime videatur, Nos patrũ auctoritatẽ ſecuti, qui initiandis Chriſto domino, & in eius diſciplina inſtituendis hominibus à fidei doctrina initium fecerunt; operę precium ducimus, quæ ad fidem pertinent prius explicare: fides enim ſubſtantia eſt rerum ſperandarum, oſtium ſalutis, ianua vitæ. Sine qua impoſsibile eſt placere Deo, impoſsibile quoque eſt ea, quæ Dei ſunt percipere, dicente Eſa: Niſi credideritis nõ intelligentis. Quid aũt intelligis per fidem? Fateor, fidei vox multiplex eſt in ſcripturis ſanctis, & multa ſignificat. quãdoque actum credendi, & eſt reuelatis, & auditis aſſenſum præſtare. De quo Dominus. Si potes credere, omnia poſsibilia ſunt credenti. Quandoque habitum informem. De qua Iacobus fides ſine operibus mortua eſt Quandoq; habitũ formatum. De qua Paulus, Sancti per fidẽ, vicerũt regna &c. Quandoque obiectum fidei, veritatem ſcilicet reuelatam, cui præſtandus aſſenſus eſt, de qua Athanaſius. Hæc eſt fides catholica, quam niſi quiſque crediderit, ſaluus eſſe non poterit. Hic fidem accipimus pro habitu formato; & eſt forma inclinans, & infallibiliter perſuadens ad credendum ijs quæ vt à Deo reuelata, proponuntur ab eccleſia ſine formidine de oppoſito. Nulla enim fidelibus poteſt accidere dubitatio in ijs, quorum Deus auctor eſt, qui eſt ipſa veritas. fides hæc donum Dei

eſt. Donum nobiliſsimum, tum ex principio, quod Deus eſt: de quo Chriſtus ad Petrum. Caro, & ſanguis non reuelauit tibi &c. Tum ex obiecto, quod in ſe continet veritates omnes à Deo reuelatas, quæ eminentia ſuperant hominis intelligentiam. Donum ampliſsimum, quod magnam habet latitudinem. Ex parte obiecti, dum pauciora, plura ue credũtur; modo credatur; quòd omnia à Deo reuelata ſunt vera: Ex parte etiam Subiecti, in quo recipitur; quod eſt anima; nam in intellectu credentis poteſt eſſe maior, & minor, aſſenſio, vt plura, aut pauciora proponuntur, vt etiam minor, aut maior eſt capacitas, & perceptio credibiliũ. In voluntate etiam poteſt eſſe minor maior ne feruor inſtandi, & imperandi intellectui vt aſſentiat. Et ſecundum hanc latitudinem ſcriptum eſt, Domine adauge nobis fidem: Iterum. Modicæ fidei quare dubitaſti. Iterum. Adhuc illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio &c. Donum etiam pulcherrimum eſt fides, quod ornat animam velut lux aerem. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam &c. Donum eſt fœcundiſsimum. quòd replet mentem theſauris cœleſtibus. Fons aquæ ſalientis in vitam æternam. *Ioan.4.* Donum maximè neceſſarium, ſine quo natura non poteſt, ſe ſupra ſe tollere ad capiendum ea quæ ſuam intelligentiam ſuperant, qualia ſunt omnia reuelata: & ea potiſsimum, quæ velut radices aliorum in Symbolo Apoſtolorum proponuntur, quod hac ratione cæteris tribus capitibus antefertur, quia pabulum fidei eſt, & quot articulos continet, tot quaſi ianuas aperit ad vitam, ſine quibus proficere homo nequaquam poteſt. Ex his apparet quòd ad opus hoc quod molimur, tria præcipue requiruntur. Primum eſt, vt credibilia proponatur. Hoc nos per Dei gratiam, fideliter, diligenter, & perſpicue præſtabimus. Secundum eſt, vt attente audiantur, & tanquam vera firmiſsime credantur. Hoc munus veſtrum eſt; qui ab ore noſtro pendetis. Tertium eſt vt Deus fidei lux, & Dux, mihi ſpiritum, & linguam tribuat ad dicẽdum. Vobis adaperiat aures, & corda; ad percipiendum, & credendum, vt, ita in nobis eius veritas; & noſtra ſalus, per eius donum, & miſericordiam promoueatur. Amen.

HOMILIA TERTIA CONTINENS PRIMAM Partem Primi articu.

Credo In Deum

SVbleuat clementiſsima Dei manus humanã mentem, quę in ſemet ipſa iacebat, anguſtis his terminis circunſepta, inter pprios cõceptus, & amores ſuos, inter quos ſe pelicbatur, nihil ſupra, vel vltra ſe curãs. Quòd ſi vnquam extra ſe curioſa qua piã inueſtigatione rapiebatur; miſere, & periculoſe vagabatur inter tot imagines, veſtigia, guſtus creaturarum; quod fracta, debilitataque ea diſperſione, parum veri, aut boni ex iis aſſequi poterat: vt plurimum falſis innixa, illudebatur. Ex his labyrinthis excipit eam Dei lumen, quod fides eſt: eam etenim ſubleuat extra ſe, & ſupra omnem creatu-

ram

ram; in ſenſum, & guſtum creatoris; in quo & vera bona dignoſcit, & in eis facile conquieſcit. Volabo, inquit Dauid, & requieſcam. Hic eſt eminẽs ille mons Sion, in quo, vt Eſaias dixit, Dominus ipſe doctor eſt, & doctrina, lux & lumen. Quamobrem implet diuino lumine, & ſeſe potenter reuelat, & menti ſublatæ coniungit per illapſum, & informationem quandam Deificam, qua ratione fides dicitur Theologica, & Diuina virtus. Ex hac diuina plenitudine, quaſi fęcũda Deo prolem parit diuinam, quę eſt exacta, & diſtincta confeſsio Diuinitatis. Qualis confeſsio eſt Symbolum Apoſtolorum, Deitate plenum; Deitatem mirabiliter diſtinguens, & exponẽs: Deitatis perſonas, virtutes, & opera ſecundum altiſsimam, & pleniſſimam reuelationem conditoribus factam, fœliciſsime aperiens. Quoniam igitur in Deitate vna, & ſimpliciſsima, tres perſonas reuelatio intuetur, & prædicat, quarum diſtinctæ ſunt proprietates, & ſubſiſtentiæ, diſtinctę quoque attributiones, ſingulis perſonis, non ex natura, ſed ex myſterio correſpondẽtes; ideo ſecundum has tres principales partes inſtituit Symbolum. Tres ſunt, inquit Io. qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum, & ſpiritus. Perſona patris eſt prima; producens, improducta. Perſona filij eſt ſecũda: producta, & producẽs. Perſona Spiritus ſancti eſt tertia; producta non producens. Patri attribuitur omnipotentia: quòd fons eſſendi eſt. Filio ſapientia, quòd verbum Diuinæ mentis eſt. Spiritui ſancto bonitas q̃ amor eſt mutuus Patris, & filij. Ex his quoque ſingulis perſonis, attribuuntur opera ſingula: Patri ex oĩpotẽtia, quòd creator mundi eſt. Filio ex ſapientia, quòd Redemptor mundi eſt. Spiritui ſancto ex bonitate, quod ſanctificator mundi eſt. Secundũ hæc, in prima parte ſymboli agitur De patre, de eius oĩpotẽtia, de mũdi creatione. In ſcd̃a, de filio, de eius ſapientia, de mundi Redemptione. In tertia De ſpiritu ſancto, de eius bonitate, de eccleſiæ ſanctificatione: Totũ vero ſimbolũ diuidit in duodecim Articulos, quaſi partes, & mẽbra eiuſdem corporis, iuxta numerum duodecim apoſtolorum, à quibus tum primo conditũ eſt, quum iuxta domini mandatũ pro ipſo legatione functuri, in diuerſas mũdi partes ſunt diſtributi. ſic enim cenſuerunt chriſtianę fidei formulam inter ſe cõponendã, vt id ipſum ſentirent, & dicerẽt omnes, perfecti in eodem ſenſu: Huiuſmodi aũt profeſsionem à ſe compoſitã vocarunt Symbolum: ſiue quia ex varijs ſentẽtijs, quas ſinguli in cõe cõtulerũt, conflata eſt: ſiue quia ea veluti nota, & teſſera quadam vterentur, qua à falſis fratribus dignoſcerentur. Non potuit vero inſtitui Symbolũ fidei ab alijs, q̃ ab Apoſtolis cõiũctis, ideſt ab auctoritate ſuprema, caput Eccleſiæ, & primã Petri ſedẽ ſecũ habente; illa. n. auctoritas ſola põt condere ſymbolũ; quæ poteſt dubia fidei tollere; & hæc eſt vel in cõcilio generali; vel in ſancta ſede apoſtolica. Symbolum itaque Apoſtolorum eſt confeſsio fidei. ſymbolum Nicenum eſt expreſsio fidei. Symbolum Athanaſij eſt defenſio fidei. Eſt itaque Symboli Articulus primus.

Credo in deum Patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ. Cuius ſummaria expoſitio poteſt eſſe talis, Credo, & firmiter confiteor Deum eſſe ſummum bonum. Patrem ex natura vnigeniti ſui. Patrem poteſtate omnium creaturarum; Patrem gratiæ omnium fidelium; Patrem

meum in ſpecie Creatorem ex nihilo cœli, & terræ viſibilium, & inuiſibilium; in ſpecie formatorem corporis mei, & creatorem animæ meæ. Ita eſſe credo; & talem deum Patrem fontem bonorum omnium toto, adoro, illi fido, & in eius ſupremam bonitatem tendo. Sed quoniam ſingula verba ſymboli, vt radicalia ſunt, ita miram in ſe concludunt ſenſuum, & miſteriorũ fœcunditatem, ideo ſingula ſunt ſpecialiter expendenda.

Credo. Verbum hoc magni momenti eſt: primum illud quod à nobis exigitur coram Deo; etiam antequam ſciamus quid de nobis agatur: credis in Deum Patrem &c.? Reſpõdetur. Credo. Ita Accedentem ad Deum oportet credere; quia impoſſibile eſt ſine fide placere Deo: Obligat autem verbum hoc credẽtem ad tria: Primo ad aſſenſum: Secundo ad quietem. Tertio ad confeſsionem. Aſſenſus recipit. quies animi retinet. confeſsio exercet, magnificatque veritatem. Ad aſſenſum in primis obligat, vt firmiter, & immobiliter, ex toto corde aſſentiam' ijs, quæ nobis à Deo ſunt reuelata; ita vt potius parati ſimus omnia bona perdere, omnia mala pati, ſanguinem etiam fundere, & mortem ſubire, quam ne minimũ quidem in his dubitare: aut verbum reuocare. Sic fidem fundarunt Apoſtoli ſic proprio ſanguine corroborarunt: Nondum inquit Paulus, vſque ad ſanguinem reſtitiſtis. Ad quietem deinde ſemota, ſcilicet omni curioſa inueſtigatione: neq; enim fidei notitia minus certa eſt, quòd ea non cernantur, quæ nobis credenda proponit; nam diuinum lumen, quo ea percipimus, dubitare de his non ſinit, vtcunque non ſint perſpicua. Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, vt non ſit nobis opertũ euãgelium, ſicut ijs, qui pereũt. Sat ergo eſt, quòd De' ita eſſe reuelat: hoc firmius eſt omni ratione: clarius omni euidentia. Cur non credas infallibili? ſi inter nos ex conditione perſonæ omnia credimus viro laudato, cur nõ Deo? Eſt Deus verax, inquit Apoſtolus; & omnis homo mendax. Quòd ſi velimus ſapere de his, pluſquam oportet ſapere, caſtigat Deus curioſitatẽ hanc: vel nõ reſpondet, vt ſcribis quærentibus. In qua poteſtate hæc facis? vt Herodi. Vel reſpõdet in parabolis Vt videntes nõ videant. Vt credant mendacio. Abſcondiſti hæc à ſapientibus &c. Vel acerbè reſpõdet: vt ſcribis, ſigna de cœlo quærentibus. Generatio praua & adultera, ſignũ quærit &c. Ad confeſsionem tandem prouocat, vt fidelis, qui dicit credo, quod animo incluſum habet, aperta fidei profeſsione præſeferat, ſummaque animi alacritate palã faciat Ita olim Dauid. Credidi, propter quod locutus ſum. Ita Apoſtoli ad principes Iudæorum. Nõ poſſumus, quæ vidimus & audiuimus non loqui. Ita D. Pauli vox eſt illa pclara: Nõ erubeſco euãgelium: Corde creditur ad iuſtitiam ore confeſsio fit ad ſalutem. Eſt cõfeſsio peccatorum, ſpectans ad pœnitentiam. Eſt confeſsio laudis, ſpectãs ad gratiarum actionem. Eſt cõfeſsio veritatis, ſpectans ad zelum fidei: Et hæc ſufficiant pro ſenſu illius verbi. Credo.

1. Cor. 4.

Rom. 4.

Matth. 12.

Pſal. 15.

Act. 4.

In Deum. Verbum hoc ſublime ornat fidem triplici conditione. Dignitate, Claritate. Vnitate. Dat dignitatẽ ex nobilitate obiecti, ꝙ pſtantiſsimũ eſt, & Deus eſt; In quem ſtatim ſubleuatur, & rapitur; non per effectus, vt

longo

longo labore ſolet humana philoſo-
phia:ſed ſtatim in cauſam. Dat clarita-
1.Timo.6. te.Eſt enim Deus hic lux quæ menti
occurrit,& nunquàm ſine luce. Deú
nemo vidit vnquam, ſed nec videre
poteſt:lucem habitat inacceſsibilem;
ſed fides eſt;quæ humanæ mentis a-
ciem ita exacuit,vt in cœlum nullo la
bore penetrare poſsit:atque diuino
lumine perluſtrata,æternum luminis
fontem,in eius lumine intueri; vt ita
nos de tenebris vocatos in admirabi
le lumen experiamur,& credentes ex
ultemus lætitia inenarrabili. Videt
ergo fides diuino iſto oculo Deum,
& in Deo obſeruat tria.Eſſentiam.
Veritatem, Bonitatē. Eſſe primum,
ſummū, neceſſarium. Ego ſum,qui
ſum.Ego principium & finis. A ſecu
lo, & vſque in ſeculum tu es Deus
Hoc eſt credere Deum. Veritatē de-
inde,Eſt Deus verax in dictis,factis,
promiſsis; & minis. Ego Deus, &
non mentior.Hoc eſt credere Deo:
Bonitatem ſupremam, quæ excludit
omne malum includit omne bonum
de ſe tribuit,aperit manum,& implet
omne animal benedictione. Guſtus
huius bonitatis ſubleuat amores cre
dentis in ſummum illud bonum; &
hoc eſt credere in Deum. Dat tertiò
fidei vnitatem,ex vnitate obiecti:Cre
dit enim in Deum vnum, quod ex-
plicat ſymbolum Nicenum aduerſus
Manichæos. Audi iſrael, Dominus
Deus tuus, Deus vnus eſt:Et Paulus
vnus Deus,vna fides. Dij ſunt princi
pes,ſacerdotes,& Magiſtratus, tales
que appellantur in ſcripturis, non
quidem ex natura,ſed ex virtute Dei
quam excellenti modo participāt,&
referunt. Dij erāt gētium Dæmonia
falſa vſurpatione.verè vnus Deus eſt;
Dominus in quem credimus, & quē
credentes colimus. Hæc omnia, quòd
Deus eſt, quòd vnus:quòd primus,quòd ne-
ceſſe eſſe, quòd ſummus optimus, quòd fons
bonorum omnium, quòd ſapiens;
æternus,iuſtus, beneficus,infinitā,&
immēſam virtutē hñs oēm cōplēs lo
cū,& hæc talia philoſophi ex rōne na
turali de Deo profeſsi ſunt. Nō enim Act.14.
inquit Apoſtolus,reliqt deus ſemet-
ipſum ſine teſtimonio, benefaciens,
de cœlo dans pluuias,& tempora fru
ctifera,implens cibo,& lætitia corda
hoīm. Quæ cū fuit philoſophis nihil
abiectum de Deo ſentiendi, quin ei
bonorum omnium perfectam vim,&
copiam tribuendi.fides tamen è ver-
bo Dei reuelato,hæc eadem,& longè
plura diſcit, & docet citius. ſat enim
eſt audire verbum,& aſſentiri.Clarius
longè enim diſtinctius de eiſdem pro
nuntiat. Firmius,hæret enim lumini
infallibili.Suauius,rapit enim in ſum
mum Dei cogniti amorem. Altius &
eminentius, inuenit enim in Deo vni
tatem, cuius nullum exemplum eſt,
fœcūdam ſcilicet,cum trinitate, &
æqualitate: de quibus Deo dante di-
cemus:illi vni gloria,& honor in om
ne æuum

HOMILIA QVARTA CONTINENS ſecundam partem primi Articuli.

Patrem omnipotentem creatorem cęli, & terræ.

TAm humilis,& demiſſa
eſt humana mens; tā
alta,& eminens diuini
tas,vt niſi ea trahente
conſcendere ad eam
minime poſſit. Nemo
inquit Altiſsimi filius, venit ad me,
niſi

nisi pater traxerit:quare clamat Salo
mon. Trahe nos poſt te. Clamat Pe-
trus. Iube me venire ad te. Trahit er-
go per gratiá,& lumen fidei, de quo
Dauid, ipſa me deduxerũt,& adduxe
runt in montem ſanctum tuum &c.
Vbi etiam in conſpectum Deitatis
trãſlati ſumus, adhuc noua exigitur
ſubleuatio,& accommodatio,quæ fit
per lumen gloriæ,de quo Dauid. In
lumine tuo videbimus lumen. Influit
et anima Chriſti glorioſa, quaſi capi
tis in animas membrorũ ſuorũ,& di-
Ca.21. gnificat, vt Io. in apocal. Claritas Dei
illuminat ciuitatem, & lucerna eius
eſt agnus. Sed in ipſamet Deitate re-
quiritur temperamentum, ne crea-
Ca. 11. tura obruatur à gloria. Altior cœlo
eſt, inquit Iob, quid facies? Profun-
dior, quomó intelliges? Ita ſe operit
à longe Moyſes, & Elyas quam pri-
mũ domini gloria ſeſe reuelat. Non
ergo eſſentia totaliter ſe exhibet crea
turæ;aut contemplandam,aut fruen-
dam, ſic enim à ſolo ipſomet Deo
comprehenditur; ſed ſecundum
ſuam miſericordiam,& amoroſam
voluntatem ſeſe accommodat crea
turis magis, & minus,vt fœliciter co-
gnoſcatur, & ametur. Interim per lu
men fidei ſupplet in terris;vtque bea
tam, & dulcem faciat fidei contem
plationem, quam primum illi obtu-
lit,& patefecit deitatem, qua eam di
gnificat,clarificat,vnit, & quietat: ſta
tim in deitate aperit paternitatem;
qua cõſpecta illico fides clamat. Cre
do in Deum patrem. Paternitas iſta
tribuit fidei multa non ſpernenda.
Primo dulcedinẽ, quando agnoſci-
mus, & colimus Deum Patrem no-
ſtrũ. Patrẽ ex maieſtate omniũ crea-
turarum; vnde omnia benedicũt,&
laudant illum in integra obedientia,
32. qua eius voluntatẽ implent. Nũquid
non ipſe eſt pater tuus; inquit Moy-
ſes,qui poſſedit te,fecit,& creauit te?
Et Malachias nunquid non pater Rom. 8
vnus omnium noſtrum? Patrem
deinde ex gratia, & ſpeciali adoptio-
ne per Chriſtum ſuorum fidelium,
quos in primogenito complectitur,
& trahit ad ſe; in quibus & dulciſsi-
me ſpiritus filij clamat Abba Pater.
Secundo tribuit ſpem. Quod ſi ille pa
ter eſt,nos filij,ſi filij & hæredes. Qui
dedit homini eſſe, corpus, & ani-
mam; & pro anima redimenda Chri Ca.1.
ſtum vnigenitũ,quomodo & omnia,
(inquit Paulus) cum illo non tradi-
dit? In hac ſpe orant ſancti, & om
nia impetrant; & violenti rapiunt
cœli regnum. Tertiò tribuit ſublimi-
tatem, ad capiendam, ſupra om-
nem naturæ vim,excelſam paternita-
tem Dei, in ſua ipſius natura. Cum
enim audio in deitate eſſe patrem,
ſtatim infero ibidem eſſe filium, &
ita numerum in ſimpliciſsima illa
vnitate iam agnoſco, & confiteor;
non enim idem omnino poteſt eſ-
ſe pater, & filius; pater quippe, vt
pater producit; filius vt filius pro-
ducitur; Nulla mens capit, vt idem
producat ſeipſum Hic ergo am-
plũ locum habet fides cõtemplan-
di Diuinam fœcunditatem, in na-
tura illa optima intellectuali. Vbi
eſt intellectus, virtus ſcilicet co-
gnitiua, & eſt actualis,alioqui imper
fecta eſſet ſi vnquàm dormitaret,aut
ceſſaret ab actu ſuo: neceſſario igi-
tur ſemper habet verbum produ-
ctum, & diſtinctum à producente
non accidentale, aut tranſitiuum,
vt noſtrum eſt: ſed conſubſtantiale,
ſubſiſtens, in eadem patris æternita
te permanens: Verbum hoc pater-
næ mentis, vocamus filium; quia
producitur ſecundum naturam,non

tantum in ſimilitudine, aut æqualitate, ſed in identitate naturæ cum ſuo producente. In eadem natura intellectuali eſt voluntas actualis, ergo & ſemper, & perfectè, & totaliter amans, atque ita amorem ſpirans totalem, & adæquatum, non accidentalem, aut tranſitiuum, ſed ſubſiſtentē, & coæternum: hunc dicimus ſpiritū ſanctum, quia intimus, & per amorē ſpiratur. Itaq; ex his iam colligimus in vnitate Deitatis, trinitatem hanc perſonarum, ab inuicem diſtinctarū inter quas pater eſt perſona prima, prout à ſeipſa eſt. Filius eſt ſecunda, prout eſt ob alio, ideſt à patre. ſpiritus ſāctus eſt tertia, prout eſt ab vtra que, ideſt à patre, & filio; quorū vna eſt voluntas, quæ principium ſpirandi eſt. Quartò, tribuit neceſſariam, & certam religionem, vt certis verbis hæc ſaltem retineamus, & de his rõnem reddamus, quotquot fideles ſumus. Quod Deus vnus eſt. Quòd in hac vnitate naturæ, eſt vera perſonarum trinitas: Quòd in hac trinitate eſt æqualitas temporis, & virtutis. Ita ſignamus nos; In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Ita de forma Baptiſmi Chriſtus dominus. Baptizate in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Ita Io. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbū & Spiritus, & hi tres vnū ſunt. Hęc ſcire, & credere tenemur, ſi capere omnino non poſſumus; adorare debemus. Curioſe autē minime ſcrutari ne opprimamur à gloria: ſat eſt clamare cum ſanctis Angelis. ſanctus, ſanctus, ſanctus &c.

Omnipotentem. Hic aperit Deus theſaurum ſuæ magnitudinis, & excelſo hoc verbo ſeſe reuelat fidei noſtræ, quæ ex ipſo, vt fœcundiſſimo accipit quinque. Primò, pietatem & cultum excellentem, ac ſupremum latriæ, quo colit Deum omnipotentem, id eſt, omnia, omnibus modis potentem, mediate cum ſecūdis cauſis, quibus vtitur tanquam inſtrumētis virtutis ſuæ, immediate, id eſt ſe ſolo, nullo termino, nullo ordine, nulla neceſſitate ligatum; diſponentem omnia ſuauiter à principio vſq; in finem. Omnia igitur Deus poteſt quæ fuerunt, quæ ſunt, quæ futura ſunt, quæ poſſibilia ſunt, quæ mente ſine repugnantia concipi poſſunt, quæ ab humano, ab Angelico, à Diuino intellectu apprehendi poſſunt. ſi non poteſt facere, vt homo ſit aſinus; vt præteritum non ſit præteritū Ideo non poteſt facere, quia iſta nō poſſunt fieri, quare ex hoc, non eſt impotens. Si etiam componi, peccare, mori non poteſt: non ideo minus potens eſt: ea omnia poſſe infirmitas eſt, nōn poſſe virtus. Secundò, dat facilitatem ad cætera omnia credenda, facilia, & difficilia, poſſibilia naturæ, & impoſſibilia: non eſt illi impoſſibile omne verbum: poſſunt igitur omnia facile credi de omnipotente. Ego dominus, inquit, omnipotens. Et Iacob, cum mitteret filios ad incognitum Ioſeph, ita illis precatus eſt. Deus meus omnipotens faciat vobis eum placabilem. Nunquid, inquit, manus mea eſt inualida; Tertio, dat ſpem in bono, vtcunque ſe opponant mala: ſi ſcimus omne bonum ab illo eſſe: cōfidimus illum adeſſe: præſente illo proſpere omnia ceſſura: Confidite inquit, ego ſum, nolite timere. Et Petrus: In verbo tuo laxabo rete. ſuſtinet hæc ſpes fidelium vota, & orationes inflammat. Domine tu omnia potes: quare Iacobus poſtulet in fide, nihil hæſitans. Quarto dat timorem in malo, quando

Gen. 17.

Gen. 33.

quando ſcit ſe peccare coram omni-
potente, & iudicandum ab omnipo-
tente. quo ibo, inquid David, à ſpiri-
tu tuo? quo fugiam à facie tua? Hor-
rendum eſt incidere in manus Dei.
Et Petrus. Humiliamini ſub poten-
ti manu Dei. Timete eum, qui, cum
occiderit, poteſt in gehennam mitte-
re. Quintò dat hylaritatem: in guſta-
tà Dei omnipotentia nobis propitia
Glorioſe magnificatus eſt: equum,
& aſcenſorum deiecit in mare. Et vir-
go virginum. Fecit mihi magna, qui
potens eſt. Tanti eſt credere in Deū
patrem omnipotentem, cum quo nō
minus credere oportet filium omni-
potentem: Et ſpiritum ſanctum om-
nipotētem; vt enim tres ſunt vna ſub
ſtantia, & natura, ita ſunt vna virtus,
& poteſtas.

Creatorem cœli & terræ. Hic qua-
ſi fructū exprimit Paternitati, & om
nipotentiæ diuinæ, quòd creauit cœ
lum, & terram, & omnia. Verbū hoc
tribuit fidei; Primò, guſtum diuinæ
bonitatis, qua ſola creauit. cum enim
ſibi ſufficeret ſolus, ſœlix, & beatus
ſeipſo deus, ſola bonitate, voluit ſeſe
effundere, & communicare. Secun-
dò; guſtum diuinæ ſapientiæ, quæ
mundum creauit in pondere, & men
ſura; quæ mundum ſuperiorem, huic
inferiori ſic alligauit, quòd motu, lu
mine, & influxu hæc omnis vita inde
regitur, & gubernatur. omnia in ſa-
pientia feciſti Domine; hic numera
cœlos, & cœlorum motus, diuturnos
proprios, regulares, irregulares: ele-
menta, & eorum actiones, paſsiones,
mixturas, ſitus, virtutes, & cætera, ex
quibus conſtat mirabilis hęc mundi
creati harmonia. Tertiò, guſtum di-
uinæ omnipotentiæ, & infinitæ vir-
tutis, quę ideo creare potuit, ideſt ex
nihilo producere, quia potuit om-
nium
cauſalitates ſupplere. Fuit ergo cau-
ſa cœli, & terrę, in triplici genere cau
ſæ, efficientis, exemplaris, & finalis;
Fecit ſuapte virtute: fecit ad exemplū
ſuæ ipſius intelligentiæ; fecit pro-
pter ſeipſum.

Cœli, & terræ, Dixit Nicenum. Vi
ſibilium, & inuiſibilium, quæ ſcilicet
ſenſu percipi, & mente concipi poſ-
ſunt. Cœlum intellige cum omnibus
quæ in cœlo, & ſupra cœlum ſunt. In
cœlo ſunt corpora lucida, aſtra, mo-
tus, lumina, influxus. Omnia de ma-
nu Domini propter hominē, vt ſint
in ſigna temporum &c. Supra cœlos
ſunt Angeli: hos & Deus creauit è ni
hilo, natura excellētes, ſpiritus incor-
poreos: virtutē, & ſcientia plenos. In
veritate, inquit, non ſtetit homicida
ille. ergo in veritate conditus fuerat.
Gratia etiam gratificante, & inclinan Ioan. 8.
te ad incommutabile bonum. qui fa-
cit Angelos ſuos ſpiritus. Poten-
tes, virtutes, facientes verbum illius.
Ex ea gratia cecidit Lucifer, & quot- Pſalm. 10
quot ab eo ſeducti ſunt. qui omnes
ſtatim facti ſunt impœnitentes, atque
ideo à Diuina iuſtitia deiecti ſunt in
æternam pœnam, æternæ illi impœ-
nitētiæ debitam: de quibus. Princeps
apoſtolorum ſcripſit in hunc modū.
Angelis peccātibus non pepercit, 1. Pet. 2
ſed rudentibus inferni detractos in
Tartarum tradidit cruciandos in iu-
dicium reſeruari. Creauit & terram,
& quæcunque in terra ſunt, ſemina,
germina, herbas, plantas, & animalia:
cuius creationis virtute iuſſit & pro-
pagari dicens, Creſcite, & multipli-
camini, &c. Situm etiam & locum Pſal. 103.
dedit in mundi medio, effecitque vt
aſcenderent montes, & deſcenderēt
campi in locū quem fundauit eis; ac
ne aquarum vis inundaret illi, termi-
num poſuit, quem non tranſgrediun-
tur,

tur, neque conuertuntur operire terram. Ex terra formauit humanum corpus; ex nihilo creauit animã, atque infudit ſpiraculũ ſpiritus ſui, ad imaginẽ ſuam ſubſtãtia: ad ſimilitudinem ſuam in virtutibus inditis, ſicque factus eſt homo in animam duplici vita viuentem. Addidit & temperiem iuſtitiæ originalis, qua terra cœlo ſenſus rationi ſubijciebatur; addidit & gratiam gratificantem; qua coram Deo creatore ſuo erectus ſtabat, ad quodcunque bonum incitatus, quaſi fons ſaliens in vitam æternam: Inter hos cœlos, & hanc terrã, longe lateque patentem, agnoſco, & colo Deum patrem creatorem cœli mei, & terræ meæ, ſpiritus ſcilicet, & corporis mei: Confiteorq; humiliter me quicquid ſum, quicquid habeo, omnia de manu creato- Heb. 1. ris accepiſſe. Agnoſco & eundẽ conſeruatorem omnium, quæ creauit; eſt enim portans omnia verbo virtu- Gen. 1. tis ſuæ, ſic à principio. Spiritus domini ferebatur ſuper aquas, & fouebat eas. viuificatorem etiam, & rectorẽ omnium ex prouidentia; qua ſuauiter diſponit omnia, & reuocat in finem ſuum. Ita Paulus Athenis dixit, Non longè eſt ab vnoquoq; noſtrũ, In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Hæc verò omnia ſic de Deo patre Pſalm. 32. credimus, quòd nihil minus de Deo filio, & de Deo ſpiritu ſancto. De filio enim dixit Ioan: Omnia per ipſũ facta ſunt; De quo & Dauid. Verbo domini cœli firmati ſunt. Et de ſpiritu ſancto idem. Spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Epilogus totius primi Articuli

Duas in ſumma narrat actiones fidei, vnam in ſubiecto, aliam in obiecto. Subiectum fidei eſt Anima: Hæc firmiter dicit. Credo: nam ſi ſcit homo quid ſit credere, dat illi debitum conſentiendi, retinendi, & cõfitẽdi. Obiectum fidei eſt Deus. Circa hoc format quatuor cõcluſiones. Prima, Credo in Deum. Intellige vnum Deum. Secunda, Credo in Deum Patrem. Tertia, Credo in Deum patrẽ omnipotentem. Quarta. Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli, & terræ: Sic ſe exercet fides, vt exercita augeatur de claritate in claritatem, & aucta mereatur perfici. Amen.

HOMILIA QVINTA CONTINENS Articulum Secundum.

Et in Ieſum Chriſtum, filium eius vnicum, dominum noſtrum.

AGnoſcere Deum Patrem, omnipotentem creatorem, rectorem, & conſeruatorem cœli, & terræ, viſibilium, & inuiſibilium, atque in ſpecie corporis mei formatorẽ, & animæ meæ creatorem; certe eſt contemplatio, quæ credentem, & dignificat, & recreat, & ſuſtentat. Auget, ſi conſideret, quo loco, quo in gradu, paterna illa omnipotentia creauit hominem ſecundum corpus, ſanum vegetum, immortale ſic, quòd poterat non mori: ſecundum animam diuinum, liberum, naturalibus, & gratuitis virtutibus excellenter ornatum, impeccabilem ſic, quòd poterat non peccare. filium Dei, ſocium Angelorum, dominũ ſui, dominum totius mũdi. At cogitare demum, quòd ex culpa

patris huius tantæ familiæ omnia ſic fractâ, & turbata ſunt, gratuita omnia ſic ſublata, naturalia ſic debilitata, bona omnia ſic amiſſa, mala tot in vtranque naturæ partem, corpus, & animam irrepſiſſe; tantam denique patris maledictionem ſubijſſe quòd à die culpæ illius, malorũ omnium ſeminis, cócipi, & naſci in hac natura, nihil eſt, niſi naſci ad iram patris, ad duplicem mortem corporis, & aīæ, nihil niſi naſci ad macellum: certe amara eſt contemplatio, longè melius eſſet, non concipi, aut naſci; quam ad tot mala naſci, qua ratione infeliciores ſumus ipſis beſtijs terræ & auibus cœli: & ita fatetur eccleſia, quòd nihil naſci profuit, niſi redimi ꝓfuiſſet. Prudenter itaque, & optimo cõſilio, quin & magna neceſsitate fidei noſtræ viam ſalutis, & vitæ cõtemplanti: Diuina inſtitutio, poſtquã oſtẽdit, & reuelauit Deum patrem omnipotentem, & creatorem, ſtatim addit reuelationem de Redemptore, & de Redemptione humana, quam cõtinuis ſex articulis proſequitur; ſic tamen quòd ſummam rei in ſecundo articulo magnis, & exquiſitis verbis complectitur dicens.

Et in Ieſum Chriſtũ filiũ eius vnicum, dñm noſtrũ. Habet Articulus, & altã materiã, quã proponit, & verba oĩa ſingularia, quæ ſigillatim ſunt expendenda. Materia eſt de Hominis redemptione per Dei filiũ facta; Et hæc in primis ſingulariter extollit Dei patris miſericordiam, quã ex hoc vno D. Paulus vocat, nimiam charitatem: & filius ipſe quaſi admiratur dicens. Sic Deus dilexit mundum, vt filium vnigenitum daret.

Ioan. 3.

Eccleſia exclamat. ô ineſtimabilis dilectio charitatis, vt ſeruum redimeres, filiũ tradidiſti. Hæc eadem miro modo exaggerat obedientiam filij erga Patrem, de qua Paulus ad Hebreos ex pſalmis. In capite libri. ſcriptũ eſt de me, vt facerem ô Deus voluntatem tuam. Et ad Philippenſes. Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed exinaniuit ſemetipsũ factus obediens vſque ad mortem, quam & ipſemet corã patre teſtatus eſt dicens Non ſicut ego volo; ſed ſicut tu. clarifica nomen tuum. Exijt Dei filius è ſinu patris magnus, & immenſus natura, & ſubſtantia: verum obedientia exinanitus, & anguſtiatus in tantum eſt, quòd ad nihilum redactus eſt. Inde ad nos veniens charitate dilatante factus eſt magnus, vt orbem totum in ſe cõprehenderet, quaſi lapis ille abſciſus apud Danielem, q ex paruulo creuit in montem magnum. Genus itaque humanum culpa dãnatũ & duplici morti addictũ, miſeratus & quòd ſerpẽti ſuggeſtiõe peccarat & ꝗ vnius delicto totum corruerat: ſtatuit apud ſe Diuina pietas patris tã nobilẽ creaturã, è faucibus mortis eripere, & liberare: atque vt à principio theſauros tantæ charitatis aperiret, & patefaceret; hominibus ſibi dilectis omnium temporum myſterium Redemptionis per Dei filium promouẽdæ, ſemper explicuit: magis quidem, & minus explicite, ſic tamẽ ſemper, quòd in eius rei apprehenſione potuit mũdus & ſuſtineri, & recreari. Ita inter gẽtes Iob Deo charus, agnouit in ſpiritu Redemptorẽ ſine quo nulla ſalus. Ita D. Auguſtin' in libro de natura; & gratia. Ita & vix patrato ſcelere dictũ eſt tentatori. Inimicitias ponã inter te, & mulierẽ, ſemẽ tuũ, & ſemen eius; ipſa cõteret caput tuum. Ita Abrahamo. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes: Idẽ Iacob, Da-

uidi &c.Hoc & mutæ ipſæ res ligni-ficarunt, lignum vitæ: oblatio Abel, Arca Noæ: Rubus Moyſi: Sol Ioſuæ: fons Sanſoni. Templũ Salomonis: Panis ſubcinericius Elye. Sal Elyſeo.&c. Hoc & homines ſpiritu Dei ſancto afflati prædixeruntita ſpiritus teſtabatur in prophetis venturas in Chriſtum afflictiones, & quidem tam exacte, vt, ſemota temporis præteriti, & futuri ratione, tam clare de Chriſto venturo vaticinati ſint Prophetę, quã natum, & paſſum, & ſuſcitatum teſtati ſunt Apoſtoli. Et hæc ſint ſatis de myſterio Redemptionis in generali. Nunc expendamus Articuli verba, quæ numero quinque ſunt, tam fœcũda, quòd ex eis fides conſtruit ſibi quinque magnas concluſiones, totã hanc confeſsionem complectentes.

Prima concluſio. Credo in Ieſum. Particula illa in, in primis declarat genus fidei eſſe cultũ illum ſupremum quo, & in Deũ patrẽ credebam', Ies' deinde magnum, & magnificũ illud nomen eſt, quod omnia Meſsiæ nomina in ſe concludit: nam teſtatur Eſaias, quòd omnia includuntur in nomine vno Emanuel, vtranque Redẽptoris naturam explicante. Eſt .n. Emanuel Deus noſter .i. Deus nobis datus, & natus. Matthæus autem firmiter aſſerit, quòd in nomine Ieſu clauditur nomen Emanuel, ergo & cætera omnia. Ieſus, nomen eſt in cęlo natum, & in demiſsione verbi ſicut oleum effuſum à cęlo ad terras; à terris ad inferos; à natura ad legem; à lege ad gratiam, à præteritis ad præſentes; à preſentibus ad futuros; à patribus ad Patriarchas; ad duces, ad iudices, ad Reges: ad prophetas ad Apoſtolos, Martyres confeſſores; & vſque ad extrema terræ, Vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in vtero conciperetur: vocatumque ex magna illa ratione, quã illemet ad duxit. d. Saluum faciet populum ſuũ Luc. 1. Ieſus ergo eſt, quia ſaluator, & certe excellens, & magnus ſaluator: ſi hæc potiſsimum quatuor conſideremus Primò quos ſaluauit. Populum, inquit, ſuum; & quantum populum? Sis mihi ſalus: inquit pater apud Eſaiam: vſque ad extrema terræ. Et in Pſal. Poſtula à me: & dabo tibi gentes hæreditatem &c. De quo & Simeõ. viderunt oculi mei ſalutare tuũ quod paraſti ante faciem omnium populorum. Secundo vnde ſaluauit. A pc̃tis eorũ. Ita Dauid. ipſe redimet Iſrael ex oĩb' iniquitatib' eius. qa Iudæi non agnoſcunt ſalutẽ hanc, nec ſcire poſſunt, quid ſalutis attulerit Chriſtus, quando nõ inſtaurauit muros Hieruſalem; hinc paralytico ſanato, vt oſtenderet quod ſalutis gen' ipſe magni fecerit dixit. Iam ſanus factus es, noli peccare (hęc radix eſt morborum omnium) ne deterius tibi contingat. Parum fecit inquit ibi Auguſtinus, qui potuit ſanare omnes ſanauit vnum; ex hoc cognoſce, quod munus eius principale, non eſt ſanare corpora ſed animas, has ſanat fide fidẽ fundat ita in vno, ſicut in mille. Tertiò. Per quem ſaluauit? Per ſemetipſum, inquit apoſtolus, introiuit in ſancta. æterna redemptione inuenta: Per ſpiritum ſanctum obtulit ſemetipſum immaculatum Deo, & emundauit conſciẽtiam noſtram, ab operib' mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti & ideo noui teſtamenti mediator eſt &c. Non eget Arca Noæ: non virga Aaron: non gladio Ioſue: non maxilla Sanſonis: non funda Dauidis; per ſe ipſum omnia facit. Ego ſum via, veritas, & vita; Ego ſum oſtium: Per me ſi quis introierit ſaluabitur. Quarto In

Marginal notes: Luc. 1. — Eſa. 49 — Pſalm. 2. — Pſalm. 129 — Ioan. 5. — Heb. 9.

quem finem ſaluat? In vitam æter-
nam, nihil minus preſtat, nihil minus
ex cõpetendũ eſt, Ideo dedit illũ pa-
Ioan.3. ter, vt qui credit in illum, non pereat,
ſed habeat vitam æternã. Non terra
Chanaam, non paleſtina, non montes
Heb.9. Moab; ſed terra viuentium vnica eſt
merces laborum Chriſti. Vt repro-
miſsionem accipiat, qui vocati ſunt
æternæ hæreditatis. Hæc omnia la-
tent in vno nomine Ieſu.

Secunda concluſio. Credo in Ie-
ſum Chriſtum. Chriſtus nomen eſt
officij, nomen vnctionis, qua vnge-
bantur, Sacerdotes, & Reges; ſicque
ſignificabantur excellentia munera
quæ illis committebantur. De ex-
Pſal.44. cellenti vnctione Chriſti, Dauid in
Eſa.61. pſalmis dicit. Vnxit te Deus, Deus
tuus præ participibus tuis. Genus
vnctionis expreſsit apud Eſaiam. d.
Spiritus domini ſuper me, eo quod
vnxit me. Menſuram Ioannes. d. vi-
dimus eum, & habitauit in nobis,
verbum caro factum, plenum gratię,
& veritatis. fructum ibidẽ. De pleni-
tudine eius accepimus omnes. Et
Dauid. ſicut vnguentum quod de-
ſcendit à capite in barbam &c. Dici-
tur ergo Chriſtus, quia propheta eſt;
de cuius excellenti prophetia Moy-
ſes. d. Prophetam ſicut me ſuſcitabit
tibi dominus; illum audies. quia ma-
giſter, & ductor populi eſt; cuius
diſcipuli fuerunt omnes prophetæ,
Ioan.13. quibus apud Ioan. dixit. vocatis me
magiſter, & dñe, & benedicitis; ſum
etenim. Dicitur Chriſtus, quia ſacer
dos eſt, de cuius magno ſacerdotio
Pſal.109. Dauid. Tu es ſacerdos in æter-
num &c. Munus eius eſt mediare be
nedicere; offerre dona peccatis mũ-
di, donũ donorũ eſt ipſemet, dum ſe
ſe tradit; in holocauſtum; nil me-
lius, aut charius habet ſe ipſo; ſacer-
dos eſt, & victima. Dicitur Chriſtus,
quia Rex eſt de quo Gabriel ad vir-
ginem. Dabit ei dominus ſedem. Da Luc.1.
uid patris eius; & regnabit in domo
Iacob, regni eius nõ erit finis. Sic illi
æterna ſunt omnia. Titulus etiã cru-
cis declarat eum regem Iudæorum
ideſt credentium, & confitentium.
vt Rex dat leges, ſecundum eas iudi-
cat, retribuens bonis, & malis ſecun-
dum merita; dat etiam ſpiritum, & vi
res ad obſeruandam legem, in quo
proprie Redemptor eſt, quia litte-
ra occidit, ſpiritus eſt qui viuificat.
Regnum hoc non debetur ſangui-
ni, ſed virtuti, incipit in terra per
gratiam; terminatur in cœlo per glo
riam. Tanto autem verius eſt Chri-
ſtus Propheta, ſacerdos, & Rex, quòd
& prophetas facit, & inſpirat; ſacer-
dotes inſtituit, & autenticat; Reges
euehit, regit eccleſiam ſuam tuetur
ab hoſtium impetu, & inſidijs, vè-
re ergo Chriſtum credimus, & fa-
temur.

Tertia concluſio. Credo In Ieſum
Chriſtum Filium eius. filiatio iſta
Chriſti duo facit. Primo diſtinguit
ipſum à patre, à quo gignitur; nihil
enim gignit ſeipſum. Cũ ergo pater
generet, filius generetur; neceſſe eſt
vnũ diſtingui ab alio. Deinde indicat
vnitatem naturæ; pater enim & filius
communicant in natura; cum-
que vna tantum, & indiuidua ſit Dei
natura, aut oportuit patrem ſe priua
re Deitatẽ, dum eam filio tradidit;
aut eandem omnino illi communi-
care. Non enim poſſunt duę eſſe Dei
tates. Conuenit autem munus hoc
redimendi, & mediandi filio delega
ri, tum quia pater mitti non pote-
rat. Tum quia verbo creati fuerant
cœli, verbo erant recreandi. Tum
quia ſolus filius in diuinis naſcitur,

&

& naſcibilis eſt. Tum quia, ex ſui natura mediat in ſanctiſsima trinitate; opus autem redemptionis, opus eſt mediatoris, quare non niſi medio competebat.

Quarta concluſio. Credo In Filiũ eius Vnicũ. Si conſideres Chriſtum Deum in ſua æternitate; certe vnicus eſt patris filius, nec alios poteſt habere fratres; nam euacuat totam ſe cunditatem paternæ mentis, cum ſit verbum infinitum, illi adæquatum. Adde quòd ita eſſe vnius huius filij eſt neceſſarium ſimpliciter; quòd vel hunc non eſſe, vel cum eo eſſe alium eſt ſimpliciter impoſsibile. Vt etiam Chriſtus in tempore eſt, Deus homo factus, vnicus eſt, tametſi duas in ſe capiat naturas, vna tamen perſona eſt: & nomen filij, eſt nomen perſonæ, qua ratione & beata virgo dicitur Mater Dei, quia perſona illa Deus eſt; cuius verè mater eſt. Vnicus eſt filius coram patre, ſecundum gratiam, nam hic vnus dilectus eſt: in hoc vno cæteros diligit: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de Cœlo: ſic tamen quòd ſecundum adoptionẽ multos habet. Deus filios, credẽtes, & iuſtos omnes: multos habet Chriſtus fratres, ad eãdẽ hereditatis ſpem admiſſos, quã vocat
Rom. 8. eũ Paulus, primogenitum in multis fratribus.

Quinta cõcluſio. Credo in Ieſum Chriſtum filium eius dominum noſtrum. vt Deus, dominus eſt ex maieſtate cum Patre adorandus: Ideo bene addit Nicenum. Deum de Deo lumen de lumine: Deũ verũ, de Deo vero. vt creator, dominus eſt, ex iure factionis. Tui ſunt cęli, inquit Dauid, tua eſt terra: Manus enim tua fecit hæc omnia. Vt homo, dominus eſt ex merito, & precio ſanguinis ſui precioſi, quo emit nos, & redemit: quare vrget Apoſtolus: Non eſtis veſtri; Empti eſtis precio magno. Mortuus eſt, & reſurrexit, vt mortuorũ, & viuorum dominetur. Ideo ad Apoſtolos, vtcunq; forma, & officio ſeruus ex amore, & humi-
litate effectus eſſet, dixit. Vocatis me Ioan. 13.
Magiſter, & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Ex his facile inferre poſſumus; ſi vere agnoſcimus, & confitemur Chriſtũ dominũ: vere, & agnoſcimus nos illius eſſe mancipia: Meminiſſe etiam poſſumus, quomodo à principio ſeruitutẽ hanc profeſsi ſumus renunciantes Satanæ, & operibus eius, Mundo, & operibus eius. Et tamen eheu vide cui viuas, cuius voluntatem impleas, cuius te ſeruum re ipſa exhibeas: Si dominus eſt Deus, inquit Elias, ſequimini illum: Ita ſcriptum eſt, dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: Amen.

HOMILIA SEXTA
CONTINENS
Articulum tertium.

Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, Natus ex Maria virgine.

DVM ſeſe nobis reuelabat diuina Maieſtas, vel ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, proprietatesque Dei Patris, & Dei filij: vel per opera teſtantia omnipotentiam creatoris, vt erant omnia ſua natura ſublimia; ita frequenter mentem noſtram nõ modo repleuerunt, ſed fere confuderunt, & in ſtuporem rapuerunt. At erat regula ſæpius repetita: qui poteſt capere, capiat; qui non poteſt capere,

capere, humiliter colat, & adoret.
Nunc tandem omnia ſeſe demit-
tunt, quando & reuelatio deſcendit
à Maieſtate, ad charitatem Dei no-
bis explicandam. qua charitate decre
tum eſt, vt homo redimeretur; & per
illum vnicũ Dei filium ſic redimere
tur, quod iſti deſcendendum eſſet è
cœlis: Non mirum ſi & ipſa noſtra
contemplatio deſcendet, diſtabit
que à ſuperiorum ſublimitate, quan
tum diſtant cœli à terra. Pro hac aũt
Dei erga nos charitate guſtanda,
duo hic potiſsimum ſunt contem-
planda, primum eſt, amabile illud
decretum, quo ſtatuit ſanctiſsima
trinitas hominem redimere è tene-
bris illis, & vmbra mortis, &c. cuius
nulla poteſt reddi ratio, niſi opti-
ma natura diuinæ charitatis. Secun
dum eſt modus, quo eiuſmodi redẽ
ptio decreta eſt, nempe per deſcen
ſum è cœlo eiuſdẽ vnigeniti filij Dei
in quẽ, tanquã in Deum, & dñm cre
debamus. De hoc deſcenſu, vſque ad
aſcenſum, & reditum, tractat Symbo
lum per Articulos quinque conſe
quentes, quorum primus, in ordine
Symboli tertius, explicat nobis in-
greſſum filij Dei in hunc mundum,
hoc modo.

Qui Conceptus eſt de Spiritu
Sancto. Pro cuius expoſitione, qua-
tuor ſunt meditanda. Primò, quid fa
ctum eſt in hoc negocio. Secundò,
qua virtute factũ. Tertiò, quo modo
Quartò propter quid, & in quem fi
nem. De primò, dixerunt paſtores
ad inuicem. Videamus verbum, quod
factum eſt quid ergo? Explicat.
Ioann. 1. Io, verbum caro factum eſt. Ineffecti
bile factũ: eſt æternum incipit eſſe:
immenſum cõcluditur: Deus homo
factus eſt. Qui. ſ. filius Dei vnicus,
dominus noſter, Tanta eſt Redẽpto
ris perſona. Cõceptus eſt. veramque
humanitatem ſibi aſſumpſit in vnita
ta perſonæ, ſalua vtraque natura, &
vtriuſque proprietate: vnde mirabilis
illa operum, & verborum Chriſti,
modo Deum, modo hominem reſe
rentiũ. De ſecũdo, qua virtute factũ
eſt? ſi de vera efficiẽtia loquimur: Vir-
tute altiſsimi obũbrãtis id eſt totius
ſanctiſsimæ Trinitatis, cuius opera
omnia ad extra ſunt indiuiſa. Si de
delegante, deque principio, & fonte
omnium, quæ ſunt in Deitate: Vir-
tute patris, quem pater ſanctifica-
uit, & miſit in mundũ. Si de exequen
te. Virtus eſt ſpiritus ſancti cui ideo
opus hoc attribuit, quia opus eſt bo
nitatis, & miſericordię diuinę, de qua
Zaccharias ĩ cãtico. Per viſcera miſe
ricordiæ Dei noſtri &c. Cum autem
bonitas attribuatur Spiritui ſancto,
merito & illi adſcribitur verbi con-
ceptio: Ita Gabriel ad virginem. Spiri
tus ſanctus ſuperueniet in te: hic
enim virtus iſta ſupplet omnem
actiuitatem. Vere autem oportuit è
ſpiritu ſancto concipi ſemen illud,
in quo mundus erat ſanctificandus.
Si de cauſa materiali. Ex Maria vir-
gine, ex puriſsimis eius ſanguinibus
formatũ eſt Chriſti corpus, vt olim
ſol ex nube illa lucida. Si de cau-
ſa ſuſcipiente, & aſſumente. Aſſu
mens eſt perſona verbi ad quam im
mediate terminatur tota iſta actio,
qua humanitas aſſumitur, in hypo-
ſtaſim verbi. De Tertiò quo modo?
Eſt hic aliquid ſecundum naturam:
quòd è ſanguine matris cõcipitur,
& formatur filij corpus: quòd p mẽ
ſes nouem fertur in ventre matris:
quòd tandem paritur infans, & par
uulus. hæc omnia ſecundum natu-
rã. Supra naturam autem concurrũt
multa. Quòd corpus ſtatim forma-

tur,

tur,& organizatur, quamprimũ virgo conſentit.d. Ecce ancilla Domini,fiat. Quòd anima ſtatim infundit,& vnitur corpori ſeparabiliter ; ita quòd humanitas iſta verè eſt mortalis. Quòd corpori, & animæ ſtatim vnitur deitas, ab vtraque parte inſeparabilis. Quòd animæ vnitur ſecundum gratiam ſupremam poſſibilem creaturæ,cum omni virtute & perfectione poſsibili. Quod animæ etiam in parte ſuperiori vnitur ſecundum gloriam,ita quòd verè comprehẽdit Deitatem, & fruitur obiecto beatifico. De Quarto. Cur factũ eſt, in quẽ finem? Reſpondet Synodus Conſtãtinopolitana: Propter nos homines, & propter noſtram ſalutem. Deſcendit, vt aſcendamus, factus homo,vt nos conſtituat filios Dei.

Natus ex Maria Virgine. Myſterium valde iucundum eſt Chriſti natiuitas, de qua Angelus ad Paſtores; Euangelizo vobis gaudium magnũ. Et Dauid. Exultabunt omnia ligna ſiluarum à facie Domini, quoniam venit. Actio plena eſt miraculis. Miracula in filio paruulo, quòd primus eſt,& nouiſſimus; comprehenſor eſt & viator. Mortalis, & immortalis. Beatus,& patibilis. Miraculum in eo amoris eſt, quo impeditur animæ gloria,ne infleat in corpus: & Deitatis gloria,ne in totam animam. Miracula ſunt in matre, quòd mater eſt, & virgo; quòd ſine dolore parit: & virgo eſt corpore,& anima, ideſt ab omni macula immunis & prӕſeruata Ita olim velum Gedeonis, Rubus Moyſis; porta Ezechielis: Virga Aaron &c. Miracula ſunt in cœlo, ſtellæ, ſoles, Angeli canẽtes. Miracula ſunt in terris. Fons olei, vineæ Engadi florentes: Magi adorãtes &c. Natiuitas hæc conſtituit nouum ſeculum, cuius pater,& princeps eſt Meſſias, in quo ſeculũ Adami terminatur: illud culpæ, hoc gratiæ: illud iræ, hoc pacis illud caliginis, hoc lucis: illud mortis hoc vitæ. Mater illius Eua, Mater huius Maria; illa conſenſit Satanæ: hæc Dei legato. Illa mater inobedientiæ; & culpæ: Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ. Illa in culpa concepit, in dolore peperit: Maria ſine culpa, & ſine dolore vtrũq; fecit. Sic igitur læti recipimus venientem Meſſiã ad nos, Naſcentẽ inter nos, & ex nobis Dei filium. Atq; hic primum, ſi rectè credimus,& ſapimus, gratias ingẽtes agimus Patri danti; ſpiritui ſancto obumbrãti,& exequenti; filio veniẽti,& ſuſcipienti. Deinde tanquam ex fonte,& domino virtutũ, imbuimus animam noſtram virtutibus præſtantiſsimis, quæ vbiq; in hoc præſepio collucent. Humilitate, qua nulla maior, vbi Deus homo fit, verbum caro Summus imus. Patiẽtia, vbi dominus omnium eget omnibus, pauculis pãnis inuoluitur,& reclinatur in præſẽpio, quia non eſt ei locus in diuerſorio; & patitur bono animo. fide, vbi Dei verbum docet ſcientiam, & in tetris viſus viam diſciplinæ tradit in monte ſancto Syon, via, veritas, & vita. Spe vbi agnoſcimus in eo os noſtrum, & carnem noſtram, & ea obijcimus Deo Patri dicentes. Si peccata mea me prohibent, ſubſtãtia mea requirit Charitate in primis; nam filius eſt paruulus hic diuini amoris; in nobis quoq;, ſi admittimus vt debemus, ex amore cõcipitur, & naſcitur; quia amor illum in corde noſtro quaſi nido, incarnat, & idẽ exprimit magna cum illius gloria, & animarum noſtrarum ſalute Deo Gratias.

HOMILIA SEPTIMA CONTINENS Articulum Quartum.

Paſſus ſub pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & ſepultus.

IAM mira alacritate audiuimus, & conteſtati ſumus nimiam illam charitatem, quam Deus Pater, vt mundum, quem per omnipotẽtiam creauerat; per miſericordiam recrearet, miſit filium ſuum in mundum, in ſimilitudinẽ carnis peccati: verè autem in carnem innocentiſſimam, quę ſine vlla labe, ex ſpiritu ſancto concepta eſt, & è matre virgine in hanc lucem edita. Audiuimus ſtupendam illam obedientiam filij; qua vt Patrem iubẽtem glorificaret, & mundum perditum, ſuę fidei commiſſum, inſtauraret, propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, Deſcendit de cęlis, & incarnatus eſt, & homo factus. hucusque de ingreſſu verbi in hunc mundũ. Infert nunc Symbolum in Articulo quarto alia grauiora, quibus narratur nobis, quo modo Dei patris voluntas, & iuſtitia filium ſuum, Redemptorem noſtrũ exercuerit vſque ad egreſſum ex hoc mundo, & habet Articulus particulas quatuor. Præmittendum autem hic; quòd hæc narratio, & reuelatio de exercitijs, & paſſionibus Redemptoris, non modo requirit fidem, vt fructuoſa ſit, ſed & ſenſum percipientem, & concrucifigentem, de quo Paulus. Sentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, Et ipſemet paſſurus, quam patiens, mærens, & pauens, Apoſtolis ſuorum dolorũ teſtibus dixit, ſuſtinete, & vigilate mecum. Duo autem iſta integrant ſtudium illud de quo Paulus ad Chorint. Nihil iudicaui me ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum; vſque ſcilicet ad ſenſum crucis; de quo ipſemet ad Galatas. Chriſto crucifixus ſum.

Phil. 2.

Primò. Paſſus. Duo in paſſionibus Chriſti potiſſimum sũt obſeruãda. Qualitas, ideſt intenſio. Et quantitas, ideſt extenſio. Paſſa eſt tota humanitas Chriſti, & per communicationem naturarum, in eadem perſona vnitarum, ſuo modo paſſa etiam eſt diuinitas, in vtraq; ſcilicet humanitatis parte, corpore, & anima. Paſſa eſt anima intenſiue, dolores inferni, quos culpa noſtra meruerat, & anima in primis, vnde omnis præuaricatio, à mala ſcilicet voluntate ortum habuit. Conati sũt multis verbis Euãgeliſtæ paſſiones animæ Chriſti exprimere: ideo in ingreſſu eius in hortum dicebant. Cœpit pauere, tædere, contriſtari, & mæſtus eſſe. Et ipſe. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, ſola ſcilicet mors poteſt excedere; ſola etiam terminare, quando ſic decretũ eſt. In cruce autem ſumma pœnarum, qua omni ope deſtituta, miſera illa anima, verè dolores, & deſolationes inferni ſentiens conqueſta eſt, & exclamauit. d. Eli, Eli, Lamazabatani. Nunquam ſolita eſt Diuina protectio patientes ſuos derelinquere, quin in Pſal. pollicita eſt, Cum ipſo ſum in tribulatione, ſola Chriſti anima in tam profundo pelago deſtituta eſt, quia ſic humana prę uaricatio merebatur. Paſſa eſt etiam extenſiue, à principio creationis, & infuſionis, vſque ad expirationem: vt enim Chriſti anima sẽper adulta, & virilis fuit, ac ideo dolorum, pudorũ timorũ capax; ita ſemper afflicta eſt, & præſentibus miſerijs, egeſtatibus, exilijs,

exilijs,opprobrijs: & futuræ paſſionis,ac mortis intuitu, cuius optime preſaga erat,& præſcia:in ipſa transfiguratione in mõte ſancto Thabor de exceſſu ſuo tractabat cum Moyſe & Elya;vt etiam in ſumma gloria non eſſet ſine dolore,& paſſione. Paſſus deinde eſt Chriſtus in corpore, intenſiue,vt erat eius complexio delicata,viuax,atque ideo maximè ſenſitiua,& martyrij capax. Extẽſiue, A planta pedis,vſque ad verticem capitis. Extendit paſſiones eius conſideratio temporis, quòd in feſto Paſchatis. loci, quòd in indigniſſimo loco Caluariæ. Sociorum, quòd cum impijs, & ſceleratis reputatus eſt. Tribunalium, quòd ductus à Iudæis ad gentes, ab Anna, ad Caipham;à Caipha ad Pontium Pilatum præſidentem pro Cæſare; ſub quo Pilato (vt ſuam habet hiſtoria lucem, & fidem) paſſus eſt. Genus tandem martyrij de quo ſubijcit Symbolum.

Secundo. Crucifixus. Habet crux Chriſti conditiones ſpeciales, vt ſpeciale, & potiſſimum eſt totius chriſtianæ religionis fundamentum:qua credita, facile creduntur omnia. Prima eſt, quòd coram oculis humanæ ſapientiæ,aut potentiæ, ſupplicium eſt infame, extremæ ignominiæ
Sap. 3. Morte turpiſſima cõdemnemus eũ. Ita meruerat indebitus ille vetiti ligni vſus: ita indebitus ille appetitus honoris. Eritis ſicut Dij.&c. Secunda eſt;quòd coram oculis, & ſpiritu
Deut. 21. Gal. 3. legis. Maledictum eſt crucis lignum, ſic enim lex. Maledictus omnis qui pendet in ligno: ita decebat benedictum, & benedictionis ſemen pro nobis maledici, vt nos à maledictione legis eriperet: ita olim Iſaac ſua detulit ligna,quibus vrẽdus erat principatus eius ſuper humerum eius,ita ſerpens æneus in deſerto ſuſpenſus, & exaltatus in ligno eſt. Tertia eſt, quòd coram oculis Dei patris, Crucis lignum,& ſupplicium decentiſſimum remedium eſt,ad glorificandã Dei ſapientiam,iuſtitiam, & potentiam. Sapientiam, vt per ſtultitiã prædicationis ſaluos faceret credentes. Cor. 1.
quid enim ſtultius audiri à mundo poteſt: quam hominem crucifixum redimere,& ſaluare?iuſtitiã, quæ ſic in cruce, quaſi in æquilibrio, compenſat culpam,& pœnam,vt qui in ligno vicerat, in ligno quoque vinceretur. Potentiam, quæ ſic per infirma.i.per Chriſtum crucifixum,& nouiſsimum virorum,confunderet mũdi fortia, principem mundi eijceret, regnum Satanæ diriperet,& eius omnia ſpolia;triumphans poteſtates, & Col. potẽtatus in ſemetipſo palam. Quarta eſt, quòd coram oculis fidelium, crucis lignum triumphale, glorioſum, & amabiliſsimum eſt. ita delectantur prophetæ in ſalutanda à longe cruce. Mittamus lignum in panẽ eius. Pſal. Foderunt manus meas, & pedes meos &c. Delectantur Apoſtoli,ſummamque gloriam fidei cõſtituunt in prædicãda cruce: ita acerrimus crucis defenſor, & laudator eſt Apoſtolus Andræas. o ſi ſcires crucis myſterium &c. Ita Paulus. mihi abſit gloriari,niſi in cruce &c.ſed quis tandem finis eſt crucifixi?

Tertiò. Mortuus. Huc tandẽ adigit crux Redemptorem mũdi,vt expiret,ac ſpiritũ efflet: His verbis teſtantur Euangeliſtę Chr͞um in cruce vere mortuũ. Expirauit Tradidit ſpiritũ Emiſit ſpiritum. Quibus quidẽ verbis duo profitentur. Primũ exprimere verã Chriſti mortem in cruce, id eſt ſeparationem animæ à corpore, ſi-

re,ſicut, verè occiſus eſt Abel à fratre;verè agnos Paſchalis occiſus, & deuoratus eſt. Ita milites Pilati teſtati ſunt,eum verè expiraſſe, atq; ideo non fregerunt ei, vt cæteris cum eo pendentibus,crura.Deinde exprimere Chriſtum dominum vitæ,& mortis ſuæ,dantem,expirantem,emittentem, tradentem ſpiritum patri, vbi voluit, ita olim dixerat. Non capit prophetam perire extra Hieruſalem. Quando voluit.Hodie,& cras virtutes perficio,tertia die cōſumor.Quo modo voluit. Proculum quod dedit mihi pater, non vis vt bibam illud? Quare ſæpius ventura omnia mala ſua prædixit. filius hominis tradetur gentibus,ad illudendū, & crucifigendum, &c. Præſcius ſui finis iam inſtantis, prius inclinat caput, & ſeſe morti aduentanti accommodat, deinde expirat. Ita olim dicebat. Ego vado.Nunquid,inquiunt,interficiet ſemetipſum? Et hoc non eſt in toto falſum:nam,vt Paulus aſſerit,Dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis.Nemo tollit,inquit ipſe,animam meam à me; ego à me ipſo pono illā. Et cur ponis?Animam pono, inquit, pro ouibus meis. Hoc verò potiſsimum obſeruādum eſt, in tota paſsione Chriſti,ꝙ volens patitur, & moritur;apertum eſt ei latus,vt cor inſpici poſsit plenum amore,& charitate:tm̄ eſt paſsionis meritū,quāta cū charitate paſſus eſt.In hac voluntate,ſanctificati ſumus.Itaq; verè mortuus eſt, & eo genere mortis,quod horribile eſt; aīa verè ſeparata eſt à corpore, vt ex ratione veræ humanitatis,verè ſeparabilis erat:neutra tn̄ pars ſeparata eſt à Deitate,vtranq; concomitāte,&in ſe ſemel aſſumptā perpetuo cōſeruāte. Sic oportuit pati, & mori Chriſtum, qui vita erat,vt morte vitæ ab eo nos liberaremur, qui habet mortis imperium, & ab ipſamet morte.

Quartò.Et ſepultus eſt.Sepultura Chriſti ad duo reſpicit.Primò ad cōfirmandam Chriſti mortem,quando conſtat Pilato, Nicodemo,Ioſepho ſacrum illud cadauer exanime fuiſſe,atque permiſſum eſt tolli, vngi, & ſepeliri.Secundò,ad honorādam reſurrectionem. ob hoc ſepeliri voluit per manus hominum nobilium, ob hoc ī monumēto nouo,nuper exciſo ob hoc ſepulchrū claudi, obſignari, & cuſtodiri. Oīa faciūt ad illuſtrādā reſurrectionem Chriſti mortui, & ſepulti:quare vocat Eſaias ſaxū illud. Sepulchrum glorioſū. Hucuſq; igiť deduxit nos fides, vt credamus Dei filium,ad nos per incarnationem, & natiuitatē ingreſſum,& per crucem, & mortem à nobis egreſſum. Reliquum eſt,vt tantæ rei cauſas numeremus,quæ multæ ad macerandum, & conterendum Dei filium concurrūt. Eſt cauſa demeritoria peccatum;quare teſtatur Paulus peccatores Chriſtum inſemetipſis crucifigere.Ita eccleſia vocat neceſſarium Adæ peccatum. Cauſa inſtrumentalis coniuratio Iudæorum,& gentium,principū, Regum,& populorum de quib⁹ pſal. Pſalm. 2.
Cauſa efficiens,& deliberans,volūtas patris dicētis apud Eſaiā.Ego percuſſi eū.Ita Chriſtus.Non mea, ſed tua voluntas fiat.Vnde potenter arguit Paul⁹. Si ꝓprio filio nō pepercit,ſed pro nobis tradidit illum, quomodo & omnia cū illo nō tradidit?Ob hoc expirās Chriſtus,in eius manus ſpūm emittit,quaſi volētis, & expoſcentis. Cā cooperans,& ſuſcipiēs Chriſtus. Calicem quem dedit mihi pater,non vis,vt bibam illum?Cauſa finalis, eſt Dei gloria.Clarifica nomē tuum. Et mūdi ſalus.Eius liuore ſanati ſumus

At ſalus hæc quid tandẽ continet bo
ni? Primus paſsionis fructus, eſt remiſ
sio culpæ, ob hoc dr̃ expiatio. Secun
dus, liberatio à Satana, & morte æter
na. Ob hoc dr̃ Redẽptio, Terti⁹, Iræ
paternæ placatio. Ob hoc dr̃ ꝓpitia
tio. Quartus. Paradiſi apertio. Ob
hoc dicitur introductio; vt olim per
mortem ſummi ſacerdotis reuoca-
bant exules. ſanguis eius Chriſti fran-
git ob id templi velum. Ita latroni cõ
patienti dixit. Hodie mecum eris in
paradiſo. Quintus. doctrina copioſa,
qua Salomon noſter in ſua cathedra
poſitus, docet innumeras virtutes,
quorum omnium cumulus eſt crux,
velut ſchola humilitatis, patientiæ,
fortitudinis, Sapientiæ, conſtantiæ,
charitatis; Cũ exaltaueritis filiũ hoĩs,
tunc cognoſcetis qa ego ſum. Vos ò
chariſsimi, paſsionis, crucis, & mortis
huius diſcipuli, ſentite in vobis, qđ &
in Chriſto patiẽte; ſuſtinete, & vigila
te; teſtatur enim D. Paulus, quòd ſi
cõpatimur, & conregnabimus; ſi com
morimur, & conuiuemus. Amen.

HOMILIA OCTAVA
CONTINENS
Articulum quintum.

*Deſcendit ad inferos, tertia die re-
ſurrexit à mortuis.*

SIc vndique D. N. Ieſus in
cruce afflictus eſt, vt ve
rè æſtimatus ſit (quod
Eſa.55. præuiderat Eſaias) no-
uiſsimus virorum, per
cuſſus à Deo, humiliat⁹
& derelictus, ſupra inſtabat ira patris
iuſtiſsimè, & ſeueriſsimè, percutiens,
& calicem amarum propinans, vt bi-
beret vſque ad fundum. Infra circum
fremebãt Iudæi gloriantes, & dicẽtes
Euge, Euge, deuorauimus eum. De-
ſcẽdat nunc de cruce. In cruce ipſa ſę
uibat Mors, tanquam in ligno ferali.
Tandem ductus eſt ad interitum, ita
quòd anima verè eſt à corpore ſepara
ta. Sed ò mundi vanitas, nunquid id-
eo perditus eſt Chriſtus? Minime om
nium. Corpus namque honorifice, ꝑ
manus nobiliũ, cõditũ; precioſis vn
guentis Myrrhæ, & Aloes quaſi libris
centum, in monumento nouo repoſi Ioan.19.
tum eſt, vbi foris cuſtoditur à militi-
bus Romanorum; intus veneratur
ab Angelis ita ꝙ vndique obſeruat̃ &
magni ſit à creaturis; ſed & ſecũ hẽt
coniunctam diuinitatem, quæ ſemel
aſſumptam nunquã dimiſit, quæ non
dabit ſanctum ſuum videre corru-
ptionem; hæc de corpore: quid vero
Anima?

Deſcendit Ad inferos. Deſcenſus
hic nobis ex culpa debebatur; nõ. n.
ad deſcenſum, ſed ad aſcenſum, crea
tus eſt homo: culpa inflexit, culpa
deiecit, culpa præcipitauit: quare de-
ſolator, & deſtructor culpę, humanæ
que naturæ inſtaurator meritò deſcẽ
ſum ad inferos in ſe recipit, ſine tñ af
flictione, quia pœnas omnes Chriſti
terminauit in cruce mors. Deſcendit
ergo, vt ꝓ audaci & temerario illo a-
ſcẽſu, tentator obiecit dicens, Eritis
ſicut dij, ſatis faceret. Quò deſcẽdit?
ad inferos. Noĩe Inferni in ſacra ſcri-
ptura intelligimus quæcunque loca
ſub terris ſunt, quæ deputata ſunt ad
exercendam Dei iuſtitiam & ſunt in
ſumma quatuor. Infernus dãnatorũ
vbi nulla eſt redẽptio, nulla ſpes vitæ
ſed ſempiternus horror &c. Purgato
riũ, vbi ſi quid diluendum eſt, tꝑali
paſsione purgatur. limbus puerorum
vbi qui pereunt ſine baptiſmo ante-
quã adoleſcant, perpetuis opprimun

dicit Petr'. Solutis doloribus inferni reſurrexit.i.à vera morte,ad verã vitã reuocatus eſt. Hic autem quinque ſunt declaranda.

Primò Qua virtute ſurrexit? Suamet deitate, q̃ in ſe retinẽs corpus,& animam,ſumma facilitate potuit reunire partes ſeſe maxime diligentes, atque ideo deſiderantes: Ita Paulus ad Cor. Viuit ex virtute Dei. Ita Pſa.
2.Corin.13. Saluauit ſibi dextera eius. ita de anima ſua dicebat ipſe. Poteſtatem ha-
Pſalm. 97.
Ioan.20. beo ponendi,& iterum ſumendi eam Et de tẽplo corporis ſui, vt expoſuit
Ioan. 2. Io. Soluite,& ego in triduo excitabo illud. Ob id ſemper cum viuens meminit in diebus carnis ſuæ,de paſsionibus ſuis, qua mentione declarabat charitatem ſuam paratam ad patiendum; addebat & reſurrectionis prognoſticationem, qua maieſtatẽ aperiebat, Rogatus ergo ad dandum ſignum virtutis. Signum Ionæ, velut
Matth. 12. maieſtati ſuæ proprium,& ſupremũ, adduxit: quod quidem ſignum ſignorum vocat D. Auguſtinus: Et Paulus
Rom.1. declaratum dicit Dei filium,ex reſurrectione.fides chriſtianorum,inquit Auguſtinus, reſurrectio Chriſti eſt, hoc pro magno habemus.

Secundò. In quod genus vitæ re-
Rom. 6. ſurrexit? immortalis. Mors illi vltra
Col.1. non dominabitur. Et ex hoc vocat
1.Cor.15. eum D. Paulus. Primogenitum. Et ad Corint. Primitias dormientium: Cæteri enim hactenus ſuſcitati à Prophetis,& ab ipſo Prophetarum domino, vitam adhuc mortalem receperunt. Chriſtus primus eſt inter mortuos liber; ſuſcitauit enim ſeipſum de uicta morte; quare in eum amplius ſæuire non poteſt.

Tertiò. Quando reſurrexit? Tertia die. Ita Oſeas. viuificabit poſt biduum. Ita Ionas è ventre Ceti. Non ante tertiam diem,vt vera mors ſtatueretur, & probaretur. Non poſt, vt Deitatis, humanitatis, animæ, & corporis communia deſideria ſine cauſa non fruſtarentur: optab ant enim omnes reuniri corpus ad animam iuſtiſsimam; animam ad corpus innocentiſsimum: deitas ad humanitatẽ virtuoſiſsimã, ſimul, & obſequentiſsimã. Hinc eſt quod cũ deberet tribus diebus,& tribus noctibus iacere in corde terræ, iuxta Prophetarum vaticinia,& Ionæ figurã, delegit tres inter omnes omnium ſeculorũ breuiſsimas, ſumpſit etenim vltimum primæ, principium tertiæ, & adiecit ſecundæ, ſicque per ſinecdochen fecit tres dies.

Quartò. Quæ neceſsitas reſurgẽdi? Maxima. Impoſsibile, inq̃t D. Petrus, erat teneri illum; probat ex Pſal. Pſalm.15.
in quo preuiſum, & promiſſum erat ſic. Non derelinques animã meam in inferno, quid de corpore? Nec dabis ſanctum tuũ videre corruptionẽ: In Eſaia triplex fit promiſsio. Prima eſt. De anguſtia,& de iudicio ſub Eſ.53.
latus eſt; generationem eius quis enarrabit? Secũda eſt. Si poſuerit animam pro peccato, videbit ſemen lõgeuum. Tertia eſt. Pro eo quòd laborauit,anima eius videbit, & ſaturabitur. In ſciẽtia ſua iuſtificabit multos. Neceſſe igit̃ erat impleri Patris promiſſa: Eſt.n. Deus verax. Impleri ſcripturas. quare in ſymbolo addit ſynodus Conſtantinopolitana prima: Secundum ſcripturas.

Neceſſe itidẽ fuerat mortẽ, iã morte Chriſti mortuã, vitæ de faucib' ei' ſeipſã explicãti, cedere: quare iraſcuntur Angeli,& ſuccẽſent mulierib' dicẽtes. Quid q̃ritis viuẽtẽ cũ mortuis? Et canit eccleſia. Mors, & vita duello cõflixere mirãdo; dux vitę mortu' regnat

regnat viuus. Ita Petrus magna ratione. Impoſsibile erat teneri illum iam doloribus inferni.

Neceſſe inſuper fuerat, ſuſcitari Chriſtum ad abſoluendum opus humanæ ſalutis, quæ exigebat integrã iuſtificationem peccatorum. Morte igitur Chriſti ſublata ſunt peccata

Rom. 4. traditus eſt, inquit Apoſtolus, propter delicta noſtra. Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Reſurrexit igitur, nouam adeptus vitam ſui quoque corporis myſtici quod eſt eccleſia vitam promouit. Verbi prædicationem per Apoſtolos inſtituit; verbo ſuſcitauit fidem in auditoribus, fide plantauit, & inſtruxit eccleſiam. oportuit ergo Chriſtum, pati, & ita intrare in gloriam ſuam, cui coniuncta eſt mundi vita, & ſalus.

Quinto. Quæ vtilitas reſurrectionis Chriſti? Reſpondet Petrus Regenerauit nos in ſpem viuam: Spes autẽ duplex eſt; vna corporis; alia Animæ noſtræ. Spes corporis firma eſt, quòd ſi Chriſtus ſurrexit, & nos per eius virtutem reſurgemus, cuius membra ſumus. Ita granum mortuum, fructum adfert. Seminatur in infirmitate, reſurget in virtute: Pign' tantæ mutationis eſt Chriſti reſurrectio: atque in hanc ſpẽ dormiunt ſancti, & quieſcunt in Domino dicentes. Scio quòd Redemptor meus olim .ſ. mortuus, viuit. Et ego eiuſdem ſortis particeps, expecto donec veniat immutatio mea Spes Animæ

Eph. 1. melior eſt, quòd iam Deus qui Chriſtum à mortuis reſuſcitauit, & nos cum eo conuiuificauit, & conreſuſcitauit: ſuſtulit enim mortem animæ noſtræ, quod fuerat peccatum; & ſuper intulit vitam, quæ eſt iuſtitia, ſicque iuſsit mortuos ſpũ, ſpũ viuere. Ex hoc arguit D. Paulus. Expurgate vetus fermentum, ſicut eſtis azimi Paſcha noſtrum immmolatus eſt Chriſtus. Tria vero includit hæc animæ reſurrectio. Primum eſt, mortis, id eſt culpæ finis: de hoc Paulus Expurgate vetus fermentum. Et iterum. Mortui eſtis peccato. Secundũ eſt, veræ vitę .i. virtutis, & iuſtitiæ initium: de hoc Paulus. Sitis noua conſperſio. Epulemur in azimis ſinceritatis, & veritatis. Exiſtimate, inquit nos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu. Tertium eſt, Vitæ immortalitas ideſt virtutis perſeuerantia. Chriſtus enim ſic ſuſcitatus eſt, quòd iam nõ moritur mors illi vltra non dominabit. Quòd mortuus eſt pctõ, mortu' eſt ſemel, ꝙ autem viuit, viuit Deo. Merito itaque iubet Apoſtolus nos epulari, gaudere, & Chriſto ſuſcitato colletari, tum ob eius gloriã: tum ob innumera cõmoda noſtra: atque in hac animi lætitia, reſurrectionẽ eius in nobis quoque tanquã in membris capiti ſuo coniunctis, eiuſque vitam participantibus iucunde, & fœliciter exprimere. Signa vero Animę reſuſcitatæ per Chriſtum duo ſubiicit D. Paulus, Quorum primum eſt. Amor, & deſiderium immortalitatis, & veræ vitæ, quæ cœleſtis, & non terrena eſt. Ita inſtat, Si conſurrexiſtis cum Chriſto; quæ ſurſum ſunt, quærite. Quæ deorſum ſunt, Chriſti nõ ſunt. Secundum eſt ſapor, & guſtus vitę cęleſtis, quo guſtu ſancti conuerſantur in cœlis, vtcunque pedibus terram premant. Ita inſtat Paulus, quæ ſurſum ſunt ſapite. Vt enim corporis affectionem, & valetudinem guſtus iudicare ſolet; ita ſi, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta alicui ſapiant, iſque cœleſtium rerum iucũ

di:a-

ditatem intimo mentis ſenſu percipiat; hoc maximo argumento eſſe poteſt, cum qui ita affectus ſit, ad nouam, & ſpiritualem vitam vnà cum Chriſto Ieſu reſurrexiſſe. quod nobis vitæ genus, auctor, & fons omnis vitæ per eius miſericordiam præſtet. Amen.

HOMILIA NONA CONTINENS Articulum Sextum, & Septimum.

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare, viuos, & mortuos.

EXercet nos diuina reuelatio, & fidei lumen promouet ſemper ad maiora, & meliora circa obiectum ſibi D.N. Ieſum Chriſtum. Narrauit ingreſſum in hunc mũdum cum incarnatus, cũ natus eſt, Subiecit egreſſum ex hoc mundo, cũ mortuus eſt, & ſepult': Addidit regreſſum ad nos, cum reſurrexit à mortuis. Complet iam circulum per regreſſum eius ad Patrem vnde exierat, per Aſcenſionem eius in cœlum. Circulum expreſſit ipſe apud Ioann. dicens. Exiui à Patre & veni in mũdum, qui primus eſt ſemicirculus: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, qui alter eſt circulum complens. De hoc itaque ſubijcit Symbolum dicens.

Aſcendit ad cœlos Ad contẽplandam autem Aſcenſionem Chriſti, quaſi ad triumphum eius ſpectandũ, & ad communem lætitiam cœli, & terræ conuocat Dauid, ſic dicens, omnes gentes plaudite manibus, iubilate in voce exultationis. Cur autẽ? Aſcendit Deus in iubilatione. Vt autem capiamus (eo dante), & guſtemus lætitias, & myſteria Aſcenſionis huius; quatuor præcipuè ſunt obſeruanda.

Primò. Quis aſcendit? Reſpondet Paulus. Quis eſt qui aſcẽdit, niſi qui deſcendit? Deſcendit ad nos vnigenitus Dei filius, dominus noſter: ergo & ille aſcendit. Ita Pſalm. Aſcendit Deus in iubilatione. Et verè De' aſcendit, nam quæ aſcendit vera eſt perſona Diuina: non tamen proprie aſcendit ſecundum Diuinitatẽ, quæ ex ſua immenſitate eſſentiali vbique eſt, & ſimul implet omnia. Secundum humanitatem propriè aſcendit Chriſtus: hæc enim verè cæpit eſſe, & nata eſt in terris, & nunc verè tollitur, & exaltatur ſuper cœlos, quo ad locum: in dextris Dei, quoad virtutem.

Secundo. Qua virtute aſcẽdit? Eſt in aſcendente Diuina virtus, quæ poteſt omnia. Sed & humanitas ipſa glorioſa, ex dote ſuæ gloriæ, quæ eſt agilitas, hoc habet, quod anima glorioſa mouere poteſt, quocunq; velit, corpus glorioſum & agile ſibi cõiunctum, & ſubiectum. Poteſt ergo corpus oſtendere, celare, deprimere ſubleuare. quamobrem facile intelligimus duplici ratione, quòd ſuamẽt virtute Chriſtus aſcẽdit. Ita inquiũt Euangeliſtæ. Ferebatur in cœlum. videntibus illis eleuatus eſt: non quidem vt Elyas in curru: nõ ſicut Abachuc, aut Philippus diaconus per aera, ſed ſeipſo eleuatur. Nubes non defert, ſed præeuntem ſequitur, & ſuſcipit eum, non quidem ad cœlos, ſed ab oculis, & ex cõſpectu diſcipulorũ. De hac dotis virtute ſubtiliter, 4.Reg. 2. Dan. 14. Actu. 8.

& acute

Ioann.9. & acute diſputauit apud Ioannẽ ſuper eorum ignauia,& tarditate, qui audientes, quòd carnem ſuam in cibû,& ſanguinem in potum pollicebatur; tanquam de re impoſsibili mirabâtur, & durum ſermonem vocitabant.Si ergo,inquit, videritis filium hominis aſcendentem in cœlum? vbi ex veritate aſcẽſionis ſuæ, firmiter colligit veritatem corporis, & ſanguinis ſui in euchariſtia; vt qui aſſerit Chriſtum ſecundum veritatem corporis ad cœlos aſcendiſſe, quod hæretici temporum noſtrorum procul dubio fatentur omnes; negare nullo modo poſsit, ſecundum eandem,eiuſdem corporis præſentiam, & veritatem, à fidelibus ſumi in ſacramento,tantum ex hoc;quòd corpus glorioſum adhibet,quod regulis naturæ non eſt ſubiectum, ſed gratiæ,& gloriæ.

Pſal.8. Tertio.Quo aſcendit?Ad Cœlos. Ita Dauid:Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Intellige ſuper omnes cœlos, nam & A ſummo cœlo egreſsio eius: regreditur ergo velut perfecto circulo ad locum ſuum nẽpe ad æqualitatem Patris vt Deus, nõ quam modo aſſequatur,e am etenim habuit ab ęterno;ſed quam modo notificat,& mirabilibus argumẽtis reuelat mundo. Vt homo vero aſcendit ad ſummum gloriæ; vocauit D. Stephanus Dextram virtutis Dei.Debetur autem homini Chriſto ſumma iſta gloria, vt correſpondeat ſummæ gratiæ, quam in terris habuit,etiam ſuper angelos omnes, & ſupremo meritorum cumulo,cui nullum aliud ęquari vnquã potuit. Debetur etiam primogeniturę eius prima,& potiſsima regni,& hæreditatis portio;debetur,& capiti eccleſiarum locus ſupereminens membris omnibus.Ita in Pſal. Dixit Dominꝰ Dño meo ſede à dextris meis.

Quarto Qua de.cauſa aſcendit? Ad multa negocia principalia aſcendit Chriſtꝰ, & pp ſe & pp nos:Propter ſe. Primo vt tandem terminet itinerarium ſuũ,quo tot annos peregrinatus eſt.Motus eſt aſcẽſio. Terminus motus eſt glorioſiſsimo Dextera Patris. Secundò; vt accipiat debitum præmium humilitatis ſuæ, quam in Dei regno conſtituit veram, & infallibilem viam aſcendendi.Qui ſe humiliat, inquit,exaltabitur.Ob hoc inquit Paulus.Exaltauit illum Deus,& dedit illi nomẽ, quin exinainuit ſemet ipsũ &c.Tertiò vt ſanctam humanitatem ſuam, & ſuprema gratia,& infinito merito pręſtantem deducat in locum ſuæ virtuti,& fœlicitati competẽtem:ſi enim de Martyribus Chriſti ſeruis dixit Apoſtolus,quibus, dignus non erat mundus. quid de Chriſto Martyrũ dominũ dici poteſt,& debet? Ideo mærẽtibus diſcipulis dixit. Si diligeretis me,gauderetis vtique, quia vado ad patrem. Quarto vt qualitatẽ, & ſublimitatẽ regni ſui declararet, ꝙ non eſt de hoc mundo, ꝙ de ſurſum eſt: quam obrem terras deſpiciens,eleuatꝰ eſt ad cęli regnũ,quod in æternum non diſsipabitur. Propter nos etiam, & multa commoda noſtra Chriſtus caput noſtrum aſcẽdit ad cœlos. Primo vt pro nobis in ſeipſo capite poſſeſsionem regni accipiat. Vado inquit parare vobis locũ Ita teſtatur D.Paulus. Nos quoque cum eo aſcendiſſe, & ſediſſe in cœleſtibus:Secundò,vt tanqua ſacerdos,& aduocatus noſter,ſeſe conſtituat pro nobis coram Dei vultu,& cauſas noſtras cominus tractet. Ita Ioann. Aduocatum habemus apud Pa- Ph l.2.

Patrem. Vtque munus hoc fœlicius, & efficacius obiret, tulit ſecum ſtigmata vulnerum pro Dei gloria, & ſalute noſtra ſuſceptorum, atque ita coram oſtendit, inquit D. Bernardus patri latus, & vulnera. Tertio vt à patre acciperet dona, quæ hoībusſuis daret, Ita Dauid Dedit dona hominibus. Dona illa in primis inuiſibilia, & virtutes, quibus & iuſtificrent, & iuſtitiam exercerent ad meritum. Dona inſuper viſibilia, linguas, propheriam, miracula, quibus eccleſiam ſuā fundare poſſent. Quarto vt ſic ſe ſubtrahens ex oculis, corda potentius & firmius in ſuſceptis iam virtutibus radicaret, ac perficeret ſublato velut impedimento, aſpectu carnis ſuæ, quo detinebantur, ne eo præſente, & cum eis humaniter conuerſante guſtum Deitatis inuiſibilis attingere poſſent. Fidem ergo ſic abiens viuificauit, & auxit, reducens eam in confeſsionem, & cultum Chriſti inuiſibilis, & cœleſtis: cum enim fides ſit argumentum rerum non apparentiū. dum ante os, preſentem habuit Chriſtum, non ita valenter ſeſe exercuit. Spem roborauit, quo præceſsit gloria capitis, eo ſpes vocatur, & corporis. Ita ſpe ſalui facti ſumus. Ita Iacobus teſtatur. Deum elegiſſe pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit diligentibus ſe. Beatam, & generoſam hanc ſpem chriſtianorum miro modo fouet, & confortat Chriſti capitis aſcenſio; ſtat enim eius oratio ſu per hoc oblata patri: Pater, quos dediſti mihi, volo, vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum. Amorem ante omnia accendit, ac purgat ita quòd ex terreno cœleſtem facit. In terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus, verbis, factis mirabilibus, ſimul, & amabilibus auribus, oculiſque hominū ſeſe ingeſsit, vt ſic eorum corda, & animos ad ſe agnoſcendum, & colendum raperet: vbi factus eſt dominus cordium, & amorum, iam ſe ſubleuat ad cœlos, vt ſecum pariter corda, & animos amantium ſuorum ſublimet, atque ita ab eis iam ſubleuatis, & cœleſtibus, fortius, & nobilius diligatur. Vbi enim theſaurus eſt, ibi & cor. Huc tendebat illa admonitio repetita. Expedit vobis, vt ego vadam. Niſi abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ac ſine ſpiritus ſancti donis, ſemper carnales eritis, & de me carnaliter ſentietis. Hæc de Articulo ſexto.

Iaco. 1.

Ioan. 17.

Matt. 9.

Inde Venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. Tria ſunt officia Chriſto ſaluatori à patre potiſsimum delegata. Redemptio, quam in cruce abſoluit. Patrocinium, huic incumbit aſsidue coram patre. Iudicium, de hoc conſequenter tractat Articulus ſeptimus. Sunt autem duo iudicia Chriſti, quæ in primis imminent nobis. Vnum eſt priuatum in morte cuiuſcunque, quæ cum incerta ſit loco tempore, modo, incertū quoque ſic, atque ideo periculoſum reddit iudicium, quod tanti momenti eſt, vt per ſubſequentem rationem futuræ vitæ in quam ſit tranſitus, redigat nos vel ad æternam vitam, vel ad æternam mortem: ſic enim ſcriptum eſt lignum, vbi ceciderit; ibi ſtabit. Aliud generale eſt, & finale totius mundi. De hoc agit articulus, & conſitetur ſe credere, quòd ad tale iudicium Chriſtus iam ſubleuatus in cœlum, venturus eſt; venturus omnino & expectandus iudex, dare vnicuique iuxta opera ſua, ſiue bonum, ſiue malum coram oculis totius mundi. Sic fore teſtatur expreſſe multis in locis

ſacra ſcriptura, nil clarius eſt in prophetis, pſalmis, Iob, nil à Chriſto magis tractatum, aut inculcatũ, verbis, parabolis, longa narratione explicatum, ac velut ob oculos poſitum, cũ illa proteſtatione. vigilate, vigilate, neſcitis diem, neque horam. Sic etiã fore rō ipſa cogit, & qdē multiplex. Prima q̄ multa ignota ſunt pc̄tã: multa ēt aggrauantur poſt mortē, vt per alios male educatos; quorum crimina quottidiana. ſemper aggrauant parentum negligentiam: vt per libros falſam, aut ſcandaloſam doctrinam continentes, ſicque ſemper ad malum incitantes, culpamque auctorum aggrauãtes. ſunt ēt multa bona ignota; multa ēt aucta poſt mortē, p̄ filios b̄n educatos, opera publica laudabiliter facta, libri, xenodochia. & ſimilia, quibus auctorum bona ſemper augentur: horum omnium ſtatus, & menſura, ſuo loco reuelanda eſt; & fiet in iudicio generali. Secunda, vt locum habeat prouidentia Dei, ad integrã iuſtitiam exequendam; vt omnibus ſecundum merita retribuatur. In hoc enim ſeculo mixta ſunt omnia; lilia ſpinis; grana zizanijs; oues hœdis. Dies ille Domini magnus declarabit, & reuelabit omnia: In hoc etiam ſeculo, boni multi premuntur: mali fruũtur bonis, Tunc recipiet vnuſquiſq; prout geſſit in corpore ſuo ſiue bonum, ſiue malum. Tertia, vt corpus quod cum anima partem habuit boni, & mali in hac vita; cum ea ēt reſtitutum & ſuſcitatum recipiat debita præmia. Vt igitur in creatione mundi locum ſuum inſignem habuit Dei Potētia. In Redemptione miſericordia. Ita in iudicio habere omnino debet iuſtitia. Sic itaque firmiter credēdum eſt, Chriſtum dominum ad tale iudicium expediendum infallibiliter venturum. Et hæc fides, vt malos terret, cohibetque à ſceleribus timore æterni ſupplicij: ita bonos incitat ad meliora; recreatque in patientia malorum, quibus exercentur, expectatione æternæ vitæ, & gloriæ, quæ parata eſt diligentibus Deum, & voluntatem eius implentibus.

Quando erit? de hoc duo dixit iudex ipſe venturus Chriſtus. ſi dies, vel hora ſtatuta quæritur. Nemo ſcit, neque Angeli Dei: hæc enim pater poſuit in ſua poteſtate. Si coniecturæ quæruntur, quibus vel citius, vel tardius expectari iudicium poſsit; ad hoc tria ſunt potiſsimum ſigna conſtituta, quæ à Chriſto, & ab Apoſtolo ſuo Paulo ſunt numerata Primum. Vbi Euangelium fuerit prædicatum vniuerſo orbi, ita vt prorſus remaneat inexcuſabilis incredulitas, aut perfidia. Hoc iam iam peractum eſt, in tota longitudine terræ; In tota latitudine Boreali, nemo eſt in his partibus; cuius aures Chriſti nomen, & verbum non percuſſerit. Secundum vbi venerit defectio, vel diſceſsio. Et hoc vicinum eſt; facile enim videre eſt, ad quantulas reliquias in toto oriente prorſus extincta, in occidente tot partibus infatuata veritas catholica, & orthodoxa redacta ſit; quam latum campum, ciuitates integras, p̄uincias, regna pro veritate vanitas obtinuerit. Tertium Reuelatio Antichriſti, quem hominem peccati vocat Apoſtolus, in peccatis & ad peccata natum. Hoc poſtremum remanet explorandum: interim innumeros patimur eius præcurſores veritatem adulterantes.

Matt. 24.

2. Theſ. 2.

2. Theſ. 2.

Per quem fiet? Per Chriſtũ hominem. Ita dicit. Cum venerit filius hōminis in maieſtate ſua. Et apud Io. Matt. 25.

Pote-

Poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt. Nimirum decuit hominem, & iuſtum illum propter Dei gloriam, & ſalutem mundi maceratum, conſtitui iudicem viuorum, & mortuorum, & ita qui olim fuerat ſine culpa iudicatus, omnium iudicet culpas. Decuit, & illum, qui ob Dei gloriam humiliatus fuerat, & confuſus coram oculis totius mūdi, coram eodem ſummum ius, ſummamque gloriam obtinere.

Qua forma, aut ratione iudicabit? deduxit Chriſtus formam totius iudicij ſui futuri ad tria puncta. Primū, quod congregabuntur ante eum omnes gentes. Vbi? In valle (dixit olim Malachias) Ioſaphat, quæ interpretatur iudicium dñi, quod vno verbulo explicuit Chriſtus dicēs. Corā eo. Sat eſt vt ſciat reus, ſe corā domino ſtatuendum. Secundum, quod ſeparabuntur ab inuicem, ſicut oues ab hædis: ſeparatores erunt Angeli, qui colligent ex granis zizania. Tertium quod ſentētia proferetur, à dextris, & à ſiniſtris, in bonos, & malos, tria complectens. Primum eſt bonū, & malum; benedictio, & maledictio; acceptatio & reiectio iuxta menſurā adhibitæ, vel præteritæ charitatis. Secundum eſt æternitas in vtroque, ſiue bono, ſiue malo: ſic enim in illo ſeculo ſunt omnia immutabilia; ſic humanæ voluntati perenniter confirmatę vel in bono, vel in malo, cōueniet perēnis quoque, & immutabilis retributio, vel gloriæ, vel gehennæ. Tertium eſt, ſocietas bonorum Angelorum bonis, malorum Dæmonum malis: quæ certe ſocietas non parum addet aut cōſolationis in cœlo: aut afflictionis in inferno.

Ex his creditis, & frequenter conſideratis, animus neceſſario commouetur, vel ad ſpem in bono, quando paruulæ huic charitati, tam ingens parata eſt in Dei regno bonorū, & quidem æternorum copia. Vel ad timorem in malo, quando ſic iuſtiſſimo iudici, & inflexibili, cuius iuſtitia eſt cingulum renum, de omnibus reddenda eſt ratio. Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

Hæc de tota Chriſti perſona, Deitate ſ. & humanitate. Det nobis Diuina gratia, vt ſicut ille omnia propter nos, & noſtram ſalutem in ſe diſpoſuit; ita ſecundum eius optimam mentem ſuccedant. Amen.

HOMILIA DECIMA

CONTINENS

Articulum octauum, & nonum.

Credo in ſpiritum Sanctum. Sanctam eccleſiam catholicam.

SEntit ſpiritus noſter ſe valde inæqualem ſæpius immutari, tum in parte cognitiuæ, quæ illuminat, & eleuatur ad nouas rerū etiam ſupernarum cognitione: tum in parte affectiua, quæ tangitur, & afficitur ad nouos amores rerum etiam inuiſibilium, & æternarum, vt ſibi videatur renaſci, & nouam accipere vitam. Scit nouitatem hanc non ineſſe ſibi à natura, quando ſic ſupra naturam extollitur; ſcit ſe non poſſe à ſeipſa ſic duci, & affici. Non eſt hominis via eius. Scit etiam non poſſe motus hos intimos ineſſe ſibi ab Angelo, Dæmone,

communi vocabulo ſpiritus, vſi ſumus, quia intimus eſt: quia vitalis,& viuificans,ſine cuius afflatu nihil nos vita dignum efficere poſſumus. Scimus ergo quòd voluntas Diuina neceſſario amat Deitatem ſumme bonam amore infinito; & amorem illũ ſpirat:& amor ſpũs nõ eſt accidẽtalis aut extra naturam eius & non eſt idẽ cum ſpirante, & producente; neceſſario igitur diſtinguitur à patre, & filio, quorum communis, & vna eadem eſt voluntas, qua ſpiratur: hanc dicimus eſſe tertiam perſonam in ſanctiſsima trinitate, & vocamus ſpiritum ſanctum.

Tertia. Spiritus ſanctus procedit eadem proceſsione ſimul à patre, & filio; quare & cum vtroque ſimul adoratur. Hoc perfide, & contrá ſua ipſorum iuramenta præſtita in Concilio Florentino, negant Græci.Ratio cõuincit, cum enim voluntas, qua amor, & ſpiritus iſte ſpiratur,ſit vna patris,& filij,cui à patre,& cum tota eſſentia, & omnibus communicata,eſt:quomodo põt à patre, & non à filio ſpirari?Nũquid in filio
Ioan.15 ocioſa eſſe poteſt? Hinc eſt quòd in ſcripturis ſanctis modo ſpirit' patris
Ioan.14. modo filij nuncupatur, quia vtriuſ-
Ioan.16. que eſt. Ita Dominus in cœna. Paraclitus, quem ego mittam vobis
Rom.8. ſpiritum veritatis, qui à patre procedit'. Et alibi de patre. quem mittet pater in nomine meo. Ille me clari-
Gal.4. ficabit,quia de meo accipiet. D.Paulus, qui ſpiritum Chriſti non habet,
act.10. hic non eſt eius. Et ad Gal. Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem Abba pater. Et apud Matthæum ſpiritus patris appellatur. Non eſtis vos qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri.

Quarta. Omnia opera Diuinę bonitatis erga nos præſtitæ attribuuntur ſpiritui ſancto, quia illi appropriatè tribuitur bonitas in diuinis. Verè, & realiter ſunt à tota trinitate ſanctiſsima, ſed attribuuntur Spiritui ſancto. Opera vero eiuſmodi ſunt quæcunque pertinent ad eſſe, vitam, profectum, & fœlicitatem creaturarum.Iuſtificatio, gratificatio, gratia gratis data linguæ,prophetiæ, miracula;Gratia gratificans,fides,ſpes, ante omnia charitas donum eſt ſpiritui ſancto ſic proprium, quòd nunquam eſt ſine illo, quia proprie ſpiritus ſanctus eſt charitas increata, Eſa.11.
& amor; non mirum ſi amorem etiam creatum infallibiliter ſequitur.Septem dona, de quibus Eſaias, ſunt opera notabilia ſpiritus ſancti, quibus creaturam perficit: & deducit in montem ſanctum Domini,vbi domus, & cathedra ſapientiæ, per timorem, pietatem, ſciẽtiam &c. Summum, & pręcipuũ ſpiritus ſancti opus eſt inſtitutio,ſanctificatio eccleſiæ de quo cõſequẽter per Articulos quatuor Symbolum noſtrum tractat. Nonus ergo in ordine totius ſymboli eſt.

Credo Sanctam Eccleſiam, Articulus hic fundamentalis eſt, tanti momenti, vt vnus hic poſsit ſufficere: nam & alias omnes virtutes continet: & oẽs ſecuros reddit ab hæreſi. Qui aliud neſcit credere; credat ad minus ſanctam eccleſiam catholicã, & eius in omnibus mandata ſequatur.Eccleſiæ vero nomen,& vox,hoc loco ſignificat,vt inquit D. Auguſtinus, Populum fidelem per vniuerſum orbem diſperſum.Cæteræ ſignificationes eccleſiæ,quæ multæ ſunt, non pertinent ad articulum hunc.Tã latum igitur, & amplum eſt eccleſiæ nomen, quòd fideles quoſcun-

que comprehendit omnium tempo rum ſiue præteritos, ſiue præſentes omnium graduum, ſiue maiorum, ſiue minorum; omnium locorum, ſiue in terris, ſiue in cœlis ſint: omnes ad Chriſti eccleſiam pertinent. Sunt autem eccleſiæ partes duæ potiſſimę Alia eſt triumphans in cœlis, quę eſt eccleſia beatorum, qui de hoſtibus triumpharunt, æternaque fœlicitate fruuntur. Alia eſt adhuc militás, quę in terris aſsidue cum hoſte congredi tur, vt in Chriſti nomine vincat, & cum cæteris coronetur. Et hæc mix ta eſt, duo hominum genera conti- nens, bonorum, & improborũ: quo- rum improbi eodem Chriſti nomi- ne, eiſdem quoque ſacramentis vtun tur, eandem quoque fidem profiten tur, quam boni; vita tamen, ac mori- bus diſsimiles: boni verò ij dicuntur, qui non ſolum fidei profeſsione, & communione ſacramentorum, ſed etiam ſpiritu gratiæ, & charitatis vin culo inter ſe coniuncti, & colligati
2.Tim.2. ſunt, de quibus dixit Apoſtolus. No- uit Dominus, qui ſunt eius. Mixturá
Matth.13. eiuſmodi multis parabolis expreſſit Dominus; zizaniorum, quę inimicus ſuperſeminat. Piſcium ex omni gene
Matth.25. re congregatorum. Virginum, qua- rum aliæ prudentes, aliæ fatuæ. Sic mixta fuerat Arca Noæ. Tria tamen
Gen.7. perſonarum genera excludimus ab eccleſia: Infideles, qui nullius ſacra- menti participes ad Chriſtum non pertinent. Hæreticos, & ſciſmaticos, qui ab eccleſia deſciuerunt, qui tamẽ vtcunque transfugæ, ad eccleſiæ po- teſtatem ſic pertinent, quòd ab ea in iudicium vocantur, & puniũtur. Ex- communicatos, quòd eccleſiæ iudi- cio ab ea excluſi, ad illius communio nem non pertinent, donec reſipiſcãt Cæteros omnes vtcunq; improbos, & ſceleratos eccleſia continet. De hac igitur Chriſti eccleſia duo dicit, & credere iubet Symbolũ, quod eſt ſãcta, & quod eſt catholica. Duo alia addit Symbolum patrum, quod eſt vna, & quod eſt Apoſtolica. Ex qui- bus formantur quatuor cõcluſiones totum articulum explicantes.

Prima Eccleſia eſt vna. Vnitatem hanc vt ſuo modo ſcindire poſſint, hæretici, fundãt, vel ſuper Dei verbo vel ſuper capite vno inuiſibili Chri- ſto. At nihil obtinent, quin vt appa- ret, ſuis iſtis vnitatibus, ſeipſos, & ec cleſiam confundunt. Fatemur in ſo- la Chriſti eccleſia, eſſe Dei verbum, rectè interpretatum: fatemur caput eccleſiæ glorioſum, eſſe Chriſtum il lius ſponſum, dicentem. Vna eſt co- lumba mea, vna eſt ſpecioſa mea. Ve- rum ex his nihil minus apud nos in hac rerum mixtura colligitur, quàm Eccleſiæ vnitas. Quòd non ex Dei verbo, patet, ratione, & Eheu miſera bili omnium temporum, & huius no ſtri ſeculi potiſſimum experimento, Ratio eſt vrgentiſſima, quia verbum poſterius eſt eccleſia. Nam per duo millia, & amplius annos ab Adamo, ad Móyſen mundus fuit ſine ſcrip- tura; non tamen ſine eccleſia. poſt Chriſti etiam aſcenſionem ſtetit ec- cleſia per annos octo ſine euangelio ſcripto; quod primum à Matthæo proditum eſt. quomodo ergo po- tuit ex verbo vniri eccleſia? Patet etiam quòd verbum Dei ſcriptum non autenticat ſeipſum, aut probat, aut exponit ſufficienter: ſed euange- lio credimus (vt Auguſtinus) quia id accipimus ab eccleſia: quomodo igitur ex verbo ſcripto vna eſſe po- teſt eccleſia? Petamus ab iſtis, qui in- ter tot ſectas diuiſi ſunt; ſi verbum Dei facit, & ſpecificat eccleſiã, quæ

nam

nam inter vos eſt Chriſti eccleſia,cũ in ſenſu verbi tot ſint,& plura indies fiant inter vos ſchiſmata? Quòd etiã vnitas eccleſiæ non ſit,aut ſaltem nõ appareat nobis à Chriſto capite glorioſo,& inuiſibili,patet, quod ſectæ omnes,vtcunque inter ſe diſcrepantes,profitentur ſe habere Chriſtum, & Chriſti ſpiritu duci.d.Ecce hic,ecce illic eſt Chriſtus.Vnde igitur vnitas? Eſt intrinſeca ex multis, qui vt Paulus ad Ephe. Vnus eſt dominus, vna fides, vnum baptiſma, vna ſpes æternæ vitæ. Eſt extrinſeca ex vnitate capitis viſibilis, quod Chriſtus receſſurus, non ex neceſſitate, ſed ex charitate,vt corpori viſibili caput viſibile accommodaret, reliquit in terris ſui vicarium. Vnum hoc caput Cephas fuit Petrus quotquot in eius cathedra legitimá ſucceſsione fuerunt: quam ex hoc.D.Ciprianus vocat originem vnitatis. Ita D.Hieronimus contra Iouinianum. Vnus, inquit dicitur, vt capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio. Et idem ad Damaſum. Quicunque extra hãc domum agnum comederit, profanus eſt. Optatus, & Mileuitanus de cathedra Romana loquens dixit. In hac ſedit omnium Apoſtolorum caput Petrus,in quo vno,cathedræ vnitas, ab omnibus ſeruaretur, vt iam ſchiſmaticus, & præuaricator eſſet, qui cõtra ſingularem cathedram,alteram collocaret. D. Ambroſius dixit.Si quis obijciat(quod tamen noſtri toties à ſanctis moniti adhuc obijciunt) Eccleſiam vno capite, & ſponſo Chriſto eſſe contentam,prætereà nullum requirere; in promptu reſponſio eſt.vt enim Chriſtum dominum, ſingulorum ſacramẽtorum non ſolum auctorem,ſed etiam intimum præbitorem habemus(nam ipſe eſt qui baptizat, qui abſoluit &c.) & tamen is, homines ſacramentorũ externos miniſtros inſtituit: ſic eccleſiæ, quam ipſe intimo ſpiritu regit, hominem ſuę poteſtatis vicarium,& miniſtrũ præfecit &c. Ex hoc igitur vno Chriſti vicario, & miniſtro viſibili,viſibilis ſumitur eccleſiæ vnitas. Et hinc eſt vna.

Cap. 4.

Secunda.Eccleſia eſt ſancta.Non dicitur ſancta, quod habeat ſolum ſanctos,nam(vt diximus) mixta eſt; ſed triplici ratione.Prima,quòd ſit à principio Deo dicata, per ſacramentum Baptiſmi,ita dicimus etiam vaſa templi, & altaria ſancta: Secunda, quòd ſit corpus Chriſti,ideſt capitis ſancti,& ſanctificantis. Ita gentẽ ſanctam, & ſacerdotale regnum vocat Petrus Apoſtolus, tantum ex hoc, quod eſt corpus ſancti ſanctorum, regis,& ſacerdotis Chriſti. Et qui dicunt ſe ſanctos non eſſe(inquit Auguſtinus)iniuriam capiti faciũt. Tertia,quòd ſit vſu ſacramẽtorum.i. ſanctorum myſteriorũ exercita,quibus diuinam gratiam,& ſanctitatem ſibi cõparat.Ita D.Paulus Corinth.ſanctificatos,& ſanctos appellat. 1.Cor.1.

Tertia eccleſia eſt catholica.ideſt vniuerſalis. Tũ quia colligit omnia loca mundi,vſque ad extrema terræ. Eſa.49. terminos terræ à mari ad mare. Ex Pſalm.2. omni tribu, lingua, & natione quæ Apoc.5. ſub cœlo eſt. Tũ quia colligit omnia Eph.2. tempora,præterita, prę ſentia, futura quotquot in lege naturæ, Moyſis,& gratię agnouerunt,agnoſcũt,& agnituri ſunt viam veritatis. Fecit enim vtraque vnum. Pacem his qui prope, pacem his qui longe. Tum quia colligit omnes ordines,ſtatus,ſexus, Iudæos.græcos, mares, fœminas. Non eſt acceptio perſonarum apud Deum.Gloria,& pax omni operanti bonum.

bonum. Tum quia colligit omnes ſaluandos, vt Archa Noe: cęteri omnes qui in eccleſia non ſunt, pereunt.

Quarta. Eccleſia eſt Apoſtolica. Hoc autē triplici ratione credimus. Primo, quia ſupra Apoſtolos fundata eſt, & ex Apoſtolis originē habuit, & ab ipſis in nos transfuſa. Secundo quia doctrina Apoſtolorum imbuta eſt, quæ ſic in omnem terram ab eis diſſeminata eſt, non recens, non nuper inuenta, ſed illa ipſa, quam Apoſtoli tradiderunt. Tertiò, quia Apoſtolorum ſucceſsione, & perēni miniſterio firmata quibus, hoc ſolo ſenſu Dominus dixit. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Et iterum. vos teſtimonium perhibebitis de me, qui ab initio mecum eſtis. hoc loco agnoſcimus priuilegium Rom. Eccleſiæ, quæ ſola cadentibus reliquis, quas Apoſtoli tenuerunt, etiam Antiochena, quæ Petri fuerat, diuino præſidio firmata perſeuerat. Vna igitur, & ſancta, catholica, & Apoſtolica eſt Chriſti eccleſia, de qua aliquid oculis cernimus, quod fidei non ſubeſt; nempe corpus hoc viſibile, miniſterium, gradus: Aliqua vero ſunt, quæ oculis inuiſibilia credimus. Primò fundationem, quòd à Chriſto eſt inſtituta: Secundò. Regimen, quòd à ſpiritu ſancto regitur, & protegitur. Tertiò, ſpem diuinam, in immortalitatem tendentem. Talē eccleſiam credimus, Diuinum opus; cuius imago fuerat mirabilis illa Arca Noe: Et ciuitas ipſa Hieruſalem. In Deum, patrem, filium, & ſpiritum ſanctum credimus, & credentes Deitatē cultu ſupremo adoramus: In eccleſiā nō credim⁹, ſed eccleſiā, vt hac diuerſa loquēdi ratione, Deus à creaturis diſtinguatur; præclaraque omnia illa bñficia eccleſiæ collata, Diuinæ bonitati accepta referantur. vt de omnibus illi vni ſit gloria. Amen.

HOMILIA VNDECIMA CONTINENS Articulum decimum, & vndecimum.

Sanctorum communionem. Remiſſionem peccatorum.

EST Diuinitas fons bonorum omnium. Eſt vnus, & trinus ille De⁹ nr̄ Deus totius cōſolationis, Pôt oīa Pr̄: Scit oīa filius: operaẗ oīa nobis proficua ſpūs ſanctus Dei amor. Merito itaque colimus, & adoramus. In terris eſt eccleſia ſancta; vna; catholica, & Apoſtolica Dei domus, Tabernaculum, quod fixit Deus, & non homo. In quo creat pater, docet filius, viuificat ſpiritus ſanctus. Qui extra hanc domum manet; vel Dei bona non habet, vel habet, vt canis ad interitum. Sedete enim Hieruſalem inquit Apoſtolis, donec induamini virtute & cætera. Qui vero manet in hac domo, hanc credit, hāc agnoſcit, facile omnia ſperare poteſt. Tum quia in domo Dei eſt, in qua paterfamilias De⁹ eſt; Procurator Chriſtus, executor ſpiritus ſanctus. Tum quia in ea habet exercitia bene merendi, quibus in vinea Domini laboratur ad denarium conſtitutum. Tū quia per conſenſum, & capitis influctis, & membrorum mutuo ſe iuuantium, facile augentur omnia. In hæc virtutis communia exercitia: in hunc etiam capitis, & membrorum conſenſum reſpiciens fides noſtra, addit ad articulum nonum, ſuperius explicatum, quaſi eccleſiæ illius ſanctæ, & ca-

tho-

tholicæ non modicam fœlicitatem.

Ca. 12. Sanctorum Communionem. Myſterium hoc cómunionis in eccleſia Chriſti declarauit D.Paulus,ad Roman.per ſimilitudinem corporis: in qua quidem duo potiſſimũ ſunt notanda. Diuerſitas,& communio. Eſt in corpore diuerſitas, per omnia reſpondens eccleſiæ multiplex. Prima, quod in vno corpore multa,& diuerſa ſunt mẽbra,oculus,pes,manus &c. Ita in eccleſia, Doctores,prophetæ, principes,populi,liberi, ſerui &c.Secunda, ꝙ ea mẽbra inter ſe differũt, ſubſtantia,& qualitate,ſunt nobilia, ſunt obſcura: ſunt ſana, ſunt ægra; ſunt potẽtia,ſunt debilia;ſunt firmiores ſpiritu,ſunt debiliores. Tertia in vſu,quòd non eundẽ actum habent; Alij docent,alij docentur.Alij regũt alij reguntur.Cum hac membrorum diuerſitate,ſtat etiam multiplex communio in corpore,cui & eccleſię cõmunio conformatur.Prima eſt communio finis, qua omnia membra inſeruiunt corpori. Ita & omnia data ſunt in eccleſia,in ędificationem corporis Chriſti. Secunda eſt communio gaudiorum,qua omnia congaudent membra ſine inuidia: Ita exiſtimant omnia bona ſibi communia; ibi ſibi inuicem conſulunt:videt oculus pro toto corpore, quare ſanitas eius,toti corpori placet.Ita in eccleſia ſcit Doctor ꝓ ideotis: Díues habet pro pauperibus &c. Tertia eſt communio capitis Chriſti in omnes pariter influentis, qui ſunt in eccleſia,in qua neque ſeruus,neque liber, ſed omnes vnum in Chriſto.Quarta eſt communio capitis viſibilis œcumenici,qui eſt Rom.Pontifex,vnius ouilis,vnus paſtor. Quinta eſt communio ſacramentorum.per quæ potiſſimum caput influit in membra,& vnitur illis; omnium autem ianua eſt Baptiſma,quod conſequuntur cætera; quamobrem patres in Symbolo communionem hanc ſic expreſſerunt.Confiteor vnum Baptiſma.Arctiſſima verò communio fidelium ea eſt,qua per ſacramentum Euchariſtiæ fiunt vnum cum Chriſto, & inter ſe:quare ſumptio illa,communio dicitur. Sexta eſt communio gratiarum,earum etiam quæ gratis dátur, & non iuſtificant,vt ſcientia,linguæ, miracula; his enim vtitur ſpiritus ſanctus, quandoque etiam in malis hominibus,in conſolationem,& ædificationem totius corporis. Septima eſt communio meritorum, de qua Dauid in pſalm. Particeps ego ſum omnium timentium te:ſic enim colligat charitas omnia Chriſti mẽbra, etiam eorum qui ex hac vita iam deceſſerunt, vt mutuo iuuare ſeinuicẽ poſſint,aut iuuari. Octaua eſt communio affectuum, quòd cupiunt ſe viciſſim iuuare. Volebamus, inquit Paulus, tradere vobis, non ſolum euangelium, ſed & animas noſtras. Et iterum. Omnia vobis impendam; ſed & ipſe ſuperimpendar pro vobis. Erant, inquit Lucas de fidelibus ſui temporis, cor vnum, & anima vna: Octaua & hanc ſequitur communio effectuum.de qua idẽ Lucas dicit.Erant illis omnia communia. Et Paulus. Alter alterius onera portate:ſic & ĩ corpore membra ſeſe mutuo,& affectibus,& effectibus proſequuntur. Ex quibus apparet,quam ſuauis, & amoroſa ſit iſta ſanctorum cõmunio quã nobis ingerit Articulus explanatus, quem ſequitur vndecimus, rem maximam, & ipſam apprime auditui noſtro ſuauem ingerens.

Eph. 4.

Remiſsionem peccatorum. Quanti reſe-

ti referat in Chriſti regno credere remiſſionem peccatorum, docuit ipſe ſuſcitatus à mortuis, qui referēs quaſi fructum potiſsimum laborum ſuorum dixit. Oportuit Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis & prædicari in nomine eius pœnitētiam,& remiſſionem peccatorum: ſine hac nullum eſt regnum Dei, quia nemo eſt qui non peccet, etiam infans vnius diei, & peccatum nullum locum habet in regno Dei, quare eſt remiſsio peccatorum prorſus neceſſaria. De hac igitur ſunt certæ veritates ſic ſtatuēdæ, pro articuli huius intelligentia.

Prima. Eſt in eccleſia remiſsio paccatorum paſsiua, ideſt certa ſpes certuſque modus impetrandi remiſſionem peccatorum omnium, in quā vnam debet peccator afflictam conſcientiam erigere,& reſpirare. Quandocunq; igitur, qualecunque, quantumcunque ſit peccatum (ſola finali impœnitentia excepta) eſt in Chriſti eccleſia remiſsibile. Cum itaque petit propheta. Quis ſcit ſi conuertatur,& ignoſcat Deus? Reſpondet Articulus. Scit Chriſti eccleſia, & firmiter credit.

Secunda. Eſt in eccleſia remiſsio peccatorum actiua. i. poteſtas remittendi peccata. Poteſtas quidem ſuprema, & auctoritatiua in Chriſto capite glorioſo, cuius, & perſona, & poteſtas diuina eſt; diuinoque modo, ideſt ſua virtute,& bonitate, quæ læſa fuerat, remittit offenſam, quod nemo alius poteſt: Ita dicit per prophetam. Ego ſum, qui deleo iniquitates. Ita Paulus. Solus Deus eſt, qui iuſtificat: ſolus condonat noxam; ſolus infundit gratiam. Vt vero placuit ei ex charitate Diuinam ſuā perſonam humanare; ita ex eadem placuit poteſtatem illam Diuinam humanare: i. hominibus ſuis, aliis etc delectis poteſtatem dare, qua vt eius miniſtri peccata remittunt, ex ſpiritu ſancto, & virtute quam illis infundit. d. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt, quare hanc remiſſionem. i. remittendi poteſtatem credimus in eccleſia.

Eſa. 43. Rom. 8.

Tertia. Eſt in eccleſia remiſsio peccatorum, ideſt virtus meritoria, qua coram Dei iuſtitia impetratur efficaciſsime remiſsio culpæ, & pœnæ æternæ, peccatis debitæ. Et eſt meritum paſsionis Chriſti, cuius preencioſiſsimo ſanguini, quaſi agni immaculati, ſic perpetuo annexa eſt remiſſio peccatorū: quòd ſine ſanguine non fit remiſſio; & ſine remiſſione nunquam offertur ſanguis Chriſti. Meritum hoc, fundamentum, & robur eſt omnium meritorum, & ſatisfactionum, quibus diuina iuſtitia propitiatur.

Quarta. Eſt in eccleſia remiſſio peccatorum, ideſt. copia, & certus numerus inſtrumentorum, quibus humanæ infirmitati ſuccurritur. Et hæc ſunt ſacramenta, quæ ex Chriſti virtute, per manus (vt plurimum) ſacerdotum diſpenſata, certam adferunt remiſsionem peccatorum. Ita quòd ſacramentum Baptiſmi, valet ad remiſſionem integram, & totalem culparum omnium; originalis,& actualium, venialium, & mortalium; culparum, & pœnarum omnium; æternarum, & temporalium: quod ſi baptizatus iterum labitur, Sacramentum pœnitentiæ certam adfert pœnitenti remiſſionem culparū omnium, & pœnarum æternarum; cum limitatione diſcreta temporalium. Si bona cum conſcientia ſumūtur cætera; valent ad remiſſionem venia-

venialium, ad augmentum gratię iam
ſuſceptæ vel in Baptiſmo, vel in foro
pœnitentiali.

Quinta. Eſt in eccleſia remiſ-
ſio peccatorum perpetua, reitera-
bilis, vt qui pluries ceciderit, plu-
ries ex Dei miſericordia, & Chri
ſti merito ſurgere à lapſu poſsit.
quòd tamen non eſt intelligendum
de ea remiſsione quæ habetur ex Ba
ptiſmo; ſacramentum etenim illud eſt
prorſus irreiterabile, tum ex myſte
rio, tum ex charactere impreſſo: ſed
de ea quæ per ſecundam tabulam .i.
per pœnitentiæ ſacramentum liberat
à naufragio. Ita dicit per Ezech. quo
tieſcunque ingemuerit peccator: om
nium iniquitatum eius non recorda
bor. Ex his monendus eſt homo pec
cator, vt ex intelligentia, & fide am
pliſsimæ remiſsionis huius, quam in
gerit Articulus. Primò hilaris occur
rat Diuinæ miſæ, cuius effectus eſt re
miſsio; pacē oblatā ſuſcipiat ī cōſciā,
& exultet. Secūdo. Caueat ne hác tan
ta Domini ſui bonitate abutatur, vt
ex ſpe remiſsionis habendæ, labatur
in culpam: hoc enim eſt prodere; &
illudere gratiam Dei, extinguere ſci
licet ſpiritum ſanctum, hac ſpe; quòd
ſuſcitare valeas. Tertiò. caueat ne ex
latitudine remiſsionis, quòd ſcilicet
quacunque hora ingemuerit, promiſ
ſa ſit culpæ remiſsio: differat pœniten
tiam de die in diem. Nam & tempus
incertum eſt, & dilatio periculoſa, &
damnoſa. Quare relinquitur, vt fide-
lis hac ſpe remiſsionis, bono animo
ſurgat à culpa: & oblatam Domini
ſui pacem non ſpernat, quin mira ala-
critate ita ſe illius bonitati accom
modet, vt efficaciter, & gra-
tiam, & gloriam eius con
ſequi poſsit.
Amen.

HOMILIA DVODECIMA CONTINENS

Articulum Duodecimum.

Carnis reſurrectionem vitam æternam.

SVblimia ſunt fidei, &
religionis noſtræ prin-
cipia, prima ipſa rudi-
menta, ad quorum in-
telligentiam, neceſſariū
eſt nobis lumen ſuper-
nū, quo mens humana ſupra ſeipſam
eleuetur. Sed & ſublimia ſunt media,
quæ pertinent ad obediētiam, in qua
fides ſe exercet, ſic vt natura ipſa, &
voluntas ſit immutanda, & quodam
modo expugnanda, vt fructum ferat
in patientia. Stantibus his, vel opus
eſt, ſtructuram hanc, quę vitam Chri
ſtianam complectitur, vanam, & incō
ſultam eſſe; vel ad initia, & media tam
ſublimia, finem quoque præſtantem
omnino ſequi. Sic enim agens, pro-
pter finē agit, & ordinate agens, prius
intendit finem, quam media: ita quòd
nobilitas finis totum opus dignificat,
& operantem exhilarat. De hoc quaſi
de fructu fidei, de fine ſcilicet totius
chriſtianæ vitæ ad excitandos, ſu-
ſtinendos, lætificandos animos
tractat confeſsio noſtra, & in hac to-
tum negocium fidei concludit, tum
vt innuat cætera in hunc reſpicere: tū
vt huius memoriam, & ſenſum perpe
tuum imprimat. Poſtremus igitur fi-
dei Articulus, nobiliſsimum vitę chri
ſtianæ finem his verbis grauiſsimis
explicat. Carnis reſurrectionem. vi-
tam æternam. Nihil minus reſpicit fi
des Chriſtiana, nihil minus in præ-
mium ſuæ ſeruitutis exigit, quam vi-
tam æternam. Ita Petrus, Exultabitis

lætitia inenarrabili reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum veſtrarum. Sed & ad vnum hunc finem inſtituta eſt à principio natura hæc præſtãtiſsima, Dei imago, vt eius capax, ſummum bonũ intelligeret, amaret, frueretur, & in æternum poſsideret. Hic finis laborum Chriſti, & donorũ ſpiritus ſancti, & remiſsionis peccatorũ, vt nihil impediat hominibus Chriſti æternã vitã. Vtq; ſciamus vitam iſtã æternam integram fore, & perfectam etiam in latitudine, ſecundum ſcilicet vtranque hominis partem, corpus, & animam: De ea parte, quæ minus videtur, cuius interitum, & reſolutionem oculis cernimus (nam de anima difficilius dubitatur) conſtanter ſymbobolum aſſerit.

Carnis Reſurrectionem. Per carnẽ. aliàs in ſcripturis ſanctis intelligitur totus homo, vt illud Moy. Omnis caro corruperat viam ſuã. Et Eſa. Omnis caro fœnum hic vero per carnem intellige corp⁹ humanũ; nõ. n. aĩa eget reſurrectione, q̃ neq, moritur, neque conſopitur, vt impie docent Anabaptiſtæ reuocantes ab inferis hæreſim Arabicorum, de quibus Euſebius. l. 6. hiſt. Eccleſiæ. cap. 26. quos teſtatur D. Auguſtinus, li. de hæreſibus. cap. 83. ad prædicationem Origenis reſipuiſſe. De hac itaque carne ideſt humano corpore fides noſtra credit reſurrectionem, quam patres noſtri orthodoxi per diſtinctas veritates ſic explicarunt. Primo. Caro noſtra verè reſurget ex morte in vitam. Secundo. Omnis caro reſurget, quia omnis moritura eſt. Tertio. Caro reſurget eadem in indiuiduo, & ĩtegra. Quartò, omnis caro reſurget in immortalitatem. Quintò caro ſanctorũ. & iuſtorum reſurget in gloriam.

Gen. 6. Eſa. 40.

Prima eſt. Caro noſtra verè reſurget, & reuocabitur à morte in vitam ita quod verè vnietur animæ ſuæ, & erunt hoĩes tot, quot corpora fuerãt. Ita fore docet Articulus, & fides aſſerit. Ex Dei verbo apud Iob. Ezechielem. Danielem in teſtamento veteri. Iob enim dicit ſe in carne ſua cõſpecturum Dominum. Ezechiel narrat reſurrectionẽ multorũ corporũ corã ſe factam, dum in ſpiritu raperetur. Daniel teſtatur, eos qui in puluere dormiunt, euigilaturos. In teſtamẽto nouo. De reſurrectione egregie diſputat D. N. cum Sadducæis. De eadem diſerte agit Paulus in Epiſto. ad Corinthios prima. & ad Theſſalonicenſes. Verbis addita ſunt exempla, quaſi pignora veritatis: qui enim ex mortuis ſuſcitati ſunt ab Elya, Eliſeo Chriſto domino, Apoſtolis, & ſanctis eius, ſatis teſtati ſunt reſurrectionẽ ex mortuis eſſe poſsibilem; quin Paulus vocauit Ieſum reſuſcitatum, primitias eorum, qui dormierant, & pignus futuræ reſurrectionis noſtræ; Si Chriſtus, inquit, reſurrexit, & nos reſurgemus. Addũt quoq; ex naturalibus rationes, & exempla, nõ vt probent rem ex Dei verbo certiſsimam, ſed vt clariorẽ faciãt. Prima eſt. Vnio corporis & animæ eſt naturalis; ergo ſeparatio eſt violẽta: ergo non poteſt eſſe perpetua, Secunda eſt. Habent corpora noſtra magnam partem in bono, & malo, quod facimus, & de quo iudicandi ſumus; ergo & partem habere debent in præmio, vel pœna; ergo ſecundum corpora etiam ſtare oportet omnes nos ante tribunal Chriſti &c. Tertia eſt quã tetigit D. Paulus, Si non eſt reſurrectio, infœliciores ſumus omnib⁹. Certe nõ militat argumentum de anima, quæ etiã ſine corpore beari, & damnari poteſt Ergo de corpore cõcludit, quod hic in

Cap. 19. Cap. 37. Cap. 12. Matt. 22. Cap. 15. Cap. 4. 1. corin. 15.

in multis iuſtis præmiatur. Exempla
quoque id quodam modo ſuadētia.
Cernimus enim quòd Granum non
viuificat in terra, niſi pri' mortuū fue
rit & D. Paulus obiecit. Addidit D.
Gregorius. De ſole & luce occidente
& renaſcente. De arboribus itidem,
& plantis quæ ſingulis annis in hye
me mori; in verè renaſci videntur,
quare hic ſatis perſuaſa eſſe poteſt car
nis reſurrectio.

Secunda eſt. Corpora omnia verè
morientur, & à morte verè excitabunt
eorum etiam qui reſidui erunt in ad
uētu Dñi; ſic.n. patres; præcipuè D,
Hieronimus, & Auguſtinus ſentiunt
quòd morientur, & ſtatim quaſi ex
ſopore in vitam reuocabuntur. Ita ſta
tutum eſt omnibus ſemel mori.

Tertia eſt. Corpora reſurgēt eadē
& integra in partibus oībus; cum
enim reſurrectio iſta ſit Dei opus, ne
ceſſe eſt, vt ſit perfecta, ſicut & de
manu eiuſdē in creatione, facta ſunt
omnia valde bona. Eadem autem, fo
re dixit Iob. Iterum in carne mea vi
debo ſaluatorem meum, quem ego,
& nō alius viſurus ſum, & oculi mei
cōſpecturi ſunt. D. etiā Paulus. Mor
tale hoc induet immortalitatem. Ver
bulum illud hoc, probat idētitatem.
Colligitur etiam ratione, ſi enim cor
pora ſurgunt ad iudicium; iuſte non
fieret, ſi vnū bene, aut male egiſſet in
hac vita; & alia in iudicio, bona, vel
mala reciperent. Integra vero reſur
gēt, ſine vlla imperfectione, ſuperflui
tate carētia; qualiacūq; illa olim natu
ra fecerit; omnia ſupplebit Diuina
hæc reſurrectio; non erit infantia, nō
ſenectus; ſed ætas ipſa Chriſti virilis;
non cæci, aut claudi, apta, & conſona
ac concinna excitabuntur omnia.

Eſa. 25. Quarta eſt. Erunt omnia corpora
Oſe. 13. immortalia; ita Chriſtus præcipitauit
mortē. Ita abſorpta & mortua mors
eſt in victoria; ita deſtructa inimica 1 cor. 15.
mors; q̄ nec mors: nec mortalitas erit Apoc. 2
vltra. Immortalitas autē iſta maximè
ſeruiet Diuinæ iuſtitiæ, ad inferenda
ſcilicet iuſtis īpeccabilib' ꝑpetua bo
na: malis impœnitentibus perpetua
mala, dum quærent mortem, qua ter
minentur ſupplicia, & non inuenièt.

Quinta eſt. Corpora iuſtorum ſur
gent, nō mō immortalia, ſed glorioſa
gloriam aūt iſtā conſtituent quatuor
dotes. Impaſſibilitas, quam vocat
Paulus, incorruptionem. Vox tamen
eſt ſignificantior Impaſſibilitas: nam
& corpora malorum erunt incorru
ptibilia, non tamen impaſſibilia. clari
tas, proueniens à Deitate influente
in animā, ab anima in corpus. Fulge
bunt iuſti ſicut ſol. Pignus huius qua
lecunq; fuit, gloria vult' Moyſis: Am
plius Chriſti transfiguratio in mōte
ſancto. Vocat Paulus gloriam. d. Se
minatur in ignominia, reſurget ī glo
riam. Agilitas, qua corpora ab om
ni onere, & pondere libera, ad omnia
erunt expeditiſsima, quocunq; im
pellat animā pro Dei gloria. Vocat
Paulus, virtutem. d. ſeminatur in in
firmitate, ſurget in virtute. Subtilitas
qua ad imperium animæ poterunt
omnia penetrare, locis omnibus ad
eſſe. Vocat Paulus eſſe ſpirituale. d. Se
minatur animale, ſurget ſpirituale.
Talis omnino erit carnis & corporū
reſurrectio, quam fides chriſtiana præ
dicat, & cōfitetur magna, & certa ſpe.
Ex his ſic creditis, anima fidelis facile
adducitur. Primò, vt Deo ſuſcitatori
ſuo gratias agat. Secundò, vt ſuper
morte charorū, quos intelligit in hac
ſpe quieuiſſe, vt rēdeāt fæliciores, faci
le conſolentur. Tertio vt in omni tri
bulatione vitæ huius momentaneæ,
facile omnia bono animo ferant, quā

do

do reſtat alia vita, quæ vera vita eſt, quam nulla (ſi bene cedat) miſeria inficit, nulla mors ſequitur. Quamobrē poſt explicatā Carnis reſurrectionē addit poſtremum verbum quo ſymbolum claudit in re omnium potiſſima.

Vitam æternam. De vltima hominis fœlicitate loquitur verbis his cōib⁹, & gñalib⁹, quia nō habet, & non ſunt propria, quibus tanta bonorum copia, & amplitudo ſatis exprimi poſsit. Non enim oculus vidit, aut auris audiuit, aut in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus &c. Vitam vocat, quia in hoc mundo, nihil eſt meli⁹, aut ēptabilius vita; omnia poſtponimus vitæ, omnia damus pro vita: Et tamen vita infœlix eſt, mors potius dicenda, quam vita. Quid ſi guſtemus veram vitam, quæ in ipſa vita eſſentiali, & fontali viuitur? Diuinari, expectari, credi, ſperari, optari poteſt, verbis exprimi, aut exemplis formari vt bona nequeunt: quare ad guſtum prouocat fides; & hic haberi nullo modo, aut loco poteſt, niſi in ipſomet vitæ fonte. Pater enim habet vitam in ſemetipſo; extra ipſum haberi non poteſt. Illa autem vera vita eſt, quia ſine morte, quia æterna eſt, & æternam oportet eſſe, vt ſit beata; alioqui timor mortis, aut dubium amittēdæ fœlicitatis, infœlicem faceret. Vitæ autem illius bona ad duo potiſsimum capita à patribus reduci ſolent; vt alia ſint eſſentialia; alia vero acceſſoria. Præmittitur autem excluſio malorum omnium, quæ naturam vllo modo affligere poſsint, aut eius gaudia turbare. Non eſurient, neque ſitient, non vllo egebunt corporis nutrimēto, quando erunt immortalia corpora: Abſterget etiam Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum &c. Bona eſſentialia ſunt viſio, & fruitio ſummi boni, id eſt Dei, quibus deitas ipſa ſeſe immediatè, & non per ſpeciem, aut ſimilitudinem (quid enim eſt quod poſsit ſatis eam repræſentare, cū omnia ſint ab eius perfectione in infinitū diſtantia?) ſed per eſſentiam ipſam ſuā coniungit, & illabitur creaturæ eleuatæ ad tantam boni participationem, per lumen gloriæ, quod ex ipſo lucis fonte ad accommodandam creaturā creatori fœliciter prodit. Summa ergo veritate implet mentē, ſumma bonitate afficit volūtatem; atque ita ſui conſortio deificat, & deiformē facit creaturā ſic ab ipſa Deitate formatā. Ita & manet creatura quod erat, & tñ ſupra ſe in creatoris fœlicitatem extollitur. Vt apud nos ferrum candens induit naturam, & operationes ignis, & tamen remanet ferrum. Narrari ea bona non poſſunt; guſtari poſſunt à longe; viſio per donum, & intelligētiam fidei. Fruitio per motus quoſdam & affectus charitatis inſultat; ſed verius & ſecurius in eorum contemplatione exclamatur. ô quàm magna eſt domus domini, quam ingens locus habitationis eius? Et iterum cum Dauide, Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini. Sunt deinde acceſſoria, vel ornamenta fœlicitatis. Vt eſt viſio beatæ humanitatis Chriſti: Cognitio aliorum beatorum, ac in primis patrum, filiorum, præceptorum, diſcipulorū &c. Cognitio eorum, qui ex numero maiore, & pōdere meritorum, maiorem conſecuti ſunt gloriam, in quibus delectat Deum tāto amplius honorari. Cognitio creaturarum in verbo matutina, & in genere proprio veſpertina, quadam diſtinctione. Cognitio etiam pœnarum, quas dant in-

in-

inferis damnati, in quibus iuuat Diuinam iuſtitiam glorificari, Sunt & aureolæ Martyrum, Doctorum, & virginum; ſunt menſę illæ inſtructiſsimæ bonis omnibus affluentes, quas Dei filius in regno patris diſpoſuit, & parauit dilectis ſuis, vt pro temporali obſequio, recipiant æternum illud miniſterium, quo (vt eſt pollicitus) tranſiens miniſtrabit illis. Ita, inquit Dauid, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et Eſa. ſedebit po-
Cap. 32. pulus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Et hæc tandem eſt vita illa æterna, in quam vt in finem, & in præmium laborum, reſpicit vniuerſa religio, & fides noſtra: ad quam nos creauit omnipotentia patris. Redemit ſapientia filij. Sanctificauit, & aptauit gratia ſpiritus ſancti: vt credentes ſic ſalui ſimus. Nunc dicam cum D. Athanaſio. Hæc eſt fides, quam niſi quiſque tenuerit, firmiterque crediderit, ſaluus eſſe non poterit. Fides hæc ducit nos ad intelligentiam veritatis, & ad obedientiam voluntatis Diuinæ. Det nobis Deus cor docile, & facile, vt per intelligentiam & obedientiam fidei, ad viſionem eius, id eſt ad vitam æternam nobis paratam tandem perducamur. Amen.

Symboli Apoſtolorum finis.

DE SACRAMENTIS IN GENERE

Homilia Prima.

Quæ maximè declarant nobis Diuinã erga nos beneuolentiam: Quæ maxime approximãt, & appropriant nobis Diuinam ipſam gratiam, & naturam: Quæ maxime exercent, & actuant nos in Dei obedientia, illuſtrãt mentem, afficiunt voluntatẽ: Quæ maximè efficiunt, & probant nos iuſtos, & Chriſti ſeruos: Atque adeo quę maximè vtilia, & neceſſaria ſunt, tum vnicuique noſtrum, tum ipſi eccleſiæ vniuerſali; Ea ſunt ſanctiſſima Sacramenta, Diuina hæc, & ſacratiſſima elementa, de quibus in præſentia tractandum eſt. Tractandum autem ſumma diligentia, ſumma & neceſsitate hoc infœlici ſeculo. Primum ad refellẽdas impiorũ blaſphemias, quibus impulſu Satanæ, Sacramenta potiſsimum perſequuntur, & magna ratione id agit Satanas: vt enim nullibi Deus ſeſe dat verius, aut efficacius: Ita nullibi premitur, aut ſternitur magis regnum Satanæ, quam in ſacramẽtis. Deinde ad damnandam, & ſi fieri poteſt, excitandã incuriam, qua & ipſi fideles Diuina hæc ſacramenta, bonorum omnium vaſa, & ſacros theſauros negligunt. Quæ quidem radix fuit omnium malorum noſtrorum, vt de ſolo contemptu Diuinæ Euchariſtię teſtatus eſt Paulus. Ideo, inquit, inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Tantum ex hoc quod indigne ſacra illa ſumitur cœna. Procedunt

dolor, nulla ægritudo: Interim fruimur hac medicina; nam ſtatus gratiæ (vt Tho. ex Dionyſi.) medium quoddam eſt inter veterem legem, & gloriam. quare ſublatis eius ſacramentis, alia data ſunt virtute maiora (vt Tho. ex Auguſtino) vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.

De natura, eſſentia, & ſtatu Sacramentorum.

Quæ ſit natura, vel eſſentia ſacramentorum. Primum patet ex nomine Deinde ex ipſi⁹ rei deſcriptione. Nomen ſacramēti duo infert: Primo ſanctitatem quandam ineſſe, qua & ſacramentum eſt, & (ſi de noſtris eſt ſermo) ſanctos facit. Deinde ſanctitatē
Eph i. eiuſmodi opertam, ac velatā eſſe, ſub
1. Tim. 3. externo, & ſenſibili aliquo elemento. Græci vocant Myſterium, latini vocant ſacrum ſignum. Ita Paulus, Vocauit negocium Chriſti, ſacramentum Diuinæ voluntatis: Item. ſacramentū pietatis. Rem autem ipſam, & ſtatū ſacramentorum, multis modis ſancti patres noſtri deſcripſerunt. Eſt illa in primis communiſsima D. Auguſtini. quòd ſacramentū eſt ſacrę rei ſignū, quæ quidem omnibus omnium temporum, & generum ſacramentis poteſt competere. Fuerunt enim omnia rerum ſacrarum ſigna, quam tamen ſancti Doctores per partes ita conſiderant. Primum exponunt verbum hoc, Signum, quod eſt quaſi genus ſacramentorum, omnia enim ſacramenta ſunt ſigna, non econtra. Rerū itaque aliæ factæ ſunt tantum, vt ſint, qualia ſunt abſoluta; aliæ vt ſint, & ſignificent, quæ ſcilicet (vt D. Augu. declatat) præter id, quod oculis obijciunt, alterius quoque rei ex ſe pariūt cognitionem, quæ autem ſic ſigna ſunt, & ſignificāt aliud, alia ſignificāt ex natura, vt fumus ignem, vt veſtigium animal. Alia ex inſtituto, & hoc vel humano, vt tubarū ſonus, vt vexilla: & tādem quilibet ſenſus ſic hēt vel habere poteſt ſua ſigna; potiſsimū autem verba ſic ſunt ſignificatiua. Vel Diuino inſtituto ſignificant, & huius generis ſunt omnia ſacramenta. Sic tamen quòd inter hæc, Alia fuerunt quæ tantum ſignificabant, & admonebant ex Dei præſcripto, vt Agnus, panis azimus, legis purificationes, & cætera vete. legis ſacramenta. Alia vero quæ ex eodem inſtituto, non modo ſignificant, ſed efficiunt, & pręſtāt id quod ſignificāt: Et talia ſigna ſunt
ſacramenta omnia nouæ legis, de qui Rom. 6.
bus agimus in præſentia. Ita D. Paulus declarat Baptiſmū ſignificare nos ī morte Chriſti baptizatos eſſe, & cō ſepultos cū illo p̄ baptiſmum in morte; ſimulque cum eo reſuſcitatos ideſt peccato mortuos, & iuſtitiæ renouatos, quod non tantum ſignificat, ſed vere efficit in nobis. Itaque ſic intelligendum eſt, quòd Sacramentum eſt ſignum.

Sacræ Rei. Secundum hoc verbū exponunt. Rem ſacram dicimus eam omnem, quæ Dei virtute, Dei verbo, Dei præſentia ſanctificata eſt. Ita ſacratiſsima res eſt Chriſti paſsio. ſacra eſt Dei gratia, & virtus, ſacra eſt vita æterna. Hæc omnia bona Diuina nobis ſignificant ſacra, quare & ratione horum omnium dicuntur, & ſunt ſigna: ſic tamen quod reſpectu paſsionis Chriſti, è qua de latere ſciliCet dormientis fluxerunt, & omnem vim hauſerunt ſunt ſigna rememoratiua tanquā præteriti. Reſpectu æternæ vitæ in quam dirigunt, ſunt ſigna

prognoſtica. Reſpectu gratiæ, & virtutis iuſtificantis, quam ſignificant, & præſtant, ſunt ſigna demõſtratiua, & exhibitiua. Et ob hãc potiſsimum ſignificationem dicuntur ſacræ rei ſigna quòd ſcilicet ſunt elemẽta ſenſibus ſubiecta, quæ ex Dei inſtitutione ſanctitatem & juſtitiam nobis ſignificant, & efficiunt. Et hæc iuſtitia & ſanctitas ſic ſignificata, & collata, dicitur Res ſacramẽti. Præter quam in ſacramento Diuinæ euchariſtiæ, eſt alia nobilior res ſubſiſtẽs, quæ eſt perſona D.N. Ieſu Chriſti, per panẽ ſacrum ſignificata, & exhibita: Cætera omnia vnam tantùm rem habent, Hæc vt patres, & ſacri theologi clarius, & fuſius explicarent, alijs quoq; vſi ſunt ſacramẽtorum deſcriptionibus, plures ipſorum cauſas cõplectentibus, quarum omnium frequentiſsima eſt illa, ex D. etiam Auguſtino deſumpta: Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ. hanc dicebamus eſſe rem ſacram, cuius ſacramentum eſt ſignum demonſtratiuum. Viſibilis. i. ſenſibilis forma. i. ſignum externum ſic inſtitutum: Addidit Magiſter in prima quarti. Vt ipſius ſcilicet gratiæ imaginẽ gerat, & cauſa exiſtát. Noſtri (Sco. in quarto. d. 1. q. 2. artic. 3.) vt omnia complecterentur dixerunt. Eſt ſignũ ſenſibile gratiam Dei, vel effectum Dei (hoc propter euchariſtiam, quæ duplicem gratiam includit, in exiſtẽtem, & ſubſiſtentem) gratuitum ex inſtitutione Diuina efficaciter ſignificans, ad ſalutem viatoris. Et eſt hæc ſacramenti deſcriptio tam magiſtralis, tam copioſa, tam explicita; quod omnes fere ſacramenti cauſas nobis declarat, quod quidem in tertio Articulo petebatur. Quare de his conſequenter agendum eſt.

De cauſis Sacramentorum.

Habent Sacramenta ſuas omnes cauſas ad ipſorum eſſe conſtituendum requiſitas in quolibet genere, intrinſecas. materiam & formam. Et extrinſecas. i. Agẽtem & finem (quas omnes tãgebat Deſcriptio. Eſt in primis ſacramentorum Materia ſenſibilis, elementum ſcilicet externum, vt Aqua, panis, oleum, & vocamus materiam, quia ex ſua natura eſt indeterminatum ad plura ſignificanda, vt Aqua, ablutionem, infrigidationẽ, &c. Eſt forma, & ipſa ſenſibilis quia audibilis, & eſt verbum accedens ad elementum, & determinãs (ideo dicitur forma) ad certum ſignificatum, puta aquam Baptiſmi ad ablutionem animæ, ſicque ex elemento (vt Aug.) faciens ſacramẽtum. i. ſignum certæ cuiuſdam gratiæ. Hoc autem facit præcipue verbũ, quia inter omnia ſigna ſenſibilia, nullum eſt ſignificantius, vel expreſsius verbo. Ideoque nullũ magis aptum ad materiam determinandam quàm verbum. Facit autem (Auguſtinus) non quia dicitur, ſed quia creditur, non ſecundum ſonum verborum; ſed ſecundum ſenſum fidei, quo percipitur. Ex his duo ſequũtur. primum, quòd qualecunque ſit verbum, vel latinum, vel græcum, modo ſenſum retineat eundem; facit in ſacramento eundem effectum. Secũdum, quòd cum duo hæc, materia & forma pertineant ad eſſentiam ſacramenti; eſſentiæ autem rerum ſint ſicut numeri inuariabiles, neceſſe eſt, & partes ipſarum eſſe immutabiles. Certam, ſcilicet & propriam materiã Certamque, & immutabilem] formam ſacramentorum. Ita vt hic maxime dicendum ſit, Apo. vltimo. Si-

quis

Si quis appoſuerit ad hæc, apponet
Deus illi plagas &c. Ita vtrunque teti
Eph. 5. git in ſacramento Baptiſmi. D. Pau-
lus d. Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſe
ipſum tradidit pro ea, vt illam ſancti-
ficaret. Mundans eã lauacro aquę: en
materia: In verbo vitę, en forma: Hęc
de intrinſecis, quæ conſtituũt eſſen-
tiã ſacramenti. Nunc de extrinſecis.

Eſt Agens. A quo tanquam à pri-
ma manu, vnde, & dignitatem acci-
piunt, efficiuntur, & inſtituta ſunt ſa
cramenta. Et eſt Deus. Qui ſolus
peccata remittit; ſolus gratiam creat
& infundit; ſolus illabitur animę no-
Ioann. 1. ſtræ. Et hęc omnia fiunt in ſacramen
to. Ita teſtatus eſt Ioannes de Chri-
ſto ſibi dictum fuiſſe ab eo qui mi-
Rom. 8. ſit illum. Super quem videris ſpiri-
tum deſcendentem, hic eſt qui bapti
zat. Et Deus eſt qui iuſtificat. Chri-
ſtus etiã vt homo eſt cauſa ſacramen
torum. Cauſa inquam meritoria, &
ſatisfactoria, atque etiam efficiens, vt
humanitas eius eſt inſtrumentum
coniunctum diuinitati, ita quòd Gra
tia à deitate Chriſti, per eius humani
tatem deriuat in ſacramenta, ad pur-
gandam, & perficiendam animam.
loquendo autem diſtinctè, & pro-
priè, Chriſtus vt Deus habet pote-
ſtatem authoritatis in ſacramentis.
vt homo habet poteſtatem excellen-
tiæ .i. ſupremi, & primi Miniſte-
rij, quæ conſiſtit in quatuor. Pri-
mum, quòd virtus paſsionis eius ope
ratur in ſacramentis, quæ de latere
eius fluxerunt: & per ſacramenta co-
pulatur nobis. Secundum, quod
in nomine eius, ſacramenta omnia
ſanctificantur, & conferuntur. Ter-
tium, quòd poteſt ipſe inſtituere ſa-
cramẽta. Inſtituere ſigna, determina
re vt ſignificent talem gratiam. Et
cooperari in ſacramento talem gra-
tiam. Quartum, quòd cum ſit domi-
nus ſacramentorum quæcunque po
teſt cum eis, poteſt, & ſine eis, non
enim virtus eius eſt alligata ſacramẽ
tis. Decuit tamen vt ſic per ſacramẽ-
ta exerceret virtutem ſuam coniun-
ctam elemento ſenſibili, vt in hoc
etiam referrent auctorem, qui Deus
& verbum erat coniunctum carni,
quare hic quoque verbum ſuum
coniunxit elemento. Huic ſubeſt, &
quoquo modo ſubſequitur cauſa
miniſterialis, & inſtrumentalis ex-
trinſeca, per quam voluit Chriſtus
ſacramenta ſua diſtribui; non per
Angelos, ſed per homines, omnis Heb. 5.
pōtifex ex hominibus aſſumptus &c.
In hoc autem miniſterio duo potiſ
ſimum requiruntur. Perſona, &
intentio. De perſona non eodem
modo ſe habent omnia. Sunt quæ
requirunt certam perſonam, & mi-
niſterium. Ita confirmatio, & ordo
requirunt epiſcopum conferentem,
Sunt quæ requirunt ſacerdotem, eu-
chariſtia, pœnitentia, & extrema vn-
ctio. non enim ab alio conferri poſ-
ſunt. Sunt quæ ab omnibus commu-
niter, niſi obſtet humana ratio, cõfer
ri poſſunt, ſaltem vrgente neceſsitate
Baptiſmus, & Matrimoniũ. In perſo
na vero requiritur intentio facien-
di in id quod intendit eccleſia, & ſi-
ne hac intentione nihil fit. Intẽtio. n.
determinat ad vnum id, qđ ex ſe cõ-
mune eſt ad multa. Et exprimitur per
verba, quæ in collatione, & cõfectio-
ne ſacramentorũ dicuntur. Et de hac
intentione dico tria. Primum, quòd
neceſſario non ſemper exigitur intẽ
tio actualis, vix enim poſsibile eſt: co
nandum tamen pro viribus vt inſit.
Secundum, non ſufficit habitualis,
nã hæc poteſt eſſe in dormiente. Ter
tium, Requiritur virtualis, i. à qđ ſal-

tem à principio miniſter intendat facere quod eccleſia. De hac autem intentione iudicium non eſt humanum, cum ſit impenetrabilis. Tenetur ſuſcipiens credere verbo, nemo enim præſumitur malus; niſi conſtet: quod deficit, ſupplet ſaltem in adultis bene diſpoſitis Deus ſua virtute; ne vana ſit fides ſuſcipientis. Vt enim Deus non alligauit virtutem ſuam materiæ, & formæ ſacramentorum: Ita nec etiam virtutem ſacramentorum intentioni Miniſtri, vt ſine ea præſtare nequeat. Minus etiam alligauit bonitati, aut malitiæ miniſtrorum; modo vtantur debita materia, & forma, & intentione nihil obeſt miniſtri malitia, niſi ſibi ipſi, quod ſic impura conſcientia miniſtrando grauiter peccat. ſuſcipienti autem ex eius manibus, niſi obicē ponat, minime aliquid boni detrahit. Ita neq; q plātat, neq; q rigat eſt aliquid, ſed qui incrementū dat Deus, Ita ꝙ ingt Catechiſmus. ſicut arboribus nihil nocet eorum improbitas, quorum manu ſatæ ſunt, Ita in ſacramentorum collatione ſeu confectione. Baptizauit Iudas, & quia recte, ideo nemo illorum iterum baptizatus: Baptizauit Ioānes, & iterum illi ſunt baptizati. Non quia Iudam Ioanni, ſed quia baptiſmum Chriſti, quem Iudas contulit, baptiſmo Ioannis præferimus. Miniſtris tamen plurimum hoc eſt cogitandum qua conſcientia ſacro ſancta hæc myſteria tractent, ſancta enim ſanctè tractanda ſunt. alioqui Pſal. Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iuſtitiam meam. Et aſſumis teſtm̄ meū, per os tuum? Tu vero odiſti diſciplinā &c.

1. Cor. 3.

Act. 19.

Pſal. 49.

Ex His iam relinquitur ad eſſe ſacramentorum neceſſario ad intra requiri, certam materiam, & certā formam Ad extra autem Agens primarium, & Miniſteriale, in Miniſtro autem intentionē, ſine his nihil fit. His tamen ab eccleſia additę ſunt cerimoniæ ſacramentales, quæ ſic ſunt annexæ ſacramentis, quòd ad eorum eſſentiam non pertinent, quare de his omnibus dico. Primū, ꝙ ſi omittunt, nō minus cōficiūtur, & cōferūt ſacramēta, vt ſi baptiſmus detᷓ ſine exorciſmo, & ſine ſale, eucharistia conficiatur ſine ritibus miſſæ. Secundum, quòd omitti ſine vrgente neceſſitate non debent, aut poſſunt ſine culpa; non enim ſine magna ratione, & ſignificantia, ſunt additæ ab eccleſia. Primo ad ſolemnitatem ſacramentorū. Secundò ad ornandam, & promouendam ſanctitatem Miniſtrorum. Tertiò ad melius ſignificanda & explicanda, quæ intenduntur & fiunt. Quartò ad excitandum fidelium mentes, ad fidem, & charitatē, Deique ſui obedientiam: quorum oīum finis, atque ideo cauſa finalis ſacramentorum, eſt ſalus hominis, & vita æterna, propter hanc enim omnia fiunt, ut Tandem homo per hæc medicamēta ſanetur, ſanatus laboret in Dei ſui obedientia, & volūtate: laboribus his, Dei gratia comitante, ad cœleſtem tandem patriam, tanquam finem ſibi à creatore præſcriptū, fęliciter perducatur. Amen.

Eſa. 6.

Eph. 5.

DE SACRAMENTIS IN GENERE

Homilia Secunda.

De dignitate, Et efficacia Sacramentorum.

QVi proprias non agnoſcunt, aut ſentiūt iniquitates, quæ ſunt ægritudines animi; facile poſſunt medicamenta deſpicere, vt olim mulier illa Samaritana, Oblatum Chriſti Aquæ donum, & Ioan. 4.

gra-

gratiæ deſpiciebat. Qui etiam in ſenſu ægritudinis non agnoſcunt, aut reuerentur Dei ſupremi medici voluntatem, ſed ſequuntur iudicium carnis ſuæ, ac ſecũdum ſpiritum prudentę ſuæ, & non ſecundum domini ſui præſcriptum, ſanari volunt, facile poſſunt deſpicere ſacramenta, quorum virtutem non agnoſcunt, ex hoc, quod de illis, non ſecundum domini verbum, ſed iuxta ſenſum iudicant. Ita olim Naamam Syrus lepro ſus, de aqua Iordanis. Nunquid non meliores ſunt Abana, & Parphar phar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſrael, vt lauer, & munder in eis? Ita & infideles, & hæretici de ſanctiſsimis ſacramentis per contẽptum dicere ſolẽt. Quid ſibi volunt iſti Romani cum ſua aqua, pane, oleo &c? tantum ex hoc, quòd vel peccata ſua non ſentiunt, reprobi, & mortui ſpiritu, vel ſi ſentiũt virtutẽ, & efficaciá ſacramentorum non agnoſcunt, quare vt his periculis occurramus, Nos in præſentia, quarto ſcilicet capite, De dignitate & efficacia ſacramentorum, iuxta Dei verbum ſacroſanctum, & ſanctorum patrum, vniuerſaliſque eccleſiæ ſenſum tractabimus. Animaduertite.

4. Reg. 5.

Dignitatem, & præſtantiam ſacramentorum facile ex multis colligere poſſunt quotquot de ipſis recte, & romane ſentiunt. Primum ex inſtitutore, qui vnus eſt D. N. Ieſus Chriſtus, de quo Ioanni dictum eſt. Hic eſt qui baptizat. quid Paulus, quid Cephas, quid Apollo? Miniſtri Chriſti ſunt. vnus aũt Dominus, Dei agri & cultura, Dei ædificatio eſtis. Deinde ex miniſtrorum ẽt pſtantia, quorũ plurimi ſunt ex neceſsitate ſacri, oleo fritibus, veſtimẽtis ſacris ornati: Nõnulli ẽt Pontifices, vt chryſmatis, & ordinis. Tertio ex elemẽtorũ gratia, ſunt oĩa gratioſa, Aqua, panis, vinum oleum, verba ipſa accedẽtia, quæ non niſi amorem, & gratiá referunt. Digniſsima omnium Euchariſtia, ex duplici gratia, quam cõtinet. Quartò, Ex opere ipſo, quod operatum vocant, vnde vim, & efficaciam totam accipiunt, & eſt opus Chriſti, quo cõſummatus eſt in cruce, in qua ſeipſum totum tradidit, vt nos ſanctificaret; totum etiam aperuit & lacerauit, vt tãdem ex eius latere ſanctiſsima hæc prodirent ſacramenta: Hinc Paulus, Nunquid in nomine Pauli aut Cephæ baptizati eſtis? nemo glorietur in hominibus. Quinto ex efficacia, & virtute, quam ex eo Chriſti opere, & merito ſumunt, qua & omnibus veteris legis ſacramentis potiſsimum pręſtant, & effectus illos mirabiles, de quibus loco ſuo dicemus, in nobis vere efficiunt: non dico, ſignificant tantũ, vt illa, ſed vere efficiunt, tanquam elemẽta practica, & vere operatiua, qua ratione Chriſtus aquá ſuam vocauit viuam. Et quòd ſcaturit è vita, vita in quá pro nobis mortificata, ideſt de latere dormientis Chriſti: Et quòd vitá animæ tribuit .i. remiſsionem peccatorum, & Dei gratiam. Hæc verò efficacia, & virtus potiſsima, eſt ſacramentorum noſtrorùm dignitas, qua præſtant cæteris omnibus; quod naturam hominis ægram, & ſanant, & ſanatam perficiunt. Ita quod non tantũ ſunt ſigna gratiæ & ſymbola ſignificantia, qualia erant veteris legis elemẽta, quæ ideo vocauit D. Paulus, infirma, egena, & inania, qualia & Hæretici fingunt, & proteruiunt eſſe noſtra. Sed ſunt vaſa gratiæ; fontes ſaluatoris vocat Eſa. Tum quod per infuſionem gratiæ in eis, & per ea diſtributæ,

Ioan. 1.

1. Cor. 3.

1. Corin. 3.
1. Cor. 1.

Ioan. 4.

Gal. 4.
Eſa. 12.

ſtributæ, remittunt nobis peccata, quare & curatiua appellantur ſacramenta, Baptiſmus, Pœnitentia, Vnctio. Tum qđ perficiũt, & preſeruant iuſtum, quare & præſeruatiua dicuntur. Confirmatio, Euchariſtia, Ordo & Matrimonium. Virtus autem iſta, & efficacia ſanctificandi, & ſanandi; vt ea eſt Dei miſericordia, quam in ſacramentis nobis potiſsimum elargitur; ita ea eſt, quam Satan per hæreticos, & Antichriſtos ſuos in ſacramentis maximè infectatur. quare hæc nobis in primis eſt aſſeueranda. Et ne res tanti ponderis obruat intelligentiam, per certas eam concluſiones diſtribuemus. Prima ſit hæc. In ſacramẽtis nouæ legis, eſt virtus quædam præſtantiſsima qua excellunt, quam totam accipiunt ex merito paſsionis D. N. Ieſu, è cuius latere in cruce manatũt. Et hoc meritum vocant Theologi, operatum, vt ab opere noſtro diſtingatur, quod quidem hæretici nullo modo capere poſſunt, quare & ineptiſsimè loquuntur de opere operato, ac ſi operi noſtro iuſtificationẽ noſtram acceptam feramus, quam tamen, totam catholici accipiunt ab opere Chriſti. Ex hoc duo ſequuntur. Primũ, quod & ſi opus noſtrum in ſuſcipiendis ſacramentis ſit inſufficiens, habent vnde ſuppleant inſufficientię noſtræ, ex Chriſti opere, & merito. Secundum, quòd & ſi miniſter conferens ſit malus, & indignus: ſuã tamen habent dignitatem & efficaciã ſacrã ex Chriſti opere. non enim Petrus, aut Paulus baptizat, vt homo, ſed vt Miniſter Chriſti, à quo ſuam habent ſacramenta virtutem, & energiam. De hac D. Auguſtinus li. 19. contra Fauſtũ c. 11. ſacramẽtorũ vis inenarrabiliter valet plurimum, & ideo contempta ſacrilegos facit. Idẽ in eodẽ lib. c. 13. ſacramenta legalia ablata ſunt, qa impleta ſunt, & alia ſũt inſtituta virtute maiora, vtilitate meliora &c. Idẽ c. 19. De ritibus baptiſmi loquẽs dicit. Hæc omnia fiunt & tranſeunt, virtus, quæ per iſta operatur, iugiter manet. Idẽ in li. 1. de peccatorum meritis. ca. 19. Pueros noſtros verè pœnitentes haberi, per ſuſceptorum abrenuntiationem, & inter credentes numerari, vi ſacri, & Diuinæ gratiæ. D. Io. Chryſoſto. in Ioã Homilia. 24. Sicut terra inanimata Dei voluntate ad tanta producenda miracula vires accepit, ita ſpiritu, & ſenſibili aqua omnia hæc admirabilia facilè exoriuntur. Quòd verò virtutem hanc habeant à Chriſto, D. Cyprianus ſerm. de paſsione Chriſti, quicunque ſint ſacramentorum Miniſtri qualeſcunque manus quæ mergunt vel vngunt, qualecunque pectus, de quo ſacra exeunt verba; operationis authoritas in figura crucis omnibus ſacramentis largitur effectum, & cuncta peragit nomen, quod omnibus nominibus eminet inuocatum. D. Auguſtinus de ciui. Dei lib. 15. c. 26. quòd Arca Noe oſtium in latere accepit, profecto illud eſt vulnus, quã do latus crucifixi lancea perforatum eſt. Hac quippe ad illum venientes ingrediũtur, qa inde ſacramenta manarũt, quibus credẽtes initiantur &c. D. Cyprianus. ſer. de cœ. domini. Sacramenta quantum in ſe eſt, ſine propria virtute eſſe non poſſunt.

Secunda concluſio. Virtus ſacramentorum, eſt ſanatiua, & perfectiua. Luc. 10.
Vinum illud, & oleũ Samaritani. Ita Ioan. 3.
teſtatur Chriſtus, Nos per baptiſmũ renaſci: & D. Paulus vocauit lauacrũ regenerationis, & renouationis. ad Titum. Aquam mundantem, & tollentẽ maculas, & rugas, quin & ſanctificantem Tit. 3. Eph 5.

tem vocat ad Ephe. Saluari animas per aquam, vt olim in diebus Noe, non depoſitione ſordium carnis, ſed conſcientiæ teſtatur Petrus in prima
Cap. 3. Epiſt. D. Epiphanius, vocat virtutem Baptiſmi, vim purgatoriá. D. Cyprianus lib. ſecundo epiſtolarum epiſtola ſecunda ad Donatum: vocat vndá genitalē, cuius auxilio labe deterſa, in expiatum, & purum pectus deſuper ſe lumen infudit. D. Io. Chryſoſtomus. In Io. homilia 35. de Probatica Piſcina: Sicut huius aquæ natura p ſe non ſanabat, ſed tantum ab Angelo mota ita in baptiſmo nō ſimplex aqua operatur, ſed cū ſpiritus gratiam accipit, ómnia abluit peccata. D. Gregorius Nazianzenus. Vt duplices ſumus nos ex anima, & corpore, ita in baptiſmo duplex purgatio per aquam, & ſpiritum.

Tertia concluſio. Virtus ſacramentorum ſanatiua, & perfectiua talis eſt, quod in ſuſcipentibus cauſant, & efficiunt gratiam, quam ſignificant. Ita inquit D. Thomas. omnes coguntur fateri ſacramenta nouæ legis aliquo modo cauſas eſſe gratiæ, propter expreſſas authoritates quæ dicunt hoc, & addit rationem. 3. p. q. 62. ar. 1. Manifeſtum eſt .n. quòd per ſacramenta nouæ legis homo Chriſto incorpora
Gal. 3. tur, vt de baptiſmo dicit Apoſtolus quotquot in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis. Non efficitur autem homo membrum Chriſti niſi per gratiam. ergo. &c. D. Auguſtin. in pſa. 73. Præcepta veteris & noui teſtaméti ſunt eadē ſcilicet moralia, ſacramenta non eadem, quoniam alia ſunt quæ dant ſalutem, alia quæ promittunt ſaluatorem: Hinc etiam videtur ſumptum eſſe nomen Sacamenti, vt dicatur à ſacrando, & ſanctificádo ſicut medicamentum à medendo, non quia ſignificát, ſed quia dant ſanitatem. Quomodo autem ſic ſanét ſalutem dent, quo ſcilicet genere cauſæ efficiant, quod ſignificant, & cauſent gratiam ſacramenta, variè diſputatum eſt à theologis, qui tamé omnes in concluſione conueniunt. Alij ponút in ſacrĩtis virtutē creatá, q̃ eſt accidens ſpirituale, ſupernaturaliter impreſſum ſacramento ſecundum ordinem diuinæ miſericordiæ, vt in igne purgatorij, eſt vis agendi in ſpiritum ſecundum ordinem Diuinę iuſtitiæ. Per hanc virtutem Sacramenta influunt in anima, & cauſant in ea gratiam. Alij dicút, quòd ſacramenta ſunt vaſa gratiæ, quoniam ſicut id, quod eſt in vaſe non eſt de ipſo: ita gratia non eſt in ſacramentis, nec de ipſis, ſed oritur à fonte æterno; & ex illo per ſacramenta hauritur ab anima. Ita quód requirens liquorem, recurrit ad vás, ita gfam ad ſacraméta, qbus mediátibus tráſfunditur in animá, & abluit ipſam. Alij, quòd nō ſút cauſa, quæ efficiat aliquid in anima, nam ſola virtus increata gratiam cauſat, aſsiſtens ſacramentis per quandam Dei ordinationem, vt qui accipit à Rege denarium plumbeum, acceptur ad eius oſtenſiónem talentú auri. hanc vocant cauſam ſine qua nō ſecundum hos, tota virtus conſiſtit in pacto; & ordinatione Dei. vnde ſacramentum accipit efficaciam infallibilem, modo rite ſumatur. Alij, quod ſacraméta ſunt cauſa inſtrumentalis; inſtrumentum eſt enim id per quod aliquis operatur. Ita Deus operatur per ſacramenta: vt de baptiſmo, Paulus, ad Tit. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationi. D. Auguſtinus Tit. 3.
contra Fauſtum. 19. virtus quæ per iſta operatur ſemper manet. Virtuté intelligunt inſtrumentalē à Deo ſa-

cramentis

cramentis impreſſam, quæ continet, & cauſat gratiam iuſtificantem, de qua Auguſtinus. quæ eſt tanta virtus aquæ? Beda ſuper Io. Dicit dominum Ieſum dum baptizaretur in Iordane, tactu ſuæ mundiſsimæ carnis vim regeneratiuã aquis contuliſſe. Alij dicunt eſſe cauſam diſpoſitiuam proximam ad gratiam habendam ex Dei ordinatione. & ita intelligunt quòd aqua abluit Cor.i. pxime diſponit & immediate ad gratiam purificantem formaliter. Ita dicimus etiam quòd meritum eſt cauſa præmij, quòd motus eſt cauſa termini, quia perducit ad ipſum, cum tamen ipſum propriè non efficiat. Tam copioſe, & fæcũdè præclara ingenia catholicorum de virtute ſacramentorum ſunt opinati: Confitentes omnes, quòd efficacia ſunt, quòd gratiam continent, & efficiunt. Vt Concilium Florentinũ ſub Eugenio 4. In hoc differunt ſacramenta, veteris & nouę legis, ꝙ illa non cauſabant gratiam, iſta vero cõtinent, & conferunt gratiam, Concilium Tridentium ſeſſ. quinta can. 6. Si quis dixerit ſacramenta nouæ leg. non continere gratiam, aut ipſam, non ponentibus obicem non conferre, Anathema ſit. Et can. 7. ſi quis dixerit quod huiuſmodi ſacramenta non ſemper, & in omnibus, quantum eſt ex parte Dei, modo rite ſuſcipiant, ſed aliquando, & aliquibus non conferre gratiam. Anathema ſit. Et can. 8. ſi quis dixerit. per ipſa nouę legis ſacra ex operæ operato non cõferri gratiã, Anathema ſit.

Quarta Concluſio. Ad complendam efficaciam ſacramentorũ, præter opus operatum, quod eſt in ſacramentis, & illis tribuit virtutẽ ſanatiuam, exigitur neceſſario in ſuſcipiente opus operantis; vt ſcilicet, id præſtet, quod ab ipſo, ex Dei ordinatione requiritur, alioqui vanum, & inefficax eius culpa redditur ſacramentũ. Ita in Baptiſmo requirit fides, In pœnitentia attritio, in eucharistia feruor animi, in matrimonio conſenſus. Hæc ſine ſacramento nõ efficiunt: ita Iudæi compuncti non ſuſcipiunt ſpiritum ſanctum niſi cũ baptizantur. Idem per impoſitionẽ manuum, quod & teſtatur Paulus. Contra ſacramenta ſine fide non efficiunt. Quare vtrunque coniunxit D.N. Ieſus. d. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Chriſtus baptizat, homo credit ſe baptizari ſequitur effectus, hominis ablutio, & iuſtificatio, fides præparat; at ne quis dubitet de ſuæ fidei menſura, num ſufficiat ad obtinendam Dei gratiam, additur ad robur conſcientiæ, opus ſacramenti, quod ratum, & efficax eſt ex opere operato; tantum niſi tu ponas obicem, quod facile ex teipſo colligere potes. Tota igitur virtus, & efficacia ſacramentorum ſic diſpenſatur, ac ſuum obtinet locũ in Chriſti eccleſia. Primò, ꝙ Deus promittit gratiam ſuam, & huius promiſsionis cauſa eſt ſola Dei volũtas, citra vllum hominis opus, ex mera eius bonitate. Secundò, Diuina illa promiſsio vt ſit efficax, requirit in homine fidem, quæ reſpondeat illi. Eſt enim Deus verax. Inſuper opus illud quod cum fide percipitur, vt eſt ſuſceptio ſacramenti. Tertiò, ſequitur efficax hominis purificatio, & conſolatio, tum ex energia, & virtute ſacramenti, cui ineſt promiſsio, & ordinatio Dei; tũ ex opere operantis hominis, facientis quod in ſe eſt, vt intret ad piſcinam, & ſanetur. Hoc vero loco narrandi erunt effectus mirabiles, quos in nobis Diuina illa ſacramentorum

Act. 2. Act. 8. 1. Tim. 4. 2. Tim. 1. Rom. 4. Ioan. 5.

torum virtus influens, ſiue diſponens imprimit: ſed ne iuſto prolixiores ſimus, rem hanc ſcitu iucundiſsimam in ſequentem homiliam reijciemus: interim de virtute, & efficacia tanta in noſtri beneficium ſacramentis indita gratias agemus Diuino inſtitutori: cui honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

DE SACRAMENTIS IN GENERE

Homilia Tertia.

De effectibus, & numero Sacramentorum.

SI Sunt ſanctiſsima Sacramenta chriſtiana, ab ipſo Dei filio, Deo omnipotente inſtituta, ſi ex eius latere fluunt, atque inde merito illo ampliſsimo Chriſti pendentis fœcundantur. Si diuinam ipſam gratiam vere ſanctificantẽ continent in ſe, & de ſe efficiunt: Quid mirum, ſi effectus ſuo authori, ſuæque virtuti competentes, in his, qui rite ſuſcipiunt, quantum ex ipſis eſt efficiunt? certe inania, egena, aut infirma elemẽta hæc, vt illa Moſaica, dici non poſſunt; niſi noſtra hypocriſis, vel perfidia infirma faciat niſi ad iudicium indigne ſumamus ut Iudas de manu vitæ & in ipſa vita ſua culpa mortem ſuſcepit. Non ſicut Moyſes panem de cœlo dedit, panem ſua natura mortuum, nihil vitæ in ſe habentem, niſi vmbram, qua futuram vitam ſignificabat; & quotquot manducauerunt, mortui ſunt. Panis quem ego dabo, inquit Author omnipotẽs ſacramentorum noſtrorum, caro mea eſt pro mundi vita. Huc reſpiciunt ſtupenda miracula, quibus à principio ſanctiſſima Chriſti ſacramenta ſunt introducta, ad virtutem, & vitam ſcilicet hanc comendandam, & illuſtrãdam. Dum baptizatur ipſe author Chriſt. in Iordane, cœli aperti ſunt; pater de cœlo locutus eſt, ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ aſtitit. Dum baptizatur Cornelius de manu D. Petri, cecidit viſibiliter ſpiritus ſanctus, & locuti ſunt linguis magnificantes Deum. Act. 10. Nota, & famoſa ſunt miracula vẽtus, ignis, linguæ, quibus decorata eſt in die pentecoſtes confirmatio Apoſtolorum; Et per manus Petri & Ioan. Act. 8. Confirmatio Samariæ. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebãt ſpiritum ſanctum. Marc. 10. Et de ſacra vnctione teſtatur Marcus quod Apoſtoli vngebant oleo multos ægros, & ſanabantur. Mira, & ſtupenda certe fuerunt hæc, quę extrinſecus initia ſacramentorum noſtrorum decorarunt, ſed tamen non ea ſunt opera, quæ in hoc negocio ſint principalia, quare & ſuo tempore functa, quàm primum eccleſia cępit adoleſcere ceſſarunt miracula, quæ fuerant ad ſplendorem duntaxat, non ad valorem rei adducta; manent autem, manebuntq; perpetuo ſtupenda illa, opera longe ijs mirabiliora, quæ per ſacramenta Chriſti D. noſtri intrinſecus in rite ſumentibus efficiuntur; ſuntque omnia inuiſibilia, tanquam ſpiritualia bona, à ſpiritu ſancto, per viſibilia, tanquam ſpiritualia bona, à ſpiritu ſancto, per viſibilia hæc elementa ex Chriſti authoris inſtitutione, merito, & virtute diſpenſata. Sunt autem effectus, & opera duo præcipua, quæ hic à ſpiritu ſancto in ſacramentis, & per

ſacramenta fiunt. Alterum eſt generale, quod in omniũ ſuſceptione tribuitur, & eſt gratia gratificans ſacramentalis; quæ in omnibus, vel de nouo infunditur, vel inſuſa augetur. Alterum eſt ſpeciale tribus, Baptiſmo, Confirmationi, & Ordini. Et eſt character indelebilis, conſignatio quædam à ſpiritu ſancto, in ſuſceptione horum trium ſacramẽtorum impreſſa animæ; ſignum militiæ chriſtianæ inamouibile. Qua ratione & hæc tria ſacramenta ſunt irreiterabilia, non ſic cętera. Atque ita in ſacramentorum ſuſceptione tria potiſsimũ obſeruamus. Primum eſt, ſacramentum ipſum conſtans, ex materia, & forma. Secundum eſt res ſacramenti, & eſt gratia cauſata per ſacramentum. Tertium in tribus his, eſt res & ſacramentum, Character à ſacramento impreſſus, atque ideo res ſacramenti. Et certam gratiam, ſeu functionẽ ſignificans, qua ratione dicitur ſacramentum. De ſacramento ſatis dictũ eſt, nunc de effectibus ſacramentorum agemus, atque in primis de gratia, quæ res eſt ſacramenti. Deinde de charactere.

De gratia Sacramentali.

Maximum bonũ, quod in nobis efficiunt ſacramenta, eſt donum, & effuſio Diuinæ gratiæ; hæc illa eſt aqua, quæ lauat, & mundat, quæ & ſalit in æternam vitã; Hoc illud, chriſma quod roborat corda noſtra; hoc illud oleum, quo corda noſtra fouentur, & ſacrantur: hæc illam nobis tribuit vnionem cum Deo, qua conſortes ſimus Diuinæ naturæ, & quaſi matrimonio inter nos, & Deum noſtrum contracto, os ex oſsibus, & caro de carne illi perpetuo copulamur. Hæc illa plenitudo eſt ſacramentorum noſtrorum, qua potiſsimum à veteribus diſtant, quòd ex opere operato.i. Chriſti merito, per ea. Gratiã Dei infallibiliter, niſi obicem ponimus, nos conſequimur. Hæc tantum Gratiam illam, quæ radix virtutum eſt, quæ & eſſentiam, & potentias animæ ſic perficit, quòd & à peccato retrahit, & ad bonum inclinat, & in bono etiam exercet. Verum & eam gratiam, quæ propria eſt ſacramentorũ; quare & proprio nomine ſacramentalis dicitur, (an eadem cum illa virtutum, an alia ſecundum eſſentiam diſputant inter ſe thologi, ſalua charitate. Certum eſt quòd effectus habent diuerſos in quos redundant) Hæc autem gratia in ſacramentis collata, nõ otioſa, quin maximè virtuoſa eſt, & ab hac vna profluunt mirabiles illi effectus ſacramentorum in nobis, quibus animam noſtram replent, vnde, & nomina & imagines, quàm plures piorum animi bona hęc contemplantes, & in ſe ſentientes, tribuere illi ſoliti ſunt. Primò, quòd ſint elementa myſtica, & myſteriorum Dei ſignificatiua, quibus Diuina miſericordia ſeſe nobis communicat, aperit, & declarat veluti ſigna ſenſibilia, humanam intelligibilitatem iuuãtia; & myſteria in ſeipſis nuda, corporali, & elementari hac ſpecie veſtita nobis oculos demonſtrantia. Decetque ſic ſub euangelio fieri, quando verbum caro factum eſt, nec tantum Diuina myſteria, ſed ipſa Deitas pro nobis, & ante ora noſtra eſt incorporata. Secundò, quòd ſint ſigilla, & pignora, quę nobis promiſſa bona, Dei gratiam, peccatorum veniam in generali, in ſpeciali autem, ablutionem

animæ

animę in baptiſmo, confirmationem in chriſmate vnionem in euchariſtia &c. certa nobis reddunt, ſicque conſcientias noſtras quietant. Tertiò, qđ ſint remedia animarũ noſtrarum, primo ad ſanitatem recuperandam (quod proprium eſt opus ſacramentorum). Deinde ad virtutes adeptas tuendas, & exercendas. ſicut enim Gratia (Diuus Thomas,) virtutum opponitur peccato, prout eſt inordinatio; ſufficitque ad retrahendum hominem à peccato. Ita gratia ſacramentalis opponitur peccato, prout eſt languor, & vulnus animæ, & naturam infirmat. quare hoc addit ad gratiam virtutum, quòd curat à languoribus & culpis præteritis. Gratia virtutum excludit peccata, quantum ad futurum; gratia vero ſacramentalis, curat præterita, quorum reliquiæ manſerant, ſaltem reatu. Sicque remedia animarum ſunt ſacramenta. Quarto. quòd notæ & ſymbola ſunt, quibus Chriſti fideles à cęteris ſeparãtur, vt olim erat Circuncilio apud Iudæos ſignum & ſignaculum iuſtitiæ fidei: Ita quòd anima quæ non fuerat circunciſa ex legis decreto peribat de Dei populo. ſic itaque per ſacramẽta quaſi per glutinũ vniũtur inter ſe Chriſti mẽbra, & corpus faciunt, in quod influit caput; de quo pſal. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei: qui non crediderit & baptizatus fuerit condemnabitur. Quintò. Quòd teſtimonia ſunt interioris fidei, quibus Chriſti membra, id quod corde credunt ad iuſtitiã, externa hac profeſsione confitentur ad ſalutem. Ita qui Chriſti ſunt, ſacratiſſima hæc elementa non deſpiciunt. quando ſciunt hæc in remedium à Chriſto, inſtituta eſſe. Sexto. Quòd ſunt exempla, quæ hominem ſumentem admonẽt, qualiter ſe poſt huius gratiæ ſuſceptionem gerere debeat; vt ſcilicet baptizatus, intelligat ſe mortuum peccato, iuſtitiæ ſuſcitatum; ambulet ergo in nouitate vitæ &c. Chriſmate vnctum, & roboratum aduerſus ſatanæ inſultus, & mundi dolos, pugnet ergo inuicto animo. In euchariſtia cœleſti cibo paſtum, unumque cum Chriſto, & fratribus effectum; vnum ergo ſit, & ſentiat omnibus omnia &c. Sic itaque commune eſt ſacramentis omnibus, quòd gratiã nobis infundant, & per eam diuinos effectus in nobis pariant, ad animarum noſtrarum medelam, & conſolationem: Duo ſunt autem potiſsima (D. Tho.) quæ in nobis gratia ſacramentorum facit. primum, quo ad effectus ſpeciales, & neceſſarios in vita chriſtiana. Secundum quo ad reliquias peccatorum præteritorum, quæ manent reatu. Gratia Baptiſmi quantum ad effectus ſpeciales, aperit ianuam credenti; dat auxilium, confortat vires animæ ad recte ſumenda alia ſacramenta, & quo ad peccata delet totum reatum pœnæ. Gratia confirmationis, fortificat iraſcibilem ad publice confitendum, ad aggrediendum ardua, & pericula etiam mortis ferenda; quo ad peccata delet de reatu peccatorum quæ commiſſa ſunt poſt baptiſmum. Grati pœnitentiæ iuuat, & fortificat voluntatem ad perſeuerandum in bono propoſito iam formato, Et de reatu delet tantum, quanta eſt Diſpoſitio pœnitentis, quod non facit contritio. Gratia euchariſtiæ cauſat ſpiritualem dulcedinem, & vitam ſpiritualem ędificat in ſumente; Et de reatu delet iuxta feruorem deuotionis, & amorẽ.

Gratia ordinis, dat ſpeciale auxiliũ ad exercẽdã publice eccleſiaſticã poteſtatẽ: de reatu delet iuxta deuotionẽ ſumentis. Gratia vnctionis extremæ dat ſpeciale auxiliũ cõtra inſult' Dæmonium, & omnia pericula mortis: & delet reliquias, & reatum peccatorum, paratque viam ad introitum regni. Gratia Matrimonij, dat ſpeciale auxilium contra concupiſcentiam dat iuſtum dominium coniugis, dat honeſtam ſpem prolis; Et de reatu delet iuxta deuotionem ſuſcipientis. Hæc de effectibus communibus. Nunc de eo qui tribus tantum communis eſt.

De Charactere.

Eſt mirabilis deinde effectus, non omnibus ſacramentis, ſed tribus tantum communis, Baptiſmo, Confirmationi, & ordini. Et eſt character, conſignatio ſcilicet quædam, & impreſsio, quam de ſpeciali quadam virtute, tria hæc ſacramenta inferũt animæ ſuſcipienti, & per eam Primò ſic ſignati, diſtinguuntur ab alijs, vt olim per circuncisionem, quæ fuit character carnis, diſtinguebãtur Hebræi. hoc ſignum eſt militiæ Chriſti. Deinde habilitat ſumentes ad ſpecialia quædam; vt character baptiſmi habilitat ad cætera ſumenda ſacramenta. Confirmationis, ad fortiter pugnandum pro Chriſto. Ordinis ad ſacra peragenda, & miniſtranda De hoc
2. Cor. 1. Apoſtolus, vnxit nos, & ſignauit nos & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. Habẽt & impij characterem Beſtię apud Apocalip. Ioannis. Signũ
Eccle. 9. verò Chriſti ſignum thau eſt, de quo
Apoc. 7. Signa thau ſuper frontes virorum gementium; Et Apocal. quoaduſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum: Per hoc autem ſignum ſpecialiter deputatur homo, & conſecratur ad cultum Dei. Et quoniam ſignum hoc eſt indelebile, vt D. Auguſtinus teſtatur lib. ſecundo, contra Parmenianum. Non minus habent ſacramenta chriſtiana, quam corporalis nota militiæ; ſed character militaris non repetitur, ſed agnitus approbatur in eo, qui veniam meretur ab imperatore poſt culpam. Ergo & character ſpiritus nõ repetitur, quia non corrumpitur; non enim habet contrarium, à quo corrumpatur, & eſt in ſubiecto incorruptibili. Eſt & participatio ſacerdotij Chriſti capitis nr̃i, quod eſt æternũ; quare & hoc ſignum durante ſubiecto perpetuo durat; & in hoc differũt à gratia ſacramentali, quæ per peccatum tollitur. Hinc ſequitur, quòd & tria illa ſacramenta non poſſunt reiterari. Et hæc de effectibus ſacramentorum. Nunc numerus ſtatuendus eſt.

De numero Sacramentorum.

Sacramenta propria. i. ſacramenta elementa, gratiam in nobis efficientia ſeptem eſſe perpetuo agnouit, & confeſſa eſt Chriſti eccleſia, omnia à D. N. Ieſu Chriſto vel per ſeipſum, vel per ſpiritum ſanctum, Apoſtolorum doctorem, inſtituta: Idem autem omnino eſt (vt D. teſtatur Cyprianus martyr in ſermo. de ablutione pedum) quòd Chriſtus per ſe & quòd per ſpiritum ſanctum inſtituerit. Sicut enim, inquit, par eſt ſpiritui ſancto, & Chriſto Diuinitas, ita ſuis inſtitutis ęqua poteſtas. Sunt aũt hæc ſeptem. Baptiſmus: Cõfirmatio, Euchariſtia. Pœnitentia, & extrema

vnctio, Ordo, & Matrimonium. His ſe pře ppetuo munita eſt, & exercita Chriſti eccleſia, tanquam fidei fundamentis & fulcimentis. Teſtanť patres vtriuſque eccleſiæ vſque ad Clementem, vſque ad Dioniſium Magnum, Dubitare de ſacramētis nihil eſt, niſi fidei fundamenta infirmare. Si ſani ſumus, hæc ſunt robora noſtra: ſi infirmi, hæc ſunt remedia. Et tamen nihil non audent Hæretici, omnia turbant, omnia nouant, omnia tentant: innouant cerimonias; corrigunt mores, detrahunt indulgentijs, ſpoliant ſanctoš cultu: Mala, peſsima omnia. Attandem poſt captiuitates illas babilonicas, poſt centum grauamina; poſt ſublatas exequiarum pompas ad ſacramenta etiam injjciunt manus. Hoc vero prorſus intolerabile eſt: ſic enim & fundamenta ipſa concutiunt, vt vniuerſam euertant Chriſti eccleſiam. De ſtatu ſacramentorū nouam tradunt definitionem, quod habeant mandatum, & promiſsioně Dei: quam tamen & ipſimet infirmāt patet enim ꝙ & hæc cōpetunt orationi, eleemoſynæ, & alijs quā pluribus, quæ habĕt Dei mādatū, & promiſsioně, & tamě nullo modo ſunt ſacramě ta. Cur ergo ſic definiūt? cur? niſi vt ab eccleſia in oībus diſsideant? De numero, neque cū eccleſia, neque cū ſodalibus, aut præceptoribus, neque cum ſeipſis conueniunt. lutherus vnū tantum dicit eſſe ſacramētum. A quo omnes diſcipuli diſcrepant. Caluinus duo tantum, Baptiſmum, & euchariſtiam. Melācthon in prima editione locorū, anno. 22. duo fatetur. In Apologia Auguſtana tria: in locis excuſis anno 52. quatuor. Poſtellus numerat ſex. Quid hac doctrina infœlicius? Nos itaque quid dicemus? quid credemus? Hic tota Chriſti eccleſia per ſonat, & ſcriptis, & vſu ipſo frequentiſsimo, ſeptem eſſe ſacramenta. Concilium Florentinum. & Tridentinum noſtrum ſeptem ſtatuit; ſecus dicentes Anathemate percutit. omnia elicit ex ſcripturis ſanctis, omnia ex ore Chriſti, & apoſtolorum eius. De Baptiſmo clara eſt inſtitutio, euntes baptizate, In nomine patris &c. & antea. Niſi quis renat⁹ fuerit ex aqua &c. De euchariſtia, ſolemnis eſt Chriſti inſtitutio; quod tradidit in cœna, ꝙ præcepit. Hoc facite in meam commemorationem. De confirmatione. Accipite ſpiritum ſanctū. De Apoſtolorum vſu. act. 2. tūc imponebant manus ſuper illos & accipiebant ſpiritū ſanctum. Et de Paulo idě faciĕte. De Pęnitentia, quorū remiſeritis peccata &c. De extrema vnctione olei.
Matth. 6. Et Iac. 5. De ordine, quo ad poteſtatem abſoluendi: quorum remiſeritis. Conſecrandi. Hoc facite &c. Noli negligere gratiam quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum. De Matrimonio, quòd probanit Chriſtus, Quos Deus coniunxit homo non ſeparet. Paulus, ſaluabitur mulier per filiorum generationem. Ex alia parte obſtrepunt heretici, nulli authoritati, nulli rationi hærentes; quiſque pro capitis furore et numerum, & ſtatum, & vſum ſacramentorum tradens, noua quottidie monſtra confingunt, acſi nuper cum eis naſcatur Chriſti eccleſia; ac ſi nunc fundā da ſint, & tradenda ſacramenta. Vtri nos potius credemus, Iſtis, an ſanctæ Chriſti eccleſiæ, quæ ciuitas ſolis eſt, &c?

Ioan. 20. · Act. 19. · Ioan. 20. · Marc. 6. & Iacob. 5. · 1. Tim. 4. · Matt. 19. · 1. Tim. 2.

Nos certe eccleſiæ filij, & diſcipuli ſumus, quare & cū eccleſia catholica omnium locorum, omnium temporum, omniū ſanctorum fatemur ſeptem eſſe eccleſiaſtica ſacramenta.

Di-

Diuinæ gratiæ, & miſericordiæ gratias agimus, ꝙ tot remedia ad ſanandos nos contulerit. Nam ſub lege naturæ, aut nullum, aut vnum duntaxat fuit ſacramentum (Ioannes Baſſol. In quarto. d. prima. q. tertia art. 3.) tollẽs peccatum originale etiam in pueris, ſub lege Moy. ad idem vnum, ſcilicet circunſio. Nos ſeptem habemus: numeroque hoc aliàs ſpiritui ſancto ſatis familiari, vt ſcripturæ teſtantur, in hac etiam tanti ponderis prouiſione fruimur: Numerum autẽ hunc rationabilem ex multis ſumũt ſacri Theologi. Alij cõſiderant ꝙ ſacraméta ſunt remedia cõtra defectũ & auxilia ad bonũ. vt ſunt remedia, tollunt à nobis peccata, & pęnas peccatorum: originale baptiſmus. Actuale mortale, Pęnitentia. veniale vnctio extrema: pœnę ſunt quatuor ex Beda. Ignorãtia in intellectu hanc tollit ordo. Malitia in voluntate, hanc corrigit euchariſtia. Timor in iraſcibili; hunc tollit confirmatio. Pronitas in concupiſcili, hãc ſubleuat Matrimonium. Ita Bonauentura, & Ricardus. Vt vero ſunt auxilia ab bonum reſpõdent virtutibus principalibus, Theologicis, & moralibus: fidei Baptiſmus, ſpei extrema vnctio. Charitati euchariſtia. Prudentiæ ordo. Iuſtiti pœnitentia. Fortitudini confirmatio, temperantiæ Matrimonium. Alij conſiderant in eccleſia actiones Hierarchicas, quæ ſunt. Purgatio, illuminatio, & perfectio, & ſecundũ has numerant ſacramenta. Prout purgat Baptiſmus ab originali. Pœnitentia ab actuali. Vnctio extrema a reliquijs. A radice quæ eſt concupiſcentia. Matrimonium. Illuminat Euchariſtia, Diuinus carbo. Perficit in ſeipſo Confirmatio. In eccleſia vniuerſali Ordo: Alij conſiderãt vt ſunt remedia data, vel perſonæ, vel eccleſiæ. Perſonæ. Quo ad ingreſſum, & eſt Baptiſmus. Quo ad egreſſum, extrema vnctio. Quo ad progreſſum. Et hoc dupliciter. Vel vt virtutẽ amiſſam recuperet, & eſt pœnitentia. Vel vt virtutem exerceat, & hoc dupliciter. Vel vt à malo nõ ſuperetur. Cõfirmatio. Vel vt bono maximè vniatur. Euchariſtia. Eccleſiæ, vel ad regimẽ, & multiplicationem. ſpiritualem. ordo. vel ad multiplicationem corporalem. Matrimonium. Alij cõſiderant peccata mortalia, & ſingulis opponunt ſingula. Superbiæ Baptiſmum. Inuidiæ Euchariſtiam. Accidiæ confirmationem. Iræ extremam vnctionem. Auaritiæ Ordinem. Gulæ Pœnitentiam. Luxuriæ matrimonium.

Cathechiſmus noſter Romanus Conſiderat, & colligit numerum ſeptenarium ex ijs rebus quę per ſimilitudinem à naturali vita, ad ſpiritualem tráſferuntur, probabili quadam ratione ſic Homini ad viuendum, vitamque tuendam, & ex ſua, reique publicę vtilitate traducendam, hæc ſeptem neceſſaria videntur. Vt in lucem edatur. Augeatur. Alatur: Aeger ſanetur. Vires debiles reficiat. In republica, ſint magiſtratus. legitima ſobole, ſe, & ſuam ſpeciem cõſeruet. Ita in ſpirituali. Baptiſmus ianua omnium, in lucem edit, quaſi modo geniti infantes &c. Confirmatio diuinam gratiam auget, & roborat. Baptizatis enim Apoſtolis (vt obſeruat D. Auguſtinus) dicit, ſedete donec induamini virtute ex alto. Euchariſtia cibat pane cœleſti, & ſuſtinet. Caro mea vere eſt cibus. Pœnitentia recuperat vires, & ſanitatem amiſſam poſt baptiſmum. Extrema vnctio Ioann. 6. recreat animi vires, tollit reliqas peccatorum,

catorum, de qua Iacobus: Et ſi in peccatis fuerit, remittentur. ordo inſtituit, & exercet miniſteria publica in

Iaco. 5. ecclelia. Matrimonium procreat, & genus conſeruat ex legitimo thoro.

Septem verò hæc ſacramenta, omnia neceſſeria ſunt Chriſti ecclelię, nō tñ eodē mō. Nā alia sūt neceſſaria pſonis priuatis; alia Reipublicę. Per ſonis, alia ad eſſe & hoc vel in natura integra, poſt lapſum tñ primorū parētum: Ita ſimpliciter neceſſarius eſt Baptiſmus, ſal tem in voto, vel in natura lapſa, & hoc vel circa mortalia, & eſt pęnitētia neceſſaria; vel circa venialia, & eſt extrema vnctio, Vel ad bene eſſe, ſic neceſſariæ ſunt confirmatio, & euchariſtia. Reipublicæ duo reliqua ſunt maximè neceſſaria. Ordo vt gubernetur: Matrimonium vt conſeruetur. Inter omnia maxime neceſſarium ſacramentum eſt Baptiſmus: maxime dignum eſt euchariſtia, tum ex ſubiecto, tum ex myſteriorum numero.

Epilogus totius tractatus

De ſacramentis in genere tractauimus, & docuimus capita ſex. Primo neceſſitatem ſecūdum tres concluſiones. primo, quod ante peccatum nulla fuit neceſsitas ſacramētorum. Secundo. quod poſt peccatum omni tēpore fuit neceſsitas ſacramentorum. Tertiū quod ſm varietatē tēporū, variata ſunt ſacra, Secundū eſſentiā & ſtatum ſacramentorum. Primo ex nomine, quòd ſanctitas ineſt; & ſecreta quaſi myſtica, & velata. Secundo ex definitione; quod eſt ſacræ rei ſignū efficax. Tertio ex cauſis ſacramētorū, quòd Materia eſt elementū ſenſibile, inde terminatum ex ſe, aqua, oleum. Forma eſt verbum ſenſibile, determinās materiam. Agens ſupremum eſt Deus, ſub eo Miniſter: primus Chriſtus hō, qui & Deus. Miniſter inſtrumentalis homo intendens facere qđ facit ecclelia. finis eſt hominis ſanitas & æterna ſalus. Quartò, Dignitatem ſacramentorum, & hanc ex multis deduximus. Ex inſtitutore omniū Chriſto. Ex miniſtrorum præſtantia. Ex elementorum gratia: Ex opere operato. i. latere Chriſti. Ex efficacia, & virtute. Et de hac ſacramentorum virtute diximus. Primò, quod ineſt ſacramentis à Chriſto impreſſa. Secundò, quòd eſt virtus ſanatiua, & perfectiua Tertiò, quòd ſanat & perficit cauſando gratiam, quam ſignificat in rectè ſumētibus. Quartò, quòd requirit in ſumente fides, & obedientia. Ita qđ Deus promittit gratiam in ſacramento, Promiſsionem ſequitur in homine fides, fidem ſequitur in credente ſanitas. Quintò effectus, qui duo ſunt potiſsimi. Primus generalis oībus, & eſt gratia ſacramentalis, addēs ad gratiam virtutem, & ſecundum hanc: Sacramenta ſunt elementa myſtica ſignificātia. Sūt ſigilla, & pignora ratificantia, Sunt remedia efficaciter ſanatiua. Sunt notæ, & ſymbola diſtinctiua. Sunt teſtimonia fidei declaratiua. Sunt monitoria vitæ inſtitutiua. Secundus eſt ſpecialis tribus, Baptiſmo. Confirmationi, & ordini. Et eſt character animæ indelebilis, diſtinguens à cæteris, & habilitans ad ſpecialia bona. Sexto. Numerum ſacramentorum, quod ſeptem ſunt, nō plura; non pauciora, quorum quinque ſeruient perſonæ. Duo Reipublicæ. Hæc de ſanctiſsimis ſacramentis ſancta catholica docet, & tenet ecclelia, tenuitque ab initio. Qui ſecus docet perperam docet:

De

De omnibus Deo optimo Ieſu Chriſto gratias agimus. Amen.

Habita Bononiæ 16. Decembris. 1567.

DE SACRAMEMTO BAPTISMI.

Homilia Prima.

QVando à generalibus ad ſpeciales Sacramentorum tractatus, per Dei miſericordiam eſt deſcẽdẽdũ; eorumque eſſentiæ, neceſſitates, cauſæ, effectus à nobis iã ſ'm ſpeciẽ ſunt enarrandi; merito à Baptiſmo incipimus; incipit Catechiſmus Romanus, quem ſequimur. Incipiuntque omnes, quotquot de his ſiue antiqui, ſiue moderni pertractãt, nec ſine ratione. Tum quia inter omnia ſacramenta, primum quod à D.N.Ieſu, & opere, ſua ſcilicet tinctione, & verbo apud Nicodemum, inſtitutũ eſt, Baptiſmus fuit. Tum quia ſic ante cætera omnia ſacramenta hoc eſt neceſſarium, vt ſine hoc cætera nullo modo iuuare poſsint; quáobrẽ ſancti patres vocare Baptiſmũ cõſueuerũt; alij ianuã ſacrorũ; alij aditũ bonorũ oĩum; alij principium vitæ ſpũalis alij ſacramentum fidei; Alij ex ipſo Domini verbo nouã natiuitatẽ: certè Apoſtolus vocauit, lauacrum regenerationis Cumque vnicuique principium vitæ ſit ipſa natiuitas, antequam nullus ſit bonorum vſus, aut guſtus: planum eſt ꝙ & in vita ſpirituali, ante baptiſmũ nihil ineſſe poſsit, quare ab hoc, tanquã ab ipſo principio exordiendum eſt. Ab hoc etiam exorſus eſt, & vitã ipſam.i. Inſtitutionẽ chriſtianam exordium habere voluit D.N.Ieſus, dũ ſanctis Apoſtolis ſuis hoc ante omnia præcepit, vt ꝑdicarent Baptiſmũ, & pœnitentiam in remiſsionem peccatorum. De Baptiſmo itaque, tanquam vera ſalutis ianua, hic imprimis à nobis tractãdum eſt. Vt veros Baptiſmus eſt ſacramentum, & origi ad primum, & neceſsitate ſummum, & inſtitutione digniſsimum, & benedictione fœcũdũ, & myſterijs, atq; ijs ampliſsimis nempe (vt D. Paulus docet) morte, ſepultura, & reſurrectione Domini plenũ. Ita à nobis eſt diligẽti, ſummoque ſtudio meditandum. Solebant Diuini patres noſtri de his myſterijs duob⁹ potiſsimum anni tẽporibus apud eccleſiam pertractare, in magno ſcilicet ſabbato Paſchę, & Pentecoſtes, quibus & baptiſmum conferre cathecumenis cõſueuerãt. Nunc verò quando quolibet anni tẽpore, baptizamus; ſemper opportuna eſſe põt Baptiſmi intelligentia, hęc vt inprimis hoc ſtudio perfruamur, dum pueros noſtros ad Baptiſmum ſuſcipi, & Baptiſmo renaſci perſpicimus. Tum vt eam Diuinam ceremoniã intuẽtes meminerim⁹, qd felicisſimis illis ex hac obueniat, qd ſpõdeãt, qd dent, quid recipiant. Tũ vt in nos ipſos conuerſi, cogitemus, quàm illis initijs vita noſtra reſpondeat; quid ex tanta illa gratia in Baptiſmo ſuſcepta, à nobis cuſtoditum, quid deperditum; quid eſt promiſsis præſtitũ, & cætera. Vt autem certa quadam doctrina conſtent myſteria, quę de hoc ſacramento Baptiſmi, & eo tempore quo ſic confertur, & cæteris omnibus à pijs hominibus tractari debẽt: Nos totam hanc ſummam rerum magnarum, quæ certe ampla eſt, ad capita iſta nouem redegimus, de quibus

bus diſtinctè per Homilias conſequẽter, Deo benefauente tractabimus Vt intelligamus. Primò quid ſit Baptiſmus ſecundum nomen. Secundò quid ſit ſecundum rem, materiam ſcilicet, formam, & actionem. Tertiò, quis fuerit auctor Baptiſmi, & quo loco, aut tempore. Quartò, quis idoneꝰ ſit Miniſter. Quinto, q, qualeſue & quot ſuſceptores eſſe debeãt. Sextò, quãta ſit Baptiſmi neceſsitas, & quibus affectibus ſit ſumẽdus. Octauò, quot ſint effectus eius in ſumente. Nono, quæ, quotuè ſint ritus & Cerimoniæ adiũctæ, à quibus, qua intentione, & quo myſterio. Vos omnes ò chariſsimi, tales eſtis, ad quos omnes vel ratione ſuſcepti Baptiſmi vel ratione filiorum ſecundum carnem, vel rõne ſuſceptorũ, qui filij ſunt ſecundum ſpiritum, doctrina iſta ante omnes eſt neceſſaria. Rogo vos, per eum, qui nobis renaſcentiam hãc ſuo ſanguine, & inſtituit, & fœcundauit, dicentem & patiẽter, & feruenter audite.

Primò. Quod primũ in explicatione Baptiſmi diſcutiendum occurrit, eſt nomen ipſum, & nominis ratio; Baptiſmus ergo vocatur.i. ablutio quæcunque, illa ſit, vel aquæ, vel etiam ſanguinis; propriè tamen hic illam ablutionem ſignificat, quæ coniũcta eſt ſacramento; & ſub præſcripta verborum forma miniſtratur. Cuius nempe elementum eſt aqua; forma verò verbum à Chriſto domino ſpecificatum. Ex iſta itaque actione quę eſt ablutio, vocatus eſt Baptiſmꝰ. Ex profeſsione autem fidei, quã hic abluti, ſiue abluendi coram eccleſia faciunt, vocarunt patres, Sacramentum fidei. Ex lumine fidei, quod in hac ablutione recipitur, vocarũt alij

Heb. 10. illuminationem; verbo ſcilicet Apoſtoli Pauli, qui ad Heb. de tẽpore Baptiſmi loquens dixit. Rememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis &c. Ex varijs effectibus. D. Ioan. Chryſoſtomus, vocauit purgationem, quòd in hoc ſacramẽto vetus fermentum expurgatur: Sepulturam, quòd conſepelimur Chriſto; plãtationem, quòd in Chriſti corpus inſerimur; quæ omnia ex epiſt. ad Rom. deſumpta ſunt. Ex ingreſſu, quo hic velut per ianuã homo tranſit à morte in vitam, adeo que in Chriſto renaſcitur, & eius voluntati ſeſe obſtringit, vocauit D. Dioniſius, principium ſanctiſsimorum mandatorum. Tam lata, & ſęcũda eſt ſpeculatio Baptiſmi ex ſolo nomine. Nunc ad rem ipſam.

Secundò. Tria ſunt quæ ſubſtantiam, & eſſe Baptiſmi conficiũt. Materia, forma; & actio, cum intẽtione debita vt ſupra. Materia eſt aqua: forma eſt verbum præſcriptum, nempe inuocatio sãctiſsimę trinitatis. Actio eſt ablutio. Baptizari ergo aliquem dicimus, cũ abluitur aqua, verbo addito. Materia itaque Baptiſmi neceſſaria eſt, aqua; Aqua inquam omnis naturalis, vtcunque alterata, modo nõ ſit ſpecie immutata; calida, frigida amara, dulcis, Maris, Fluminis, lacus, ſcaturiens è terra, cadens è cœlo; quamcunque adhibet natura, ea omnis materia baptiſmi competens eſt. Artificiales non ita; differunt enim ſpecie, & mixtum à quo educuntur, referunt, vt roſacea, & aquæ omnes ab Alchimiſtis per artem diſtillatæ, quare in his non fit Baptiſmus. Cõueniens autem maximè eſt materia iſta ſacramẽto Baptiſmi, propter multas aquæ proprietates, & operationes, quibus aquæ viuæ ideſt, ſpiritus sãcti gratiæ comparatur. Prima eſt ablu-

tio ſordium, cui reſpondet purgatio
conſcientiæ maculatę. Secunda, extin
ctio ardoris, cui reſpondet, imminu-
tio concupiſcentiæ. Tertia, ſubmer-
ſio, qua negari intelligimus poteſta-
tem tenebrarum. Quarta, generati-
ua fœcunditas, ſecundum quam vir-
tutes innaſcuntur. Quinta, eſt reno-
uatio rerum ex ſuper infuſione: ex
hoc dicitur ſacramẽtum regeneratio
nis. Sexta, emollitio rerum aridarũ,
ſic emollitur cor ad impreſsionem
ſpiritus ſancti. Septima, vnio, &
conglutinatio rerum diſperſarum:
Ita hic vnio fit in Chriſti corpus.
Addit ad hæc. D. Thom. quòd vt
aqua ſua natura Diaphana eſt, rectè
ſignificat vim Baptiſmi illuminati-
uam. Vt humida eſt, vim ablutiuam.
Vt frigida, vim refrigeratiuam. Vt
communis eſt locis omnibus, com-
modum eſt elementum ſacramento
huic, quo mundus totus ſaluari de-
buit. Salutem verò hanc, per ele-
mentum Aquæ, mundo quandoque
aduenturam ſpiritus ſanctus om-
nium præſcius, & figuris, & prophe-
tijs in teſtamento veteri luculentiſſi-
me demonſtrauit. Dum à principio
mundi naſcentis, ſpiritus domini fe-
1. Pet. 3. rebatur ſuper aquas. Dum per aquas
diluuij mundus purgatus eſt. Dum
in mari rubro demerſus eſt Pharao,
ſaluatus Iſrael. Dum in Ioardane
1. Cor. 10. Naaman Syrus à lepra mundatus eſt.
4. Reg. 5. Dum probatica piſcina ab Angelo
Ioann. 5. mota primum ſanabat. omnia fue-
runt Baptiſmi Symbola. Sed & ſan-
ctis Prophetis hæc tanta virtus aquæ
non incognita fuit. Ob id ad aquas
Cap. 55. ſitientes vocat Eſaias. Tranſitum
Cap. 43. tutum per aquas promittit. effuſio-
Cap. 44. nem aquarum ſuper ſitientẽ, & fluen
Cap. 36. tum ſuper aridam. Aquam mun-
dam vocat Ezech. quam effunden-

dam promittit, & per eam populum
mundandum ab omnibus inquina-
mentis. Et amplius in cap. 47. deſcri-
bit egreſſum aquarum illarum vi-
uentium, & ſalubrium è ſanctuario,
& progreſſum vſque ad extrema ter-
ræ. Clariſsimè omnium Zaccarias Cap. 13.
fontem promittit domui Dauid
(qui eſt Meſsias) patentem in ablu-
tionem peccati, & menſtrui. Ob
id D. N. Ieſus de ſacramento iſta tra
ctans facto, vel verbo ſemper a-
quam pro elemento adhibuit. Et
cum à Ioann. baptizatus eſt in Ior-
dane, quo facto, vt teſtantur D. Gre-
go. Nazian. Et D. Auguſt. ſanctifican
di virtutem aquæ tribuit tactu ſuæ
mundiſsimæ carnis. Et cùm Nico-
demo neceſsitatem renaſcendi expli
cuit. Ioan. Et cum iuſsit diſcipulos Ioann. 3.
baptizare. Et cum in cruce de latere
expreſsit, meritum, & vim tribuit. Et
cùm poſt reſurrectionem verè inſti-
tuit; & præcepit baptizari gentes in
nomine ſuo, ſemper expreſſam facit
de aqua mentionem. Conſtat iti-
dem apoſtolum Paulum de baptiſmo
loquẽtem expreſſe vocaſſe lauacrum
aquæ. Quare & relinquitur veram,
certamque materiam baptiſmi eſſe
aquam naturalem. Quòd ſi de igne
dixit Ioann. venturum Dominum
qui baptizaret ſpiritu ſancto, & igne:
de materia baptiſmi non eſt intelli-
gendum. ſed vel de intimo effectu
Baptiſmi, illuminantis, & purgan-
tis, vt ſolet Ignis: vel ad miracu-
lum pentecoſtes referendum, quo
apoſtoli in ſpecie ignis ſpiritum re-
ceperunt, de quo ipſe dixerat Ioan-
nes baptizauit aqua; vos autem ba-
ptizamini ſpiritu ſancto, non poſt Act. 1.
multos hos dies. Quòd ſi in aqua
additur ſacramentum chriſma; per-
tinet hoc ad cerimoniam, & ſo-

lemnata-

ſemnitatem, non ad ſubſtantiam; vel materiam baptiſmi. Hæc de materia.

Forma eſt quæ ſecundo loco ad ſubſtantiam,& eſſe Baptiſmi pertinet & eſt verbum illud, quod à Domino
Matth.vlt. Noſtro Ieſu in inſtitutione Baptiſmi Apoſtolis eſt demandatum. Nempe vt baptizarent in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti. Vnde ſancta mater eccleſia certam verborum formã deſumpſit,præcepitque vt hoc verbo conferatur Baptiſmus. Ego baptizo te in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti. Vbi quatuor potiſsimum exprimuntur. Primo perſona conferẽs, & Miniſter,cauſa ſcilicet inſtrumentalis Ego. Secundo. Cauſa primaria quæ eſt ſancta trinitas: In nomine patris,& filij &c. Tertio actio. Baptizo Quartò pſona ſuſcipiens, baptizo te. Et hæc omnia ſic expreſſa ad baptiſmum rectè conferendum,ſunt neceſſaria,non tamen vna,vel eadem neceſsitate. Nam ex parte baptiſmi,vt integer ſit, neceſſaria ſunt verba illa, quibus exprimuntur. Primo tres diuinæ perſonæ,& virtus ipſa diuina: Secũdo.perſona baptizata. Tertio actus baptizandi. Et hæc etiam tria non eãdem habẽt neceſsitatem, ſecundum modum exprimendi. Perſonæ enim tres diuinæ omnino exprimi debent, ita quòd earum expreſsio eſt ſimpliciter neceſſaria. In nomine patris, & filij,& ſpiritus ſancti. Quæ vero ſpectant ad actum baptizati, & perſonã baptizandam, non ſic ſunt neceſſaria ſecundum modum exprimendi, vt ſi aliter proferantur, vana ſit actio. Græci enim dicũt in tertia perſona; Baptizet ſeru' Chriſti. Et tñ eorũ baptiſm' nõ reiterat̃ i eccleſia Romana. Ex parte tamen baptizantis, in eccleſia noſtra Forma illa ego te baptizo &c. Ita quod ſi ſciens aliquid mutet; confert quidem baptiſmum, niſi mutet eſſentialia verba: ſed tamen peccat mortaliter. Quod verò minimum eſt inter iſta omnia verba, illud eſt. Ego.nã vis eius in verbo. Baptizo,cõtinetur; nec addit aliquid.niſi quòd videtur ſpecificare Miniſtri intẽtionẽ Sunt itaque de huiuſmodi forma quatuor iſta firmiter retinenda,& ab omnibus intelligenda, cum collatio baptiſmi poſsit ad omnes,etiã mulierculas in caſu neceſsitatis pertinere ne in re tanti momenti errent. Primũ quòd expreſsio trium Diuinarum perſonarum eſt neceſſaria:quòd ſi in prima eccleſia fuit aliquando baptizatum in nomine Chriſti; diſpenſatio fuit ex reuelatione Apoſtolis facta: vel vt Chriſti nomẽ inuulgaretur; vel quod in eo tota trinitas quaſi in vncto contineretur.vel (vt putarũt D. Ambroſius, & Baſilius) Baptiſmo Chriſti intelliguntur baptizati. ideſt eo,quem Chriſtus inſtituit, ſic tamẽ quod forma Chriſti tradita ideſt In nomine patris,& filij, & ſpiritus ſancti.Quo ſenſu etiam Paulus dixit. qui cũque in Chriſto baptizati eſtis ideſt baptiſmo à Chriſto tradito,& in fide Chriſti:Chriſtum induiſtis. Gal.3. Secũdũ quòd expreſsio actus baptizandi, & perſonę baptizatæ eſt neceſſaria. Tertium, quòd modus exprimendi duo iſta ſcilicet actum, & perſonam, non eſt ſic vnus determinatus, quòd ſi adhibeatur alius,vana ſit actio, peccat tamen immutans. Quartum, quòd hoc pronomen Ego, non eſt neceſſario requiſitum: peccat tamen omittẽs,& merito priuari deberet officio. & beneficio.

Actio tandem eſt,quæ præter materiam, & formam; ad eſſe Baptiſmi requiritur,& eſt Ablutio; hoc enim

ꝓprie eſt abluere, vel ꝓfundere. De ablutione aũt iſta quatuorpotiſsimũ ſunt ſcienda. Primò, quod ablutio poteſt tripliciter fieri, vel per immerſionem, vt à principio in eccleſia ſeruatum eſt; vel per effuſionem aquæ ex aliquo vaſe, vt nunc frequenter fit; vel per aſperſionem, vt ab Apoſtolis factum credimus cum prędicante Petro vna die baptizata ſunt tria hoĩum millia Ex his ritibus ille potiſsimum ſeruandus eſt, cuius vſum habet eccleſia, in qua baptizamur, oẽs enim vere baptizant: omneſque vere mortem, & reſurrectionem domini reprę ſentant, dum quoquo modo ſepelimur in aqua, & ſubleuamur ex aqua: omnes etiam ſatis ſignificant ablutionem animæ à culpa; qua ratione Paulus baptiſmmum vocat lauacrum. Secundò, quod quæcunque illarum ablutionum adhibeatur, nil refert, vna tantũ, an trina fiat. Vtroque enim modo (ex teſtimonio D. Gregorij magni in Epiſt. ad Leandrum) vere confertur Baptiſmus. In Concilio Toletano contra errorem Donatiſtarum, pręceptũ fuit, vt vna tantum fiat immerſio, ſed in hoc quiſque ſequatur ritũ eccleſiæ in qua baptizat. Si tres fiunt referunt trinitatem Diuinarũ perſonarũ: ſi vna vnitatem naturæ. Tertiò, quod in ablutione, quocunque modo fiat, caput potiſsimum, & in capite facies eſt abluẽda, ibi enim vigent ſenſus. Quartò, quod in ablutione ſic ſunt verba baptiſmi proferenda, vt non ante, aut poſt: ſed eodem tempore quo ablutio ipſa peragitur, pronuntientur. Sic enim hæc tria integrant ſubſtantiam baptiſmi. Vt neque aqua ante, vel poſt verborum prolationem ſit ſacramentum, vtcunque ſons aquæ benedictus. Neque verba ante, aut poſt aquæ infuſionem centies prolata baptiſmum faciant. Neque ablutio ſine verbis ſimul prolatis, animam vllo modo mundare poſsit. Sit itaque aqua naturalis, qualitercunque affecta, dum ſalua ſit eius ſpecies, & natura; & eſt materia debita. Sit verbum à D. N. Ieſu præſcriptum, explicans trinitatem perſonarum, perſonam baptizantem, & baptizatam, & ablutionem: & eſt forma baptiſmi debita, quæ elemento addita, facit ſacramentum. Sit ablutio conueniens, iuxta ritum eccleſiæ, vna, vel triplex, modo perſonam tangat, & in perſona caput potiſsimum Et ſimul habeat verbum concomitans. Tria hæc integrant ſubſtantiam baptiſmi; quod erat hodie à nobis pertractandum. Deo gratias, qui hæc omnia bona, & nobis tradidit, & tradita ſic abunde explicuit, & reuelauit; vt in omnibus illum benedicere debeamus. Amen.

Act. 2.

Eph. 5.

Apud Forum Sempronij. Die 14. Augusti. 1568.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Homilia Secunda.

IAm cœpimus per Dei gratiã myſteria, & theſauros ampliſsimos Diuini huius ſacramentis ſatis fœliciter penetrare, quando iam prima ipſa homilia vniuerſam illius ſubſtantiam expreſſimus nempe materiam,

teriam, formam, & actionem. Bona igitur animo poſſumus ad cœtera tractanda pergere, ſperantes eadem ipſa Dei gratia bene fauente, ſtudia noſtra in poſterum non fore minus fœlicia. Ita optamus ex corde, ita precamur, & vos quoque precari quantum in Deo poſſumus iubemus, & obteſtamur. Actio eſt Baptiſmus, ablutio ſcilicet, & ſacra, & vt confidimus, non inutilis, aut vana, quin maxima ſecum adferens bona. Hic ergo omnino ad minus tria concurrunt, quæ à nobis ſigillatim ſunt explicanda, ſcilicet. Agens, Patiens, & effectus. In agente intelligo, quotquot ad conferendum Baptiſmum concurrunt. In patiente, quotquot hominum genera, ad ſuſcipiendum baptiſmum admittuntur. Inter effectus omnia virtutum, & bonorum genera, quæ per baptiſmum naturæ humanæ conferuntur. De ijs itaque omnibus, à nobis conſequenter per diſtinctas homilias agendum erit. Atque in hac de Agente, & de his omnibus quæ ad collationem baptiſmi aliquo modo quicquam conferunt. Et ſunt in ſumma tres agentium ſpecies. In prima eſt inſtitutor Baptiſmi, in quo eſt poteſtas ipſa auctoritatiua, & excellentiæ. In ſecunda ſunt diſpenſatores, in quibus eſt poteſtas miniſterialis. In tertia ſunt patrini, & ſuſceptores, qui & ipſi ſi non ad generandum, ſeu regenerandum in Baptiſmo concurrunt, certe ad alendum, educandum, & promouendum in vita, ideſt fide, & religione ſuſcepta multum conferunt, quare, & ſuam atque eam nobilem in hoc negocio habent actionem. De his igitur omnibus hodie à nobis tractandum eſt; vt ex primo ſciamus, A quo inſtitutus ſit, vimque acceperit, baptiſmus tanquam à Domino. Ex ſecundo, à quibus conferri poſſit tanquam miniſtris. Ex tertio, quales patrini, aut ſuſceptores adhibendi ſint. Nunc Dei inuocato nomine primum aggrediamur.

A quo inſtitutus ſit Baptiſmus, Et quis ſit Verus Baptiſmi Dominus.

Primò De Inſtitutore, atque ideo de Domin oBaptiſmi nulla eſt inter catholicos cõtrouerſia; omnes enim (Vt ſupra docuimus dum de ſacramẽtis in genere tractaremus) vna voce teſtantur, ſacramenta omnia à D.N. Ieſu Chriſto inſtituta eſſe. Erant in lege baptiſmi, fuit & ſolemnis Baptiſmus Ioannis; ſed ij fuerunt potius ſacramentales, quam ſacramenta; & certe talia non fuerunt ſacramenta, qualia ſunt nouæ legis, quæ gratiam conferunt, & animam tangũt. Baptiſmus igitur noſter, qui verum eſt ſacramentum, & ſacramẽtorum ianua, ſacramẽtum Chriſti eſt, & quia ab eo inſtitutus, & quia ab eo vim accepit, atq; efficaciam; quare ex vtroque Dominus illius eſt. Ita dictum eſt Ioanni. Super quem videris ſpiritum deſcendentem, & manentem; hic eſt qui baptizat. Inſtitutionem autem hanc ſic ſolent Diuini patres noſtri contemplari, vt in ea tria potiſſimum ſpeculentur. Primo quo loco, aut tempore Chriſtus inſtituerit Baptiſmũ. Secundò, quando illi vim, aut efficaciam ſanctificandi tribuerit. Tertiò, qu-ndo legem de baptiſmo neceſſario ſuſcipiendo protulerit. De

primo

primo dico, quod Baptiſmum inſti-
tuit ideſt aquam ſanctificauit prius
facto, quã verbo; nẽpe, qñ à Ioãne ipſe
in Iordane eſt Baptizatus, tunc enim. vt
ſentiunt patres, præcipue Gregorius
Nazianzenus, & Auguſtinus, tactu
ſuæ ſanctiſsimæ carnis, aquam ſancti
ficauit, tunc vim illi tribuit, ex eo om
nia peccata abluit aqua, quoniam à
Chriſto abluta eſt, & abluendi vim
habet: quam actionẽ, & vniuerſa pro-
bauit ſanctiſsima trinitas, patris vox
è cœlo; filij perſona; & ſpiritus ſancti
ſpecies in columba. Ex inde ſtatim,
quaſi perfecto opere, cœpit Ieſus ba
ptizare, vt teſtantur diſcipuli Ioan-
nis. d. Rabi qui tecum erat trans Ior-
danem, en baptizat, & omnes veniũt
Cap. 4. ad eum, quod tamen expoſuit Euan-
geliſta quod non baptizabat Ieſus ma
nu ſua, ſed per manus diſcipu-
lorum. Et ita ſimul ad tempus curre-
bat lex cũ euangelio, ideſt circũciſio
cum Baptiſmo. De ſecundo dico, qđ
virtus, & efficacia ſacramentorum in
hoc conſiſtit, vt poſsint mundare, &
cõferre gratiã, aut quod mediãtibus
illis cõferatur. Hoc autẽ habent ſacra
mẽta à duplici cauſa. Tanquam à cau
ſa efficiente, habent à Diuina volun-
tate, à qua omne bonum. Tanquam
à cauſa meritoria, habent à paſsione
Chriſti. Ita Glo. ad Rom. 5. è latere
Chriſti dormiẽtis fluxerunt ſacramẽ
ta, per quæ ſaluata eſt eccleſia. Et Au-
guſtinus. 15. de ci. Dei. cap. 16.
oſtium in latere Arcæ profecto eſt
vulnus, quo latus ſacrificij vulneratũ
eſt lãcea, inde ſacramẽta manarunt,
quibus credentes viuunt. Sic autem
intellige ex eo latere ſacramenta flu-
xiſſe, non ratione inciſionis factæ in
mortuo corpore, ſed paſsionis præce
dentis ex qua efficaciam meritoriẽ
habuerunt, prout paſsio illa actu in-
teriori volũtatis Chriſti, exhibita, &
oblata ab initio Deo patri pro nobis
fuerat. Sic ergo Chriſt⁹ dũ baptizat⁹
eſt, vim ſanctificãdi aquis cõtulit effe
ctiuè. Meritoriè autem cum paſſus eſt
quam paſsionem, & animo volens,
ac patri offerens, in ea, & ex ea etiam
in Iordane aquas ſanctificabat & ad
ſanãdum inſtituebat. De Tertio, lex
de Baptiſmo ſuſcipiẽdo nõ prius lata
eſt, quam verè paſſus, mortuus, & ſu-
ſcitatus eſt Ieſus. Tunc enim præce-
pit. d. Euntes docete omnes gentes
baptizãtes in nomine patris & filij, &
ſpiritus ſancti. Ex eo tempore cœpit,
Baptiſmi neceſsitas. Sed neque prius
ferri lex potuit: cũ.n. vt docent Apo
ſtoli Petrus, & Paulus Baptiſmus ſe
cum habeat vim, & imaginem mortis
ſepulturæ, & reſurrectionis Domini
Ieſu. de qua re Petrus. Regenerauit 1. Pe. 1.
nos in ſpem viuam per reſurrectio-
nem Ieſu Chriſti ex mortuis. De qua
Paulus ſeipſum tradidit pro ea, vt il-
lam ſanctificaret, mundans eam laua
cro aquæ in verbo. facile perſpicitur,
baptiſmi obligationem ad id tempus
pertinuiſſe, quod mortem Domini
conſequebatur. Ad quod etiam tem
pus ſpectabant verba illa ad Nicode- Ioan. 3.
mum. Niſi quis renatus fuerit ex a-
qua &c. Mortua itaque lege, & ſepul-
ta Sinagoga, tunc verè præcepta ſunt
ſacramenta legem ſequentia, legem
que implentia; quorum omnium, &
inſtitutor, & Dominus eſt Ieſus Chri
ſtus.

Qui ſint, qualeſuè eſſe debeant legitimi Miniſtri Baptiſmi.

Secundo. Articulus hic diligenter

eſt

eſt percipiendus,vt tantum ſacramen
tum,tam neceſſarium, nõ modo ritè
& legitime, ſed & honeſtè, & cum di
gnitate diſpenſetur. Et tamẽ quoquo
modo pro temporis, aut rerum angu
ſtia non dimittatur. Ita omnia cum
ordine fieri iubet Apoſtolus Eſt Ba
1. Cor. 14. ptiſmus ſacramẽtum eccleſiaſticum,
eſt neceſſarium,eſt primum. Vt eccle
ſiaſticum eſt, conuenit ab eccleſiaſti
cis diſpenſari,vt vero neceſſarium,ab
ſentib' illis,conuenit per alios tribui,
ne pereant animæ:vt primum eſt, nõ
præexigit aliud ſacramentum, & à
nullo dependet, quare & à quocun
que dari poteſt. Eſt igitur triplex or-
do Miniſtrorum Baptiſmi. Primus
eorum quibus ex officio conuenit,
qui & iure ſuo,atque ordinaria pote-
ſtate exercent: Tales fuerunt Apoſto
li,quibus præceptum eſt.euntes docé
te,& baptizate. Cum verò vtrunque
non poſſent. Apoſtoli per ſe præſta-
re,cum grauius, & difficilius munus
ſit docere,nempe quòd in eo requira
tur præter iuriſdictionem, certa mi-
niſtri,& docẽtis grauitas,& eruditio;
factum eſt,vt officium baptizandi di
miſerint ſimplicibus ſacerdotibus: vt
diſpẽſandi eleemoſinas Diaconibus.
Non eſt æquum nos miniſtrare men
ſis; & derelinquere verbum. Adde
quòd competebat officium baptizan
di ſacerdotibus ratione ſacerdotij;
ex hoc enim poſſunt ſacram euchari-
ſtiam conficere, & miniſtrare, quæ
eſt pacis, & vnitatis ſacramentum;de
buerunt & ea omnia miniſtrare, quæ
ad eam pacem,& vnitatem conferũt,
quorum omnium ianua, & principiũ
eſt Baptiſmus. Ob hoc & D. N. Ie-
ſus non baptizauit(niſi forte Apoſto
los,vt videtur ſentire D. Auguſtinus
Ad Clementianum) ob hoc & de ſe
Paulus. Nõ miſit me Dominus bapti
zare,ſed euangelizare. Ex officio igi-
tur conuenit ſacerdotibus baptizare,
vt ſacerdotes ſunt, neque vlla in hoc
egent epiſcopi venia; quod ſi negare
quandoque viſi ſunt patres, Intelligẽ
di ſunt de eo Baptiſmo; qui certis an
ni diebus ſolemni cerimonia præſta-
ri cõſueuerat. Ex hoc ſequitur,quòd
præſente ſacerdote, nemo alius po-
teſt legitimè baptizare, quod ſi facit
peccat. Secundus ordo miniſtrorum
baptiſmi eſt diaconorum, qui & de li
centia Epiſcoporum, & ſacerdotum
poſſunt baptizare. Ita à Philippo ba-
ptizatus eſt Eunuchus.de quò D. Hi Pſalm.
larius In pſal.quòd à diacono miniſte
rium Apoſtolici,ideſt ſacerdotalis of
ficij ſalutis ſuæ cupidus exegit. Ter-
tius ordo Miniſtrorum eſt ſatis latus
& amplus,eorum ſcilicet qui in neceſ
ſitate, cum ſcilicet ſacerdotum, aut
diaconorum copia haberi non po-
teſt,& periculum vitæ imminet crea-
turę,poſſunt baptizare,in aqua tamẽ,
& verbo ſimplici ſine vlla ſolemnita-
te cerimoniarum. Tales miniſtri ſunt
omnes,ſacri,prophani,mares,fęminę
boni,mali,catholici,hæretici,fideles,
& infideles,modo debita materia, &
forma vtantur, & intendant vere ba-
ptizare,vt baptizat eccleſia chriſtiano
rum, omnes vere baptizant. Tanta
nos Dei miſericordia complectitur,
vt cum ſacramentum hoc ſit ad vitã
tam neceſſarium,tam amplum, & cõ
modum eius miniſterium fecerit; nẽ
pe in aqua, materia communiſſima,
quæ vbique commode haberi poteſt
& per manus omnium etiam inimi-
corum eius. Ita quod ſicut aqua etiã
non benedicta,etiam non pura,mo-
do ſit aqua,vera eſt materia baptiſmi
Ita homo non ſacer,non benedictus,
non catholicus,non fidelis, verus eſ-
ſe poteſt miniſter. Non enim inquit
D.Au-

D. Auguſtinus, columba exhorret miniſterium malorum. Quis itaque dubitet amplius nũ baptizatus à malo ſacerdote, vere ſit baptizatus, quando concludimus quod & baptizatus à non ſacerdote, à non chriſtiano. à non viro, modo ſit mulier, & ſeruetur debita forma, vere eſt baptizat⁹, & nullo modo eſt in Chriſti eccleſia rebaptizandus? Sunt tamen hoc loco particula quædam rememoranda. Primo vt quoties baptiſmus tribuitur à non ſacerdote; tribuatur in aqua communi, & ſine vlla rituum, aut cerimoniarum ſolẽnitate. Secundo, vt adhibeatur certa eccleſię forma & actualis ĩtẽtio faciendi, qđ baptizando facit eccleſia ſaltẽ habitualis, aut virtualis. Tertio vt in his ordo ſeruetur; vt coram viro non baptizet mulier, niſi ſit obſtetricandi arte perita, ſolent enim eiuſmodi ritũ, & modum Baptiſmi melius, quam multi viri poſsidere. coram fideli non infidelis, coram clerico non laicus, coram ſacerdote clericus non præſumat officium baptizãdi. Quartò, qualiſcunque ſit Miniſter, modo (vt dixim⁹) rectè miniſtret nõ inficit miniſterium, ſicut etiã nec melior miniſter, melius facit miniſteriũ. Ratio eſt, quia bonitas ſumitur à Domino. Dominus autem Baptiſmi Chriſtus eſt: quid faciat Miniſter malus, ſi Dominus eſt ſemper bonus? Nunquid, inquit Paulus, in nomine Cephæ, aut Pauli baptizati eſtis? Noſtra Domine ſunt ſeruitia, inqt Gregorius, ſed tua ſunt ſacramenta, qualiſcunque ſit anulus (inquit Gregori⁹ Nazianzenus, in oratione in ſanctũ lauacrũ) ſiue aureus, ſiue plũbe⁹ eadem imago eſt. Qualecunque ſit canale,
Pſalm. 4. per eius alucum, tranſit aqua, & im-
Pſalm. 59. pinguat hortos. Dñi eſt ſalus; vana ſalus hominis. Quintò, Baptiſmus vbicunque, & à quocunque detur, verus eſt baptiſmus, non tamen vbique vtilis, aut fructuoſus. Nam qui à ſchiſmaticis & hęreticis daſ, verus eſt baptiſm⁹; ſed tñ durãte ſchiſmate, ſi baptizati in eo ſint, & ꝑfuerent rõne ſchiſmatis, baptiſmi gratia non fruuntur ad vitã. ita ꝙ baptiſmus hæreticorũ, & ĩfideliũ, verus eſt, ſed vanus. quouſq; redeant ad eccleſiã, & tũc non nouũ accipiunt baptiſmum ſed Baptiſmi fructum, id eſt vitam in Chriſto, quã in eis hæreſis extinguebat. Baptiſmus ergo eſſe quidem poteſt, ſed non prodeſſe extra eccleſiam. Ita inquit D. Auguſtinus. lib. 4. de vni. bapt. cap. 1. Flumina paradiſi extra paradiſum ſu- Gen. 2.
nt vera flumina. ſed tamen non beant niſi in paradiſo. Et ſic eadem aqua Diluuij ſeruauit manentes in Arca, & extra Arcã natantes interemit. Et idem eſt euangelium Catholicis, & hęreticis: at illis ad vitam, iſtis ad mortem operatur Concluſio eſt firmiſsima catholicorum prolixius diſputata & tractata à D. Auguſtino pluribus libris contra Donatiſtas. Et hæc de Miniſtris.

De patrinis, aut ſuſceptoribus.

Tertiò. De his ſunt certa capita declaranda. atque hæc potiſsimum, ſex. Primum, quid ſint patrini, quæ ipſorũ leges, quæ verba. Sunt patres quidam ſpirituales, qui è baptiſmo in ſui curam, & fidem Chriſti nouellas creaturas recipiunt; his legibus, vt eos ꝑpetuo commendatos habeant, vt in ijs quæ ad chriſtianæ vitæ inſtitutionem pertinent, erudiant, & creſcãt; quouſq; tales ſint coram Dño quales futuros ipoſi eorũ nõie ſolemni-

cæri

cærimonia promiſerunt. Verba narrauit Diuinus ipſe Dionifius, & ſunt Spondeo puerum inducturum, cum ad ſacram intelligẽtiam venerit, ſedulis adhortationibus meis, vt abrenuntiet contrarijs omnino, profiteatur peragatq; diuina, quæ pollicetur. Ita fideiuſſores apud Deum vocat D. Auguſtinus, ſunt itaq; patres, præceptores, tutores, cuſtodes perpetui eorũ quos è fonte ſubleuant, quos nunquã tuta cõſcia deſerere poſſunt. Secundum, quàm vetuſta ſit horum patrinorum inſtitutio. D. Dionifius diſcipulus Apoſtolorum, teſtatur traditionem hanc fuiſſe Diuinorum noſtrorum Ducum. i. apoſtolorum. Idem cõfirmat Higinius Papa ſanctus. Certe ex multis locis conſtat, temporibus D. Auguſtini vſum huiuſmodi celebrem, & receptũ per multos annos in eccleſia fuiſſe. Tertium, quàm rationabilis fuerit inſtitutio. Maximè, ex hoc quod cum Baptiſmus ſpiritualis ſit regeneratio; qua filij Dei naſcimur, vt de ea loquũtur D. Petrus, & Paulus, rectè factum eſt, vt his renatis in fide, & religione de conuenienti nutrice, & pedagogo, prouideretur, cuius ope educarentur, & bonis artibus erudirentur: eo maximè quòd Parochi & paſtores publicis curis impediti, non poſsint priuatis his incumbere. Quartum, quo lacte educandi ſint renati à patrinis. D. Auguſtinus paucis comprehendit d. Debent eos admonere vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiam diligant; Charitatem teneant; ante omnia Symbolum, & orationem Dominicam eos doceãt; Decalogum etiam, & prima chriſtianæ Religionis rudimenta. Quintum, quales eſſe patrini debent. Ex ijs facile conſtat, quòd pij, quod eruditi, quod animarum zelatores, quòd loco patrum; Non ergo apti ſunt parentes ipſi ſecundum carnem; cum ſpiritalis hæc ſit regeneratio; Non impij, non hæretici, non Iudæi. vnde relinquitur, quòd multo plures poſſunt baptizare; quàm è baptiſmo leuare. Illud enim eſt neceſsitatis, & ideo latius, & communius, hoc eſt ſolemnitatis, & ideo ſtrictius. Sextum, quot eſſe poſſunt, aut debent: Patrini vnum leuantes, poſſunt eſſe plures, & vſus inualuerat, vt eſſent plures. Nũc vero ex Decreto Concilij Tridentini. In tertia parte ſeſſ. 8. c. 2. vnus tantum, & vna admittitur: qui & in ſpecie deligi à parẽtibus, & in ſpecie cognoſci à baptizante, atque in eius libro deſcribi; cæteris omnibus vtcunque præſentibus, & tangentibus excluſis. Hoc autem factum eſt dupli ci ratione. Primum, ne diſciplinæ, & inſtitutionis regula à multitudine magiſtrorum, aut contemnatur, aut confundatur. Secundum, vt quoniã inter patrinos, & baptizatum, nec nõ baptizati patrem, & matrem (vt ſancta Synodus declarat) cognatio, & affinitas tanta contrahitur, quòd matrimonium impedit contrahendum. & dirimit contractum, non ita extendantur, & multiplicentur eiuſmodi vincula, vt futuris matrimonijs eſſe poſsint incommoda. Sint ergo pauci, ſed qui officium ſuſceptũ, & poſſint, & velint non tantum nomine (vt moris fuit) ſed & reipſa præſtare. Ex hæc tandem ſunt ea omnia Agentiũ genera, quæ quoquo modo ad Baptiſmum rectè conferendum cõcurrunt: Inſtitutor ipſe & Dominus Ieſus Chriſtus. Miniſtri ex officio ſacerdotes, ex neceſsitate quotcunque veram adhibent materiam, formam, & intentionem. Patrini, & ſuſceptores, qui renatos in fidem, & clientelam

lam ſuam recipiunt, vt partum Chriſti indies augeant, donec creſcat in virum perfectum, attingatque promiſſam ſibi vitam æternam. Amen.

Apud Forum Sempronij. Die 17. Auguſti. 1568.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Homelia Tertia.

Quanta ſit baptiſmi neceſſitas, & quibus.

Quòd latiſſimũ ſit baptiſmi elementum, nempe aqua, quæcunque illa ſit, modo ſit naturalis: latiſſimum quoque ſit miniſterium, ita quòd à quocunque, etiam laico, etiam fœmina, etiam infideli in certis caſibus tribui poſſit, argumentum eſt ampliſſimæ fœlicitatis humanæ, quæ tantam gratiam, tam late expoſitam habet: ſed & ampliſſimæ bonitatis, & largitatis diuinæ, quæ tam abunde (vt Apoſtolus dicit) effundit miſericordiam ſuam in ſalutem noſtram. Neutrum tamen horum rectè expendi, æſtimariuè poteſt, niſi prius agnoſcatur quãta homini fuerit eiuſmodi miſericordia, & largitas neceſſaria, atque hoc ipſum non rectè expenditur, niſi firmiter apprehendatur humanæ infirmitatis, & miſeriæ ſtatus; quàm ſcilicet inops, & nudus bonorum omniũ quam plenus malorum, & quidem letalium, quam impurus ex culpa originali, quam certo ad mortem æternam deſtinatus quiſque noſtrum ex vtero matris naſcatur. vt verè & ſuum, & noſtrum ſtatum deploret Dauid. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum &c. Pſalm. 50. Ad agnoſcendam itaque Baptiſmi gratiam, & Dei per ipſum erga nos benignitatem, hinc initium ſumendum eſt. Vt principio confiteamur communem totius naturæ noſtræ, ex lapſu primorum parentum, languorem; quòd ſcilicet vnius delicto peccatores conſtituti ſunt multi, imo omnes, vt idem Apoſtolus. omnes naſcimur filij iræ: ita vt (quod ait Iob) ne infans vnius diei mundus ſit. In qua veritate aſſerenda laborarunt contra Pelagianos hæreticos ſanctiſſimi patres noſtri Auguſtinus, Hieronymus, Innocentius, Proſper, & concilia numeroſa Orientalia, & Aphricana. Deinde agnoſcamus, & fateamur neceſſitatem communem Diuinæ gratiæ, qua ex generali in primis illo reatu liberemur, atque ex Dei inimicis per Ieſum reconciliatorem amici ſiamus. Fiamus autem quanto citius, tanto tutius, ex periculo mortis, cui ab ipſo die ortus ſubijcimur: alioqui certum eſt perire nos quaſcunque ſimus, aut magni, aut paruuli, quando ex ipſo ventre matris damnati ſumus. Cum vero eiuſmodi à morte ſubleuatio, & prima reconciliatio, nobis in baptiſmi gratia conferatur, ſine qua nullius gratiæ capaces ſumus, relinquitur non modo neceſſarium eſſe baptiſmum; ſed neceſſarium omnibus, quotquot homines ſunt, nec modo neceſſarium omnibus, ſed quanto citius, & ipſis infantibus conferendum, vt à periculo, quod imminet ex morte, liberentur. Cum autem diuerſus omnino ſit paruulorum ſtatus, ab adul-

torum : & vtriſque debeatur Baptiſ-
mi ſacramentum ad vitam. Duo ſunt
capita, quæ de his ſunt in primis hic
declaranda. Primum, quod Baptiſ-
mus illis eſt neceſſario conferendus.
Secundum, quomodo, aut quando
conferendus. De primo ſtatuēda eſt
hęc certiſſima cōcluſio. Quòd paruu
li, quicunq; ſint, aut ex quibuſcunque
nati, neceſſario ſunt baptizandi, vt à
cōmuni contagio liberētur, & viuāt.
Cōcluſio probatur ex multis. Primò
ex traditione Apoſtolorum, de qua
Rom. 5. Origenes in Epiſ. Ro. teſtatur, pro
peccato originali tollendo, eccleſiā
ab Apoſtolis traditionem accepiſſe,
vt paruulos etiam baptizet. Quod &
abūde D. Auguſtinus in libro aduer
ſus Iulianū ex probatiſſimo teſtimo-
nio ſanctorum patrum, Irenæi, Cy-
priani, Reticij, Olympi Hiſpani, Hila
rij, Ambroſij, Innocentij Papæ primi
conſtituit, tanquam de communi ec
Matth. 19. cleſiæ catholicæ aſſertione. Secundò,
ex verbis Domini dicentis. Sinite par
uulos venire ad me, talium eſt regnū
cœlorum, quos & amplexatus eſt, &
quibus manus impoſuit, & benedixit.
Certe gratiæ ſuæ capaces explicuit.
Marc. 10. Tertiò, teſtatur D. Paulus, ſe bapti-
1. Cor. 1. zaſſe totam Stephani domum; colligi
tur, quòd & pueros in ea manentes
baptizarit. Quartò, circuncilio, quæ
ad emundationem carnis proderat,
impreſſa, & illata eſt etiam pueris,
cur non baptiſmus qui eſt circunci-
ſio non manu facta, in emundatio-
nem ſpiritus? Quintò, poſſunt pueri
ex Adam, labē contrahere, & de fa-
cto contrahunt, qua mors in eos re-
Rom. 5. gnat. Cur non poſſint ex Chriſto ſibi
communicato gratiam conſequi, &
per eam labe purgari, & morte libera
ri? De adultis autem, nulla eſt apud
fideles dubitatio, quin ad ſalutem
neceſſarius illis ſit baptiſmus, quo &
à præteritis omnibus culpis abſoluā-
tur, & in corpus Chriſti admittātur
ad uitam. De his enim propriè man-
dauit Dominus Apoſtolis, eūtes do
cete omnes gentes, baptizantes &c.
De his dixit qui crediderit, & bapti-
zatus fuerit, ſaluus erit. Cum tamen
& paruulis, & adultis neceſſarium eſ-
ſe Baptiſmum dicimus, intellige nō
eſſe eandem utriſque neceſsitatem.
Paruulis enim ſic ſimpliciter eſt ne-
ceſſaria Baptiſmi collatio, vt ſine hac
nullo alio modo ſuccurri illis poſsit.
Adultis uero ſic neceſſari9 eſt Baptiſ
mus, vt omnino teneātur cū voto ſu
ſcipere, atque ad eum ſuſcipiendum
animo ferri, & diſponi, quantum poſ
ſunt, tanquam ad ianuam vitæ: quòd
ſi interea voto fruſtrantur, vt non
poſsint externum Baptiſmum aquæ
obtinere, aut quod morte præueniū-
tur, aut quòd miniſtrum non habēt,
ſciant ſe baptiſmo flaminis, & ſpiri-
tus iam mundatos, & voto illo ſaluos
fieri. Tanto magis, ſi ex eo rapiantur
ad martyrium, & ſuomet ſanguine
pro Chriſti fide tingantur, & abluan
tur, hic enim baptiſmus, ut omnium
optimum, propriam habet benedi-
ctionem & aureolam in regno uitæ:
Et hæc de primo. De ſecundò, quo-
modo, aut quando conferendus ſit
Baptiſmus. Non eſt eadem medi, aut
temporis ratio in paruulis, & in adul
tis, quia ſolet eccleſia catholica, lon-
gè aliter circa hos, & illos procede-
re. Paruulos ſuſcipit eccleſia, utcun-
que corpore infirmos, & mente in-
capaces eorum, quæ circa illos fiūt.
utcunque non intelligant, non con-
ſentiant, ſæpe etiam & quantum poſ
ſunt reluctentur, & ab aquæ tactu re-
fugiant, tamen inuiti etiam, & no-
lentes admittuntur, ſuſcipiuntur,

& abluuntur. Fœlix neceſsitas quæ ad meliora compellit. Adducũtur autem paruuli, & ſuſcipiuntur voluntate, fide, & charitate communi quę eſt eccleſiæ catholicæ, quam proteſtantur ex parte pueri parentes ſi fideles ſunt, aut patrini, aut quotquot adſunt pij, & actioni conſentiunt: Ex alia parte miniſter baptizans, & intendens eum è manibus ſatanæ eruere, & in Chriſti eccleſiam cooptare. Quare interrogat Miniſter pro eccleſia, credis, vis baptizari &c? Et pro puero in eccleſia, eccleſia ipſamet p parentes, aut patrinos reſpõdet, Credo, volo, & ſat eſt. Non mirũ aũt aut alienũ eſt, diuinam miſericordiã, ſic paruulos per alienam fidem ſuſcipere, & ſaluare; quando & per alienã culpã nẽpe primorũ parentũ, citra oẽm ſuæ voluntatis actum, damnati, & rei facti ſunt. ſic enim Gratia ſuperabundat delicto. Hinc colligitur, & ratio temporis, quòd non ſit differendus paruulorum Baptiſmus: non enim (vt malę ſentiunt Anabaptiſtæ) ſunt prius in fide docẽdi, aut inſtituẽdi; qui in fide aliena ſunt admittendi. Dilatio autem poteſt illis plurimum nocere, cum infinitis ex ætatis imbecillitate, periculis vitæ ſubiaceant; nec poſsint vlla alia via, quam per baptiſmum aquæ liberari à morte æterna, cui ex culpa originali, ſunt addicti. quam primum itaque ſine periculo fieri, poteſt, ad eccleſiam ſunt deferendi, & ſolemnibus cærimonijs baptizandi. Paulatim deinde creſcente ætate per parentes, aut patrinos in chriſtiana pietate formandi, vt in via ſalutis adoleſcant. Puer inquit Gregorius magnus ad Auguſtinum anglorum epiſcopum, eadem die qua natus eſt baptizari poteſt. Quin & in egreſſu è corpore matris (ſine tamen ſolemnitate) modo aliqua eius pars, maxime vero caput, edita ſit.

Adultos autem, qui ab infidelitate veniunt, propriaque voluntate feruntur, longe alia ratione ſuſcipere ſolet eccleſia. Quantum enim ad modum attinet, in primis adulto baptizando ex antiquiſsimo, atque apoſtolico vſu Eccleſia proponit fidem chriſtianam, eiuſque articulos ſigillatim exponit; atque ad credendum allicit, hortaturque. Deinde exigit rectam fidem, ſaltem in communi, ſi capere omnia nequeunt, vt credant, quod eccleſia credit. Ex hoc baptiſmus dicitur ſacramentum fidei. Tertio requirit vt eum vitæ prioris male actæ pœniteat, ita quod mori peccato, & in nouitate vitæ ambulare velit. Ita enim teſtatur D. Auguſtinus libro de Pœnitentia, quod nullus ſuo arbitrio voluntatis conſtitutus, poteſt nouam vitam inchoare, niſi eum veteris pœniteat. Et Paulus. quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis, ita & nos in nouitate Rom.9. vitæ ambulemus. Quarto velit baptizari, & ſuſcipere ſacramentum, ſicut inſtituit Chriſtus, & eccleſia tradit. Nemo enim inquit D. Aug. ex aqua, & ſpiritu ſancto renaſcitur, niſi volens. In expreſsionem huius voluntatis, iubet eccleſia, vt petant baptiſmum. Quantum vero ad tempus Hic ſolet eccleſia ſuas adhibere periodos, certaque ſtatuere dilationis tempora, ante quæ non baptizentur. non enim vt paruulis ita adultis dilatio periculoſa eſt, cum poſsit ſolo baptiſmi voto, ſi cætera deſint, maleque actæ vitæ pœnitentia ſaluari, vt de Valentiniano præcepto, teſtatur D. Ambroſius. Dilatio vero ad multa iuuare poſsit, & de facto iuuet: Primo, ꝙ in-

terea

terea voluntas eorum exploratur, num vere, vel ficte, æternæ vitæ, an alicuius temporalis commodi gratia baptiſmum expetat; quod magni momenti eſt. Ex hoc Iudæos potiſſimum iubet per menſes aliquot eſſe cathecumenos. Ita probate ſpiritus
1. Ioann. 4. ſi ex Deo ſint. Deinde, interim in fide Chriſti, & doctrina catholica erudiuntur, exercenturque in his quę ad fidem pertinent. Tertiò, ſic magis honoratur ſacramētum, quod niſi rectè diſpoſitis; certa etiam ſolemnitate cęrimoniarum; & olim certo anni tempore nempe in Paſchate & pētecoſte tribuebatur. His præſtitis nō amplius eſt differendum; quin hortandi ſunt ne tempus ab eccleſia præſcriptum tranſeant. Primò, quia ſic monentur à ſpiritu ſancto. Ne tardes conuerti ad Dominum: perfecta autem conuerſio eſt per Baptiſmum regeneratio. Deinde, quo ſerius veniunt ad baptiſmum, eo diutius carere illos opus eſt vſu & gratia, cæterorum ſacramētorum, quorum ianua Baptiſmus eſt. Tertiò cum in Baptiſmo non modo remittantur peccata, ſed & gratia ipſa Diuina infundatur; cuius ope in poſterum, & vitantur peccata, & iuſtitia exercetur ad meritum, planum eſt bonis hiſce ingentibus interim ſe priuare, qui plus æquo differt baptiſmū ſuum. Potiſſimum verò differendū non eſt Baptiſmi tempus in duobus caſibus. Primò cum baptizandi videntur ſatis inſtructi & ardentes. Ita enim D. Philippus ſtatim baptizauit
Act. 8. Eunuchum. Et D. Petrus Corneliū,
Act. 10. & eius domum. Secūdò, cum vitæ periculum inſtare videtur: De qua re D Leo dicit, Hi qui neceſſitate mortis, ægritudinis, obſidionis, naufragij vrgentur, omni tempore baptizari debent. Ex his itaque patet vtrunque, & quómodo cōferendus ſit Baptiſmus & quando. vbique autem ſplendet ſingularis quædam humanæ naturæ fœlicitas, cui ſic prouiſum eſt, ab initio, à primo egreſſu ex vtero; & demum quacunque ætate ſit; vt poſſit ad viā vitæ ſeſe recipere. Singularis etiam, atque ampliſſima Dei miſericordia, qui in gremio Sanctæ eccleſiæ ſpōſæ ſuæ, remedia hæc, & facillima, & potētiſſima collapſæ humanitati noſtræ conſtituit. In quibus omnibus æquū eſt, nos illi ex animo benedicere, & gratias agere per Ieſum Chriſtū Dominum noſtrum. Amen.

Apud Forum Sempronij. Die 26. Auguſti. 1568.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Homilia Quarta.

De Affectibus, Et Effectibus Baptiſmi.

CVm Ad ſacrum Baptiſmi, fontem, accedat homo quaſi ad lauacrum regenerationis ſuæ, in quo renouari; & plane renaſci illum oportet, In quo ſe totum velut ſibi mortuum Chriſto ſaluatori ſuo tradere, & Chriſtum in ſe tanquam vitā recipere debet. Certe opus eſt, vt ad tantam actionem, magnis, & ſingularibus affectibus, atque animi motibus, fide, ſpe, & charitate, ſi paruulus eſt, & ſui neſcius, a parentibus, aut patrinis, aut cauſam eius agentibus deferatur. Si vero adultus eſt, & ſua

ſponte

ſponte fertur, nouitque quo, & ad
quid venit; opus certe eſt vt magnum
cor, nouum cor, carneum cor dulciſſi
me affectũ adhibeat. Si vero nobis nõ
cogitare; tractare, adorare ſaltẽ liceat,
ſupremos illos, & ineffabiles affectus
amoris, quibus ad eãdem hanc actio-
nem diuina miſericordia ſeſe addu-
cit: vt totum hominẽ in ſe, in corpus
ſancti filij ſui recipiat; vt ſe totum, &
ſanctiſsimum ſpiritum ſuum in ho
minem trãsfundat; vt mirabili, & me
morabili quadam pactione cõueniat,
quis? quo cum? Creator cum creatu
ra ſua, quales, obſecro vos ò chariſsi-
mi dicite, quales, quantoſque neceſſe
eſt affectus intercedere in hoc con-
greſſu? Adorare poſſumus, cogitare
minime poſſumus, cogitare vero, aut
tractare pro dignitate minime poſſu
mus: ſed tamen pro imbecillitate no-
ſtra, puluis, & cinis, tentabimus de his
aliqua balbutire. Quod ſi à priore, vel
per cauſam non poterimus Diuina il
la amoris incendia penetrare. Conabi
mur ſecũdo loco ex effectibus, quos
& plurimos, & maximos in baptiſmo
nobiſcũ parit, affectus metiri & cele
brare. Adeſte obſecro, & eã animinõ
mõ attentionẽ, ſed & pietatẽ, dulce
dinẽ adhibete, quæ idonea ſit ad hæc
Diuini amoris pignora deguſtanda.

Paucis ex his quæ in ſuperiori ho-
milia diximus, abſolui poſſunt affe-
ctus, quos ſecum, paruuli, aut adulti
noſtri ad Baptiſmum rite ſuſcipien-
dum adferre debent. Si enim paruuli
ſunt, cor adhibẽt maternum ideſt ec
cleſiæ ſimulque affectus, maternos,
quibus parentes, ſeu alij circũſtantes
amãter & fideliter offerũt eccleſię, vt
liberentur è manu Satanę, & poteſta
te tenebrarum, & transferantur in re
gnum lucis: quamobrem & eius no
mine fidem petunt, fidem aſſerunt, &
proteſtantur; Abrenuntiant Satanæ,
Baptiſmum poſtulant, quo affectu
potiſsimo? Tantum vt vitam æter-
nam, quam fides præſtat, paruula illa
creatura per eos oblata conſequatur
in Chriſto. Si vero adulti ſeipſis ferũ
tur ſic affici debent, vt mentem ad
myſteria ſacramenti huius capiendæ
aperiant; Percepta firma fide aſſentie
rent, & credant. Credentes priorem
vitam deteſtentur, Satanæque malo
rum omniũ ſatori, & operibus eius re
nuntient: Vitam nouam inſtituãt ſic
que ſeſe totos ſeipſis denudent, & ve
teri homine expolient; nouam vitam
in Chriſto profiteantur. Mortem au
tem & vitam iſtam in Baptiſmo veri-
ficent, atque ideo toto corde ad Ba-
ptiſmum velut ad renaſcentiam ſuam
anhelent, ſicq; baptizari deſiderent
& poſtulent. Omnia vero iſta & ſin-
gula, animo ſincero; & veraci, nequa-
quam ficto aut ſimulato faciant; alio
qui aut ſacramentum ipſum, aut cer-
te rem & gratiam ſacramenti non ſu
ſcipient. Ita enim expedit, & opus
eſt, Dei filios, & qui vere in Chriſto
renaſci volunt, non ſecundũ carnem,
ſed ſ'm ſpũm, & ſpiritum veracem,
ambulare. Ita monet Apoſtolus:
Vt non exhibeamus, mẽbra nr̃a ar
ma iniquitatis pctõ, ſed exhibeamus Rom. 8.
nos Deo, tanquam ex mortuis vi-
uentes. Affectus hic veræ fidei & pie
tatis in homine baptizato, duo potiſ-
ſimum ſuſcitabit. Primò. Summam
Diuinæ bonitatis erga ſe æſtimatio-
nem, & admirationem: quæ nihil tale
merenti, tam ſingulare, & diuinum
Baptiſmi beneficium ſola ſua miſeri-
cordia tribuit. Secundo. firmum
animi propoſitum Gratiam hanc tan
tum in ſe velut theſaurum cuſtodien
di & conſeruandi; Ita vt vitam quot-
tidię ſuam ad hanc gratiam cõſcrat,

qua ſi

quaſi eam ipſo die ſit conſecutus:Ca
ueatq́; oĩno ne ei' aliqd ſibi de pcat.
Diuini autem affectus,quibus im-
menſa Dei charitas noſtros hos qua
leſcunque in hac amoris paleſtra cor
ripit,& fortunat: melius à nobis con
ſpici,aut enumerari nequeũt,q̃ ſi vbe
res illos,& copioſos gratiæ , & virtu
tis cumulos contẽplemur,quos in ſu
ſceptione , & ablutione ſacramenti
hui' baptizatis cõfert.Et hoc eſt nar
rare effectus ſanctiſsimi Baptiſmi:
qđ à nobis ſecũdo loco faciẽdũ eſt.
Magni autem animi opus eſt , &
magni ponderis, velle hominem pec
catorem , Diuinos Baptiſmi effectus
recenſere;quos ex omni parte maxi-
mos , & præſtantiſsimos eſſe neceſſe
eſt. Tum ex agente qui Deus eſt Pa-
ter,filius,& ſpiritus ſanctus , Hic,in-
quit Ioannes,eſt qui baptizat, ne re-
ſpice tu hominem miniſtrum , ne ex
eius uiribus,aut bonitate,metire hãc
actionẽ:reſpice dominum cuius vir-
tus immenſa eſt.Tum ex medio , nõ
quidẽ viſibili,quod aqua eſt,ſed inui
ſibili quod ſpiritus eſt.Ex hoc.n.ba-
ptiſm' Chriſti diſtat à baptiſmo Ioã
nis.Ille in aqua; Chriſtus in ſpũ ſctõ.
4 Re 6. qs nobis hic largiat, ſpũales illos He
liſei oculos, quos & puero ſuo impe
trauit,vt inuiſibilia videamus: Dei,ſ.
ſanctiſsimæ Trinitatis præſentiam;
Angelos circũſtantes: Diuinam gra-
tiam, Diuinaſq́; virtutes & qualitates
infuſas : Animæ baptizatæ mutatio-
nẽ & renouationem? Hæc ſunt quæ
in baptiſmo maxima ſunt:quę oculis
carnis non percipiunt, & hæc q̃ non
vĩr,inqt Apoſtolus,ęterna ſunt:quis
præbeat aures ſpũs,ut uocẽ patris au
diamus,ſup ſingulis baptizatis clamã
Paſl. 8. tem è cœlo . Hic eſt filius meus dile-
ctus &c.Ita dicit pſalm. Vox domini
ſuper aquas.Hæc vero ſunt,quæ ba-
ptiſmum vere mirabilem,& venerabĩ
lem efficiunt coram fidelibus:imo &
coram Angelis Dei:ſed iã diſtinguã-
mus effectus. De his in genere locu-
tus eſt D.N.Ieſus,omnes baptizati ef
fectus vno verbo comprehendẽs ſic.
Qui cred.& baptizatus fuerit , ſaluus
erit ; Hoc itaque in ſumma facit Ba-
ptiſmus in hoĩe q̃ illũ ſaluat. Diſtin-
ctius locutus eſt D. Paulus , ad Titũ
ac ſi vellet modum ſalutis præſtitæ
explicare.d. Quomodo ſaluos nos fe
cit?Per lauacrum regenerationis , &
renouationis ſpiritus ſancti,quem ef
fudit in animos.&c. Tria de baptiſ-
mo narrat,quæ valde ſunt notabilia,
quod lauat;quod regenerat, quod re
nouat per ſpiritum ſanctum. Ex his
Diuini patres noſtri ſolent ſex effe-
ctus Baptiſmi potiſsimos enumerare
Primus. Remiſsio omniũ pctõrũ hæ
ſunt ſordes quas vnda iſta lauat , hãc
ratione dicitur Baptiſmus lauacrum,
non tam corporis quam animi. Cor-
pus tangit & cor mundat. Mũdat au
tem ab omnibus , quotcunque aut
qualiacunque ſint peccata præterita ,
ſcilicet ab originali, & ab actualibus
atque in hoc Gratia ſuperat naturam
quod ex natura vni tantũ ſubijcimur
cu'pæ originali;per gratiã autem Ba
ptiſmi tolluntur omnia.Ita promiſſa
eſt aqua per Ezechielem quæ mun-
daret ab omnibus inquinamẽtis . Et
per Zachariam.Fons patens in ablu
tionem peccatorum . Ita Paulus ad
Corin.Poſt longam enumerationem
peccatorum dicit.Et hæc quidem fui
ſtis , ſed abluti eſtis , ſed ſanctificati
eſtis.Et D. Petrus. Baptizet vnuſquiſ
que in remiſsionem peccatorum.
Idem docent ſancti patres. D.Augu-
ſtinus in libro de Baptiſmo paruulo-
rum. D. Hieronimus ad Oceanum.
Idem docet & concilium Tridenti-
num

num. In renatis nihil odit, Deus: quia nihil damnationis eſt ijs, qui vere cõ ſepulti ſunt cum Chriſto per Baptiſma in mortem &c. Intellige autem Deum Renatis, ſic vere remittere peccata, vt non tantum tegat, diſsi mulet, non imputet, abundat de ſuper(quod ſolent dicere Hæretici)ſed quod ab anima ſordes omnes remouet, deformitates tollit, demergit (vt
Mich. 2. per Michæam. dixerat) iniquitates, & proijcit in profundum maris omnia noſtra. Ita qđ remanet aĩa baptizata
Eſa. 1. velut lana munda, & quaſi nix dealba ta(Eſa.)q̃ ex culpa fuerat vt coccinũ, & rubra quaſi vermiculus. Ita olim in hui⁹ figura, mũdata eſt lepra Naamã
4. Reg. 5. ſyri, & reſtituta caro eius velut pueri
Heb 9. Itateſtatus eſt Paulus. Hebr. Chriſti
Cap. 1. ſanguinẽ emundare conſcientias ab operibus mortuis. D. Io. in epi. prima cap. 1. Chriſti ſanguis emundat
Cap. 3. Deos ab omni peccato, & idem ca. 3. teſtatus eſt. Chriſtum vere diſſolue re opus diaboli, non tegere tm̃, aut radere ſeu non imputare, ſed vere diſ ſoluere. Hinc D. Retitius Auguſto dunenſis epiſcopus(referente D. Auguſt. contra Iulianum li. 1. cap. 2.) de Baptiſmo loquens, hanc vocat Principalem in eccleſia indulgentiam, in qua antiqui criminis omne pondus exponimus, & ignorantiæ noſtræ facinora priſca diluimus, vbi& veterem hominem cum ingenitis ſceleribus exuimus. De hoc etiam Clemens Alexandrinus in ſuo pędagogo, de baptiſmo loquens. Lauacrum eſt, quo peccata abſtergimus. D. Baſilius vocat Baptiſmum, peccati mortem. Sola cõcupiſcentia remanet in renatis, quæ eſt quædam animi appetitio natura ſua rationi repugnans; quæ & à D. Paulo vocatur pctm̃; nõ ꝙ vere peccatum ſit, niſi coniunctum habeat voluntatis conſenſum, aut negligentiã, ſed quoniam ex peccato ineſt; & ad peccatum inclinat. Verius autem infirmitas eſt, quæ renatis relinquitur ad luctam & agonem, vt repugnando vigilent, & mereanť vt olim liberato Iſraeli ex Aegypto, relictus Iebuſeus, Iud. 3.
quo exerceretur, bellicamque virtutem, & fortitudinem ea occaſione tueretur: ſine aduerſario enim marceſcit virtus. Concupiſcentia tamen; quę virtus peccati eſt, in baptiſmo ſic eſt debilitata, vt regnum eius prorſus ſublatum eſſe videatur, quare monet Paulus, vt oĩ cura prouideamus, ne regnet. i. ne regnũ amiſſum in nos recuperet, qđ. n. habemus cõcupiſcentiã, nos non damnat: ſed ſi ſeruiamus illi, ſi regnum illius feramus: Refrigerat enim Baptiſmus æſtum concupiſcentiæ, ſicut aqua calorem nimium temperat, & huius etiam refrigerij aptum ſignum eſt aqua. Secundus effectus Baptiſmi eſt, quòd per ipſum à renatis tollitur omnis reatus, & omnis pę na cui ex culpa fuerãt deſtinati; Chriſtus enim per mortem ſuam ſatisfecit plenarie pro peccatis totius generis humani. Et quoniam homo per baptiſmum in morte Chriſti baptizatur, & ei commoritur & conſepelitur; Ideo Baptiſmus totam efficaciã paſsionis influit baptizato, qua abſoluitur à culpa, & ab omni ſatisfactoria pœna. De pœna autem quæ conſequitur originale peccatum, dico. In originali peccato, perſona à principio corrupit naturam: deinde natura corrumpit perſonam: quare in hoc peccato aliquid pertinet ad naturam, aliquid ad perſonam. Chriſti paſsio ſufficienter abſtulit peccatum quantum ad vtrunque, ſed quoniam ſacramen corruptionem, quæ ex natura redũdauit in perſonas, Culpæ infectionẽ,

pœnam cui ex ea perſona ſubiecta fuerat ſcilicet carentiam viſionis diuinæ. Non autem aufert infectionē prout inficit naturam, ita nec pœnā, vt eſt rebellio carnis, mors &c. Delet ergo baptiſmus in primis pœnā omnem æternam, & remittit. Ita quod Diuina iſta aqua extinguit incēdium ignis æterni. pro qua tollenda potiſſimum mortuus eſt Chriſtus, cui cōmoritur homo in Baptiſmo, i. cuius morte fruitur, ac ſi tunc in ea cruce cum Chriſto mortuus fuiſſet. Tollit etiam omnem pœnam ſatisfactoriā qua homo, ex peccatis, Deo ſatisfacere tenebatur. quamobrem conſueuit Eccleſia renatis nullum ſatisfactionis genus imponere. Quod ſi quandoque factum eſt vt per quadraginta dies ieiunarent, factum eſt non ad ſatisfactionem, ſed ad honorem baptiſmi, & ad exercitium baptizatorum, vt in operibus ſalutis, & virtutibus exercerentur. Ita D. Ambroſius li. de Iſaac, & anima, ut refert D. Auguſt. contra Iulianum lib. 2. c. 2. de peccatis in baptiſmo remiſsis loquens, dic. An non fateberis quòd reatus eorū perierit, non quo ipſa rea fuerant, ſed quo nos reos fecerant? Ita dicit pſal. Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum. Et D. Hieronymus ad

Pſa. 4. 2. Oceanum. Omnia nobis in Baptiſmo cōdonata ſunt crimina, nec poſt indulgentiam iudicis metuenda ſeueritas. Simpliciter tamen non tollit Baptiſmus omnem pœnam. Non enim (vt diximus) tollit eas quæ naturæ debentur, & ad exercitium & agonem relinquuntur. Non ēt tollit eas q̄ coram hominibus & humano iudicio debentur, non enim Baptiſmus liberat homicidam à morte. Tametſi laudādi ſint iudices, & principes, qui & in his, quantum fieri poteſt, mites

ſunt, & ad honorem tāti ſacramenti, minuſ pœnarū exigunt. Tertius effectus Baptiſmi eſt, quod per eum non modo remittuntur peccata præterita, & pœnæ pro illis debitæ: ſed & magnum, ac potens remedium præſtat aduerſus peccata futura; non ita quidem, quod peccare non poſsit, ſed quod facilius poſsit ſi velit, non peccare; & ſi peccat à peccato reſurgere; non quòd ex ſola baptiſmi gratia poſſit; ſed quòd in Baptiſmo ex pactione, & fœdere promiſerit illi Deus, tā quam filio ſuo, ſe quoties ingemuerit, remiſſurum illi peccata; quod qui dā ſine baptiſmo nunquam obtinuiſſet. Ita quòd baptiſmus hāc nobis cōfert commoditatem, vt deinde cœtera Eccleſiæ ſacramenta erga nos efficacia reddantur, poſsintque remiſsionem peccatorum & ſalutem operari in nobis, quæ eadem tamen non baptizatis nihil conferunt: his enim tā tum ictum eſt fœdus. Propitius ero peccatis eorum. Et ita quoque intelligendus eſt Paulus. quòd Chriſtus dilexit Eccleſiam, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ſibi gloroſam eccleſiam, nō habentē maculam, aut rugam. Magnam etiam ac certam ſpē dat nobis Baptiſmus. Ex eodē fœdere, vt p̄ Dei miſericordiā quandoque. i. in morte tandem ab omnibus, etiam naturæ pœnis liberemur, cum abſorpta fuerit mors in victoria, & complantati Chriſto in baptiſmo in ſimilitudine mortis eius reſtituemur in ſimilitudinem reſurrectionis eius. Tūc abſterget omnem lachrymam ab oculis ſanctorum &c. Quòd ſi quis petat, cur in hac vita poſt Baptiſmum pœnæ iſtæ ſtatim non remoueātur à Renatis. Id multis de cauſis factum eſt. Primò, vt in his Chriſto capiti noſtro ſpinoſo, cōnſ r

memur.non.n.ille naturæ humanæ in firmitates à ſe tranſtulit, niſi per mortem. Non eſt maior ſeruus domino ſuo: nec conuenit, vt ſit: ſi commorimur, inquit Paulus, & cõuiuemus. Secundò, vt in his exerceamur & mereamur: ſintq; nobis quaſi ſemina æternę vitæ, vt dicamus cũ Apoſt. Bonũ certamẽ certaui, curſũ cõſummaui &c. Repoſita eſt mihi corona iuſtitię &c. 2.Tim.4. Tertiò, vt qui ad Baptiſmũ veniunt, mortalia, aut temporalia bona non meditentur, aut ſequi viderẽtur, ſi Baptizati malis his carerent. ſed ad vera, æterna bona vocari ſe intelligerent, & horum ſpe tm̃ ducerentur, quę nõ videntur. Interim tamen certum eſt Baptizatos, tãquam Chriſto inſitos, dulcius, & ſuauius cum Chriſto onera iſta ferre, qbus ſe ſic cum eo ad æterna bona contendere ſentiunt. Quartus effectus eſt, hominis regeneratio, & renouatio, vt vocat Paul⁹ ad Titum. Non enim hic tantum commorimur Chriſto, & cõuiuificamur Moritur homo vetus id eſt culpa, & pœna tollitur. Renaſcitur homo nouus ex ſpiritu ſpiritus, & renouatur, per infuſionem Diuinæ gratiæ, qua anima formaliter viua.i.iuſta efficit, qua & Chriſto configuratur, & inſeritur, qua Chriſti filius homo ex hoſte formatur, atque hæres Dei conſtituitur. Exclamat Pau. Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Sic itaque hic regeneratur, & renouatur homo quod nouam animæ animam, ideſt Dei gratiam in ſe merito Chriſti, & in Chriſto ſuſcipit, ſicut e in Chriſto viuit Eſt enim Gratia Diuina quædam qualitas inhærens animæ, velut ſplendor & lux quędã, quę animas à culpa iã liberatas (vt ſolet lux ſua natura, tenebras pellere quaſi contrarias) pulchriores, & ſplendidiores reddit: Non autem tantum imputatur gratia renatis, ſed verè effunditur, velut aqua, vt dixit Ezechiel; & diffunditur in cordibus vt dixit Apoſtolus. Et abunde effunditur. Qua quidem abundantia D. Paulus ſignificare voluit. Primò, generalem illam culparum omnium excluſionem: Deinde bonorum, & virtutum omnium cumulum, quæ cum gratia ipſa ſacramentali infunduntur, quæ hominem renatum ad bona omnia habilem reddunt: Ex his varia nomina tribuunt Baptiſmo Diuini Patres noſtri. Alij vocant incorporationem, alij illuminationem, alij fœcunditatem, Aquas refectionis ex pſalm. Virtutes autem hæ omnes Pſal.22. fluunt à capite Chriſto in membra ſicut vnguentum. Fluxum hunc gratiarum & virtutum, ſenſit & expreſſit in ſeipſo D. Cypr. cum primum eſt Baptizatus; de quo meminit Epi. 2.ad Do.li.2.& recitat D.Aug. cõtra Iulianum li.1.c.2. Ego cũ in tenebris atq; in nocte cęca iacerem, vitæ meæ neſcius, veritatis ac lucis alienus, difficile ac durum opinabar, vt quis renaſci denuo poſſet. Sed poſtquam vndæ genitalis auxilio ſuperioris æui labe deterſa in expiatum pectus, & purum deſuper ſe lumen infundit, poſtquam cœlitus ſpiritu hauſto in nouum me hominem natiuitas ſecũda reparauit: mirum in modum, protinus confirmare ſe dubia, patere clauſa, lucere tenebroſa, facultatem dare, quod prius difficile videbatur, geri poſſe; quod impoſsibile putabatur, vt eſſet agnoſcere, terrenum fuiſſe quod prius carnaliter natum vixiſſet, Dei cœpiſſe, quod iam ſpiritus ſanctus animaret. Nec vero mirum cuiquam eſſe debet, ſi cum tanta virtutum copia in renatis

adhuc

adhuc ſtat tanta ad bonum agendum difficultas:hoc enim prouenit ex acerrima cupiditatis pugna, quæ aduerſus ſpiritum relicta eſt; in qua frangi, hominem Chriſti non decet; ſed tanto audacius contendere & niti, vt per Dei gratiam in bono habituetur;ſicque quottidiana bene viuendi exercitatione, quæcunque pudica ſunt,quæcunque iuſta, quæcunque ſancta eadem etiam & facilia & iucunda viderentur. Facit enim omnis tentatio prouentum: Quintus,effectus eſt, quòd in Renatis imprimitur character Chriſti indelebilis,quo Chriſto quaſi milites conſignantur, & in eius populo receſentur, vt olim ex circuncisione carnis hebræi. quo etiam anima immediate diſponitur ad gratiam Dei ſuſcipiendam. Quo tandè ad obſeruãtiam Diuinæ legis tanquam Dei ſeruus obligatur, & obligatus conuincit quo et perdit ta gratia ceſſantibuſque virtutibus, baptizatus perpetuo differt a non baptizato,etiam in inferno. Et fit character in anima productiue à Deo, à quo creatur; diſpoſitiue à ſacramento. Ex hoc autem charactere indelebili propter ordinem Dei ſtatutum remanet ſacramentum Baptiſmi omnino irreiterabile eſſe, atque tale ab omnibus, fidelibus firmiter habendum eſt.Ita inquit Apoſtolus. Vnus Dominus, vna fides, vnum Bptiſma. Ita idem ad Rom. Iubet vt caueant, ne, vitam in Chriſto receptam amittant: quod enim, inquit Chriſtus, mortuus eſt peccato,mortuus eſt ſemel. Iudicans, quòd ſicut Chriſtus amplius mori non poteſt ita nec homo chriſtianus mori amplius, quam ſemel,per baptiſmum. Ita ſancta eccleſia in Symbolo fatetur. vnum Baptiſma. Ita ratio ſuadet, & natura, vt qui ſemel tantum generamur ex carne, ſemel etiam tantum regeneremur ex ſpiritu. Vlterus inquit D. Auguſtinus,non poteſt repeti. Vera etiam retineatur doctrina hæc de vnitate Baptiſmi, vt nunquam repeti poſſe ſciamus ſine grauiſſima culpa: etiam ſi addatur conditio illa: Si non es baptizatus, baptizo te: hoc enim modo (vt docuit D. Alexander Papa) tantum illi baptizari debent,de quibus poſt curioſam, & diligentem inueſtigationem, ſciri non poteſt,an domi, vel alibi ſunt baptizati. Aliter nunquam fas eſt. Sextus effectus Baptiſmi eſt, cęli aditus, quem olim ex peccato interclusum, patefacit:In cuius rei ſignum, in Baptiſmo Chriſti, cœli aperti ſunt, & ſpiritus ſanctus in columbę ſpecie deſcendens apparuit, vt ſciamus Baptizatis Diuina chariſmata tribui, & cœlorum ianuam reſerari. Si ſtatim itaque baptizatus moriatur, euolat in cœlum: ſi diu viuat, & baptiſmi gratiam in ſe conſeruet aut amiſſam, per pœnitentiam recuperet: ſemper illi patet cœli ianua:ſi quid in ea gratia operatur, omne id vita æterna dignum reputatur; ita omnino hic recipitur ad vitam, & vitam æternam. Cumulum hunc bonorum, & fructuum, quos renati ex Baptiſmo conſequuntur, numerauit D. Ioan.Chriſoſtomus, in homilia quã de Baptizatis habuit,recitat D. Auguſtinus contra Iulianum,lib. 1.ca.2. Vides quot ſunt Baptiſmatis largitates.Non enim baptizati,tantum ſunt liberi,ſed & ſancti: Non tantum ſancti,ſed & iuſti: non ſolum iuſti, ſed, & filij,non ſolum filij,ſed & hęredes, ſed & fratres Chriſti;nõ tãtũ fratres, ſed & cohæredes; nõ ſolũ cohæredes ſed & membra,ſed & templum: non

Philip. 4.

Eph. 4.
Rom. 5.

dormitabant, & quicquid aliud ſomniabant, quàm ſuum munus præſtare. Munus enim paſtorum eſt, cærimonias has optime ſcire, & alios docere, quid ſint, quid ſignificent, Vnde ortum habeant, quæ omnia nos Deo dante præſenti homilia præſtabimus; & in hac tractatum de ſacramento Baptiſmi terminabimus.

Cærimoniæ omnes, quibus eccleſia in Baptiſmi adminiſtratione vtitur, ad tria capita facile rediguntur; Sunt enim aliæ antecedentes, quæ Baptiſmum præcedunt. Aliæ concomitantes, quibuscum Baptiſmus confertur. Aliæ ſubſequentes, quæ poſt collatum Baptiſmum adhibentur.

Primò. Antecedentes numero ſunt ſeptem. Prima eſt fontis & Aquæ benedictio, & conſecratio, quæ fit per olei myſticam vnctionem. Et hæc non omni tempore fit, ſed more maiorum diebus feſtis celeberrimis Paſchæ, & Pentecoſtes, quibus & olim tantum eccleſia baptizabat: tametſi neceſſitas aliter facere poſt modum coegerit, propter communis vitæ pericula. Conſueuit autem eccleſia ijs potiſſimum feſtis, aut eorum vigilijs, fontem ſic conſecrare ad vſum Baptiſmi, vt ſignificet virtutem eius emanare ex merito paſſionis & reſurrectionis Chriſti, quæ celebrantur in primo, item ex virtute ſpiritus ſancti, cuius miſſio celebratur in ſecundo. Atque hoc abunde teſtantur orationes illæ pulcherrimæ, & grauiſsimæ, quibus eccleſia vtitur in eiuſmodi benedictione. Vnde autem manarit hæc cærimonia; Certum eſt quòd ab Apoſtolis; nam de ea teſtantur ſanctiſſimi & vetuſtiſſimi patres ex omnibus mundi partibus, D. Cyprianus, lib. 1 Epiſt. 12. D. Baſilius libro de ſpiritu ſancto. cap. 27. D. Ambroſius lib. de Sacramentis cap. 5. D. Auguſtinus. libr. 6. contra Don. cap. 20. Idem in Ioan. tractatu. 80. Idem contra Iulianum libr. cap. 8. Percurre vſque ad D. Dionyſ. martyrem Apoſtolorum diſcipulum. Qui lib. de eccl. Hierar. cap. 2. ſacrum fontem vocat; & docet modum quo conſecrare ſolebant. ſanctis inquit inuocationibus ſanctificabant, ternaque ſacro ſancti olei dilutione crucis in ſpeciem conſecrabant &c. Tanti fecit D. Ambroſius hanc cærimoniam, vt in libr. de ſacram. primo cap. 3. dixerit: Aquam ſine prædicatione dominicæ crucis, ad nullos vſus futuræ ſalutis eſſe. Intellige tamen extra neceſſitatis periculum. Secunda eſt, quod Baptizandus deducitur ad eccleſiæ fores, & ibi ſiſtitur. Nempe vt agnoſcat indignitatem ſuam: quòd dum Satanæ mancipium eſt, quouſque ex eius manibus liberetur, non decere hoſtem Dei, Dei domum ingredi; quam decet ſanctitudo. Psalm. 92. Tertia eſt. quod Baptizandus catechizatur, interrogatur, & inſtruitur de fide ſaltem in generali, vt eam profiteatur. Ita iuſsit à principio Dominus ipſe. Docete omnes gentes, baptizantes eos &c. Tenetur autem adultus ad interrogata per ſeipſum reſpondere. Si Paruulus pro eo reſpondet ſponſor, & ſuſceptor: ſponſioneſque factas tenentur paruulis baptizatis cum adoleuerint inculcare, vt ſciant ſe debitores. Quarta eſt, exorciſmus, qui fit per inſufflationem, orationes, & adiurationes, ad pellendum Satanam, qui ex peccato creaturã hanc

ſibi

ſibi, velut iure belli deuinxerat. Cęrimoniam hanc reijciunt Hæretici, tanquam ſuperfluam, & temerariam. Cum tamen antiquiſſima ſit, & Apoſtolica, vt teſtantur patres, Ioan. Chriſoſtomus in homelia aurea de Adã, & Eua. cum ad regenerationis veniũt Baptiſmum, & ſacramentum; non prius fontem vitæ ingrediuntur; quam exorciſmis & exufflationibus clericorum, ſpiritus ab eis immundus abigatur, & deinceps vaſa eius diripiantur, in poſſeſſionem tranſlata illius victoris, qui captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. D. Auguſtinus obſeruatum fuiſſe in vniuerſa catholica eccleſia. de nupt. & concub. libr. 2. cap. 18. & 29. ſermo. 10. de verbis Apoſtoli. De gratia Chriſti, & peccatorum origine. libr. 2. c. 40. D. Gregorius Nazian. in oratione in ſacrum Baptiſmum edita D. Optatus Mileuitanus libr. 4. contra Perm. Donatiſtam. De exufflatióne, teſtatur Dioni. Areopag. Baptizãdum ad occidentem conuerſum manus illuc obiectas habentem, atque protendentem, inſufflare tertio in Satanam. Ita enim adulti ſolebant inſufflare. conatur autem maxime Satanas in exorciſmum agere, nam ſentit quantum ſibi damni inde proueniat, vocat D. Chriſoſtomus. In epi. Corin. homilia. 40. Arcana verba, & metuenda, & horribiles canones dogmatum de cęlo tranſmiſſorum. Quinta, eſt ſalis ori impoſitio, qua ſignificatur, baptizatum fidei doctrina, & gratiæ dono conſecuturum, vt à peccatorum putredine liberetur, & præſeruetur, ſaporemque bonorum operum percipiat; & diuinæ ſapientiæ pabulo delectetur. De hac meminit Origenes, ſuper Ezech. homilia. 6. vbi hortatur cathecumenos, vt fiant domini ſal. De hac etiam canon. 5. concilij. 3. Africani cui D. Auguſtinus interfuit. In hoc ſal forte reſpiciens D. Paulus, hortatur Corinthios vt ſint bonus odor Deo, & hominibus. ſignificat etiam ſal diſcretionem ſpiritus: ita linguæ caſtimoniam, vt ſit ſermo hominis chriſtiani ſale conditus, prudens, verax, non offendat, non ſcandalizet, ædificet in honorem, & laudem Dei, vt det gratiam audientibus. Sexta, eſt obſignatio, qua ſigno crucis, frons, oculi, pectus, humeri, aures ſanctificantur, quaſi vt aperiantur in homine ſenſus omnes, & roborentur, vt Deum excipere præceptaque eius intelligere, ac ſeruare poſſit. Ita per vim crucis, & eius qui in cruce pependit, à toto homine pellitur ſatan; Accipe, inquit ſacerdos, ſignaculum crucis, tam in fronte, quam in corde. ſume fidem cœleſtium præceptorum. talis eſto moribus, vt templum Dei iam eſſe poſſis. horreſce idola, reſpue ſimulacra, cole Deum patrem omnipotentem &c. Signatur ergo, & benedicitur frons ad confitendum audacter Chriſti nomen, oculi ad videndam Dei claritatem, Nares ad diſcernendum odorem Chriſti, ab eo qui mundi eſt; Os ad confitendum & benedicendum. Septima eſt, quod Nares, & aures ſaliua liniuntur. Ita olim linitus cœcus miſſus eſt ad aquam Siloe; Ita Marc. Saliua tetigit os, & manu aures hominis ſurdi, & muti D. N. Ieſus. vt Cerimonias has ſuos doceret ad myſteria ſpiritus ſignificanda. De hac meminit D. Ambroſius lib. primo de ſacramentis cap. 1. Et hæc ſignant, hominem per baptiſmum ſanari, è tenebris educi, ſolui ad Dei laudem, vt ſemper exploret, & vigilet quæ ſit voluntas Dei. His pe-

2. Cor. 2.

Eph. 4. 5.

Marc. 7.

ractis

ractis ad baptiſmi fontem introducitur, tanquā è manu hoſtis liberatus; & quaſi è locis ſecretis (vt D. Auguſtinus, de ſymb. ad catechum. lib. 2. c. 1.) in cōſpectum totius Eccleſiæ, vt nūc publicè baptizetur, qui hactenus priuatim fuit catechizatus.

Hic aliæ adhibentur Cęrimoniæ, quæ Baptiſmum ipſum concomitantur, & ſunt grauiſſimæ, tametſi numero paucæ: quæ ſcilicet ſummam rei chriſtianæ continent, quæ & ſæpius ſunt baptizatis rememorandæ. Prima eſt, qua ſacerdos ter interrogat. Abrenuntias Satanæ &c? Ille, vel eius nomine patrinus, ad ſingula reſpondet. Abrenuntio. Et eſt fœderis percuſſio ſolemniſſima quo Chriſto nomen daturus, hoc primum pollicetur ſe diabolum Chriſti hoſtem, & mundum deſerere, atque vtrunque perpetuo quaſi hoſtem teterrimum habiturum aterum dico. Hæc, hæc illa hora eſt, ò chariſſimi, cuius nos omnes pꝑpetuo meminiſſe debemus. De hac D. Ambroſius ad Col. cap. 2. Illic homo vetus deponitur, & nouus aſſumitur; Peccatis moritur, vt viuat iuſtitię; Elementis abrenuntiat, vt Chriſto ſocietur. vbi annotandum quod Paulus Coloſſenſes admonet, vt in abrenuntiatione pompæ, & præſtigiarum ſatanæ perſeuerent, aperte indicat Coloſſenſes non niſi poſt renuntiationem baptizatos fuiſſe. D. Hieronimus in Amos. c. 6. teſtatur hunc vſum fuiſſe in totâ eccleſia ſuo ſeculo receptum. In myſterijs primum renuntiamus ei qui eſt in occidente, nobiſcum moritur cum peccatis, & ſic verſi ad orientem pactum inimus cum ſole Iuſtitię & ei ſeruituros nos promittimus. D. Auguſtinus teſtatur conſuetudinem Aphricanæ eccleſiæ, lib. 2. de ſymb. c. 1. D. Ioann. Chryſoſtomus homilia ad populum Antiochenum, hortatur mulieres, vt abijciant capitis ornatū ex more ſeculi huius, quòd diaboli pompis abrenuntiauerint. Addit, ꝙ nihil hac voce tutius. Abrenuntio tibi Satana ſi ipſam per opera exhibeamus. Hæc enim vox confœderatio cum Domino eſt; hac voce qualibet hora, quolibet loco, quocunque negocio vtendum. Abrenūtio Satanæ. Hæc vox baculus eſt, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. Declarauit D. Paulus. Quid ſit Abrenuntiaſſe Diabolo, & operibus eius. Rom. 6. Conſepulti ſimus cum illo per baptiſmum, in mortē, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus &c. Peccata omnia ſunt opera Satanæ, ille omniū author & architectus, his omnibus igitur abrenuntiatum eſt. Nunc tu conſidera o homo, Quantum in fide data cōſtiteris. ſi homo homini iurat, tenetur. Cogi poteſt ex iuramento dato, quomodo tam facile irritamus quod Deo promiſimus? Secunda eſt. Qua fidem expoſtulat ſacerdos. d. Credis? Et ille fidem ſolemniter profitetur. d. Credo. Sicque ſolemniter captiuum intellectum ſuum in obſequium Chriſti. Tertia eſt, qua tandem ſacerdos, poſtquam ſatis à mundo, & Satana conuulſum, & in Chriſtum conuerſum videt, interrogat. Vis baptizari? vt enim ſua voluntate homo ſerpenti obſequens cecidit, & ſe præcipitauit; ita iuſtum eſt, vt volens reſurgat. Ita etiam dominus amat milites voluntarios; Reſpondet igitur per ſe, ſi poteſt; ſin, per patrinum. Volo. Et hoc verbo totum ſibi obligat fontem Baptiſmi, cum omni gratiarum cumulo. Hic itaq; Baptizatur, & ablutus in Chriſto renaſcitur.

Tertiò. Poſt Baptiſmum ſunt aliæ cæremoniæ ſubſequentes, numero quatuor, Prima qua Baptizatur, vngit Chriſmate in vertice, vt ſciat ſe Chriſto capiti coniunctum, & in eo ſanctificatum, ſicque à Chriſto, chriſtianū effectū, Chriſtus enim à chriſmate: i. ab vnctione vocatur. Ante Baptiſmum vngitur ſacro oleo more Athletarum, quaſi ſtadium ingreſſurus, & pro Chriſto pugnaturus aduerſus Rectores tenebrarum harum. vngitur autem in pectore, ut intrepidus Diabolo reſiſtat charitate incenſus, & fide. Vngitur & inter ſcapulas, quaſi ad laborem accommodetur, ut iugum Chriſti patienter ferat, & ad ferendum fiat hac unctione robuſtior: ſignificat igitur utraque vnctio, debere hunc mox baptizandum intus, & extra, corde, & opere, Chriſti fidē profiteri. Poſt Baptiſmum ungitur chriſmate in uertice, ſigno crucis, vt intelligat ſe iam cum Chriſto ſurrexiſſe; ut in nouitate uitæ perambulet; Eſtis azimi, inquit Apoſtolus. Altus igitur, & erectus Chriſti unctus, ad æterna contendat: quare ungens dixit. Ipſe te liniat chriſmate ſalutis in uitam æternā. De unctione hac meminit D. Ambroſius. lib. 1. de ſacramentis. Vnctus es quaſi Athleta cum hoc ſeculo luctaturus. Origenes ſuper Ezech. homilia 7. D. Baſilius, Benedicimus aquam, & oleum unctionis, & ipſum baptizatum. Tertullianus. lib. 1. aduerſ. Marcionem: Dioni. libr. de eccleſiaſt. hier. ca. 2. & ca. 4. docet id ab Apoſtolis præceptoribus ꝑ traditionem dominicam deriuaſſe. D. Cyprianus, cum Aphricano Concilio ſecum coacto. Vngi (inquit) neceſſe eſt eum qui baptizatus ſit, ut accepto chriſmate, unctus Dei, habere in ſe Chriſti gratiam poſsit. Secunda, qua ueſtis alba, ſeu vitta imponit, quo Symbolo ſignificant patres, tū reſurrectionis gloriam, ad quam renaſcimur, Tum nitorem, & pulchritudinem, qua ſublatis peccatorū maculis, anima quaſi azima redditur; Tum innocentiam, & integritatem vitæ, quam baptizatus ſeruare debet, ut ſit noua conſperſio &c. Ita myſterium interpretatur D. Ambroſius. lib. 1. de his qui myſterijs initiantur. Origo reſipit ſeculum apoſtolicum, quādo & Diony. areopag. de hac meminit veſte. Et hiſtor. Tripar. lib. 1 1. c. 14. Et Socr. lib. 7. c. 17. Hinc Dominica illa uocata eſt in Albis. Tertia eſt. Cereus ardēs, qui fidem ſignificat charitate inflammatam, bonorum operum ſtudio alendam eſſe, atque augendam: hac lampade accenſa occurrendum eſſe ſponſo, cum virginibus illis prudentibus. Præcedit Chriſtus quaſi dux. d. Ego ſum lux mundi. Sequuntur filij lucis lucem ferentes in uitam æternam. Quarta, & poſtrema eſt, Nominis impoſitio. Quod quidem ab aliquo ſumendum eſt, qui propter excellentem animi pietatem, & religionem in ſanctorū numerum relatus ſit: Ita enim nomē ad uirtutem excitat. Ita etiam ex nomine aduocatum & patronū habet in cœlis, cui ſeſe ſemper ſpecialiter commendet, ad ſalutem animæ, & corporis. Quam ſunt merito reprehendendi, qui à gentilibus, & ſæpe ab his qui ſceleratiſsimi fuerunt, deſumunt filiorum nomina, quaſi glorioſa, cum reuera ſint memoriæ damnatiſsimæ.

Epilogus totius tractatus.

Hæc tandem ſunt, quæ de ſanctiſſimo

ſimo baptiſmi ſacraēto, quinque. homelijs à nobis tractanda fuerant quibus in ſumma docuimus. In prima, quid ſit baptiſmus ſecundum nomen prius, quòd eſt Ablutio, & ſumptum eſt nomē ex actione, qua lauaſ qui baptizatur aqua. Deinde ſecundum rem, & ſubſtantiam; quod materia eſt aqua naturalis: forma eſt verbū à Christo expreſſum. actio eſt ablutio, immerſio, vel aſperſio: In ſecunda: Quòd inſtituit primum ex tactu ſuæ carnis, cum à Io. baptizatus eſt quod virtutem accepit baptiſmus effectiue à Dei voluntate. Meritorie à Chriſti paſsione. quod lex de baptiſmo neceſſario non prius lata eſt, quā Chriſtus paſſus & ſuſcitatus fuerit. Eſt enim vtriuſque imago. quòd ordo miniſtrorum baptiſmi eſt triplex: Ex officio ſunt ſacerdotes: Ex permiſſione, & licētia ſacerdotum diaconi. Ex neceſsitate omnes omnium generum. Quòd Patrini ſunt patres ſpirituales & fideiuſſores. quod antiqua, & Apoſtolica eſt inſtitutio; quod rationabilis. quod pij, & fideles eſſe debent: quod e decreto concilij tridentini, vnus & vna ad plus. In Tertia. Quòd baptiſmus eſt omnibus neceſſarius: Paruulis & adultis: Paruulis quidē ſimpliciter, ita quod ſine hoc non eſt eis via ſalutis Adultis non ita, poſſunt enim ex ſolo voto baptiſmi ſaluari, ſi facultas deſit; ſed illis eſt Baptiſmus flaminis. quòd paruulis datur per alienam, ideſt Eccleſiæ fidē: Adultis per propriam. Quòd idem paruulis accelerandus eſt: Non ita adultis, quia prius admone antur, conterātur, inſtruantur, explorentur. In quarta, quales eſſe debeant baptizandorū: vt ſi paruuli ſunt, adhibeāt cor mater num ideſt eccleſiæ, ſi adulti propriū; doleant de præterita culpa, credant cupiant baptizari, & nouam vitam inſtituant. Quales vero ſint affectus Dei noſcuntur ex effectibus ſacramēti, qui in ſumma ſex. Primus eſt. Remiſsio omnium peccatorum. Secundus eſt. Remiſsio omnis reatus, & pœnæ æternę, & temporalis debitæ Deo ſecundum perſonam, non tamen ſecundum naturam. Tertius eſt. Remedium contra peccata futura, vt non peccet vel à peccato reſurgat. Quartus eſt hominis regenetatio, & innouatio per gratiæ, & virtutum infuſionem. Quintus eſt characteris Chriſti impreſsio indelebilis. Sextus, cœli aditus, ad æternam vitam.

In quinta narrantur cærimoniæ ſacramentales, ſecundum triplicem ſtatum. Antecedentes. Fontis benedictio. Baptizandi deductio ad ſores. Catechiſmus. exorciſmus. Inſufflatio. Vnctio. Sal. obſignatio, ſaliua. Concomitantes, cum ad fontem ſacrum adducitur: Abrenuntiatio Satanæ. Proteſtatio fidei. Petitio Baptiſmi. Conſequentes poſt Baptiſmum. Vnctio chriſmatis. Veſtis, ſeu vitta alba: Cereus ardens. Hominis impoſitio.

Reliquum eſt, vt deinceps (ſi hactenus tantæ rei defuimus) ſæpius cogitemus, quantum de Baptiſmi dono diuinæ miſericordiæ debeamus, quā lucrari, quantum perdere ex eo poſſumus: ſtudeamuſque tanto initio, quo tam fœliciter in Chriſto renati ſumus, eam vitam adiungere, virtute, & bonis operibus ornatam, per quā ad paratam nobis, & promiſſam fide indefectibili peruenire tandem poſſimus, æternam ſcilicet vitam. Amen.

Apud Forum Sempronij. Die 26. Septembris. 1568.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Homilia Prima.

De nomine, & eſſentia confirmationis.

SIc Nos in Chriſto diuina miſericordia perpetuo circuit, perpetuiſque periculis, noſtris, perpetua oppo nit ſubſidia, vt in eius manibus quiſq; noſtrum vere dicat; dominus regit me, nihil mihi deerit in loco paſcuæ ibi me collocauit. Et Pſalm. 93. quod in pſalm. ſecundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Naſcimur ex culpa originis in peccato, atque ideo ab omni bonorum, quæ vera bona ſunt, participatione excluſi: ſtatim errorem hunc corrigit in nobis diuina clementia per ſacramentum baptiſmi, in quo renaſcimur ad vitam, & conſortes, hæredeſque fimus bonorum omnium. tantaque eſt baptiſmi gratia, & energia, quod ſi ſtatim hinc rapimur, aut eam ſaluam retinemus vſque in finem, ſufficit ad ſalutem. Sed quoniam non omnes, in infantia rapimur, atque hic diu viuendum eſt, vita vero iſta, & curſus mundi huius, innumera ſecum trahit pericula ex hoſtibus, in pernitiem noſtram quocunque loco, & tempore paratis intra nos, & extra nos vt fa lant, vt cogant; Ita vt ſine magno labore, magniſque luctis & congreſsibus ap portum per uenire nequeamus; gratiamque illam, quaſi theſaurum, in baptiſmo receptum, tutú, & ſaluum in patriam nobiſcum vehere, tot inſidijs impetentibus ex infirmitate vaſculi, in quo claudimur vix poſsibile ſit, periculis, & doloribus his noua remedia, nouaſque conſolatiónes adhibuit per ſacramentum confirmationis, quod proprie ſacramentum eſt roboris, & virtutis ad congreſſum, & luctam quaſi militibus, & athletis Chriſti præſtitæ; tam generoſum & nobile quam nobilis eſt Chriſti militia, tam neceſſarium, quàm ex tot hoſtibus ſaluti noſtræ inſultantibus neceſſaria eſt victoria: tam vtile, & proficuum, quàm deuictis hoſtibus cum Regum Rege regnare, & triumphare, ſumma naturæ humanæ eſt perfectio, & fœlicitas. De hoc auguſtiſsimo ſacramento in præſentia tractandum nobis eſt; atque optamus per Dei gratiam, & abunde, & fructuoſe rem hanc diſcutere. tum aduerſus ſectarum, & hæreticorum impietatem quæ ſacramentum hoc ſumma temeritate reijcit, atque ideo nullam habet in credendo, ſeu bene agendo firmitatem quod ſpiritus ſancti robur in hoc ſacramento collatum ſpernit: tum aduerſus noſtrorum catholicorum incuriam, qui ſacramentum hoc, vel vt ſuperfluum, aut minus neceſſarium non recipiunt, aut tam frigide, & imcompoſite recipiunt; quod ſine fructu. De hoc itaque ſacramento capita hæc, & titulos expediemus Primo, Quid ſit ſecundum nomen, & rem confirmatio. Secundo quis ſit miniſter eius. Tertio A quo, & quando ſit inſtituta. Quarto quibus danda ſit. Quinto quid efficiat in confirmatis. Sexto quid ſignificent adiunctæ cærimoniæ. Adſit nobis dominus Deus virtutum, per

eius

eius gratiam, theſauros hos diuini roboris, & fructuoſe pertractemus.

Quid ſit ſecundum nomen Confirmatio.

Vt multa eſt virtus, quam ſpiritus per hoc ſacramentum tribuit: ita à patribus multis nominibus eſt appellatum; Lucas euangeliſta, & Apoſtoli ipſi vocarunt Manuum impoſitionem, ex ea cærimonia, qua manus capiti inſeruntur. Innocentius vocauit conſignificationem. D. Cornelius vocauit ſignum: D. Cyprianus ſignaculum Dominicum, Et chriſmatis vnctionem. D. Auguſtinus ſignum Chriſti, Item oleum ſanctificatum. Item Sacramentum chriſmatis. quæ tamen omnia rem vnam ſignificant, quòd in hoc ſacramento ſignatur, & vngitur miles Chriſti, & vngitur chriſmate: Ex fructu autem, & effectu potiſsimo, receptum eſt nomen confirmationis; quod niſi virtus ſacraméti impediatur; virtus hic noua tribuitur, qua Chriſti miles ad omnia, & agenda, & patienda pro Chriſto firmior redditur.

Quid ſit ſecundum rem & eſſentiam.

Verum, certumque eccleſiæ ſacramentum eſt confirmatio. Atque ita inter ſacramenta enumerat D. Clemens Papa. Epi. 4. & teſtatur ſe accepiſſe à beato Petro doctrinam hanc. & cæteris Apoſtolis, ita præcipiente Domino traditum eſſe. Euſebius martyr epi. 3: teſtatur confirmationem, & manuum impoſitionem eſſe inter eccleſiaſtica ſacramenta. D. Auguſtinus, lib. 2. contra literas Petiliani donatiſtæ. c. 104. Iterum libro. 5. contra Donatiſtas de Baptiſmo. cap. 19. ex D. Cypriano ſacrum oleum nominat inter eccleſiaſtica ſacramenta. D. Melchiades papa, & Martyr, tanti fecit ſacraméntum hoc, quod & baptiſmo maximè coniunctum dixit, & quandoque viſus eſt præferre Baptiſmo: cuius tamen verba ſecundũ vtrunque ſane intelligenda ſunt. Non enim confirmatio ſic Baptiſmo coniuncta eſt, quin ab eo ſit diſtinctum ſacramentum, & ſecundum eſſentiam, diſtinctam habẽs materiam, & formam. Et ſecundum effectum, vt ſuo loco demonſtrabimus abunde ex eodem ſancto Melchiade. Neque etiam cõfirmatio Baptiſmo anteferenda eſt, quod ſit eo, aut magis vtilis, aut magis neceſſaria. ſed quòd gratiam illius auget, ac nobilitat ex robore addito. Et quod non ſic ab omnibus conferri poteſt, vt baptiſmus, ſed certum, & nobiliorem exigit Miniſtrum. Nunc videamus eſſentiam, quę continet materiã & formam.

Materia huius ſacraméti, eſt ſacrũ chriſma, quo in fronte vngũtur, qui confirmantur. Num autem D. Apoſtoli cõfirmantes vſi ſint chriſmate; in dubio eſt apud patres. Dũ alij vidẽtur negare, & rationem huius dare (D. Thom.) quod eo tempore ſpiritus ſanctus ſecum è cœlo adferebat materiam, nempe ignem, ſub cuius ſpecie tradebatur: quare nulla alia viſibili egebat materia, niſi actione quæ erat manuum impoſitio. Alij vero, & vetuſtiores aſſerunt, Apoſtolos vnxiſſe; & cõſecrationẽ chriſmatis ab Ieſu Chriſto in cęna edoctos fuiſſe: Ita Fabianus martyr. qui paſſus eſt ſub Decio anno dñi. 250. q in epi. ad epiſco-

pos orientis, teſtatur ita ſentire non modo eccleſiam Romanam, omniū Magiſtram; ſed & Hieroſolomitanam, Antiochenam, & Epheſinam. & ex eo inſtituto, præcipit ſingulis annis cōſecrationem Chriſmatis renouandam. Habet autem optimam rationem, quòd materia ſit chryſma. Et quod chriſma ſit conſecratum certis precationibus ex Domini præcepto. Ratio materiæ eſt. Qđ chriſma conficitur ex oleo, & Balſamo. vtrunque autem maximè quadrat ad ſignificandam (vt ſolet materia in omnibus) rem ſacramenti: Oleum enim, quòd pingue ſit, & natura ſua diffluat, gratiæ plenitudinē exprimit, quæ per ſpiritum ſanctum à Chriſto capite in alios redundat. atque effunditur ſicut vnguentum, quod deſcendit in Barbam Aaron, vſque in oram veſtimenti, quem locum pſalmi D. Auguſtinus de hoc ſacramento expoſuit. Vt & illum Apoſtoli Pauli. charitas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris &c. Ita & pſal. teſtatur Chriſtum vnctum eſſe à Patre præ conſortibus ſuis: Et Ioann. addit c. 1. Nos omnes de plenitudine eius accepiſſe. Balſamum quoque, cuius odoratus ſuauiſsimus eſt, & cuius vnctio à putredine ſeruat, aptiſſime conuenit huic ſacramento, odor enim ſignificat, Deum per gratiam huius ſacramenti ad ſe cor noſtrum trahere. Monet etiam confirmatum ex ampliori gratia hic ſuſcepta ita ornatum, vt odorare debeat virtutum ſuauitate, & coram Deo. Chriſti odor ſumus Deo, & coram proximo. luceat lux veſtra coram hominibus &c. & nemini vllam offenſionem dantes. Quod vero preſeruat à corruptione linita: facile & pulchrè exprimit vim gratiæ, & virtutis quæ in hoc ſacramento ſuſcipitur. Eſt enim robur ſpiritus ſancti, quo munimur aduerſus corruptiones omnes, vt vincamus, & triumphemus de omni tentatione, ſicque incorrupti coram Domino Deo noſtro in eius ſeruitio contineamur. Itaque liquet quam apta huius ſacramenti materia ſit ſanctum chriſma, vel eius vnctio, quæ immediata materia dici poteſt, & proxima. Quod vero Chriſma prius benedicatur, & conſecretur ab epiſcopo, tanquam à proprio ſacramenti huius Miniſtro, rationem habet. Tum quod Chriſtus in cœna poſtquam lauiſſet pedes Apoſtolorum, docuerit, vt D. teſtatur Fabianus. Tum quod non omnium ſacramentorum materiā æquali, aut vno modo præbuerit. Nam in aliquibus Chriſtus ipſe vſu ſuo materiam benedixit & conſecrauit, vt de aquo Baptiſmi teſtatur Ioann. chryſoſtomus, quòd tactu Dominici corporis ſanctificata eſt: Ideo illam non neceſſe eſt benedici, vt apta ſit materia. Materiam verò confirmationis, aut extremæ vnctionis tactu, & vſu ſuo Chriſtus non ſanctificauit, quare magna ratione ex eius precepto, verbis, & precationibus cō ſecratur. Hæc de materia. Altera eſſentiæ pars eſt Forma. Et eſt verbum quod additum elemento, facit ſacramentum. Verbum huius eſt: Signo te ſigno crucis; Confirmo te chriſmate ſalutis. In no. patris. Et filij. Et ſpiritus ſancti. Forma aptiſſima explicās effectus mirabiles huius ſanctiſsimi ſacramenti. Hic enim fit homo Chriſti miles, ac tanquam ſignū Ducis ſui accipit ſymbolum crucis, ideo dicit. ſigno te ſigno crucis. Hic etiam vt miles aptus ſit, robur accipit ad congreſſum, vt pro Duce ſuo

Rom. 5. Pſalm. 44. 2 Cor. 2. Matth. 5. 2. Cor. 6.

fortiter

fortiter ſe gerat,ideo dicit,confirmo te chriſmate ſalutis. Hic omnia fiũt Diuina virtute, cuius eſt dare gratiam,& robur,ideo addit. In nomine patris & filij &c. Addit. D. Bonauentura. Quòd verbum incarnatum prius ab æterno in corde patris conceptum eſt, deinde ex vtero matris temporaliter editum eſt, ſicque à nobis vult, & prius in corde per fidem concipi: Deinde ſuo loco, & tempore in lucem edi, & ore confiteri, confeſsione veraci, intrepida, amoroſa. Vtrunque autem difficultatem habet. Ad tollendam igitur, inquit Albertus, difficultatem credendi, dicit epiſcopus. ſigno te ſigno crucis, quaſi dicat imprimo tibi, & in corde ſuo ſymbolum veræ fidei, vt nullatenus dubites, vera eſſe quæ docentur de Chriſto. Ad tollendam difficultatem confitendi, addit confirmo te chriſmate ſalutis, quaſi dicat vt quod credis firmiter, & intrepide profiteaeris, ac prò eius veritate tuenda, mala omnia patiaris, confirmo te, do robur, do ſpiritum. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Hæc itaque vera integraque eſt eſſentia ſanctiſsimi huius ſacramenti: Talem agnoſcit, & prædicat ſancta Mater eccleſia catholica, cuius verbo, abſque vlla ratione ſeu auctoritate, credẽdum eſt: ſed & rationes, & teſtimonia patrum vetuſtiſsima, rem teſtantur: qui Chriſti eſt, tale hoc ſacramentum agnoſcere, & venerari debet; qui ad Chriſtũ non pertinet, atque ab eius eccleſia ſe ſequeſtrat, merito hoc ſacramento ſe priuat, non enim iuſtum eſt, vt Chriſti robur, aduerſus Chriſtum, aut eius ſponſam accipiat: frangantur hæretici, diſsipentur caſtra impiorum, confirmentur, Diuinaque virtute repleantur Chriſti, & eccleſiæ filij, vt pro veritate catholicæ fidei audacter, & firmiter pugnent, & vincant. Amen.

Apud Forum Sempronium. 2. Octobris 1568.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Homelia Secunda.

A quo, & quando instituta eſt.

ET nomen ſignificat, & eſſentia ipſa demonſtrat, nobilem, ac præſtantem eſſe confirmationem, ordinem ſcilicet militarem, quo ad præclara facinora pro Chriſti gloria, & propria ſalute edenda homines conſcribuntur, & conſignantur, inſuper & ſuperna diuinaque virtute muniuntur. quamobrem & nobilem fuiſſe inſtitutionem, tum ab auctore, tum à vetuſtate æquum, quin & neceſſe eſt. Et hoc à nobis in præſentia eſt explicandum. Auctorem in primis quærimus, à quo ſacramentum hoc ſit inſtitutum. Et facile eſt inuenire. Ratio ſuadet, cum omnia ſacramenta à D. noſtro Ieſu Chriſto ſint inſtituta, eius auctoritate tradita, eius merito fœcundata, ex eius latere emanata; à quo ſolo gratiam, & vim illam diuinam habere potuerũt: reſtat quòd & ſacramentum hoc ab illo ſit. Auctoritas quoque, & ſanctæ catholicæ eccleſiæ, quæ de omnibus idem docet, & teſtatur. Et ſancti Fabiani Papę, & martyris, qui de hoc ſacramento ſpecialiter aſſerit; chriſmatis ritum, & verba, quibus in eius adminiſ-

miniſtratione ſancta vtitur eccleſia, Chriſtum in cœna præcepiſſe. Et D. Tho. teſtatur Chriſtum ex poteſtate excellentię, contuliſſe Apoſtolis rem huius ſacramenti .i. plenitudinem gratię ad robur: ex hoc apparet, & alterũ ſcilicet vetuſtas ſacramenti huius in eccleſia: Non fuit obſignatio iſta in teſtamento veteri, inquit Albertus, quia nondum Dux belli meſſias dat' fuerat, cui milites conſcriberẽtur. duce dato, & glorificato, ſtatim in die Pẽtecoſtes, quaſi pignus gloriæ, Chriſti. vt Io. Nondũ fuerat ſpiritus datus quia nondũ fuerat Ieſus glorificatus effuſum eſt donum, quo apoſtoli ſũt confirmati, & repleti ſpiritu ſancto, quo roborati ſunt ad promulganda Chriſti myſteria. Ad munus hoc deſtinauit Chriſtus apoſtolos. d. euntes docete oẽs &c. Nouit quam durum, & difficile erat miniſteriũ. Promiſit auxilium. d. ſedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Dedit in die ſancto Pentecoſtes. Et hoc fuit initium ſacramenti confirmationis. Deinde Apoſtoli alios cõfirmauerũt per impoſitionem manuum, vt de Samaria narrat Lucas. Et de epheſinis baptizatis, & mox per impoſitionem manuum confirmatis à Paulo. atque idem vbique in omnibus ſequutus eſt fructus, etiam cum viſibili, & ſenſibili ſpecie ignis, & linguarum dono quibus inuiſibilia dona intus collata ſignificabantur. ſic autem addebãtur inuiſibilibus viſibilia, eo naſcentis eccleſiæ tempore, inquit Auguſtinus. lib. tertio de baptiſmo contra donatiſtas. c. 16. ad commẽdationem rudis fidei, & eccleſiæ primordia dilatanda Nobis viſibilia illa non dantur, datur tamen charitas diffuſa in cordibus, ſatis nobis ſignificata viſibili chriſmatis & vnctionis elemento. Et de hac vnctione demum in omnibus ſeculis apud patres habita eſt expreſſa mentio; Ita D. Cyprianus. lib. 1. epiſt. 12. vngi neceſſe eſt eum, qui baptizatus eſt, vt accepto Chriſmate eſſe vnctus Dei, & habere in ſe Chriſti gratiam poſſit. Idem in ſermone de cœna domini. Hodie in eccleſia, cum ceteris vnctionibus ad populum acquiſitionis ſanctificandum, in participationẽ dignitatis, & nominis ſacrũ chriſma cõficitur. Tertullianus eius Magiſter libro de baptiſmo. De vnctione, & manuum impoſitione meminit. d. Caro vngitur vt anima conſecretur, caro ſignatur, vt anima muniatur. Caro manus impoſitione adumbratur, vt anima ſpiritu illuminetur. Euſebius Cæſarienſis tantum huic ſacramento tribuit, vt dicere non dubitarit, Nouatum hæreticum ſpiritum ſanctum promereri non potuiſſe, quia cum baptizatus eſſet, in graui ægritudine ſignaculo chryſmatis non eſt ſignatus. Extant & decreta expreſsiſsima ſanctorum põtificum & martyrum Vrbani, Fabiani, Euſebij, Melchiadis. Ante hos omnes D. Dion. Areop. docens qua ratione hoc ſacrum vnguentum conficere, eoque vti oporteret. d. Baptizatum ſacerdotes induunt veſte congrua munditia, vt ad pontificem ducant. Ille vero ſacro, atque prorſus diuino vnguento baptizatum ſignãs, ſacratiſsimæ communionis participem facit. Ecc. hier. cap. 4. Ex quibus ſatis patet, & veritas & nobilitas ſanctiſsimi huius ſacramenti, tum ex auctore Chriſto, tum ex vetuſtate, & cõſenſu patrum: patere etiam poteſt ex Miniſtro, qui ſpecialem addit nobilitatem. Et de hoc tertius quærebat Articulus.

Ioann. 7.

Act. 8.

Act. 9.

Quis

Quis ſit eius Miniſter.

Solus epiſcopus ordinariamhabet poteſtatem, & conficiendi, & diſpenſandi hoc Sacramentum. quod quidem expreſſe patet in actis Apoſtolorum cap. 8. quòd à Philippo Diacono ſit Baptizata Samaria. Ad confirmandam autem miſſos ab Apoſtolis fuiſſe Petrum & Ioannem. Et idem facile obſeruari poteſt, quoties in ſacris literis de hoc ſacramento fit mētio, quod nunquam manus alicui imponuntur, niſi ab Apoſtolis. Idem teſtantur patres vbique, præſertim Vrbanus: Euſebius, Damaſus, Innocentius, Leo, vt ex eorum Decretis patet. D. Auguſtinus conqueritur grauiter, de corrupta Aegyptiorum, & Alexandrinorum conſuetudine, quòd ſacerdotes audebant confirmationis ſacramentum, adminiſtrare. Et ratio ipſa ſuadet; plures quidem miniſtros inferiores concurrere ad parandam ſtructuræ materiam: abſolutionem verò operis ad ſolum Architectum pertinere. Cumq; hoc ſacramentum ſit perfectiuū, iure ad ſummum ſacerdotē pertinet quod etiam factū eſt ideo, vt ex hoc agnoſcamus, ſacramentum hoc, non tam ſimpliciter neceſſarium eſſe, quam baptiſmum, quamobrem, & à certo hominum genere diſpenſari. Adhibetur & quaſi comminiſter patrinus, & ſubleuator, vt etiam in Baptiſmo; qui militem Chriſti velut in arenam ducat ad congreſſum, arma doceat, certandi artem, hoſtis fallacias. pugnæ pericula narret: quibus modis ſe tueatur, quibus hoſtem feriat, qui nouit quam periculoſa ſit lucta, facile etiā noſcet quam ſalubria & neceſſaria pugnaturo ſint hæc conſilia. Et hæc quoque ſubleuatio, & patrini aſſiſtētia, affinitatem contrahit quæ legitima nuptiarum fœdera impedit. Nō autem multum refert an tenens ſit maſculus aut fœmina: ſed bene conuenit, vt qui erudire debet, ſit eruditus & qui confirmandum tenere, ſit ipſe confirmatus.

Quibus, dāda ſit confirmatio.

Certe non eſt tanta confirmationis neceſsitas ad ſalutem, quanta eſt Baptiſmi, ſine quo nulla ſalutis ſpes, aut via. Quare neque mortaliter peccat qui non confirmatur, modo non prætereat ex contemptu: ſed tamen magna priuatur ſpiritus cōſolatione, & perfectione, quæ ſi non eſt ſimpliciter neceſſaria ad eſſe: certe ad bene eſſe & ad profectum eſt neceſſaria. Ita enim ſe habet confirmatio ad Baptiſmum ſicut educatio & lactatio infantis ad generationem; chriſtianos generat & facit Baptiſmus: Fortes autē & robuſtos facit Confirmatio. Vitam dat Baptiſmus, vires dat Cōfirmatio. Qui ſcit quā grauis ſit militia homini ſuper terram, ſcit quam neceſſaria ſit homini pugnaturo aduerſus principes & poteſtates, rectores tenebrarum harum, virtus ad ſe tuendū & repellendum. Ita D. Lucas deſcribens primam illā in die Pentecoſte: Apoſtolorum confirmationem dicit Et repleuit totam domum. Et Iterū. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. vt intelligamus virtutem hanc ſpiritus ſancti ad omnes Chriſti diſcipulos, ad totamque domum. i. eccleſiam pertinere. Recte autem conſueuit eccleſia ſacramentū hoc paruulis ante vſū rōnis nō dare: nō. n. neceſſariū eſt ad

vitam,

vitam, quam iam habent ex Baptiſmo. ſed ad luctam, & pugnam, ad quã ante vſum rationis nõ vocantur, vel admittuntur. Quare optimum forte erit, ſi 12. annus expectetur, cum vires iam ſunt expeditæ, & diſcernitur bonum à malo: quòd ſi non, certe ante ſeptimum annum non ſunt vngendi pueri; cum ante non ſint rationis, aut myſterij capaces: conſilia pugnæ capere non valeant, cum necdũ pericula ſentiant. Vt vero cum fructu, atque ſacramenti reuerentia, tantum ſpiritus ſancti robur percipiatur: monendi ſunt confirmandi, pręſertim qui adulta iam & firmiore ętate ſunt, vt ſeſe ad tantam gratiam accommodent. Peccata in primis confiteantur, vaſaque munda adferant, quæ Dei gratiam in ſe recipere valeant. De admiſsis culpis doleant, & ſatisfaciant, & ad arbitrium paſtoris ſeſe exerceant. Inſuper intelligant, quid ſunt facturi & myſteria ſancti huius ſacramenti percipiant, qua in re grauandi ſunt paſtores, qui quotãnis ſanctum chriſma diſtribuunt, & nunquam vel tribus verbis docent, aut doceri iubent, quid chriſma ſit, quid ſecum ferat, quid exigat religionis &c. Tandem ieiuni adhibeantur corpore. & non niſi ieiunis diſpenſetur, quo loco laudabilis, & antiqua eccleſiæ conſuetudo eſt renouanda: q̃ cum alijs, quia eſt prætermiſſa, & in ſuſcipiendo, dandoque chriſmate & res ad puram cærimoniam deducta eſt, excluſo omnis pietatis genere, facilè apparet, quàm iuſtè nos Deus diuino huius ſacramenti fructu id eſt, credendi & confitendi robore ſpoliarit: vtinam præteritam ſegnitiẽ agnoſcamus, & corrigamus, ad Dei laudem, & animarum noſtrarum ſalutem, ſanctiſsimique huius ſacramenti religionem, & venuſtatem. Amen.

Apud Forum Sempronij. 2. Octobris. 1568.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Homelia Tertia.

Quid efficiat in confirmatis.

NOn ſine magna ratione ſancta Mater eccleſia feſtum Pentecoſtes tanta ſolemnitatẽ celebrat, feſtumque appellat ſpiritus ſãcti Nam in eo, & maxime declarata eſt virtus ſpiritus ſancti, ſub ſpecioſis illis & illuſtribus elementis: ſonitu ſcilicet vehementi, linguis igneis, Flatu, quæ omnia dignitatem aduenientis ſpiritus & abundantiam declarabant. Et deinde in Apoſtolis ipſis ipſis potiſsimum, longè melius quam in aere aut igne, aut domo tota explicata eſt energia, & copia illa donorum ampliſſimorumq́, quibus per ſpiritum ſanctum in illos, effuſum, Diuina miſericordia Chriſti eccleſiam ditauit, ornauit, & perfecit. Nullibi enim clari' quam in Apoſtolis Chriſti declaratum eſt, qualis, aut quanta, quam vtilis & neceſſaria ad Chriſti opus ſit confirmatio: & quam diuerſa ſit hui' ſacramenti Gratia, à Baptiſmi gratia quod egregiè his verbis & numeris explicuit D. Melchiades Papa, In Baptiſmate homo recipitur ad militiã; in confirmatione armatur ad pugnã In fonte Baptiſmatis ſpiritus ſanctus plenitudinem tribuit ad innocẽtiam

In

In Confirmatione profectionem ad
gratiam miniſtrat:In Baptiſmo rege
neramur ad vitam ; poſt baptiſmum
ad pugnam confirmamur. In Baptiſ-
mo abluimur,poſt baptiſmum robo-
ramur. Regeneratio per ſe ſaluat in
pace;Cõfirmatio inſtruit ad agones.
Practica huius rei eſt ipſa hiſtoria pẽ
tecoſtes , quam de confirmatione
Apoſtolorum texit D. Lucas Euan-
geliſta ;ex qua ſcilicet facile cernere
eſt,quales Apoſtoli poſt Baptiſmum
fuerint, vtcunque per illũ in Chriſti
eccleſia & ſchola poſiti fuerint ;adde
locum primariũ,dextras,& ſiniſtras.
i. apoſto latus mun⁹ ſortiti ; comites
vitæ,& mortis teſtes affecti:Reſurre
ctionis etiam conſcij,multiſque argu
mentis certiores facti,aſcenſionis tã-
dem ſpectatores : Deinde quales ex
dono confirmationis in die penteco
ſtes ſuſcepto effecti fuerunt . Patet
enim quòd Baptizati illi, & diſcipuli
aſsidui,ante paſsionem & ſub ipſam
paſsionis Domini hòram,adeo infir
mi,& remiſsi fuerunt, vt percuſſo pa
ſtore,ſtatim omnes effugerint eo re
licto : Petrus etiã, magn⁹ ille & diues
promiſſor , qui & ſæpius ſe mori-
turũ cum Chriſto ſpoponderat, ad
vnius mulierculæ vocem,ter negauit
poſt reſurrectionẽ,tametſi à mulieri-
bus & angelis moniti & confortati,
tamen omnes propter metum Iudęo
rum,clauſis ianuis deliteſcebant ; &
quanto cum labore ad locum illum
deducti ſunt , dum ſuas quiſque res
ageret;deChriſto verò,aut eius eccle
ſia parum curaret? Et tamen gratiam
Baptiſmi verè ſuſceperãt. Tacti verò
& repleti virtute ſpiritus ſancti in die
pentecoſtę,planè alij effecti ſunt ; ac
ſi cor nouum, ſpiritum nouum;lin-
guam & os nouũ ſuſceperint , audet
omnia ; prodeunt, narrant ; nomen
Chriſti palàm etiam in Sinagogis
glorificant:nil ſibi fœlicius, quam ſi
pro nomine Ieſu contumeliam patiã
tur . Et tandem , Hi confirmati do-
ctores ſunt mundi, ſundatores eccle
ſiarum , principes orbis terrarum;
tanto ſpiritu pleni, quòd & alijs,ſpiri
tum ſanctum impertiunt;linguas,ſciẽ
tiam, pœnitentiam &c. Ex his itaque
facile ad articulum reſpondebimus ,
docebimuſque,quid efficiat ſacramẽ
tum hoc in cõfirmatis. ſunt hi effe-
ctus eius.Primus,Gratiã baptiſmi cõ
firmat,iuſque æternæ vitæ datum fi-
delibus in baptiſmo eadem diuina au
ctoritate ſtabilit.Secundus Gratiam
baptiſmi auget & perficit , quod &
oĩa faciunt ſacramenta vbi rite perci
piunt. Ita D.Tho.In baptiſmo datur
gr̃a ad ſufficiẽtiã,In cõfirmatione da
tur ad copiam:Ita de apoſtolis dicit
Lucas.Repleti ſunt ſpũ ſancto.Et D.
Petrus.effudit hoc donum abũdæ qđ
videtis.Tertius,robur & vim propriè
tribuit homini & militi Chriſti , vt
omnia poſsit in eo qui ipſum confor
tat omnia audeat, velit & valeat pro
Chriſti gloria;iterum dico , hæretici
quia gratiam,& robur hoc deſpciunt
nullam habent in fide conſtantiam ;
quottidie mutant catechiſmos,quot
tidie noua aut perdunt, aut inueniũt
ſacramenta.Et ob hoc potiſsima dici
tur confirmatio.Ad hoc alludit ver-
bum illud dñi noſtri. Donec indua-
mini virtute ex alto. vt ſignificet, ſpi
ritũ ſanctum per eius gratiam indu-
mentum,loricam & clypeum quendã
homini ſuo conficere , ad repellenda
inimicorum tela;ad ſui nominis glo
riam fortiter propugnandã.Quartus
Characterem in anima imprimit,qua
ſi ſui Ducis ſybolum quo inimicis
chriſti formidabilis redditur. Et ex
hoc redditur ſacramentum etiam

hoc non minus q̃ baptiſmus irreiterabile. Quis iam non intelligit ô chariſſimi, quàm nobile quàm expediens, quàm vtile infirmitati humanę ſit hoc ſacramentum? quantum debemus Deo, Et ſpiritui ſancto de hoc dono gratias agere? quanta auiditate ad ipſum accedere, aut filios noſtros adducere, quanta cum & diligentia gratiam iſtam inter tot mundi pericula conſeruare? quid vero dicemus de ijs qui debilitates, & infirmitates ſuas ita amant, vt robur & virtutem hanc deſpiciant? Gratiam hanc aut nõ ſuſcipiant, aut ſuſceptam, quaſi ſuperfluã ſtatim abijciant? quid vero de ijs, qui nõ modo ſaluti ſuæ nõ cõſulunt, non modo non ſe tuentur ab aduerſarijs, qui ad perniciẽ, & interitum prouocant: ſed ipſimet hoſtes ſuæ ſalutis armant, muniunt, roborant contra ſeipſos? qui membra ſua faciunt arma iniquitatis, & iubent ſeruire immunditiæ? certe iſti indigni ſunt, quibus hoc ſanctum chriſma reueletur; quibus de his myſterijs verbum vllum vel minimum habeatur. Conſideremus iam ritus & cærimonias, & finiemus.

Quid ſignificent adiunctæ Cærimoniæ.

Pulcherrimæ, atque illuſtriſsimæ ſunt cærimoniæ, quibus eccleſia ſacroſanctum hoc ſacramentum ornauit, quibus & gratias hic exhibitas, & officia deinceps à confirmatis præſtanda ſignificare voluit. ſunt autem quatuor in ſumma. Prima eſt ratio tẽporis quo potiſsimum voluit ſacramentum hoc miniſtrari: ſcilicet in feſto pentecoſtes, quo nimirum primitus eccleſię donum, & robur hoc accepit in ſanctis Apoſtolis, vt ſimul & eam gratiam rememoremus & ſanctorum Apoſtolorum precibus adiuti, idem nos donum capiamus, & gratiam ſuſceptam ad illius memoriã exigamus; ſicque corda noſtra velut duplici flamma incitemus. Secunda eſt vnctio frontis, quæ eam in ſpecie ſpiritus ſancti hic dari ſignificat, quæ frontem munit, obduratque aduerſus omnia tentationum genera, quæ nos à Chriſti gloria promouenda poſſent deterrere: liberat ergo ab omni metu, datque audaciam, & frontem ad omnia pericula fortiter pro Chriſti nomine ſubeunda. Ita apud Ezechiel. Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum. Frons iſta expugnat hæreſes; oppugnat mundi vires, martyres facit &c. Aequum etiam erat, vt Chriſti ſymbolum milites Chriſti in fronte gererent, quo profeſsionem ſuam vbique vel ipſo primo occurſu declararent. Tertia eſt percuſſio maxillæ, qua admonetur confirmatus ſe ad multa diſcrimina vocari, quæ omnia patienter ſunt toleranda; ſe ad ferendam non modo ad prædicandam crucem expediri, ſcholam Chriſti, patientiæ eſſe, aduerſa omnia inuicto animo ferenda eſſe, hanc eſſe propriam huic ſacramento gratiam & virtutem. Quarta eſt pax, quæ per oſculum datur. Vt inter illa omnia aduerſa & malorum diluuia, intelligat miles Chriſti, ſe adhuc pacem in Chriſto, per gratiam hic ſuſceptam habiturum. Pax enim Chriſti exuperat omnem ſenſum, & exultat in corde, quicquid extra patiamur. Dei ſedes eſt cor. Ibi pax retinenda; & fœlix erit omnium malorum exitus. Deus enim chriſtianorum, Deus pacis eſt, atque eius pacis, cuius nullus erit finis. Et hæc

tandem

tandem ſunt, quæ de ſacramento confirmationis à Paſtoribus, ſunt docenda, & à fidelibus retinenda.

Epilogus totius huius tractatus.

Sex ſunt in ſumma tribus Homelijs petita & declarata. Primum, de nomine & eſſentia confirmationis. Quod nomen rei conforme eſt, quando hic milites Chriſti confirmantur idest robur nouæ gratiæ accipiunt, quo inſtruuntur ad agonem. Quòd materia aptiſsima eſt ſanctum chriſma, ex oleo & Balſamo non ſine magna ſignificatione confectum. Quòd forma, eſt verbum: Signo te ſigno crucis: confirmo te chriſmate ſalutis. In nomine patris & filij. &c. Et ex his vere integratur & perficitur ſubſtantia huius ſacramenti. Secundum. De auctore & tẽpore quo inſtitutum eſt hoc ſacramentum. Quòd auctor huius, vt omnium fuit D. N. Ieſus Chriſtus. Quòd ex Beatiſſimo Fabiano, in cœna docuit cõfectionem Chriſmatis, quo modo ꝑpetuo eſt vſa eccleſia. Apud quã celebris & continua eſt ſacramenti huius commemoratio. Tertium, quòd Miniſter legitimus eſt epiſcopus, quòd patrinus merito adhibetur pugnaturis. Quartum, quod omnibus dandum eſt hoc ſacramentum, rationis tamen capacibus, non ante ſeptennium: Recte diſpoſitis, inſtructis, & ieiunis. Quintum. De effectibus. Quòd Gratiam Baptiſmi confirmat. Quòd auget & perficit. Quod robur dat, & vim pugnaturis pro Chriſti gloria. Quòd characterem imprimit, quaſi Symbolum Ducis. Sextum, De cærimonijs, quod ſunt quatuor, & aptiſsimæ. Prima ratio temporis in pentecoſte; ad memoriã primi doni in Apoſtolis. Secunda, vnctio frontis, ad pellendum timorem. Tertia, percuſsio maxillæ, ad ſuadendam patientiam. Quarta, pax erit & quies beata per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Apud Forum Sempronij. 3. Octobris. 1568.

DE SACRAMENTO EXTREMAE Vnctionis.

Homilia Vna.

De eſſentia, authore, miniſtro, effectibus ſacramenti.

DEus qui diues eſt in miſericordia, replet nos omni bono, tantum ne beneficentiam eius reſpuamus; ſed donis eius frui velimus: ſic ſemper adeſt nobis, ſicque diuina gratia nos circuit, vt in ipſo viuamus, moueamur, & ſimus; ſicque ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſint omnia. Ex eius manu, quaſi creatoris in hanc lucem ingredimur, atque per ſacramentum baptiſmi, velut renati Chriſto inſerimur, vt in eo viuamus. Per eius manum velut rectoris in ſacramento confirmationis, munimur, & armamur ad luctam, vt in eius gloriam moueamur & exerceamur. Tandem vt terminus motus ſit glorioſus, prout ipſe miſericors, & miſerator conſtituit; ſciẽs

in fine peri c ula, potiora conſtare ſi bene, aut male cedat ſciens & hoſtes quicquid hahent virium in eo puncto expedire, vt opprimant; ſciens & vires hominis tum corporis, tum animæ infirmitate eo potiſsimum tempore inualidas eſſe. Ad eam infirmitatem ſubleuandam, ad hoſtis artes eludendas, ad hominem ſuũ dirigendum, vt tranſeat ex hoc mũdũ ad patrem, & in ipſo, qui vita eſt, viuat perpetuo: Nouum, & ſpeciale inſtituit ſacramentum, extremæ vnctionis, quòd alio nomine dicitur, Sacramentũ exeuntiũ. De hoc à nobis in præſentia agendum: optamuſque vt quæ dicturi ſumus, & attente excipiantur, & memoriæ firmiter mandentur, quanti enim refert, vt homo de hac vita decedens, bene aptus, & cõmodus accedat ad Dei faciẽ, vt ab ea ſine querela recipi, admittique ad regnum poſsit. Tanti refert vt ad ſacramẽtum hoc ſciat ſe præparare; vt eius gratia perfrui, & per eam, quaſi veſtẽ nuptialem, ſponſo ſuo Chriſto ſe feliciter præſentare. De Sacramento igitur iſto paucula hæc capita diſcutiemus. Primò, quid nomen inferat. Secundo. Num vere ſit ſacramentum. Tertiò, quale ſit, cuius eſſentiæ. Quartò, quotuplex ſit. Quinto, A quo inſtitutum. Sextò. A quo diſpenſandum. Septimò, quibus ſit dandum. Octauo: quo modo. Nono, quoties. Decimò quorſum, & in quem vſum, quæ omnia Deo dante, & breuiter, & dilucide, aperiemus ad Dei gloriam: & miram viatorum, ſeu exeũtium vtilitatem.

Primò. De nomine, facilis eſt explicatio, quod vnctio dicitur ab oleo, extrema dicitur, tum quia inter omnes vnctiones à Chriſto præceptas, hæc poſtrema eſt, quæ ſcilicet ſequitur & eam quæ in baptiſmo, & eam quæ in confirmatione tribuitur: tum quia (vt docebimus) non datur niſi homini in extremis vitæ periculis agẽti. qua ratione & dici ſolet, ſacramentum exeuntium.

Secundò. Num autem ſit ſacramentum. Dicimus quòd ſine dubio eſt vnum ex ſeptem eccleſiæ Sacramentis, & patet authoritate, & ratione. Authoritas eſt ſacri Concilij Tridentini, quod multa poſt alia cõcilia, etiam ſub anathemate, ſic ſtatuit, & decreuit ab omnibus fidelibus tenendum eſſe. Ratio theologorum eſt, quod in hoc differt ſacramentum, à ſacramentali, inquit D. Thom. quòd ſacramentum eſt actus eccleſiæ, qui attingit effectum principaliter intentum in adminiſtratione ſacramentorum, qui eſt curatio animæ à peccatis. Sacramentale autem eſt actio, quæ non quidem attingit effectum illum, ſed ordinatur ad illum. Extrema vero vnctio attingit effectum illum, ergo eſt ſacramentum. Minor probatur ex verbo D. Iacobi dicentis, ſi in peccatis fuerit; dimittentur ei. Cum itaque vnctio iſta, ſit ſignum exterius, ordinatum ad deletionem peccati, & ſanctificationem hominis, cuius imaginem gerit, & cauſa exiſtit: relinquitur ſatis probatum, quòd verum eſt ſacramentum.

Tertiò. Quale vero, & cuius eſſentiæ ſit. Dicimus, quòd veram, propriamque habet materiam, & formã ex quibus conſtat. Materia eſt Oleum Oliuæ, ſanctificatum, & conſecratum ab epiſcopo, quòd oleum, expreſsit Iacobus, quod oleum oliuæ patet, quia ſimpliciter oleum, ſine additione prolatum, ſtat pro nobiliore, & eſt oliuæ. Apta etiam mate-

ria ex proprietatibus, quibus effectus ſacramenti huius exprimere poteſt; quòd lenit, quòd ſouet, quòd penetrat, quod ſplendet. hæc enim omnia facit Diuina gratia in homine infirmo quem vnguimus, ad dolores eius mitigandos, ad ſubleuandum ſpiritum &c. Quòd verò ſit oleum conſecratum ab epiſcopo: exigitur inquit D.Thom. quoniam omnis efficacia ſacramentorum deſcendit à Chriſto: illa igitur ſacramēta quibus ipſe vſus eſt, ex eius vſu habent efficaciam, vt aqua in Baptiſmo ex cōtactu carnis ſuæ: Et ideo benedictio aquæ in Baptiſmo nō eſt neceſſaria: ea vero quibus ipſe vſus non eſt, de neceſſitate requirunt benedictionem & conſecrationem. non enim cauſant effectus tales ex proprietate naturæ, ſed ex Chriſti virtute, quæ illis immittitur ex benedictione. Formam habet Dei verbum ab vngente prolatum. Et eſt ſolemnis illa precatio, qua vtitur eccleſia Rom. d. Per iſtam ſanctam vnctionem indulgeat tibi &c. hoc enim in ſacramentis tribuit forma & verbum quòd cum materia ex ſe ſit indeterminata, determinat eam ad ſpeciales effectus, vt hic oleum ad ſanitatem, & alleuiationem conſcientiæ, qua ratione in omnibus ſacramentis ſimpliciter neceſſaria eſt forma. quod autem in hoc eccleſia vtatur pro forma verbo deprecatiuo, qđ non ſolet in alijs, non eſt temere factum. Primò, quoniam Apoſtolus Iacobus ſic pręcipit. d. Et orent ſuper eum, & oratio ſalua bit infirmum, quibus autem verbis, aut modis orandum ſit, & ſi Iacobus non expreſſit, ad nos tamen fideli patrum traditione manauit: ita vt omnes eccleſiæ ſint conformes, ſaltem in ſententia; tametſi aliqua inſit verborum parua mutatio. Secundo, quoniam ſuſcipiens hoc ſacramentum, eſt viribus deſtitutus, indiget orationibus ſubleuari, quare viſum eſt piæ matri eccleſię, eum ſic commendare. Tertiò, quia datur exeuntibus: qui iam deſunt eſſe de foro eccleſiæ, & in ſolius Dei manu conquieſcunt; quare illi vni commendantur, & committuntur. Quarto, quia per hoc ſacramentum non ſemper, neque ex eius vi ordinaria habetur ſanitas corporis ſed ſpiritus: vt hæc quoque impetretur, additur oratio; vt quod non habetur ex vi ſacramenti, habeatur (ſi expedit) ex vi orationis: Non exprimitur tamē in forma ſanitas corporis, quia non eſt effectus ſacramenti principalis: ſed animæ alleuiatio. Quòd vero ſit forma conueniens hæc precatio patet: quia exprimit ſufficienter primo ſacramentum, cuius eſt forma. d. Per iſtam vnctionem; vnctio enim eſt ſacramentum hic vt in baptiſmo ablutio. Secundo, tangit virtutem quæ operatur in ſacramento. d. Per ſuam pijſſimam miſericordiam. Tertiò tangit effectum ex diuina miſericordia cauſatum, vel cauſandum. d. indulgeat tibi Deus &c. Hæc de eſſentia.

Quarto. Quotuplex autem ſit. Dicimus quod vnū eſt, vnitate ordinis, quia & ſi plures habeat vnctiones, vt pluribus partibus corporis applicantur, omnes tamen applicantur ad vnū ſignificandum. Sacramenta autem cum ſint ſigna, ex hoc ſpecificantur quod ſignant, & ſignificant vnum vel plura. Ita domus vna eſt, & ſi ex pluribus conſtet partibus. Regula igitur eſt, quod ſi vna actio ſufficit ad ſignificationem perfectam, vnitas ſacramētalis in illa vna conſiſtit, vt in confirmatione. Vbi autem ſignificatio pōt eſſe in vna & pluribus, vt baptiſmus

in vna,

in vna, vel pluribus immerſionibus. In vna, vel pluribus ſtat vnitas baptiſmi. Vbi vero perfecta ſignificatio nequit eſſe niſi in pluribus actionibus, in pluribus neceſſario ſtat vnitas & perfectio ſacraméti, vt in euchariſtia, quæ duplicem habet refectionem cibi & potus. Ita in vnctione extrema, quæ ſingulos ſenſus tãgit, vt ſingulis adhibeat ſanitatem, omnes autẽ iſtæ actiones vniũtur in vna actione completa, quæ eſt omnium exteriorum ſenſuum vnctio; quæ vna eſt aggregatione, atque ita vnum facit ſacramentum.

Quintò. A quo vero ſit ſacramentum hoc inſtitutum. Cum conſtat quòd ſacramentum eſt, ſtatim conſtat à quo ſit inſtitutũ; omnia etenim ſacramenta inſtituta fuiſſe à ſolo Domino Noſtro Ieſu Chriſto, & authoritas eccleſię, ac conciliorum probat: Et ratio. Nam cum ſacramenta pertineant ad fundamentum legis nouæ, patet quòd eorum inſtitutio pertinet tantum ad legiſlatorem. Cum etiam ſacramenta gratiam conferre debeãt & remiſſionem peccatorum; Et hoc potiſſimum, de quo Iacobus tot pollicetur, quod alleuiabit infirmũ, quod peccata remittentur &c. patet, quòd è ſuo capite, ſuaque authoritate iſta promittere non potuit, niſi ex præcepto & inſtitutione Domini. A quo enim ſacramenta habent efficaciam; ab eodem habent inſtitutionem. Firmiter itaque credimus ſacramentum hoc inſtitutum, & præceptum fuiſſe à domino noſtro Ieſu Chriſto, atque demum ex eius præcepto promulgatum à Iacobo Apoſtolo, cuius verba de hoc ſacramento exponunt & intelligunt ſancti patres Chryſoſtomus, Auguſtinus. D. Innocentius primus ſcribens ad Decentium Eugubinum. D. Bernardus libr. de vita D. Malachiæ Concilium Florentinum: Et tandem Tridentinum, quod egregie ex hoc vno Iacobi loco, & materiam, & formam, & miniſtrum, & effectus, & materiam ſubiectam huius ſacramenti colligit: ſed & antequam de hoc D. Iacobus, aliquid ſtatueret; inſinuatum ſaltem ſi non inſtitutum, aut præceptum à Domino legimus hoc ſacramentum, dũ apud Marcum c. 6. legimus, Apoſtolos infirmos oleo vnxiſſe, & curaſſe. Non enim credendum eſt Apoſtolos ſic egiſſe ex ſuo capite, neque etiã ex arte, non enim erant medici corporum: ſed ex Domini præcepto; vt de baptiſmo idem fecerunt. Alioqui ſi ſacramentum hoc Iacobus, aut Apoſtoli inſtituiſſent, eccleſia poſſet abrogare, quod nullo modo eſt concedendum. Marc. 6.

Sexto. A quo ſit diſpenſandum. Reſpondet D. Iacobus. d. Inducat presbitores &cæt. Et per presbiteros intelligit concilium Tridentinum non ætate ſeniores, non primores in populo; ſed aut epiſcopos, aut ſacerdotes. Admitti nullo modo debent laici ad miniſterium hoc, cuiuſcunque ſint meriti, aut ſanctitatis. Cum enim hoc ſacramentum includat remiſſionem peccatorum, vt teſtatur Iacobus, patet quod à non ſacro diſpenſari non debet, tãto magis, quod non eſt ſacramentum neceſsitatis vt Baptiſmus. Ad ſimplices autem ſacerdotes deductum eſt; & non ſolis epiſcopis reſeruatum; tum ob dignitatem epiſcoporũ, ſæpe in grauioribus occupatorum, ne cogantur quoſcunque infirmos adire. Tum ob commoditatem infirmorum, ad quos omnes vnus epiſcopus in tota diocæſi non tam facile poſſet accedere, quod ſi

quan-

quandoque legitur in vitis ſanctorũ patrum, infirmos quoſdam à laicis Dei ſeruis, quandoque & à fœminis vnctos ſanatos vt de D. Genoueſa, & de diſcipulis beati Antonij abbatis (quod Ruffinus teſtatur libr.2. ecc.hiſtor.cap.4.) intelligendum eſt, factum fuiſſe per gratiam gratis datam curationis ſanctis illis ſic præſtitam ex merito perſonarum:non autem per gratiam ſacramentalem,qualem ſecum fert extrema vnctio: quare & non ſacro diſpenſari non debet:presbiter enim in huiuſmodi miniſterio,qualiſcunque ſit, modo legitimus,ſuſtinet Chriſti & eccleſię perſonam:& ea ratione Chriſti gratiam diſtribuit.

Septimò. Quibus ſit dandum. Exprimit Iacobus.d.ſi quis infirmatur: Non igitur conferri hæc vnctio debet ſanis, vtcunque periculum vitæ ſubeant vel ex nauigatione,vel ex militia,vel alio quouis caſu. Non etiam infirmis quibuſcunque, niſi in eis extremum vitæ timeatur, eſt enim extrema vnctio. Non pueris. non enim habent actualem aliquam impuritatem, vel infirmitatem ex culpa, ad quam ſubleuandam ſacramentum hoc inſtitutum eſt. Non amentibus,aut furioſis, qui nũquam fuerint compotes mẽtis: debet enim hoc ſacramentum & cum reuerentia tribui, & cum reuerentia ſuſcipi. Non impœnitentibus. Tales enim non ſunt capaces alicuius gratiæ ſacramentalis, quare fruſtra tribueretur, & cum iniuria ſacramenti. infirmis itaque impendenda eſt vnctio iſta; Et ijs tantũ qui in ſummo ſunt periculo conſtituti;ſic tamen vt non prorſus proſtrati ſint, & viribus animi deſtituti.quo loco maxime errant qui illud tempus ægroti vngendi obſeruare ſolent,cum iam omni ſalutis ſpe amiſſa,vita & ſenſibus carere incipiat:nullamque ideo poſſit adhibere pietatem, aut deuotionem, quæ tamen multum prodeſſet, ad vberiorẽ ſacramenti gratiam, & fructum ſuſcipiendum. quare obſeruandum hoc loco id maxime tempus eſt. Cum ægrotus ex vrgente morbo in periculo vitæ poſitus eſt: nec tam ita attritus & deiectus eſt morbo, quin intelligat quæ circa ſe fiunt: optet, velit, poſcat ſe hoc ſacramento iuuari.

Octauò, Quo modo dandum ſit. Dicimus,quòd vnctio iſta locum habet cuiuſdam medicinæ, quare & applicari debet infirmo modo quodam medicis conſueto. Modus vero eſt; vt non vngatur totum infirmi corpus ſed locus, vel loca vnde morbus velut à radice, aut radicibus originem habet. Non ergo hic vngendę ſunt omnes corporis partes, ſed ea quæ ſunt velut principia infirmitatum. quæ ſcilicet ſunt velut ſenſuum inſtrumenta: Cum enim principia agendi ſint etiam principia peccandi,peccatum enim conſiſtit in actione, ideo in illis partibus vbi maxime vigent ea principia debet vnctio fieri. Principia vero agendi in nobis ſunt potiſsimum tria:primum eſt directiuum ex cognitione; & hi ſunt ſenſus, vnde nobis ineſt omnis cognitio, ſecundum eſt appetitiuum ex concupiſcentia, tertium executiuum & motiuum. Propter primum vnguntur organa ſenſuum, oculi,aures,nares, os, manus; propter ſecundum renes:propter tertium pedes, ſunt enim hi nobis principium motus & inceſſus.

Nono. Quoties autem dari dẽat: Dicimus,quòd ſacramentum hoc ex ſua natura eſt iterabile, qa r.ō relinq

poſt ſe effectum aliquem indelebilẽ, aut perpetuum. qualem relinquunt Baptiſmus, confirmatio, & ordo, ſcilicet characterem in anima, atque ideo repeti nequeunt. hoc tamen ſic intelligendum eſt, quod in vna eademque infirmitate, cum poſitus eſt infirmus in ſummo vitæ periculo, ſemel tantum vngendus eſt. In pluribus autem infirmitatibus, quoties ad eiuſmodi periculum venerit toties inungi poterit.

Decimo. Quorſum, & in quem vſum vngẽdus ſit infirmus. Dicimus, quod ad duo potiſſimum in homine infirmo reſpicit hoc ſacramentum, primo ad ſanandam animam à peccatis: ſecundo ad ſanandũ corpus. Duo iſta tribuit ſacramentum, non tamen æqualiter: primum enim principale, & ordinarium eſt: ſecundum vero conſequens, & non niſi cum conditione, ſi ſcilicet conferat ſalus corporis, ad ſalutem animæ: vt vero hæc diſtinctius numerentur. Dixit Aureolus quod ſeptẽ ſunt huius vnctionis effectus. Primus eſt deletio, & remiſſio peccatorum leuiorum. i. venialium: grauiora enim iam debent eſſe per pœnitentiæ ſacramentum, aut cõtritionem remiſſa; ſecundus eſt: Diminutio pœnæ temporariæ, culpis, etiam mortalibus debitæ, quam Iacobus vocauit alleuiationem. Tertius eſt, Gratię augmentatio, non tantum ex deuotione miniſtrantis, & ſuſcipientis, quantum ex vi operis operati huius ſacramenti, cui ſic Diuina aſsiſtit virtus, & miſericordia, quod ſemper auget gratiam. Quartus eſt, nterior mentis lætitia, & robur contra timores mortis, qui tunc potiſsimum inſunt morituro, tum ex pondere peccatorum, de quibus tũc grauiſsime conſcientia accuſat, tum ex imminenti Dei iudicio, ad cuius vultum mox ſe ex morte conſtituet. Iuuat hoc ſacramentum, vt bono animo, Diuina hic guſtata miſericordia morti occurrat homo Chriſti. Quintus, eſt virtus & robur aduerſus Satanam tunc maximè inſultantem, maximè peccata obijcientem, maximè ad deſperationem trahentem. ſicque anguſtam conſcientiam proſternentem. erigit eam, alleuiatque hoc ſacramentum. Sextus eſt ſalus corporis, vbi expedit: vel ad fidei gloriam, vt in primitiua eccleſia; vel ad infirmi ſalutem. alioqui, parum refert num hac, aut alia vice, periturus omnino, pereat. Poteſt etiam accidere vt non ſanentur vncti, vel quòd non multa cum deuotione vnctionẽ ſuſceperunt: vel qui vnxerunt, parum fidei, aut pietatis adhibuerũt. Septimus eſt proteſtatio decedenti, quod permãſerit in fide militantis eccleſię ſicque recipiendus ſit in Triumphantem: vbi cum Chriſto vnctorum capite, eius oleo delibutus, & ornatus viuat & regnet per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Romæ. 10. Nouembris. 1569.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Homilia Prima.

PROOEMIVM.

VT vbique locorum, & tẽporum vigilat inimicus Dei ad noſtra damna, circuitque quærens quẽ deuoret. Ita ibi diligentior, & importunior eſt; vbi ſeſe magis nocere intelligit. Ob hoc duo potiſsima ad euertendam

tendam Chriſti eccleſiam,& tollendam ex ea pietatem omnem eſt inſectatus,tanquam ea in quibus vniuerſam religionem conſtare ſciebat;nẽpe Dei verbum,& ſacramenta. Videbat enim per Dei verbum mundum vocari ad Deum: per ſacramenta vero vniri Deo.Conatus eſt igiť à principio verbum Dei inuertere, & negare.d.nequaquam moriemini,& ſic ſemper vel negare, vel inuertere,vel verba,vel ſenſum corrumpere; negocium maximum habent infideles vt tollant Dei verbum,hæretici,vt corrumpant. Conatus eſt etiá sacra fœdare.Ita à principio aram Chain oppoſuit Aræ Abel,& ſic ſemper noua ſacrificia induxit,vt vera opprimeret ſaltem confunderet; non enim poteſt ſtare mundus ſine religione; Religio ſine ſacramentis, & ſacrificijs. Hinc magnum illud, & perpetuum negotium quod habent hæretici circa ſacramenta, vt negent ſi poſſunt prorſus tollant: ſaltem fœdent, & contaminent. Vt vero ſimul vtrunque tolleret,& verbum, & ſacramenta, callidus ille aſtutus veterator,conatus eſt ordinẽ, & miſteriũ vtriuſque,vel tollere vel confundere, vel contemptibilem reddere, vt ſimul ea omnia quæ ab ordine,& ſacerdotio tractantur, quæ duo illa ſunt potiſsima,verbum,& ſacramenta,vana,confuſa, vilia, & cõtempta redderet,ſicque mundi lucẽ & ſalutẽ impediret. Hinc tanta illa ſola ſolicitudo hæreticorum,vt ſacerdotium, & ordinem ſacrum confundant cum prophano,docentes nihil diſcriminis eſſe inter laicos,& ſacros.oẽs ex æquo eſſe ſacerdotes;omneſque ſi à populo voccentur, poſſe & verbũ Dei prędicare,& ſacra facere,& orare pro populo;qi id e nim potuit Satan excogitare, quod efficacius eſſet ad ſacra omnia confundenda,quam mixtionẽ & confuſionem hanc? Vt enim ordo in eccleſia fundamentum eſt, & regula & tutela veræ pietatis,ita ordinis confuſio principiũ omnis impietatis.

Nos itaque vt huic magno malo,quátũ poſſumus occurram⁹,hoc loco de ordine,deque Hierarchia eccleſiaſtica,tractabimus,vt locum,gradus,munus,miniſterium que eius in Chriſti eccleſia à cæteris ordinibus diſtinctũ demonſtremus, doceamusque ſine hoc, cætera ſacramenta omnia, aut cõfici nõ poſſe, adminiſtrarique;aut sua dedita ſolemnitate, põpa, & cerimonia prorſus carere. Proderit autem iſta ordinis explicatio; primum nobis ipſis,& ijs qui dea ea ad populum tractabunt,munuſque ſibi impoſitum,& onus dicendo ſentient: Deinde alijs qui eccleſiaſticæ vitæ rationem ingreſsi ſunt; & in ſortem Domini iam vocati, vt eodem pietatis ſtudio afficiantur; & earũ rerum cognitionem percipiant,quibus inſtructi viá ad vlteriores gradus facilius munire poſsint. Reliquis etiam fidelibus,& toti populo chriſtiano proderit; vt intelligant quo honore digni ſint Dei miniſtri,quo ſpiritu,qua ſpe,aut ſeipſos, aut liberos ad hoc miniſteriũ inducere debeant. ſciantque vitæ genus quod ſequi volunt. quale ſit. Ne vero de ordine ſine ordine tractemus, capita hæc deipſo petemus,& pro Dei gratia nobis conceſſa expediemus.Primò loco Neceſsitatem ordinis in eccleſia, Secundò,Nobilitatem & eminentiam. Tertiò,quiditatem & eſſentiã. Quarto. Numerum & pluralitatem.Quintò,ſummũ gradum.Sextò,inſtitutionem & latitudinem ſacerdotii.Septimò,qualitatem ordinantis.Octauò, qualitatem

ordinandorum. Nono. effectus. Res magni momenti eſt, magnam Dei gratiam continens, magnam mundi ſalutem comprehendit: iuuare plurimum poteſt ſi recte intelligatur, & tractetur; orate, & diligenter audite:

De neceſsitate ordinis in Eccleſia.

Ex multis patet neceſsitas ordinis Miniſterij hui9 de quo loquimur in eccleſia. Primò ex lege. Nã lex, & ſacerdotiũ ſe cõſequunt. Nulla vnquã fuit ætas ſine lege, & ideo nulla ſine ſacerdotio, prima .n. legis pars eſt, quæ ad Religionem ſpectat. Vt docet & ipſa natura Deum colendum eſſe. Ita ergo ſe conſequuntur lex &
Hebr. 7. ſacerdotium, vt D. Paulus dixerit. Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt vt & legis trãſlato fiat', Ita ſuam habuit legem natura in mundo illo originali, ſuum etiam habuit religionis ritum, ſuas oblationes, & ſuos miniſtros, quorum manu fierent. Suam legem habuit populus Iſrael. Cultum ſpecioſum; Et ſacerdotium, atque ordinem in domo leui ſplendidiſsimũ. Secundò, ex vſu ſacramẽtorum, ſunt enim ſacramenta omnia vaſa gratiæ diuinæ. Neceſſarij igitur ſunt Miniſtri qui effundant & diſpenſent. Item ſacramentorum fructus conſiſtit in vſu; qui non vtitur, nihil ex eis percipit: vſus non eſt, nec eſſe poteſt ſine Miniſtris. ordo dat Miniſtros, quare ſine hoc, nullus eſt vſus ſacramentorum: aut certe non eſt ſolennis. Tertiò, ex perpetua ſucceſsione Miniſtrorum in eccleſia. Vt enim inter laicos Matrimonium eſt ſeminarium, quo conſeruatur & propagatur populus chriſtianus: Inter clericos ordo eſt ſeminarium, quo propagatur Miniſterium eccleſiaſticũ. Quarto, ex fortitudine, & robore eccleſiæ.
Nam can. Terribilis eſt vt caſtrorum acies ordinata. Et hinc terribilis eſt aduerſarijs, quia ordinata. Ita quod ordo neruus eſt, & robur eccleſiæ catholicæ, ex quo ordine eſt Apoſtolica. Non mirum ſi hæretici, volentes eccleſiã turbare & confundere, nitũtur ex ea ordinem tollere: Nos ecõtra qui eccleſiam tuemur, debemus ante omnia ordinem defendere: Ne cum hæreticis veniamus in eum locum, vbi vmbra mortis & nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat. Ex ijs igitur omnibus agnoſcimus neceſsitatem ordinis in eccleſia. Nunc ſecundo loco tractemus Nobilitatem. Cant. 6.

De nobilitate ordinis.

Nobilitatem ordinis multa declarant in teſtamento veteri, vt quod ex certa & ſola tribu leui diſcernitur: quod ſortẽ, aut partem nullam habet in terris, vt intelligamus, eam è Dei manu ſpecialiter pẽdere: quare & ad eam alendã cæteræ omnes obligantur, quod certam rationem, & quidẽ ſacram, & ſignificantem habet in veſtimentis; vt non tam ſplendeat ſol oriens, quam ſacerdos & pontifex vbi ſanctuarium ſuis inſtructus veſtibus intrat, quod certa, & ſacra & veneranda omnia habet miniſteria inter Deum & homines: vt mundum reconciliet, pacificet, doceat', benedicat &c. Verum hæc dignitas & nobilitas longe clarius ſplendet in teſtamento nouo, potiſsimum ex ſacerdotio, quod ſupremum in ordine locũ habet. Tãtũ enim in hoc ſeculo diui-

næ gratiæ Sacerdotium chriſtianum
1 Pet. 2. præminet illi iudaico vt in eo voca-
tum ſit Regnum ſacerdotale, quod à
regno penderet ſacerdotium. In hoc
autem vocetur Regale ſacerdotium.
ſuperat enim regalem & humanam,
quin & angelicam omnem poteſta-
tem: Et hoc potiſſimum ex tribus.
Primo ex interpretatione Diuinæ vo
luntatis. Verbum enim habet clariſſi
mum, & lucidiſſimum. Cuius intelli
gentia vera & arbitrium eſt penes ſo
lum ſacerdotium. Ita quod ſit os
Dei; de quo Chriſtus, qui vos audit
me audit. habet ergo quaſi theſaurũ
Diuina ſecreta, Diuina myſteria; &
omnem veritatem, quam à ſpiritu ſan
cto didicit: vt inquit Paulus, etiam ſi
Angelus è cœlo euãgelizauerit aliter,
non ſit illi credendum. Secundo ex
regimine corporis myſtici Chriſti,
potiſſimum circa iuſtificationem,
quod opus Diuinum, nõ humanum,
non Angelicum eſt. Remittit pecca
ta, infundit gratiam. Ego, inquit, te
abſoluo. Non dicit: Deus te abſoluit.
ſed Ego te abſoluo, innuens Diuinã
authoritatem, ſibi & Miniſterio ſuo
verè impreſſam. Tertio ex Diuina au
thoritate quam habet circa corpus
Chriſti verum, vt conficiat in ſacra-
mento, vt offerat, vt credentibus
communicet. In quo omnium ma-
ximo opere; Angelos quidem habet
teſtes & ſpectatores, at minime adiu
tores; opus enim hoc ſuperat om-
nem Angelicam non modo poten
tiam, ſed & intelligentiam. Ad ma-
xima hæc opera deſtinans Apoſtolos
Chriſtus merito dicit. ſicut miſit
me pater. Ita & ego mitto vos. Ex
hac miſſione dicuntur Angeli. Ex
ſuprema authoritate Dij. tãta eſt or-
dinis nobilitas.

Quid ſit ordo.

Deffinit Magiſter Ordinem ſic,
quod eſt ſignaculum. i. ſymbolum
quoddam eccleſiæ, per quod ſpiritua Heb. 5.
lis poteſtas traditur ordinato. Ad po
teſtatem itaque talem exercendam
non licet cuiquam ſeipſum ingerere.
Nemo ſibi ſumat honorem, ſed qui
vocatur à Deo tanquam Aaron. Vo- Rom. 10.
catio iſta eſt ordinatio. Ad Rom.
quomodo prædicabunt niſi mittan-
tur, iſta miſſio eſt ordinatio. Explicãt
alij ſic ordo eſt gradus eminens in
eccleſia, diſponens hominem ad exer
cendum aliquem actum in eccleſia:
ſpiritualiter autem ad conſecratio-
nem Euchariſtiæ, quæ videtur eſſe ſu
prema poteſtas, aut ad aliqua quæ ad
illam diſponunt in ſumma. ordo eſt
diſpoſitio poteſtatũ in eccleſia Chri-
ſti, vt omnia recte ſiant. quæ enim à
Deo ſunt, ordinata ſunt.

An ordo ſit ſacramentum. Rom. 13.

Eſt ſine dubio ſacramentum: tum
quod ſic authoritas ſacri cõcilij Flo-
rentini, & Tridentini expreſſe decer
nit: tum quòd ratio cõuincit, quam
& ſacra Synodus Tridentina addu-
cit, quæ talis eſt. Ordo vel ordinatio
habet in ſe ſignum externum, & viſi-
bile, quod elementum eſt formam
certam, quod eſt verbum additũ ele-
mento: Et gratiam tribuit; Igitur
eſt ſacramentum. Certam materiam
habet quælibet ordinatio; vt hoſtia-
rij claues, lectoris librum, Acoliti cã-
delabrum, & vrceolos. Tãdem ſacer-
dotis, vnctionem, manuum impreſ
ſionem calicem, cum vino, pate-

nam cũ hoſtia. De manuum impreſſione expreſſam mētionem facit Apoſtolus Paulus in epiſtolis, ad Titũ, & Timotheum. Noli negligere gratiam quæ data eſt tibi per prophetiam cum impreſsione manuum presbiteri: ſimul enim quotquot aderāt presbiteri manus imponebant ei qui ordinē ſuſcipiebat: item. Admoneo te, vt reſuſcites in te gratiam quæ eſt in te per impoſitionem manuũ mearum. De vnctione, quã hæretici abominantur, mentionem facit traditio apoſtolica, vt patet ex Anacleti epiſt. ſecunda. Et clementis Epiſt. ſecunda ad Iacob. fratrem Domini. Ex Dioni. Eccl. hier. cap. 4. Ex Tertulliano libro de carnis reſurrectione. Ex Cipriano lib. de chriſmate. Per benedictionem ordinatus diuinis officijs mancipatur. Per vnctionem, ad Chriſti corpus tangendum idoneus redditur. Per calicem & patenam miniſterij ſui admonetur. Per impoſitionem manuum omnis gratiæ plenitudo cōfertur. Forma accedens eſt verbum, quod imperij eſt, quia hic à poteſtate maiore traditur minor. Accipe claues Accipe librũ. Accipe ſpiritum ſanctum. Accipe poteſtatem. Accipe iugum domini. vel verbum orationis, vt dum vngit: Cōſecrare, & ſanctificare digneris domine manus iſtas, per iſtã vnctionem &c. Gratia ſubſequens eſt multiplex: Inprimis, niſi ſuſcipiens obicem ponat, augetur illi gratia gratum faciens, qua ex iuſto, iuſtior fit; quòd commune eſt omnibus ſacramentis. Deinde impenditur gratia gratis data, quæ eſt poteſtas certa adminiſtrandi in eccleſia quæcunque ad ſacrificium offerendum in altari, quod ſummũ eſt miniſteriũ ordinantur, aut ad regendum corpus Chriſti myſticum. i. eccleſiam conducere poſſunt. gratia hæc alium planè hominem facit. Tertio. Imprimitur in anima cert' character, vnde & hoc ordinis ſacramentũ ſicut Baptiſmus & cōfirmatio, remanet irreiterabile. Ex his itaque ſatis conſtat ordinem eſſe ſacramentum. Idem expreſſe aſſerunt ſancti patres. Auguſtinus. lib. 4. ver. & no. Teſtamenti. ca. 93. Item lib. 2. contra epi. parmeniani. ca. 14. De Baptiſmo, & ordinatione loquens. perperam docet baptiſmum iterari ab ijs qui ordinationem nō repetunt. vtrũque enim (inquit) eſt ſacramentum & quadam conſecratione vtrunque datur. Cyprianus in ſermon. de pedum ablutione. D. Leo magnus epiſt. 79. ad Dio. Alexandrum. quamobrē ſatis iam patet, Et quanta ſit neceſsitas. Et quanta nobilitas, & eminentia Et quæ ſit eſſentia ſanctiſsimi huius ordinis de quo tractamus. In ſequētibus Deo dante reliqua proſequemur vt in omnibus intelligamus quantum referat in Dei eccleſia ſacramentum hoc firmiter retineri, & fideliter diſpenſari, ad Diuinæ maieſtatis gloriam, & fidelium ſalutem. Amen.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Homelia Secunda.

De numero & pluralitate ordinum.

NObilis, atque eminens gradus in Chriſti eccleſia eſt ſacerdotiũ, cui' Diuina poteſtas extenditur ad ſupremum illum actum, quo & Angelos ſuperant, dum corp' Chriſti in euchariſtia conficiunt; Tã

ti

ti gradus eminētia,& dignitas effecit
vt Dei inſtitutoris ſapientia hominē
ad ipſum,non niſi per multos mino-
res & aſcendentes gradus eleuaretur;
qui omnes interim etiam ſacerdotio
aſtarēt & miniſtrarēt miniſtroſq; ſic
paulatim ad tantam illā dignitatē per
ducerent.Et ſunt ſex gradus,qui cum
ſacerdotio faciunt ordines ſeptem,
qui omnes ſuo modo & ſacri, & ſa-
cramenta, aut ſaltem ſacramentalia
ſunt:habēt.n.proprias & ſpāles ſancti
ficationes: & ordinationes; nō tñ fa
ciūt ſeptē ſacramenta, ſed vnū pote
ſtatiuum, cuius tota poteſtas in vno
eſt ſacerdotio,quod eminenter om-
nes continent, in alijs autem eſt per
participationem.Numerus autem,&
ordo, aut graduatio ſumitur penes
actum ſupremum illum ſacerdotij,
quod eſt euchariſtiam cōſecrare,cui
omnes ſubſeruiunt, minus & magis
remotè,ordo enim miniſtrorū eccle
ſiæ qui ſunt mediatores inter Chri-
ſtum & populum, eſt ad faciendam
vnionem populi cum Chriſto. Vnio
vero maximè fit per euchariſtiam,
per quam Chriſtus in ſumente ma
net, & ſumens in Chriſto. quare ex
hac attenditur,& numerus, & ordo
miniſteriorum ſic.Vnio iſta fit dupli
ci actu, per ſacramenti confectio-
nem:& per populi ad tale ſacramen-
tum præparationem: Ita quòd totus
iſte ordinum numerus reſpicit ad ſa-
croſanctam euchariſtiam vel confi-
ciendam,vel adminiſtrandam. Si de
confectione,& de conſecratione agi
tur, hoc pertinet ad ſacerdotium: ſi
de adminiſtratione. Duo hic requi-
runtur miniſteriorum genera: Alte-
rum quod reſpicit euchariſtiam ip-
ſam:Alterum reſpicit ſuſcipientes,vel
ſuſcepturos euchariſtiam. Circa eu-
chariſtiam occupantur Diaconatus,
ad quem pertinet immediate adeſſe
& ſubſeruire ſacerdoti,tradere ei quę
offerenda ſunt in vaſis ſacris, conſe-
cratam etiam hoſtiam deferre, & ſan
guinem miniſtrare. Deinde ſubdia-
conatus ad quem pertinet materiam
oblationis præparare & vaſa ſacra ad
hibere.Hinc tres iſti ordines ſacri &
maiores,dicuntur.Circa ſuſcipientes
occupantur reliqui quatuor, qui mi-
nores & non ſacri dicuntur. Et ſunt
Acolythi,qui lumina deferunt,lecto
res qui inſtruūt ex ſacris literis.Exor-
ciſtæ dæmones pellunt ab energame
nis.hoſtiarij malos hoīes à participa
tione ſacrorum arcent. Hos omnes
gradus & ordines ſemper habuit &
agnouit catholica eccleſia,ſic tamen
quòd à principio propter paucitatē
chriſtianorum, Diaconatus in ſe reli
quos quinque continebat,& exerce-
bat:Multiplicato deinde populo,om
nes explicuit, & ſigillatim adhiberi
iuſsit eccleſia. Et inſuper vt tantum
opus procœmio quodam introduce-
ret & honoraret: his,omnibus ordini
bus præmiſit primam tonſuram, qua
ex laicis hominibus clericos facit. id
eſt ex cōi hominū ſorte,in ſortem,&
peculium Dñi transfert,ſicque in ſi-
gnum huius,tranſlationis, quaſi ſym
bol ū ſortis, incidit & tōdet capillos
& ī formā coronæ: vel vt coronę ſpi
neæ,q̄ ſummus ſacerdos Chriſtus ob
pctā noſtra detulit, memoriam ha-
beāt:vel vt regiam quādam dignitatē
qua hæc domini ſors præ cæteris ful
get,ex corona ſignificent:vel vt ſpre
tum mundi huius & temporalium re
rum,per eam capillorum inciſionem
doceant; quādo nunc ad ſpūalia do-
mini miniſteria traducuntur, ſicque
in peculiarē eius ſortē & hæreditatē
vocanē,vt ex animo dicant pars mea
deus.Tonſuram iſtā irrident,ac qua-
ſi

ſi ſignum abominationis reſpuunt hæretici, qui ad domini ſortem nullo modo pertinere volunt: ſed ſummo honore habent catholici, quam ab ipſis priſcis & apoſtolicis temporib⁹ accepit, & ſemper conſeruauit eccleſia. Ita de tonſura expreſſè meminit D. Germanus Archiepiſcopus conſtantinopolitan⁹ in hiſtoria ſua eccleſiaſtica; & dicit coronam hanc ſignificare tõſuram illam qua apoſtolorũ princeps ab infidelibus ob euangeliũ prædicatum affectus fuit. Quam & ipſe (vt addit Godfridus ingrinenſis abbas ſcribens de ea ad Naitanum regẽ vt refert Beda in hiſtoria Angl. c. 22.) libenter detulit in honorem & memoriam coronæ ſpineæ, quam D. N. Ieſus in paſsione detulit. hortaturque multis rationibus clericos omnes & monachos ad eam perpetuo deferendam. De hac etiam meminerunt ſanctiſsimi patres. Dioniſi⁹, Hieronim⁹, Auguſtinus. Non quidem tanquam de ordine, aut ſacramento; non enim vllam poteſtatem ex hac accipit homo ad miniſtrandum ſacra.; ſed tanquam de proœmio & præparatione quadam non tam neceſſaria, quàm cõgrua, qua clericus ad ſpecialem Dei cultum ſeparatur: quæ non tam requiritur ad eſſe ordinis, quam ad bene eſſe: vt character quidam corpori impreſſus, & ſymbolum diuinæ ſortis Imprimitur autem ab epiſcopo, quoniam & ab eo ſolo benedicũtur, & cõſecrantur, cætera omnia, loca, veſtes, vaſa, quæ ad diuinum cultum ſpeciali ter applicantur. Nunc de ordinibus ſigillatim dicamus, Et primum de minoribus, vt per eos paulatim ad ſupremam dignitatem eccleſiaſticam aſcendamus.

De minoribus ordinibus

Primus ordinis grad⁹ eſt, quo cleric⁹ fit oſtiarius. Signũ viſibile eſt, collatio clauiuium eccleſiæ, quas epiſcopus accipit ex altari & illi tradit dicẽs. Accipe claues, & ſic age quaſi rationẽ redditurus, pro ijs rebus, quæ his clauibus recludũtur. Poteſtas huius eſt, vt portas fidelibus aperiat; claudat verò infidelibus, hæreticis, energumenis, renitentibus, quouſque admiſsi fuerint, vt apparet apud Chryſoſtomũ & Ambroſium. Arceat etiam ab altari eos, qui propius accedunt quam decet. Cuſtodiat omnia quæ in eccleſia ſunt: Ad hũc ergo ptinet theſaurari⁹ & edituus, quorũ in eccleſia nobilia ſunt officia: Hunc vocat Ignatius cuſtodem ſanctarum portarum: Et de hoc meminit Ignatius Dioniſius. Tertullianus. Forte hoc munus expreſsit Chriſtus quando è tẽplo zelo domini eiecit vendentes, ementes &c. Secundus eſt, quo clericus fit lector. Huic pro ſymbolo dat liber ab epiſcopo in quo ſunt ſanctæ ſcripturæ clauſæ, addita poteſtate, vt ſit Diuini verbi relator, fidelis & diligẽs, vt poſsit etiam ſidei rudimenta tradere. exercuit munus hoc D. N. Ieſus in Sinagoga Nazareth, in qua (vt Lu.) accepit librum Eſaiæ, aperuit locum recitauit ex ca. 61. Inde librum plicuit, & dixit, hodie impleta eſt &c. Teſtatur D. Cyprianus, quòd mun⁹ hoc exercuit D. Aurelius, celerinus, & ſatyrus; Narrat Gregorius Naziãzenus, de Baſilio, Socrates in hiſtoria eccleſiaſtica de Io. Chryſoſtomo. Tertius eſt, quo clericus fit exorciſta: Atque huic pro ſymbolo datur liber in quo continentur exorciſmi, addito verbo tali. Accipe.

cipe, habe poteſtatem manus imponendi ſuper energumenos. Hi etiam præcipiunt, vt qui non communicant, dent locum. Et aquam in miniſterio fundunt. De his meminit Dionifius Areopa. Item D. Cyprianus. libr. 2. epiſtolarum, epiſt. 2. Et in lib. 4. epi. 79. Teſtaturque quod per exorciſtas voce humana, & virtute Diuina vritur, flagellatur, & torquetur Diabolus. Quartus eſt quo clericus fit Acolytus. Huius munus eſt adeſſe miniſtris maioribus, ſubdiacono & Diacono in miniſterio altaris. lumina accendere & deferre: potiſſimum cum legitur Euāgelium, ſymbolum huius eſt candelabrum cum lumine, addito verbo. Accipe, ſcias te ad accendenda lumina eccleſiæ mancipari. Dantur & vrceoli vacui, quibus vinum & aqua in ſacrificio miniſtratur. d. Accipe vrcelos ad ſuggerendum vinum &c. Huius officij formam gerebant illi in teſtamento veteri, qui lucernas candelabri componebant, & accendebant igne cœleſti. In argumento vtriuſq; epiſtolę ad Theſſalonicenſes mentio fit cuiuſdam Oneſimi Acolyti, earum epiſtolarū latoris. Per hos omnes gradus, atq; ordines non ſacros & minores paulatim aſcendunt clerici in ſortem Domini vocati ad maiores. Et de his oībus meminit Gaius Papa & martyr ſub Diocletiano. Dolendum quod apud nos, ſunt quidem ordines omnes, & ordinationes, nominaque habent celebria: ſed officia vix vlla exercent in eccleſia, nam fere omnia ſibi vſurparunt ſacerdotes: hi ſunt lectores, hi exorciſtæ, hi oſtiarij; ſæpe lumina ferunt: quo facto eccleſiam confundunt, & pulchram eccleſiæ faciem ea varietate mirifice illuſtratam, ſi non deturpant, certe abſcondunt, & obſcurant. orandus eſt Deus vt quando per ſuam miſericordiam dignatus eſt tam multa alia nobis, tametſi indignis inſtaurare; ſpecioſa etiam iſta ordinum ſingulorum munia & exercitia reſtituat. Amen.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Homilia Tertia.

De maioribus ordinibus.

AD Eſt ſacra ſeruorum, & miniſtrorum Dei Hierarchia, circunſtat Altari Domini ſui, tanquam ſors, & peculium eius, in illius obſequia ſpecialiter ſegregata, vt pro ſe & pro populo toto Deum propitium reddat. Vt populum etiam Deo obſequentem faciat. Gradus eſt eminens, ſtatus eſt ſacer, munus eſt fructuoſum: varietas ſpecioſa, multitudo copioſa tū vt Deū multipliciter glorificet, tum vt homines qualitate & numero præſtantes, diuerſis locis & miniſterijs occupatos ſalubriter exerceat. Non ſic alia variantur, aut diuerſificantur ſacramenta: illa enim dantur (Thom.) ad percipiēdum quoſdam effectus. Hoc vero ad exercendos actus, & ita ſecundum actuū varietatem diſtinguitur. Erāt ergo ordinum Minores alij, qui & non ſacri dicuntur, de quibus hactenus tractatum eſt; Et erant quatuor oſtiarius, lector, exorciſta, Acolytus Sequuntur alij qui Maiores & ſacri ſunt: tres præcipui. De quibus conſequenter agēdum eſt. Atque eo maiore diligentia & reuerentia, quo maiorem & digniorem in ſe continent poteſtatem.

De

De Subdiaconatu.

Vox ipſa declarat, quod ſit, aut quale ſubdiaconi munus ſubeſſe ſcilicet, parere & ſeruire in Myſterijs Diacono. Atque in his potiſsimum. Sacre lintea, vaſa, panē, vinū ad ſacrificiū præparat. Epiſcopo, & ſacerdoti aquā, cū lauat in altari, manibus dat. Epiſtolam recitat, & cantat, in eccleſia. Aſtat ſacerdoti, & altari quaſi defenſor. Pro ſymbolo dum benedicitur, accipit ab epiſcopo librū epiſtolarum cum poteſtate legendi pro viuis & mortuis. Ab Archidiacono (argumentum quòd à Diacono pendet, & illi ſubeſt) vrceolos cum vino, & aqua, lebete, & linteolo. Hoc officio partim functus eſt D. N. Ieſus in cœna, cum linteo ſe præcinxit, & aquam miſit in peluim, pedes lauit diſcipulorum, & abſterſit linteo. Aiunt ſanctum Fabianum papam, & Martyrem ordinem hunc explicuiſſe, & ad Diuinum officium applicuiſſe, cū prius hæc omnia faceret ſolus Diaconus. Ordo ſacer eſt, & ſacris ſe immiſcet, dum materiam ſacrificij in ſacris vaſis præparat. ideo exigit Miniſtrum mundum & vere ſanctum. Mundamini, qui fertis vaſa Domini: ob hoc indicitur ſubdiaconis perpetua continentia: veſtem accipit ſacram, Calicem & patenam ſacram ab epiſcopo: Et vt ſacer obligetur ad perſoluendum horas canonicas. De hoc ordine meminit D. Cyprianus mittens epiſtolam ad Cornelium papam per Meliſiam & Clementem ſubdiaconos, qui & ipſe ordinauit optatum ſubdiaconum.

Eſa.52.

De Diaconatu.

Ordo hic & ſacer, & ſpecioſus eſt, nempe quòd de eo in ſanctis ſcripturis expreſſa mentio fiat, & quòd ex eiſdem tum origo eius, tū originis cauſa, & ipſa quidem grauis habeatur. Ex qua facile conijcere poſſumus, cur & alij ordines in eccleſia ſint multiplicati; nempe quod ſic creſcente fideliū numero, multitudo miniſteriorum, miniſtrorum quoque pluriﬁcationē exigeret. Conſtat igitur in teſtamento veteri, quod præter ſummum pontificem qui fuit Aaron; præter ſacerdotes, qui fuere filij Aarō; ſuum quoque locum in miniſterio tabernaculi habuit tota tribus Leui: hic fuit locus diaconorum, diaconia enim eſt vox miniſterium ſignificās, vt Timotheo dicit Paulus. Diaconiam tuam imple. Rom.3. Et diaconus miniſter eſt; ita idē Paulus. Vocat Cæſarem diaconum, ideſt miniſtrum Dei Deinde cōtracta eſt vox, & ex appellatiua facta eſt propria vt certum hunc ordinem, de quo agimus, ſignificet: Vt etiam cōtracta eſt vox imperatoris, ducis, epiſcopi, vt certas perſonas, certumq́; munus ſignificent. In teſtamento nouo nota Act.6. eſt occaſio pia, qua ſancti Apoſtoli, elegerunt ſeptem diaconos, qui menſis miniſtrarent, & bona fidelium recte & ſine querela diſtribuerent: ſicq; ſopita eſt querela viduarum, quæ deſpici videbantur: Hæc origo diaconorum noſtrorū eſt: Sic tamen vt intelligamus munus diaconorum tempore 1.Tim. etiam apoſtolorum, extenſum fuiſſe à menſis illis prophanis. i. à diſpenſatione rerum temporalium ad menſas ſacras. i. ad myſteria; vt ſeruirent altari, vt epiſcopo & ſacerdoti ſacra facienti

cienti adſiſterent: Vt abiente epiſcopo verbum domini tractaret, & populum inſtrueret. Patet quòd Philippus diaconus primus omnium Samariæ Chriſtum prædicauit:amplius quòd Stephanus in defendendo Chriſti nomine,& euangelio tantum valuit, vt innumeris ſinagogis,etiam eruditiſſimis os obſtrueret, pro cuius teſtimonio primus omnium ſanguinem fudit.Certe ex ſola menſarum diſpenſatione non tantum inſenſus fuiſſet ſinagogis,vt eum audientes diſſecarentur cordibus, ſtriderent dẽtibus &c. Teſtatur etiam D. Ignatius Martyr in epi.ad Trallianos,Stephanum fuiſſe diaconum D.Iacobi epiſcopi Hieroſolimi.vt Pauli fuerũt Timotheus & Linus:D.Petri Clemẽs & Anacletus, & de Diaconis loquens dicit. Oportet & Diaconis qui ſunt in miniſterium D.N.Ieſu Chriſti placere: Non enim cibi & potus ſeruitores ſunt;ſed miniſtri eccleſiæ Dei.Et iterum. Diaconi quid ſunt niſi imitatores Chriſti,miniſtrantes epiſcopo, ſicut Chriſtus patri? &c. origenes vocat Diaconos manus epiſcoporum. In ſumma Munera Diaconi ſũt Epiſcopum,& ſacerdotem ſequi.concionantem cuſtodire,ſacra facienti, vel alia ſacramenta adminiſtranti ſeruire:In miſſa euangelium legere, fidelium animos excitare: Sãguinem Domini,vbi vtraque ſpecies datur,adminiſtrare:Eccleſiæ bona diſpenſare,vt ad victum neceſſaria.explorare populi mores,& epiſcopo denuntiare: cathecumenorum nomina publicare.

2.Tim.3. Abſente epiſcopo prædicare, non tamen ex eminenti. Mores Diacono conuenietes explicat D.Paulus. Symbola & elementa quibus ſacer hic ordo tribuitur ſunt hæc.ſacram veſtem accipit Diaconus ab epiſcopo. librũ etiam euangeliorum, cum poteſtate legendi in eccleſia. Manus inſuper ei imponuntur, qua cerimonia & ipſi Apoſtoli à principio vſi ſunt, cum primos Diaconos ordinarunt. Verbum eſt. Accipe poteſtatem legendi euangelium in eccleſia Dei,tã pro viuis,quam pro defunctis in nomine Domini. Huic quoque ordini, tanquam ſacro imponitur continentia perpetua; & perſolutio Diuinorum: Hæc de diacono.

De Sacerdotio.

Summus gradus omniũm ordinũ eſt ſacerdotium,quem gradum ſancti patres noſtri duplici nomine honeſtarunt. Vocarunt quandoq; presbyteros,id eſt ſeniores; non tantum reſpicientes in ætatem, cuius tamen ratio habita eſt:quam in ſenſum animi,& grauitatem, de qua Paulus:Nemo adoleſcẽtiam tuam contemnat. vocarunt & ſacerdotes,quaſi ſacra facientes,ſacra miniſtrantes & diſpenſantes,ſacra quoque vnctione ſanctificatos tẽporibus D.Auguſtini. Vox ſacerdotis ad epiſcopos etiam extendebatur,vnde vocat D. Ambroſium ſacerdotem Mediolanenſem. Deinde contracta eſt ad ſimplices presbyteros, vt hac diſtinctione dignitas epiſcopalis illuſtrior deſignaretur. Ante omnia vero præmittẽdum eſt, vt impiorum confuſio tollatur è medio,quòd ex sãctis ſcripturis Duplex in Chriſti eccleſia eſt ſacerdotium: vnum quidem internum,quod inuiſibili vnctione, aliud externũm quod viſibili & externa vnctione ſanctificatur.Sacerdotium internũ,eſt interna hominis per Dei gratiã,& ſpiritus ſãcti vnctionem,ſanctificatio,qua filij

Dei,& Chriſti ſacerdotis, & Regis, membra efficimur. Et hoc commune eſt chriſtianis omnibus, potiſſimũ iuſtis, qui fide & charitate Chriſto ſunt inſiti, membra corporis eius atque ideo Diuinam eius naturam, inſuper gratias, honores, dignitates, & munera eius omnia participantes. Sacerdotium hoc ſpirituale eſt, atque ideo offert Deo victimas ſpirituales, quarum aliæ ſunt mortuę, & ſunt peccata dimiſſa & exciſa; aliæ ſunt viuę: & ſunt actiones virtutis, & merita. Huius ergo ſacerdotij munera ſunt: Deo ſeruire, gratias agere, preces offerre; Deum amare, colere, magnificare; Dei amore iuuare proximum, eleemoſynas dare &c. quas omnes vocat D. Petrus, hoſtias ſpirituales. Oſeas, vitulos labiorum. De hoc ſacerdotio Dauid pſalm. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus vos eſtis gens ſancta, regale ſacerdotium. Exhibeamus Deo corpora noſtra hoſtiam viuentem, ſanctam &c. Fecit nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes. Si Hæretici ſic intelligerent chriſtianos omnes eſſe ſacerdotes; Fatemur, ita etiam & Reges, quia Chriſti Regis & ſacerdotis membra ſunt. D. Hieronymus contra Luciferianos ſcribens, Vocauit ſacerdotium laicum, quia commune eſt omnibus, & in Baptiſmo tribuitur. Ex hac ſpiritus ſancti vnctione habent omnes, quod ſibi imperent, & quaſi reges affectus ſuos per Dei gratiam comprimant. Et quaſi ſacerdotes, ſe ipſos totos Dei ſeruitio mancipent: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. At præter hoc in Dei eccleſia neceſſarium eſt aliud ſacerdotium, quod externum ſit, & externa vnctione, atque ordinatione ſanctificetur. De quo hæretici intelligentes dum

Pſalm. 50.
1. Pet. 2.
Rom. 12.
Apoc. 1.

dicunt, omnes chriſtianos eſſe ſacerdotes; merito damnantur, tanquam ij, qui eccleſiam confundunt voce hac diabolica, & ſeditioſa, qualis illa fuit Choræ, Datan, & Abiron dicentium. Sufficiat vobis quia multitudo Sanctorum eſt, & in ipſis eſt dominus. Cur eleuamini ſuper populum Dei? Vox impia, merito ſtatim iudicata. Si enim omnes ex Baptiſmo ſunt ſacerdotes, ergo & mulieres: ſi ita, ergo & illis licebit in eccleſia ſacra facere, Dei verbum exponere &c. quas tamen D. Paulus, iubet in eccleſia prorſus tacere. Iam facile eſt cuique percurrere omnium gentium, & ſectarum monumenta, & facile iudicare, quod nulla vnquam gens fuit ſine lege: Nulla lex ſine religione. Nulla Religio ſine ſacrificio. Nullum ſacrificium ſine ſpeciali ſacerdotio. In teſtamento veteri (vt de ethnicis taceamus) tota tribus leui fuit diuino cultui mancipata: in tribu leui filij Aaron vncti & ad ſacerdotium promoti, omnibus præpoſitus tanquam ſummus Aarō. Et omnia inquit Paulus, in figuram contingebant illis, omnia ergo in teſtamento noſtro nouo debent ſecundum formam illam verificari: quare & hic neceſſe eſt, & ſpeciale ſacrificium, & ſpeciale ſacerdotium haberi. Nam & in vet. teſtamento dictum eſt. Vos eritis mihi regnum ſacerdotale, & gens ſancta: Et tamen præter eam communem ſanctificationem, habuit externam vnctionem, & ſpeciale ſacerdotium, vt diximus, in Tribu leui, & filijs Aaron: cuius munera nec ſummis Regibus licuit tangere, vt patuit in Ozia lepra percuſſo, quaſi ſacrilego. Hoc itaq; ſacerdotium certis hominibus cōuenit, qui certis cęrimonijs; certaque

Num. 16.
Exo. 19.
2. par. 26.

huius

huius ſacramenti virtute inſtituuntur, & deſignantur ad certa & propria munera,& miniſteria, quæ plura ſunt, ſic tamen quod omnia in vnū feruntur,qđ eſt:Mediare inter deum & hominem, ſicque ſtare inter cœlum & terram quaſi propitiatorem. hoc ſummum eſt ſacerdotis ius,
2.Cor.5. & officium.Vocat Paulus, Miniſterium reconciliationis,& legationem Chriſti. Deus inquit erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Hoc expreſsit ipſemet Chriſtus. d. ſicut miſit me Pater.ſequitur Paulus, poſuit in nobis verbum reconciliationis, pro Chriſto legatione fungimur.Reconciliamini Deo: Hoc ita expreſsit Chriſtus.d.Ita ego mitto vos.Sic ergo ſacerdos quaſi Chriſti legatus mediat inter Chriſtum, & eccleſiam: Pro Chriſto agit dum eius voluntatem prædicat populis: abſoluit &c. Pro eccleſia agit, dum pro eccleſia ſacra facit, orat, &c. D. Hieronymus vocat ſequeſtrum dei & hominum. Ioann. Chryſoſto. vocat medium inter Deum & humanam naturam. Idem & Baſilium vocat Gregorius Nazianzenus, & addit hoc mediatoris munus eſſe ſpeciale ſacerdotis officium. Gregorius magnus vocat interceſſorem pro delictis populi: Anacletus papa & Martyr quartus à Petro,vocat mediatorem, vice Chriſti in eccleſia conſtitutum:Celeſtinus primus epi 1.c.11. Apud diuinam clementiam humani generis agunt cauſam, & tota ſecum congemiſcente eccleſia poſtulant & precantur.Idem aſſerit Cypri. li.1.epi.3. hunc eſſe maximū ſacerdotis laborē dei maieſtatē propitiare & procurare.Procuratio aūt iſta quatuor potiſſimū actionibus, & officijs expedif. primū eſt populū Dei docere, & ducere quaſi paſtorē,ac regere verbo & exemplo. Ita apoſtolis dicit Chriſtus.Docete omnes gētes. Prędicate euangelium Ita Petro. Paſce oues meas: Et Paulus paſcite eum qui in vobis eſt gregem. Secundum eſt ſacramenta miniſtrare,vt baptizare,vngere, Euchariſtiam diſpenſare, benedicere, ſic nos exiſtimet homo, quaſi miniſtros Chriſti,& diſpenſatores miniſteriorum Dei. Tertium eſt peccata diſcernere, iudicare, retinere, abſoluere diuina authoritate. Quorum remiſeritis, remiſſa erunt &c. Quartum eſt nobiliſsimum omnium:ſacra facere, corpus Chriſt in euchariſtia conficere:item Deo patri,pro populo,pro viuis, & mortuis offerre & ſacrificare.Ita dicit Chriſtus. Hoc facite in mei commemorōnē.Certum autem eſt, hoc.ſ.ſacrificare eſſe ſacerdotis munus: Non enim eſt ſacerdos ſine ſacrificio: Ita D. Cyprianus ad Cecilium libr. 2. epiſt. tertia, ſacerdos vice Chriſti vere fungitur, Et id quod fecit imitatur. Et ſacrificium verum & plenum offert in eccleſia Deo patri. Gregorius Nazian. in Apologico vocat ſacerdotem Chriſti in altare ſuperius hoſtiam deſtinantem, & vnam cum Chriſto ſacrificantem:non enim aliam, quam ille hoſtiam immolat: ſed incruentam. Facile autem eſt ex ijs intelligere,qualis quātaue ſit dignitas & poteſtas ſacerdotalis in Dei Eccleſia;quæ tanta opera perficit,quæ non modo humanam omnem,ſed & angelicam poteſtatem ſuperat, quæ neque verbis explicari,neque mente conſequi, aut concipi pro dignitate poteſt: vnde duo ſequuntur. Primum vt qui per Dei gratiam ad tantum gradum conſcendunt, conſiderent, qua-

les eſſe debeant, vt tantæ dignitati reſpondeant. Tantâque poteſtatem nō indigne, & ad iudicium exerceant Non enim inquit Cyprianus, ſunt idonei interceſſores, Domini contemptores. Secundum eſt, vt populus conſideret, quantum honoris & reuerentiæ deferre debeat ſacerdotibus ideſt paſtoribus, curatorib⁹ ſuis, quantum ſuſpicere in eis Dei gratiā & maieſtatem, qua vere per vnctionē & ſacramentum præditi, Diuina iſta munera præſtant, & efficiunt, quæ nulla alia prorſus quam Diuina poteſtate præſtari poſſent: ita vrget Paulus. d. presbyteri duplici honore digni ſunt. Ita Deus ipſe. Nolite tangere Chriſtos meos. ſed & præter reuerentiam præſtanda illis eſt obedientia. Vt de cathedra Moſaica dicit Chriſt⁹, q̄ dicūt facite. Et Apoſtolis, q vos audit, me audit, qui vos ſpernit me ſpernit. Et in lege, q nō obedierit ſacerdotis imperio, morieť. Sic populū ſacerdos quaſi Chriſti legatus Dei gr̄a replet, & Deum in populo ponit, dum eius virtute docet, benedicit; inſtituit, ducit verbo, & exemplo, in vitam & obedientiam Domini; ſic contra, quaſi legatus populi, populū in deum extollit ſubleuat precibus, ſacrificijs, oblatione, & obedientia, vt in omnibus dei maieſtas in populo, & eccleſia ſanctificetur per eum: Et per eundem eccleſia in Deo, & Chriſto ſponſo ſuo ſaluetur & glorificetur. Amen.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Homilia Quarta.

De gradibus ſacerdotij.

EMinat, & ſplendet ſacerdotium in Chriſti eccleſia. Eminet ex poteſtate quæ prorſus Diuina, et altiſsima eſt. ſplēdet ex muneribus & officijs, quibus in eccleſia fungitur, ſplendet etiam ex ſpecioſis ritibus & ceremonijs, quibus poteſtas iſta in ordinatione tribuitur. Primum enim epiſcopus, & cum eo ſacerdotes omnes, qui adſunt, manus imponunt capiti eius qui ordinatur. Secundo ſtola componitur ex humeris ad pectus in formam crucis, quaſi pectus corroborās, ad ſuauiter ferendum iugum Chriſti & legis diuinæ, quam verbo & exemplo docere debet. Tertiò, manus oleo ſacro inunguntur, atque ſanctificantur ad muneraque plane diuina præſtanda habilitantur. Quartò, calix cum vino, patena cum hoſtia traditur. d. Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium deo: miſſasque celebrandi, tam pro viuis, quàm pro defunctis, ſicque mediator Dei & hominum conſtituitur. Quintò, iterum manus capiti imponuntur, d. Accipe ſpiritum ſanctum, quorum remiſeris peccata, remittuntur eis, quorum retinueris retenta ſunt, qua diuina poteſtate vel ut dij terræ mundum reconciliant Deo. Tales omnino Deos nobis effingit, & creat diuina miſericordia per altiſsimum hunc ordinis gradū

ſupremum

ſupremum,quod eſt ſacerdotium.

Verum Et hic ordo vnus in ſe,plures tamen ex dignitate &ſœcunditate ſua continet gradus,qui omnes vere ſunt ſacerdotes.ac potiſſimum quatuor. Primus ſacerdotij gradus, ſupra communem, eſt epiſcoporum, qui ſingulis ciuitatibus, diocæſibus propoſiti ſunt:cæteroſque illorum locorum ſacerdotibus ſuper intendunt,quaſi parentes filijs, quos per ſacramentum ordinis generant. Itaque duplicem curam habent ij ex officio,& gradu iſto. Primum vt presbyteris præſint,miniſtroſque Domini regant.Secundum vt reliquum populum ſibi commiſſum ſumma cum vigilantia in Dei ſeruitio contineat. Et cætera. quæ Sancti Apoſtoli Petrus,& Paulus de hoc gradu loquentes expreſſerunt, Petrus in prima epiſtola cap.5. Paulus ad Epheſios loquens,quo loco& proprio nomine vocat epiſcopos paſtores ouium. Habet gradus hic & proprios, miniſtros,ſcilicet plures epiſcopos à quibus ordinatur. Et propriam capitis vnctionem, præter alias cærimonias quæ multæ ſunt: Et propriam poteſtatem tũ iuriſdictionis, & ſuper minores ſacerdotes; & ſuper totam Diocæſim:tum diſpenſationis ſacramentorum; ſolus enim epiſcopus poteſt confirmare,ſolus ordinare.Et ꝓprium characterem, aut ad minus ꝓpriam characteris latitudinem,& amplitudinem.diuinam etiam habet ordinationem& inſtitutionem, ſecundum quã Chriſtus Apoſtolos ordinauit:Nam vt aſſerit D.Anacletus mar tyr.epi.3.epiſcopi apoſtolorum locũ habent;presbyteri autem 70.diſcipulorum.Secundus gradus eſt Archiepiſcoporum, qui pluribus epiſcopis in tota aliqua prouincia præſunt, & alio nomine vocantur Metropolitani, vrbium ſcilicet illarum epiſcopi, quæ cæterarũ velut matres ſunt.præeminent ergo epiſcopis,ſibi ſubiectis non quidem ordinatione,aut vnctione,quæ vna omnium eſt:ſed iuriſdictione,& poteſtate regendi. Tertius Gradus eſt patriarcharum,qui primi patres,& patrum principes dicuntur. Hi olim in vniuerſa eccleſia præter ſummum Romanum, quatuor tantum numerebantur patriarchæ, tali ordine inter ſe comparati,quòd primus rõne vrbis nouę, & imperij erat cõſtãtinopolitanus. Secũdus Alexandrinus,quam ſedem D.Marcus iuſſu Petri fundauit. Tertius Antiochenus,vbi Petrus primo ſedem locauit. Quartus Hieroſolimitanus,quam eccleſiam Iacobus frater domini primus rexit.Quartus & ſupremus omnium gradus, totius ſcilicet ordinis caput,vertex & fons eſt,quem Romanæ & vniuerſalis eccleſiæ tenet epiſcopus, pater patrũ,& in epheſina ſynodo à Cirillo Alexandrino Patriarca vocatus : Totius orbis pater, & Patriarcha:totius vineæ cuſtos.Cum enim in Petri ſede & cathedra ſedeat cui dictum eſt,paſce oues meas:Confirma fratres tuos.Duc in altum:ſummum in ea dignitatis gradum,& iuriſdictionis amplitudinem totalẽ; non quidem ab vlla ſynodo, aut eccleſiarum conſenſu aut humana, creata ue aliqua authoritate;ſed ab ipſo domino & Deo Ieſu Chriſto habet : Et tanquam caput in membra, & fons in riuulos,à ſe ad cœteros eccleſiæ miniſtros,epiſcopos, & ſacerdotes,ſecundum gradus diſtribuit; tanquam Chriſti verus & legitimus vicarius: D. Petri ſucceſſor: totius Eccleſię vertex,& omnium fidelium pater,prĩceps,ac moderator.Ad hũc

igitur

igitur vnũ,tanquã ad caput, & ad vnitatis originem tota Hierarchia eccleſiaſtica; quin & tota fideliũ eccleſia tãquã corpus vnũ ſub vno capite, et ouile vnũ, ſub paſtore vno reducitur. A quo ſi quis deuiat, & ſe per inobedientiam aut contumaciam ſeparat,merito ſchiſmaticus dicitur,&ab eccleſia,& à Chriſto eccleſiæ ſponſo ſe ſeparat: Talem inſtituit Chriſtus Petrum,& Petri ſucceſſores;tales perpetuò agnouit eccleſia catholica & venerata eſt Papam, id eſt patrum parentem:talem & ipſa concilia æcumenica vtriuſque Eccleſiæ prædicauerũt.talem perenni conſenſu ſancti patres omnes omnium temporum & verbis& ſcriptis, & factis agnouerũt. Talem & nos fatemur, reuererique ab oĩbus Chriſti fidelibus oramus,& Diuina authoritate ꝑcipimus. Hæc de ſubſtantia,& gradibus ſacramenti ordinis dicta ſufficiant.

Nunc de Miniſtro tractemus

Miniſter ordinis conferẽdi eſt ſolus epiſcopus,penes quem ex vi ordinationis&characteris impreſsi,eſt ſuprema poteſtas quantum ad miniſterium omnium ſacramentorum, & ſi non quantum ad iuriſdictionem,quę maior eſt in Archiepiſcopis,tota vero in ſede Petri. Poteſt ergo epiſcopus ſacramenta omnia miniſtrare, quod nõ poteſt ſimplex ſacerdos Poteſt confirmare, poteſt ordinare.Et ſolus hoc põt, ſi.n.ſolus (vt ſuo loco docuimus) põt confirmare; quanto magis ſolꝰ ordinare?cõfirmare eſt milites in eccleſia cõſcribere . ordinare eſt Duces creare.ſi illud quod minus eſt ſoli epiſcopo reſeruatur, quanto magis hoc quod maius? Permiſſum eſt quãdoque certis Abbatibus,vt minores,& non ſacros ordines conferre poſsint. At maiores & ſacros nunquã niſi epiſcopis.Permiſſum & quandoque eſt populis, vt ſacerdotes & epiſcopos nominarent ex conſcientia,at ordinatio ſemper fuit apud epiſcopos.Ita paulus ordinauit Titum& Timotheum. Inde præcepit Titum vt ꝑ ciuitates cõſtitueret presbiteros & epiſcopos:Ita Petrus Clementem ſibi ſucceſſorem, et in Antiochia Euodium ordinauit.Seruatum deinde creſcẽte eccleſia perpetuo eſt;vt à tribus epiſcopis epiſcopus ordinaretur: ſtatutum à D.Anacleto epi.prima ex traditione inquit apoſtolica. In ſynodo Antiochena Cano. 16. ſtatutum eſt,vt ſine ſynodo plenaria epiſcoporum,nõ admitteretur epiſcopus,quãuis plebs illum vellet epiſcopum retinere. Nũc de conditionibus ordinandorum pauca ſubijciamus.

De Ordinandis.

Merito tractandæ,& expendendæ ſunt eorũ conditiones, qui ad eccleſiæ & ſacramentorum miniſteria vocandi & ordinandi ſunt:tum quia ſi indignè,& mala cum conſcientia ipſi ſacris ordinibus ſe immiſcent, nouo ſemper ſcelere, ſe conſtringunt. Tũ quia populi duces creantur, vt ſint lux mundi, vt exemplo ſuo trahant; quare vrget Paulus & monet Titum ſuum.Nemini cito manꝰ impoſueris Ac tanti eſt hæc obſeruatio, vt ſola hæc poſsit eccleſiã reformare ſi ſuo loco ſtet:ſin vero prætereat,ſolã eccleſiam turbare &cõfundere.Si enim ſal euanuerit &c? Hic itaque inprimis recogitandum eſt,omnia illa corporis vitia, ꝑpter quæ homines in le

ge ab ordinibus ſacris excludebantur in lege gratiæ & ſpiritus, ad ſpiritus & animi morbos transferendum eſſe. Tametſi non ſine cauſa, cautum ſacris legibus ſit, tantum ne ſacra indignè, aut contemptibiliter tractentur. Vt neque pueri, neque amentes, neque ſerui, neque ſpurij, neque manci, neque vllo inſigni corporis vitio deformes ad ordines ſacros admittantur. Præcipua tamen obſeruatio ſpectat ad animi conditiones; quæ tria potiſsimum in eo qui ordinandus eſt requirunt. Primũ vt inſit probitas vitę, & morũ integritas, ſecũdũ quã & animam ſuam & cæterorum quibus præponitur rectè in Dei obſequio & eccleſiæ ędificationem inſtituat. De hac abunde D. Paulus ad Titum, & Timotheum ſcripſit. Secundum eſt vt inſit eruditio & ſcientia, tum eorum quæ pertinent ad vſum & miniſterium ordinum & ſacramentorũ. Tum ſanctarum ſcripturarum, quarum interpres, & doctor in populis

Mal.2. eſſe debet. Ita Malachias, labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam: & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Tertiũ eſt, vt inſit diſcretio, iudicium, & prudentia tanto miniſterio conueniens, qua ratione ſacra cõcilia certam ætatem ordinandis præſcripſerunt, de qua à nobis conſulendum, & ſequendum omnino eſt ſacrum Concilium Tridentinum. Nunc pauca dicamus de effectibus ordinis, & finiamus.

Cogitanda & ſeriò præmeditanda ſæpius ſunt, quæ nam illa bona ſint quæ ordinis ſacramentum in ordinandis efficere poſsit: quæ ex illo petenda, & quorum ratione, in eum ſtatum ſeſe homo recipi & cooptari velit. Multum enim hoc præſertim loco refert, quem finem ſibi quiſque præſcribat, vt deſerta ſeculi vita, ad clericatum ſe conferat: dici non poteſt quantum his temporibus hac in re peccatum eſt: Alij enim ex ordine, & clericatu hoc tantum quæſiere, vt inde quaſi ex artificio viuerẽt, nil niſi quæſtum ex eo facientes. Atq; id quidem verum eſt, quod Diuina lege cautum eſt, vt qui altari ſeruit, de altari viuat; quod multis exemplis D. Paulus ſuadet. Et expreſſo verbo Dominus noſter aſſerit. Dignus eſt mercenarius mercede ſua. Et patet quanta cura voluerit in teſtamento veteri, vt ſuis Miniſtris de victu prouideretur. Tamẽ hoc tãtum vel hoc potiſsimum, ex ſacerdotio & clericatu quærere, atque ex ſacramento artem facere; ſceleratũ eſt, & ſacrilegũ opus. Alij non modo viuere, ſed diuitijs affluere ex hoc volunt: quare & beneficium nolunt niſi opulentum, quicquid aliud pluris facientes quã ordinis ſacramentum, de quo nihil, niſi per accidens, & conſequenter cogitant. Animus eſt ad reditus, & ad opes, non ad opus: quos merito Domin' vocat mercenarios: Et Ezechiel dicit, ſeipſos non oues paſcere. qui & ex Apoſtolatũ ſuo nil amplius recipiunt quam Iudas munus ſcilicet, & pecuniam, quæ illi fuit in æternam pditionem. Alij ambiunt vt honorentur, ſpecioſiſque titulis fulgeant. Atque equidem verum eſt, eos qui ordinem ſuſcipiunt, in excelſo loco poni; ſtatibus omnibus mundi præferri: quaſi luminaria in eminenti ſplendere mundo: dominos, iudices rectores, paſtores, deos fieri: Maledictioni ſubeſſe qui non obediunt, qui non honorant. Cùm hoc tamẽ ſtat, quòd qui ambitiosè honorem hunc quærunt, & in hoc lumen tantum reſpiciunt, quo altius eleuantur, eo lapſu

Ioan.10. Eze.3. & 4.

grauiore

grauiore ruunt. Atque huius ambitus fortaſſe iuſta vltio eſt, quod ſacerdotium temporibus noſtris apud populos factum eſt tã indignũ & ignominioſum, vt in quo maximè peccarunt, maximè puniantur. Quid ergo ex ordine, & clericatu potiſsimum, quęrendum eſt? Id quod ex vi ſua.i. ex opere operato poteſt ſoletque ordinis ſacramentum conferre. Et quid nam illud eſt? Hoc in genere eſt: vt hominem laicum & prophanum, ſacrum ſanctumque faciat: Cur ita? Vt ſic ſanctificatus & ſacratus cultui, & obſequio Diuino totius mãcipetur: vt curam Dominici gregis & animarum ſuſcipiat; vt populos paſcat & regat in Dei gloriam & vitam ſuam totam in Dei ſeruitio exerceat. Vide fili mi, quid facis, quid quæris. Ardua ſunt hæc; naturam, & fragilitatem humanam ſuperant. non parum eſt animam tuam curare, & pro tua rationẽ reddere. Expende an vires ſuppetant. Iam audiſti quale opus hoc ſit; quid ex talibus Deus requirat. Ita eſt; ſed propter hoc ad ſacramẽtum ordinis acceditur, vt homo ſeipſo impotens per virtutẽ ſacramenti potens, atque habilis ad ea omnia reddatur. Et hoc illud eſt, quod in gñe pſtat ordinis ſacramentum: habilitare ad ſpecialem Dei cultum, ad ſacra miniſtranda, ad regendos populos, natura non ſufficit, mundi mores non ſuppetũt; ergo ex hoc fonte Dei virtes petitur: Eſt enim hoc ſacramentum & ſeminariũ illud, quod Dei miniſtros facit idoneos, ob hoc conſueuit ecclefia certis temporibus ordines cõferre, quibus indicit publica ieiunia, orationis, pietatis exercitia, vt ad tantum opus agendum, nempe ad creãdos chriſtiani populi duces, publica populorum ope & pietate iuuetur, ſicque Deus communi voto rogatus dignetur p hoc ſacramentum ea bona præſtare ordinandis, quibus ad tãtum miniſterium habilitentur. Sunt autem potiſſimum tria bona, quæ hoc efficiunt; & ex hoc ſacramento habentur. Primũ eſt donum diuinæ gratiæ ſacramentalis, quę infallibiliter ex opere operato & vi ſacramenti infunditur, vel augetur in ordinato; vt ſanctus, & ſanctior ſit, quod quidem commune eſt omnibus ſacramentis: vnde omnia non modo rectè, ſi hanc gratiã ordinatus in ſe cõſeruet, ſed meritoriè facturus eſt. Secundum eſt donum gratiæ gratis datæ, quæ eſt poteſtas, & circa (qđ primum eſt & potiſſimum.) corpus Chriſti verum & naturale, cuius act᷒ ſupremus eſt conſecrare; cœteri autẽ proximiores, aut remotiores; qui ad opus illud conſecrationis aliquid cõferunt: Et circa corpus Chriſti myſticum, quod eſt eccleſia; cuius actus & iuriſdictio ſuprema eſt eam paſcere. Atque hoc donũ non tam perſonã ſequitur, aut reſpicit, vtcunque perſonæ detur, quam miniſterium & eccleſiam, in cuius ædificationẽ tribuitur. Tertium donum eſt character qui in quolibet ordine imprimitur vſq; ad ſacerdotium, & inde extenditur, & dilatatur, ſecundum ampliorem poteſtatem, quam ordinatus recipit potiſſimum circa corpus Chriſti verum, & miniſterium omnium ſacramentorum; Nam circa corpus Chriſti verũ & eius conſecrationem, ſuprema poteſtas eſt in ſacerdotibus omnibus: ſuprema autem circa ſacramentorũ diſpenſationem eſt in epiſcopis omnibus: ſuprema circa corpus Chriſti myſticum, id eſt eccleſię regimen eſt in ſummo paſtore. Et ad hoc omnia habilitat, atq; à populo ſeparat characteris nota animæ per hoc ordinis ſa-

cramen-

cramentum impreſſa; quæ vt indelebilis eſt;ita irreiterabile facit hoc ſacramentũ,vt ſunt Baptiſmus & cõfirmatio.Atq; hęc fortaſſe eſt illa gratia de qua D.Paulus ad Timo.1.epi.c.1. Admoneo te,vt reſuſcites gratiã Dei quæ eſt in te per impoſitionẽ manuũ
2.Tim.4. mearũ.Noli negligere gratiã, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyteri.

Nunc tandem pro fine tractatus huius duo ſunt ſubijcienda,quorum altero cupimus clerum: altero populum clero commiſſum admonere:clerum,& eos omnes qui ſanctiſſimo ordinis ſacramento initiati,& decorati ſunt,monemus,rogamus, & obteſtamur in Domino, vt conſiderent quales ex dignitate, & ſacramento ſint: nempe ſors Dei,pars Dei,duces populi Dei, columnæ eccleſiæ, quales etiam fide,doctrina, vita & moribus eſſe debeant,vt tantæ dignitati reſpõdeant & ne per eos vituperetur miniſterium, quod ſeipſo eſt præ omnib' honorabile,quales tãdem futuri ſint, ſi onus hoc,quod certe onus, & graue eſt,bonum opus, ſecũdum gratiã ſibi in ſacramento præſtitam honorifice,& fructuoſe ferant, doceant fideliter, orent aſſiduè; ſacrificent inſtanter,moneãt opportunè,& importunè. Nempe quod ſic Dei gratiam
Dan.12. in ſe ſuſceptam exercebunt,& exercẽtes augebunt. Tandem ſublimem in Dei regno beatitudinis gradum obtinebunt.In reſurrectione fulgebũt docti,quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiũt multos, qua
Matth.25. ſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Et
1.Pet.5. Matth.Euge ſerue bone & fidelis,qa in pauca fuiſti fidelis ſuper multa te conſtituam,intra in gaudium Domini tui.Paſcite eũ qui in vobis eſt Dei gregem,& cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam. Et Paulus, de 1.Tim.5.
presbyteris,& diaconis qui bene præſunt.i.qui bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent. Populũ deinde, non tam in gratiam clericorum,quam ſuam ipſorum ſalutẽ,monemus,& obſecramus,vt erga vniuerſum ſtatum eccleſiaſticorum tales eſſe velint,quales eſſe debent,& ſolent erga paſtores,oues:& erga patres filij Vt ſcilicet,ne deſpiciant, ne probris afficiant,ne verbis,aut factis lacerent præpoſitos ſuos.Quod ſi vitam eorũ & mores diſquirunt & iudicant: ſentiant apoſtolum.d. Quis es tu qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit.videant ne feſtucam in alienis oculis iudicent, trabem vero ſuam non diſcernant.Male agunt illi peſſimè agũt, iudicium ſuum & quidem grauiſſimum accipient, Tuum tamen,ò fili, non eſt de patre iudiciũ ferre.Quod ſi vita præpoſiti tam ſcelerata eſt,& ſcandaloſa; vt laudari nequeat,vt facile cenſuram omnium ſubeat,Nolo te ſcelera eius amare, nolo te mores eius ſequi. Abſit.ſed interim nolo etiam te turpitudinẽ patris tui reuelare,ſi ſecreta eſt; nolo te paſtorem tuum traducere. Tandem nolo te perſonam eius cum miniſterio commiſcere. Nolo te officium eius deſpicere.hic enim res tua,non illius tantum agitur.Hoc molitur Satan,vt perſonam,cum dignitate confundat: vt ſpreta perſona, ſimul & officium ſpernas:atque ita vt clericum damnat ex ſua mala vita: Ita ex ſpretu & contemptu presbiterij priuet te conſolationibus,doctrina,ſacramẽtis,& alijs bonis quę tibi per manus presbyterorum porrigit diuina miſericordia;atque ita bonis his ingentibus ſpolia-

tum damnet te. Et ob hoc dæmon ſolet oculis populorũ obijcere & exaggere mores & ſcelera clericorum, quos in ſuam obedientiam pertraxit non tantum vt debito honore clericos ſpoliet; quam vt auxilio & ſuffragio clericorum, ideſt Dei verbo & ſacramentorum gratia populos ſpoliet. quid ergo populi? In primis agnoſcent vultum paſtoris ſui, & cleri, quem ſcient rite ordinatum, & legitimè ſibi præpoſitum: In clero duo diſpicient. Perſonam; & clericatum: perſonam conſiderantes, aut vitam cum dignitate reſpondentem intuebuntur. Et ſic Deum in clero laudabunt; & cleri ſui mores imitabuntur. ſic enim decet paſtores præeſſe, & prodeſſe ouibus, ſic decet oues audire & ſequi paſtorem. Aut vitam à dignitate & officio alienam, quod ſcilicet dicunt & non faciunt: Et hic primum dolebunt, & ex corde ingemiſcent: deinde turpitudinem patris quantum poterunt celabunt. tertiò monere illum reuerẽter vt filios decet, & ad cor reuocare curabunt: quarto pro eo Deum orabunt, vt prouideat & illi, & eccleſiæ ſuæ. Dignitatem & officium conſiderantes, Agnoſcent ordinis ſacramentum & ſacerdotium Dei munus eſſe, & quidem ſpecioſum; Curæ ſuæ præpoſitum, quare illum & legitimè ſibi præeſſe: & ex Dei mandato docere, regere, præcipere; ſacramenta adminiſtrare; & quaſi Dei manum gratiam conferre, peccata remittere, & in vitam æternam ducere. Hic primum populus paſtorem ſuum quaſi Angelum Dei venerabitur. Deinde loquentem, & è cathedra docentem audiet; & mãdanti pro Dei gloria & ſalute animæ ſuæ omnino obediet. Tertio. Bona ſibi exhibita, gratiam ſacramentorum, verbi miniſterium, non tanquam, ex ore, aut manu hominis peccatoris; ſed quaſi ex ore & manu Dei reuerenter ſuſcipiet, dicente illo; qui vos audit, me audit. Ita fiet vt populus fidelis, & obſequens, non tantum ex bonis, ſed & malis paſtoribus ingentem referat vtilitatem, ad Dei, qui dominus eſt omnium, & paſtorum, & ouium, gloriam & animæ ſuæ ſalutem.

Epilogus totius tractatus de ſacramento ordinis.

De Sacramento ordinis nouem in ſumma quatuor homilijs docuimus. Primò. Neceſſitatem ex quatuor. Ex lege quia lex & ſacerdotium ſe conſequuntur. Ex vſu ſacramentorum, qui haberi non poteſt ſine Miniſtris. Ex ſucceſſione Miniſtrorum, quorum ordo eſt ſeminarium. Ex robore eccleſiæ, quæ eſt acies caſtrorũ ordinata. Secundò. Nobilitatem, & hanc in teſtamento veteri ex quatuor oſtẽdimus. Ex ꝓpria tribu leui. Ex ſorte & hæreditate Domini. Ex veſtimẽtorũ ſplendore & ſignificantia. Ex miniſteriorũ multitudine, & dignitate. Lõgè nobiliorem in teſtamento nouo. Et hoc ex tribus potiſſimũ oſtendimus. Ex clariſſima interpretatione volũtatis Diuinæ ſuggerẽte ſpiritu ſancto. Ex alto & Diuino regimine corporis Chriſti myſtici, maximè in abſolutione. Ex incõprehẽſibili cõſecratione corporis naturalis Chri in euchariſtia. Tertiò, quidditatẽ & eſſentiam ordinis per duas concluſiones, quarũ fuit prima, quod ordo eſt grad' eminens in eccleſia, dãs poteſtatẽ ad cer-

ta mu-

ta munera & officia potiſſimũ ſpectā tia remote vel proxime ad euchariſtiam. Secunda, quòd eſt verum ſacramentum habens certam materiā, elementa,ſymbola,vnctiones,manuũ impoſitiones,calices,patenas,vrceolos & ſimilia:certam formam verbũ imperatiuum: Accipe &c. Certam gratiam, & ſacramentalem iuſtificantem & gratis datam: & characterem.Hęc in prima Homilia.Quartò. Numerum & pluralitatem ordinũ, quod ſeptem ſunt, quorum ſex ſeruiũt ſeptimo,quod ſacerdotium eſt, cuius eſt ſummum opus ſcilicet euchariſtiam conſecrare: in hāc omnes reſpiciunt. Ad omnes præparat tonſura,quaſi proœmium & introductio, quæ clericos facit,& in ſortem domini reponit. Hanc ſequuntur minores, qui & non ſacri dicuntur & ſunt quatuor.Hoſtiarius ad valuas, lector ad librum. Exorciſta ad Dœmones pellendum.Acolythus,ad lumina.Hi omnes ſeruiunt altari, ſed ſacra non tangunt.Tres alijs maiores ſunt,& ſacri dicuntur,quoniam ſacra tangũt, & tractant, quare & his indicitur perpetua continentia, & horarum canonicarum perſolutio Et non niſi ab epiſcopo cõferri poſſunt;& ſunt Subdiaconatus, Diaconatus,ſacerdotiũ. Quintò,ſacerdotium vt ſummũ gradum tractauimus. Et diſtinximus in duo. In internum cuius vnctio eſt Baptiſmus,cuius munera ſunt, Deo ſeruire & offerre ſpirituales hoſtias: qđ commune eſt chriſtianis & iuſtis omnibus:in externum, quod externam habet vnctionem, & certo hoc ſacramento ſanctificatur; cuius officium generale eſt, inter Deum & hominem mediare: ſpecialia vero ſunt quatuor. Docere Dei verbum. Sacramentum miniſtrare. Peccata diſcernere & iudicare. Sacra facere, & offerre pro viuis & mortuis. Sextò inſtitutionem & latitudinem ſacerdotij quod inſtituere pollicitus eſt Chriſtus.d. apud Matthęum. Tibi dabo claues, quodcunque ligaueris &c. Inſtituit autem de facto quo ad poteſtatem conſecrationis dicens in cœna: Hoc facite &c. Quo ad poteſtatem abſolutionis dicens poſt Reſurrectionem. Accipite ſpiritum ſanctum &c. Quo ad poteſtatem iuriſdictionis dicens Petro, tanquam capiti.Paſce oues meas.Quod latitudo ſacerdotij.ſupra ſimplices ſacerdotes habet quatuor gradus. Epiſcopos,qui ſunt vrbium, & Diocœſum Archiepiſcopos, qui ſunt prouinciarum Patriarchas, qui quatuor fuere in toto orbe Chriſti. Summum pontificē & Papam qui vnus eſt cuſtos, totius vineæ,caput eccleſię,Petri ſucceſſor, & Chriſti vicarius. Septimò, qualitatem Miniſtri & ordinantis: quod eſt epiſcopus, & ſolus epiſcopus, præſertim ſi de maioribus & ſacris ordinibus eſt ſermo.Octauò, qualitatem ordinandorum: quòd excluſis vitijs animi & corporis quæ inhabiles reddunt, Tria potiſsimum requiruntur in ordinandis. Probitas vitæ,vt domui ſuæ ſit bene præpoſitus.Doctrina, potiſsimum Diuinæ legis inſtructio,ętas conueniens,quę iudicium & diſcretionem adhibeat. Nono,effectus, quòd ſacramentum hoc hominem ſanctificat; à ſeculo ad Dei cultum ſpecialem traducit; atque habilitat, & hoc per tria dona quæ ſunt. Gratia ſacramentalis ſanctificans. Gratia gratis data, & poteſtas. Character impreſſus animæ, qui ad vtranque gratiam habilitat, & ſacramentum hoc irreiterabile facit. Ex

his duæ deductæ ſunt monitiones. Prima vt clerus dignitatem ſuam agnoſcat: Deo gratias agat, miniſterium ſuum, pro dignitate & ſecundum ſuſceptam gratiam exerceat. Secunda, vt populus clerum agnoſcat legitime ſibi præpoſitum. perſonam que ab officio diſcernat, ita vt, Perſonam Dei iudicio & miſericordiæ relinquat, Cui ſtat aut cadit: officium, tanquam Dei ſimulachrum in omnibus reuereatur; atque ita ex bonis & malis miniſtris fructum capiat, ad Dei gloriam, & animarum ſalutem. Amen.

Habita Romæ, Prima Februarij. 1569.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Homilia Prima.

PROOEMIVM.

IVuat creaturam, Deo creatori ſuo adeſſe, & ſeruire, à quo habet & ſperat omnia bona. Seruitus iſta eo nobilior, & fructuoſior eſt quo vicinior, & expeditior. Ille igitur hominum ſtatus beatior, qui magis eſt ſolutus curis mundi huius, atque ideo ſeſe totum poteſt in Dei obſequium reſignare. Eiuſmodi eſt virginitas, quæ vt Paulus teſtatur, cogitat quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Atque id præcipue inquit apoſtolus: Volo omnes homines eſſe ſicut me ipſum &c: Hoc aũt minime fieri põtuit quia unuſq; donũ ſuum habet ex Deo, alius quidẽ ſic alius vero ſic. Tũ quia mundi ordo, & ſtatus exigit neceſſariã propagationẽ, quouſq; abſoluto electorũ numero redeat in ſuũ principiũ. Vt igitur ſic fieret fieretque ſine peccato, adhibitũ eſt Matrimonium, quo mas, & fœmina ſancto hoc vinculo, copulantur; vt ſit natura humana (Guil. paris) velut arbor ſpecioſiſsima, & Dei agricolæ plantatio precioſiſsima, velut ex duobus ramis, maſculo, & fœmina, quibus indidit vim generatiuam quæ in neutro eorum eſt completa, ſed in vtroque. creſcente autem mundo, & ſuam per Ieſum Chriſtum recipiente plenitudinem, vt fructus hic precioſiſsimus, non tãtum ederetur ſine culpa, ſed cum gratia, & merito, Matrimonium, quod in natura inſtituta fuerat officiũ, in deſtituta fuerat remedium, factum eſt in reſtituta ſacramẽtũ, & inter vera eccleſiæ ſacramenta connumeratum. Deus igitur Matrimonium in hos vſus à principio inſtituit, & legibus in teſtamento veteri ornauit: Chriſtus Dei filius ſua præſentia in Chana Galileæ decorauit, certiſque regulis aſtrinxit, ac perfecit; Sancti etiam Apoſtoli Petrus, & Paulus, multa ad eius dignitatem pertinentia tractarunt; quam obrem conſtat, quod retinendum, exercendum, honorandum, prædicandumque eſt Matrimonium; ſic tamen vt decet ſanctos, nam filij ſanctorum ſumus: nec decet ſanctos coniungi in paſsionibus deſiderij, vt ſolent gentes: ſed ita vt cõſtet eos à Dei gratia in Dei gloriam conuenire. Pertinet ergo maxime ad paſtores animarum, hoc ſacramentum cum cęteris diligenter exponere, quo tanta mundi pars comprehenditur, vt recte fiat: fieri autem recte minime poteſt, niſi recte perci-

cipiatur. De hoc igitur ſacramento multa capita à nobis ſunt explicanda, pro abſoluendo ſacramentorum tractatu:& hoc potiſsimum. Primũ, quid ſit Matrimonium ſecũdum nomen,& rem. Secundum, quæ ſit in eo ratio ſacramenti. Tertium, quæ ſint eius cauſæ intrinſecæ, & extrinſecæ. Quartum quæ leges potiſsimæ Matrimonij. Quintum, quæ bona ſint Matrimonij, & quæ impedimenta. Hæc & nos Deo dante pro viribus explicabimus, vt quilibet chriſtianus facile ſcire poſsit, quo pacto magnum hoc ſacramentum inter chriſtianos, quorum in hoc ipſo, præter gentes,& iudæorum, gratia eſt ſpecialis, honorifice,& fructioſe valeat exerceri. illud Thobiæ, ſæpius inculcantes. Filij ſanctorum ſumus, non poſſumus ita coniungi ſicut gentes, quæ ignorant Deum. Ergo à primo incipiamus; & nomen, atque eſſentiam Matrimonij declaremus.

Quid ſit Matrimonium ſecundum nomen.

Vt famoſa, & fructuoſa eſt hæc duarum perſonarum virtuoſa vnio, de qua loquimur, ita multis nominibus explicatur. Dicitur Matrimonium, quaſi Matris munus, ad eam.n. potiſsimum pertinet proles, quam & concipere & parere, & educare debet ex munere proprio. Et ob id etiam quod viro vnitur ob hoc præcipue, vt Mater fiat: quod ſi non ſequitur, vt in pleriſq,, denominatio tamen recte ſumitur ab intentione. Sunt qui & Matrimonium interpretentur, quaſi matris munium, vel munimen, virò enim mulier, vt vitis palo cohęret, vt infirma ſuſtẽtetur. Dicitur coniugium, & quoniam ad prolem edendam ſimul iunguntur: & quod ad perpetuo conuiuendum, communi iugo, vt alter alteri obſequatur, ſe ſubijciunt, ſicque ſimul laborent &c. Dicuntur nuptiæ celebritas illa, qua primum, ad ſic ſe inuicem ſubiugandos conueniunt, eo quòd puellæ præ pudore, ſe obnubebant, vt de Rebecca conſtat, cum tradita eſt Iacob patriarchæ. ſic enim & ſe viris ſuis, ſubiectas fore declarabant. Et hæc de nomine.

Quid ſit Matrimonium ſecundum rem & eſſentiam.

Sic definiunt patres. Matrimoniũ eſt viri,& mulieris maritalis coniunctio, inter legitimas perſonas, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Qua quidem definitione, & genus exprimunt Matrimonij, quòd coniunctio eſt, non tam corporum quam animorum ſibi inuicem conſentientium: & ſeſe mutuo tradentium, ita quod Matrimonium omne coniunctio eſt; non omnis coniunctio eſt Matrimonium. ſpecificát autem genus, addentes, quod coniuncto ſit maritalis, & maritali affectu, ac propoſito inita, cœteræ enim coniunctiones non faciunt matrimonium. Addunt quaſi materim; quod ſit inter legitimas perſonas, vt enim donum virginitatis non eſt omnium, ita nec Matrimonium ad omnes pertinet; quin plures legibus excluduntur, vel ex gradu conſanguinitatis, aut affinitatis, vel ex ętate immatura, vel ex alia ratione: inter quos matrimonium fieri non poteſt; & ſi fit,

ſit,nullum eſt,quod addunt de indiui
dua vitæ conſuetudine,& rationem fi
nis habet, quòd ſic vniuntur vt ſimul
viuant,& ſeſe mutuo iuuent, & vincu
li matrimonialis indiſſolubilitatem ,
quæ ad eius perfectionem pertinet ,
nouam facit Vt vero hæc matrimo
nij eſſentia diſtinctius & clarius expli
cetur, notanda hic ſunt quinque.Pri-
mum.quòd ad cõſtituendum,& per-
ficiendum ſubſtantiam matrimonij,
tria potiſsima cõcurrunt. primo con
ſenſus ſpõtaneus,& volũtarius vtriuſ
que , ſine quo nulla poteſtas creata
matrimonium facere poteſt, con-
ſenſus inquam intimus, non fictus
alioqui,coram eccleſia quæ corda nõ
iudicat , matrimonium facit : nul-
lum tamen eſt coram Deo ex con
ſcientia fictoris , niſi de nouo ex ani
mo conſentiat. Conſenſus enim fi-
ctus non eſt conſenſus . ſicut homo
pictus non eſt homo , & ideo nihil
facit . Dolus adfuit , inquit beatiſsi-
mus Innocentius tertius . Conſenſus
defuit.ſine quo cœtera nequeunt per
ficere fœdus coniugale. Conſenſus
deinde expreſſus per verba, vel ſigna
ſatis ſignificantia, vel etiam in virgi
nibus ſilentium, & conniuentia ;
Alioqui poſſet inter remotiſsimos ſi
ne verbis,aut literis, aut nuntijs ex ſo
lo conſenſu contrahi , quod non
admittitur. Additur, vt ſit conſenſus
per verba de præſenti . Accipio te
in meam:verba enim de futuro, vtcũ
que explicita,inculcata,iuramento fir
mata , matrimonium non faciunt ;
ſed ſponſalia ; quibus tamen in con-
ſcientia, ne ſit periurus, tenetur , vt
ſine peccato,& fraudis culpa non poſ
ſit aliam ducere. Si tamen aliam du-
cat per verba de præſenti , cum ſe
cunda manebit , de periurio pœnite
bit . niſi tamen cum prima ſecuta
ſit carnalis copula . Tunc enim præ
ſumitur promiſiſſe & conſenſiſſe ani
mo præſenti , & habetur pro matri
monio rato.Secundum,quod ad con
ſenſum ſic expreſſum ſequitur , pa-
ctio & contractus, quæ eſt mutua
tranſlatio, & donatio corporum ; vt
ſecundum apoſtolum,vir poteſtatem
habeat in corpus mulieris, & econ
tra . Eſt etiam traditio mutua ani-
morum , qua vnus alteri ſeſe obſtrin-
git ad conuiuendum , & implicit etiã
non commericium carnis , ad quod
matrimonium ordinatur, ſi ſic alter
voluerit , & non alter quare conſen
ſus , & traditio eiuſmodi , virginitati
mentis,& corporis non repugnat ; vt
ſi ſciat alterum poteſtatem ſui cor-
poris nunquam vſurum ; vt de viro
ſuo Ioſeph certa fuit beata virgo ,
quare & vera vxor;& vera virgo fuit ,
& eſſe propoſuit.Ad cõſenſum enim
& non ad copulam ſequitur eſſentia
matrimonij. Tertium, Quod ad con-
ſenſum & mutuam illam traditionẽ,
ſequitur obligatio mutua & vinculũ
in quo proprie conſiſtit ſubſtantia
matrimonij. Ita quod conſenſus, &
contractus cauſæ ſunt : ſubſtantia
vero eſt obligatio: Et ſic recte dice-
batur , quod matrimonium eſt con
iunctio , id eſt obligatio duorum &c.
Ita docent patres in concilium flo-
rentinum.Quartum, quod obligatio
iſta perpetuo ligat vtrunque ; contra
ctus enim donatio eſt mutua,qua do
minum rei alterum transfertur,& re-
uocari non poteſt. Contractus enim
hic non eſt mere ciuilis,dependens à
ſolo conſenſu humano, in fieri & cõ
ſeruari; ſed & à lege diuina qua inſti
tutum eſt , & hic fit illico vinculum
indiſſolubile ; vt poſtquam ratum &
conſummatum eſt,nequeat vllo mo-
do per contrarias voluntates diſſolui;

niſi

niſi ad melius,conueniant;vt ad religionis ingreſſum. Quintũ & poſtremum eſt,quod mutua iſta obligatio, ſic in domino ſacta,ſub Dei legibus, cum Dei timore,& reuerentia; in fide præſtita,vbi Dei opus agnoſcitur, & ſentitur tanquam eius qui coniuges copulat,&(vt Chriſtus dicit)cóiũgit;& ſic in verbo domini ſibi promittunt,Dei gratiam obtinet, quæ operatur inter coniuges amorem,pacem & concordiam, quæ ſtatum eorum coniugalem coram Deo facit ſanctum,acceptabilem,& meritorium. Hanc autem gratiam ſic confert,iſta obligatió fidelibus, quia ex Dei inſtituto,& merito Domini noſtri Ieſu Chriſti Matrimonium quod in natura inſtituta fuit officium ad propagandam humanitatem: quod in natura deſtituta fuit remedium ad vitandam concupiſcentiæ vſtionem:in natura per Chriſtum reſtituta fidelibus præter ea eſt verum ſacramentum, Diuinam gratiam vere ſignificans, & præſtans,qua thorus fit immaculatus & honorabilis coram Deo,& hominibus, qui Dei myſteria confitẽtur: qua etiam gratia ipſa gratificans, ſi prius inſit,augetur, ita quod iuſti ſic contrahentes iuſtiores fiunt ex opere operato ideſt ex merito Chriſti,& virtute ſacramenti. Hanc vero gratiam Dei, tanquam ſibi, & ſuæ fidei propriam reſpicere, & guſtare fideles debent, in Matrimonio;vt Diuinam rem agere ſe intelligant,& coram Deo, per Dei legem & voluntatem ſancto hoc vinculo perpetuo colligari;ſicque in Dei benedictione debere ſe vitam, & familiam omnem ad eius gloriam procurare & inſtituere. Amen.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Homilia Secunda.

Quæ ſit in Matrimonio,ratio Sacramenti.

NAtura ipſa, dirigente eo qui Naturam cõſtituit matrimonium inter virũ,& mulierẽ, vt honeſtũ,& neceſſarium bonũ induxit, ad procreandam prolem, debitẽ educandam.Eadẽ inſtituit, perſonas determinari,ne vaga, ſed certa eſſet coniunctio,tum propter bonum prolis,quæ alioqui religioſe non educaretur,ſi patres non haberent determinatã notitiam prolis. tum etiam propter bonum ciuitatis,in qua plurimũ amicitia viget ex determinata propinquitate in certis gradibus.Eadem inſtituit perſonas per contractum liberum ſe inuicem tradere,vt poteſtatẽ alter in alterum ex mutua traditione habeat;alioqui incõmoda,& inquieta eſſet cohabitatio,ſi quiſque voluntatis ſuæ præſentis motibus ſurgeretur.Eadem inſtituit vinculum eiuſmodi fore perpetuũ, & indiſſolubile alioqui tot laboribus, quibus proles eſt educanda non ſuccumberent.Optimas iſtas Naturæ inſtitutione Deus ipſe legibus expreſsis firmauit; non enim erat lex naturæ tam euidens, & manifeſta,quin expediret neceſsitatẽ eius Diuina lege determinari, protulit ergo per os primi hominis quaſi præconis,legem:Relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit vxori& erunt duo in carne vna, His naturæ inſtitutis, & Dei legibus introductũ

eſt

eſt à principio Matrimonium tãquã naturæ honeſtum & honoratũ exercitium, tribus his circunſtantijs decoratum. Vt Matrimonium eſſet mutua obligatio, vt certa duarũ pſonarũ, coniũctio ita qd eſſent duo in carne vna vt eẽt ppetua & indiſſolubilis. Prima excludebat iniqua oĩa cõmercia, quæ non ſunt cum ſua. Secunda, excludebat numerum vxorum ſimul cohabitantium. Tertia excludebat repudium, & incõſtantiam amoris. Deſtituta natura, & ſacrũ hoc vinculũ, naturæ ſeminarium multas ſubijt imperfectiones: apud gentes omnes, polygamiam, qua iam non erant duo in carne vna; vt à principio fuerat conſtitutum. Repudium deinde, legibus etiam certis caſibus probatũ; vt Deu. Nobilius tamen proculdubio, & ſanctius fuit Matrimonium apud Iudæos, quam apud gentes, ex hoc potiſsimũ, quod vt ex Dei promiſsione expectabant Meſsiam mundi ſaluatorem, è gente ſua naſciturum, populũ hac pietate propagabant, vt electorũ ſobolem, vnde Dei filius naſceretur. Reſtituta per Chriſtum natura, reſtitutum quoque, atque ad ſua principia reuocatum eſt Matrimoniũ. ſublata omnis multitudo vxorum, renouataque lex illa Matth. Erunt duo in carne vna: Itaque inquit, iam non ſunt duo, ſed vna caro. Repudiũ quoque ſic limitatum, vt ob ſolam Adulterij noxam permittatur, & tũc ſeparet tantum à thoro; nullo autem modo vinculum fidei ſoluat, vt vna dimiſſa, ea viuente, altera poſsit ſup induci; quin apertè denuntiat Marc. omnis qui dimittit vxorem, & alteram ducit, mœchatur. Et Apoſtolus. mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit. Et iterum. Præcipio, non ego ſed dominus: vxorem à viro non diſcedere; quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. quod etiam intelligendum eſt, ſi diſcedat ob iuſtam cauſam, quæ ſine eccleſiæ iudicio, non eſt diſcernẽda; Ad nobiles, & graues has regulas D. n. Ieſus Chriſtus naturæ reſtitutor matrimonium reuocauit; quę ſi difficiles forte videntur, vt re uera etiam ſunt, ob diſſimilia virorum & mulierum ingenia vt facilia & dulcia, quin & meritoria oĩa fierent, addidit excellentẽ matrimonio cõditionẽ, qua ſub euangelio ſtatũ matrimonij mirum in modum extulit. nã præter id quod eſt officiũ ad procreandum, eſt remedium ad tollendum carnis infirmitates, ex merito ſanctiſsimæ paſsionis ſuæ fecit & inſtituit verum ſacramentum, atque iter cætera eccleſiæ ſuæ ſacramẽta cõnumerauit, ita vt per ipſum contrahentibus veram gratiam, & ſignificet, & præſtet, qua onera Matrimonij & leuia & ſuauia & meritoria fiunt. Sic vero conſiderantes Matrimonium vt proprium eſt chriſtianorum & ſtatum eius explicantes: præter id quod dicimus: eſſe vinculum & obligationem maritalem inter legitimas perſonas, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, addimus, quòd ex Diuina inſtitutione gratiam efficaciter ſignificat: ex vi operis operati conferendam. hoc enim vt aliàs docuimus commune eſt omnibus ſacramentis chriſtianis, qua in re differũt à ſacramentis veteris legis. Quòd verò Matrimoniũ ĩ Chriſti eccleſia verũ ſit ſacramentum expreſſe probat authoritas eccleſiæ in ſacris cõcilijs Conſtantieſi Florentino, & Tridentino, quæ omnia inter vera eccleſiæ ſacramenta connumerant Matrimonium, & negantes ita eſſe, anathemate feriunt. Probat autem eccleſia ex verbis

bis D. Pauli ad eph. Vbi Apoſtolus mutuum inter côiuges amorem exigit, vt alterum diligat tanquam carnẽ ſuam, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam tanquam carnẽ & corpus ſuũ, & adhibet verba illa Adami, quibꝰ à principio vnionem hanc inter virum & mulierem, tanquam Dei præco aſſeruit, nõ tam pro ſuo, quam poſterorũ ſuorum Matrimonio aſſerẽdo, propter hoc relinquet homo patrem; & matrem (hoc certè de ſeipſo non dixit Adam qui ex nullo natus eſt patre) & adhærebit vxori ſuæ: Et erũt duo in carne vna. Iſta vero vnio quãti eſt, addit Apoſtolus. Sacramentum hoc magnum eſt, quid hoc? côiunctio iſta ſancta ex Dei inſtituto, qui mulierem à ſe formatam è latere viri, primus omnium duxit ad virum, & eius lateri in adiutorium reſtituit. Ita côiunctio Diuina, Dei manu ſic facta magnum ſacramẽtum eſt, magna ſignificans, vnde nomen habet myſterij & ſacramẽti. Vbi iſta ſignificat? Dico, inquit Apoſtolus, in Chriſto, & in eccleſia. Inter hos enim, quaſi ſpõſum, & ſpõſam vnio illa, duas ſacratiſsimas vniones ſignificat, qua ratione factum eſt, vt in euangelio, ſæpe ſub parabolis nuptiarum expreſſa ſit vnio Chriſti cum eccleſia ſua, quòd ergo in Matrimonio vir & mulier communi cõſenſu ſeſe inuicem tradunt, & ſui poteſtatem faciunt, vt ſint cor vnum & anima vna in carne vna, ſacramentũ eſt vnionis, qua per charitatem Chriſtus vnitur eccleſiæ ſuæ, vt ſit vnus ſpiritus cum ea. quoq; tandem Matrimonium cõſummatur, ad propagandam humanitatem, & fiunt caro vna, per thorum immaculatum, vt vocat Paulus ſacramentum eſt ſignificãs, mirabilem illam vnionem, qua Dei verbũ factum eſt caro, vt ſic, in carne propagaret eccleſiam: & diſperſos filios cõgregaret. Has autem ſignificationes à principio habuit ſemper Matrimonium, & his rationibus vt ad futuras gratias exprimendum ordinabatur, ſemper myſterium fuit & ſacramentum. Vbi autem per Chriſtũ exhibitum venit plenitudo temporis, & gratiæ, per eundem venit & plenitudo ſacramentorum, atque in ſpecie Matrimonij, qua plenitudine ex merito Chriſti paſsi, factum eſt, vt Matrimonium non modo futuram gratiam ſignificaret: ſed præſentem cõtrahentibus exhiberet, quod proprium eſt ſacramentorum in noua lege. Et hac etiam ratione Apoſtolus vocat Matrimonium, ſacramentum magnum, in Chriſto & in eccleſia, quo. ſ. Chriſtus ſic vnitur eccleſiæ ſuæ in hoc potiſsimũ negocio, vt contrahentibus gratiam ſuũ impertiat, qua & ſanctè cõiungantur, & ſanctè conuiuant, & ſanctè filios pariant, & ſanctè in dei cultu tanquam Diuinæ huius gratiæ fructꝰ ad Dei gloriam educent, quòd ſi habet matrimonium (vt certe habet) onera, quæ carni minima non ſunt; vt ſunt pericula cõcupiſcentiæ, ad delectationes immodicas prouocantis, vt ſunt illecebræ, & innumera illa infirmitatũ genera, quæ ex natura corrupta, ſacrum hũc thorum violare nituntur; vt ſunt faſtidia mutuo ſe tolerandi, cõeq; onus alendorum filiorũ. omnia iſta alleuat & recreat Diuina gratia per ſacramentũ præſtita, vt nõ modo non impura ſit, ſed ſancta & meritoria ſit hæc maritalis animorũ & corporum conglutinatio. Ita D. Auguſtinus. lib. de bono coniug. c. 18. vocat ſacramentum nuptiarum. Et c. 24. vocat Sacramenti ſanctitatẽ. Vt igitur ſacramentum eſt rei ſacræ ſignum: ſic ſemper Matrimoniũ fuit

ſacramentum. Vt vero propriè eſt, ſignum efficax gratiam ſignificās, & præſtans,ſic in nouo tantum teſtamēto poſt paſsionē Chriſti exhibitū, ex eius opere operato eſt ſacramentum. In huius ſignum Chriſtus in nuptijs Galileæ mutauit aquam in vinū, ſignificans ſe ſuo merito matrimonium,nō modo probare, ſed perficere & noua virtute quaſi aquam in vinū mutatā,replere,vt Matrimonium inter vera ſacramenta numeraret. Qui ergo inter chriſtianos ad matrimoniū veniunt;quaſi ad rem ſanctam & ſacram,diuina gratia plenam: Dei verbo inſtitutam,Dei virtute fęcundatā Chriſti merito abundantem;vt filios ſanctorū decet,venire humiliter,reuerenter, fide,ac religione pleni,ad op' maximū debent. Non certe ad mulieris corpus infirmū,fragile,mille ſubiectum erroribus & infirmitatibus, vt cunque formoſa facies ad ſe trahat, mox trāſitum;ob carnis delectationē quod & belluis & infidelibus commune eſt;ſed ad corpus ſanctum, ad vas ſpiritus ſancti in honore poſsidēdum, tanquam adiutorium à Deo ſibi datum,è Dei manu accipere. Ita dicit Chriſtus quos Deus coniunxit. Certe Deus furioſos illos amatores, animo adulterino in carnis oblectamenta tantum inhiantes non coniungit.ſed pios,fide,& Dei gratia accedentes. Non etiam quærenda eſt ſacra iſta coniunctio tantum vt ſit in officium naturæ propagandæ;cui rei non minus operam præſtant hæbrei & infideles. ſed vt filij ſanctorum populum Dei ſanctum propagent, & creſcant in Dei, ſcilicet gratia concipiāt,pariāt;in Dei ſeruitio,& ad Dei gloriam filios enutriant.Ita bonus ille Thobias.c.8.tu ſcis domine, quia non luxuriæ cauſa accipio ſororem meā coniugem,ſed ſola poſteritatis dilectione,in qua benedicatur nomē tuum in ſecula ſeculorum:Nō etiam quærendæ hic tantum ſunt diuitię vt vxoris ingreſſu domum temporalib' bonis impleamus,&cum ea ocioſam vitam ducamus.Hoc enim & ipſam vxorem lædit quando non ſui gratia ſed rerum ſuarum expetitur.Non improbo ſi dotem quæris, ad ferenda Matrimonij onera, & his præſertim temporibus, quibus neque virorum neq; mulierum appetitus modum vllum habent.Tantum illud prohibeo ne in Diuitias vxoris cor tuum feratur,pluſquam in diuitiarum dominā. ſordida enim & ſæpius infœlicia ſunt eiuſmodi Matrimonia.quære hic primum mulierem bonam,fidelem, prudentem,Deum timentem, moribus tuis conformem;corpore ſanam &valētē,ſi pulchrā Rachelē optauit Iacob nō improbatus eſt,ſi Diuitē, inſup, ſi nobilē, ſi fœcundā ex gñe; oīa de manu Dei accipe: & vxorem tanquā Dei opus & filiam ſororem tuam in Dei nomine ſume,& fœlix fruere in domino.Vt ſanctitatem operis adiuuet ecclesia in Concilio Tridentino. iubet Matrimonia fieri præſente ſacerdote,& teſtibus,alioqui irritat, Iubet publicari in eccleſia, vt fraus vlla non ſubrepat:hortatur cōiuges ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſcipiendam, in eadem domo non cohabitare;& interim orare,cōfiteri peccata ſacerdoti, ſanctiſsimā euchariſtiam ſumere,&ſanctos,diuinaque gratia plenos, ad ſacramentū Matrimonij incūdum,& conſummādum, vt ad Diuinum opus, quo etiā mereri & ſaluari poſſunt, reuerenter accedant, Deum in omnibus quaſi præſentem,& authorem adorantes, & glorificantes.Amen.

De

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Homilia Tertia.

Quæ ſint cauſæ matrimonij

AD hanc nobilitatem, & plenitudinem reduxit, ſeu reuocauit matrimonium D.N. Ieſus Chriſtus, humanæ naturæ optimus & inſtitutor, & reſtitutor, quod inter gentes,& hæbreos fuerat naturæ officium ſemper honoratum, & legibus et proprijs ornatum: fuerat & communis infirmitatis remediũ ſalubre. Inter nos qui Chriſti corpus,& membra ſumus, verum ſit ſacramentum, inter ſeptem eccleſiæ ſacramẽta, & ſacra myſteria practica & efficacia numeretur: quaſi fœdus à Chriſto ſic ſuo merito ſanctificatũ,vt & verè ſanctũ ſit, & verè contrahentes, verè ſanctos efficiat: gratiam Dei non modo ſignificet, vt olim, ſed efficiat, & conferat, vt cætera ſolent, quæ propriè ſunt ſacramẽta. Veritate hac p̄miſſa, quam ſanctorum conciliorum decretis, & eccleſiæ regulis firmiter aſſerimus,reſtat vt ex ratione qua Matrimonium eſt ſacramentum, intelligamus ipsũ eſſe rei ſacræ ſignum,& de hac ſacra ſignificantia ſatis diximus qua & vnionem Chriſti cũ eccleſia ſpõſa; & vnionẽ verbi cum natura humana aſſumpta;& gratiã firmæ ac indiſſolubilis,meritoriæ etiam inter contrahentes vnionis ſignificat efficaciter. Intelligamus inſuper,ex eadem ratione, Matrimonium eſſe inuiſibilis gratiæ viſibilem formam,id eſt habere in ſe, vt cætera omnia mixturam illam rerum viſibilium,& inuiſibilium, quarum aliæ ſignificant,aliæ ſignificãtur. Habet ergo elementum ſuum,quod ſignum eſt, quam Theologi materiã appellant.Habet & formam. quæ addita elemento facit ſacramentum, quod in cæteris omnibus, verbum eſt. Et hæ ſunt cauſæ intrinſecæ ſacramentorum. Habere quoque debet extrinſecas, quarum vna eſt efficiens inducens formam,vt ſolet in cęteris eſſe Miniſter qui verbum profert intẽdens facere quod facit eccleſia,altera eſt finis quẽ tota actio intẽdit.Cauſas huiuſmodi in præſentia requirimus,vt integrum haberemus de eſſentia Matrimonij tractatum, atq; vt controuerſias multas, quæ ſuper his,etiam inter catholicos negocium faciunt,prætereamus,tutiorem,& cõmuniorem viam ſequentes, dicimus. Quod materiam, & elemẽtum viſibile ex quo reſultat Matrimonium. vel ſunt coniuges ipſæ, tanquam legitimæ perſonæ, ab huiuſmodi contractu legibus non excluſæ. ſic enim in quolibet contractu, res ipſæ quæ transferunt,materia ſolent eſſe. Vel ſi viciniorem vis materiam, dicas cum D.Thom.quòd materia ſunt actus legitimarum perſonarum,præcedentes contractum integrum, qui ſunt ſenſibiles; vt eſt viſibilis illa coniunctio (Hoſius) quæ fit ſtipulatione verborum data arra, iunctis dextris &c.Quod forma neceſſario addita, vt elementum ſit ſacramentum, eſt verbum quo vtriuſque conſenſus ſufficienter exprimitur, aut aliud loco verbi,vt in mutis,nutus, in puella verecundia ſilentium,quo verbum ab alio prolatum confirmatur, Hæc igitur ſunt quæ ſubſtãtiam matrimonij conſtituunt. contrahentes,vel cõtrahentium actus & mutua expoſitio verbaque illa exprimentia cõſenſum

non tãtum vt actus ſunt, & verba hominum, hæc enim gentibus ſufficere ſolent, quia in matrimonio non quærunt aliud quàm humanum & firmũ contractum; ſed vt ſunt ex domini, & Chriſti inſtitutione, in eiuſque verbo & fide adhibita, ſic enim ſacramentũ conſtituunt, & gratiam conferunt in illo momento quo poſterior conſenſus accidit priori. Habet & cauſas ſuas extrinſecas. Quarum vna eſt efficiens; alia finis. Efficiens duplex eſt, vna remota, & eſt Dei inſtitutio; ſcimus enim quod Deus à principio adduxit mulierem ex viri dormientis coſta formatam ad virum, ſcimus quòd ſemel, & bis præceptum addidit. Creſcite, & multiplicamini. Et tãdem Chriſtus. quos Deus coniunxit &c. hoc vero ſæpius repetendum eſt, vt Deum Matrimonij auctorem agnoſcamus, & etiam ſanctificatorem, ipſe enim eſt qui ſolus gratia ſua efficax reddit & ſacramentum facit. Alia eſt proxima, & eſt conſenſus vtriuſque, vel ſunt Ambo cõſentiẽtes, & ſe ſe mutuo de præſenti tradentes: requiritur enim authoritas poſsidentis rem, cuius tranſlatio fit. Quare nec pater ſine conſenſu filij matrimonium perficit; nec ſeruus ſine conſenſu domini. nec conſenſus ipſiuſmet contrahentis niſi ſit liber. Ad hoc quoque efficientiæ munus, ſuo modo reduci poteſt miniſter, ad quem ſpectat materiam (ſi opus eſt) præparare; Formam addere, ideſt verbum elemento: ſacramentum inſuper diſtribuere, & diſpenſare cum intento actuali, vel ſaltem habituali, id faciãdi, ad qđ ipſa ſacramẽta ſic diſtributa ſunt inſtituta: Hanc efficientiã tribuit expreſſe concilium Florentinum regulariter conſenſui mutuo cõ trahentium; vt totum fere hoc ſacramentum in ipſis contrahentibus conſtitutum intelligamus, quando ipſos, ſeu ipſorum actus diximus eſſe materiam: verba conſenſus exprimentia formã. Conſenſum ipſum internum, ſcilicet qui voluntatis eſt motus & deliberatio, efficientem. Et hoc proprium eſt ſacramento huic, ex hoc quòd rationem contractus habet, & verus contractus eſt, ideo nullum requirit agentem proximum aut miniſtrum, qui materiam præparet, quando ipſimet contrahentes fideles vera ſunt materia: nullum qui verba proferat; quando ipſi ſoli contrahentes vere exprimere poſſunt cõ ſenſum animi ſui. Adhibendus quidem erit ſacerdos, & nunc potiſsimũ quando à concilio Tridentino. ſub Pio quarto ſeſſ. Octaua, ſtatutum eſt, vt matrimonia, quæ ſine ſacerdote, & teſtibus fiunt, irrita ſint, & nulla: ſed hic ſacerdos, non tam efficiens quam promotor coniugij erit; cui & ſuo loco ſolemnem benedictionem adijciet; non vt matrimonium faciat, ſed vt bene factum declaret; ſanctumque vt ſanctorum vinculum ſolemnizet. Benedicens itaque non tam efficiet, quàm perficiet ſacramentum. Et hęc ſufficiant de efficiẽtia. Finẽ in Matrimonio aliũ intẽdũt gẽtes naturæ ductu Alium Hebręi, legis ſuaſu. Alium chriſtiani, Diuinę gratiæ ſpiritu impulſi. Natura ipſa humana Matrimonium exigit duplici intentione. primũ ut homo habeat ad conuiuendum adiutorium ſimile ſibi, quo conſoletur & oblectet mutui auxilij ſpe conciliata, vt alter alterius ope, vitæ incommoda facilius ferat, & ſenectutis imbecillitatẽ ſuſtineat. Deinde, ad procreandam, & propagandam perpetuandamque naturã quaſi agrum ad fructus habẽdos neceſſarium. cre-

ſceret ſcilicet iuxta Dei præceptum, multiplicaret,& repleret terram. Lex præter id, & Dei promiſſio Iudæis nobiliorem finem præſcripſit, vt quaſi verę religionis cultoribus, & diuinarum benedictionum hęredibus, vt ex Matrimonio filios Dei quærerét, & ſemen illud Abrahę multiplicarét, in quo benedicendæ erant per Meſſiam omnes gentes. Gratia verò, & lumen Chriſti nobis præſtantiorem adhuc finem proponit in Matrimonio, vt vero ſacramento per Chriſtũ fęcũdato: præter id quod ſic per Matrimonium populus fidelis in Dei veri & Chriſti cultu procreatur & educatur; mirabiles illas addit ſignificationes in Chriſto & in eccleſia de quibus in pręcedenti; additque excellens Diuinæ gratiæ munus, quo & iuſtiores efficimur coram Deo; & ad onera ferenda fortiores. Poteſt & humana infirmitas alium ſibi finem in Matrimonio ſtatuere; vt ſcilicet in eo remedium quærat ad tollẽdas, ſeu mitigandas vrgentis concupiſcentię, flammas. Melius inquit Apoſtolus, eſt nubere quam vri. Non quidem tã neceſſario, ꝙ & alia & nobiliora, & virtuoſiora nõ habeat. Virginitas & cœlibatus remedia, quibus orando, pſallendo, vigilando, ieiunando, contemplando, mentem ad cęleſtia ſubleuando, non modo ſine ſpiritus præiudicio (quod in practica Matrimonij facile incurritur) ſed cũ profectu mirabili, concupiſcentiæ ſtimulos, non tantum mitigat, & comprimit, ſed per Dei gratiam ſeſe exercendo prorſus eneruat, & mortificat. Ita dictum eſt Paulo ſeſe exercenti & caſtiganti, ſufficit tibi gratia mea. Non ergo ſic neceſſarium eſt (vt malè hæretici carnis & concupiſcentiæ patroni ſentiunt) remedium Matrimonij, vt ſine eo vitari nullo modo poſſit vſtio carnis & fornicatio: ſed Dei eſt miſericordia quę in matrimonio pręter officia & ſacramenta inſita, hoc quoque remedij munus ad humanæ infirmitatis commodũ ineſſe voluit, quo cæteros omnes concubitus alienos, & illicitos amores, tanquam indebitos, inexcuſabiles reddidit. Ita cauſas omnes Matrimonij intrinſecas & extrinſecas venati ſumus. Illa ante omnia ab intrinſeco repetenda, & animo voluenda, quod matrimonium ſacramentum eſt. quod ſacram materiam & ſacram formam habet: ſacra igitur intentione tractandum eſt. Ab extrinſeco illa in primis, qđ matrimonij primum & ſummum efficiens Deus eſt, ita quòd opus Dei eſt. Deus eſt qui à principio dixit. Non eſt bonum hominem eſſe ſolũ. Dei inuentio eſt: è manu Dei ſumenda vxor eſt. Ad virum per Dei manũ venire vxor debet. Salom. Qui inuenit mulierem bonam inuenit bonũ. Prou. 18.
Et quale bonum? Multiplex bonum. Primũ eſt animi conſolatio, & iucunditas; Eſt enim Mulier viri adiutorium, & ſolatium in Domino à Domino ſibi datũ. Ita addit Salom. pro. Prou. 18.
hauriet iucunditatẽ à Domino. Pars Eccle. 26.
bona mulier bona, in parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis. Secundum, animi puritas, & conſcientia bona coram Deo, ꝙ ſciat ſe vxorem ab eo accepiſſe; & ea frui tanquam Dei dono, in quo non modo ſine peccato, ſed cum merito viuere & ſaluari poteſt. Ita Paulus, ſaluabitur mulier per filiorum generationem. Interim etiam ſumma cum pace tribulationem (inquit Paulus) carnis ſuſtinebunt, & per Dei gratiã 1. Cor. 7.
non ſuccumbent, aut confundentur, ſcientes, quod Deus opera ſua non deſpi-

deſpicit. Tertium eſt amor mutuus, non tantum ſecundum exiſtimationem perſonę, quantum ſecundũ Dei præſentis & operantis, & coniungentis ſummam charitatẽ quam reuereatur; vt dicat mulier. Nunc hominem inter oẽs, quotquot mundi ſunt mihi dat Deus, vt caput meum ſit; & hõ d. hãc mulierem ex omnibus dat in vxorem. Donum Dei patris eſt. amare & venerari debeo. Et conſtanter amat qui ſic amat: qui vero formam, genus diuitias, facile tepeſcunt, quia facile & iſta mutantur quæ in viro, vel vxore amabantur. Non ſic præterit opus Dei amor Dei. quare ſemel amata in Domino perpetuo in eodem amabitur. Quartum erit Religio quędam qua ſacramentum hoc celebrabitur coram oculis Dei; & ſic quæretur ea potiſsimum mulier in vxorem, non quæ pulchra ſit, vel diues; ſed quæ Dei timens, quæ prudens, quæ bonis moribus imbuta: ita de genere ſanctorum, & non de Chananeis vxorem quæſiuit Abraam filio ſuo Iſaach: Ita & Thobias ſuo. Quod ſi Moiſes & Ioſeph coacti, sũt ex ethnicis vxores ſumere, nõ quaſcunque, ſed ſacerdotum filias delegerunt, quaſi ex parentum inſtituto religioſas: Hæc omnia ex illo vno principio, quod Matrimonij cauſa Deus eſt, & quaſi opus eius ſanctum, ſancte peragitur. Cuius materia ſancta eſt, perſona fidelis, alioqui non eſt ſacramenti capax: Cuius forma ſancta verbum Dei, vel ex Dei inſtituto & lege prolatum: efficiens ſanctum, conſenſus in opus Dei. fines multi, & oẽs ſancti, ac beati. Vitam ſibi iucundam parare in Domino: naturam propagare in eius gloriam; infirmitatem propriam ſuſtinere & corrigere. ſacros Chriſti & eccleſiæ amores, & Diuina connubia rememorare. An non merito lætamur, & iucundi ſumus in matrimonijs? an non ſunt feſti & generoſi dies nuptiarum? Ita ſane, modo ſit moderata pompa, ſine luxu, ſine ſcandalis; ſine ſtrepitibus illis ex quibus eo potiſsimum tempore, mũdus inſanire ſolet, quæ omnia ſunt Satanæ inuenta. At quid loci habet Satanas in Matrimonio quod eſt Dei opus? quid illi iuris eſt in nuptijs ſanctorum Dei filiorum? Diuina eſt actio; procul eſte ò Satanæ mancipia: lætemur, iucundemur veſtibus nouis. conuiuijs etiam ſatis lautis nuptias honoremus, ſicq; & ad illas agni nuptias præparemur, quibus eccleſiã ſibi ſponſam perpetuo fœdere cõpulabit: ſed omnia ſine peccato, ſine extrema illa effuſione rerum, & corruptione morum, quibus opera Dei pollui ſolent: vt Deus omnium auctor in omnibus glorificetur. Amen.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Homilia Quarta.

Quæ ſint leges Matrimonij.

EST Matrimonium, vinculum amabiliſsimum, quo nullum arctius, nullum intimius, nullum magis mutuum, aut reciprocum, quæ ſunt ſponſi, ſponſæ ſunt. Eſt antiquitate venerandum, cum ipſo mundo natum, vel inſtitutum, cum ipſo etiam profectum, & auctũ.

Eſt

Eſt fructuum copia fęcundiſsimum, quo vno ſine culpa, quin & cum merito progatâ eſt humana ſpecies; ſine hoc neceſſe fuit, aut homines non naſci, aut male naſci: totius humanitatis honor, & decus in vno Matrimonió ſita ſunt. Eſt & ſacroſanctũ, nô mó ſancta ſignificat, q ſancta in euangelio continet, & pſtat, ſed qđ & ſacris legibus à principio munitum eſt, quibus Dei prouidentia, vinculum hoc beatum viri mulieris, ornare, regulare integrum & tutum reddere voluit. Atque eius integritatem tanti fecit, vt cum temporum, vel hominum iniuria à vera legum præfixarum intentione multiformiter defeciſſet: per filium ſuum dilectiſsimum Ieſum Chriſtum, tametſi virginem, & è virgine natum voluerit matrimonij leges inſtaurari. De his in præſentia locuturi ſumus: tum vt veram, & integram matrimonij rationem habeamus: tum vt errores circa ipſum pluries exortos excludamus.

Summa diuinarum legum quibus à principio matrimonium & inſtitutum, & inſtructum, ac tandem per Chriſtum inſtauratum eſt, in paucis illis verbis continetur, quę primus omnium parens, quam primum euigilans ſenſit mulierem è latere ſuo formatam & Dei manu ad ſe adductam lætus, ac de conſorte hilaris protulit dicens: Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt. Et addit leges. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. (Gen.2.) Et erunt duo in carne vna Quæ quidem verba tanti ſunt, vt ex patribus noſtris alij voluerint eum prophetaſſe; alij quaſi dei præconem protuliſſe. omnes tanquam ſpiritu dei afflatum dixiſſe velint quibus matrimonium pulchris legibus ornauit & his potiſsimum. Prima, vt ſentiat homo ſibi ex neceſsitate, tanquam officio naturali Matrimonio incumbendo. Secunda, vt tam libere id efficiat, vt etiam ſi opus ſit patrem & matrem hac ratione relinquat; conſenſus enim liber contrahentium efficit Matrimonium. Tertia, vt adhæreat vxori immobiliter; ſciatque Diuinum hoc vinculum, vbi rite peractum, & perfectum fuerit, omnino indiſſolubile remanere. Quarta, vt ſic vir vnus vni adhæreat mulieri, per mutuam ſui traditionem, vt duo ſint in carne vna: ideſt vnus vnam tantum mulierem, & Mulier vna, vnum tantum virum, dum viuit, licite & iure matrimonij ſe poſſe habere intelligat. Nũc ſingulas leges has, paululum expendamus, vt quanto iure à principio inſtitutæ, & tandem per Chriſtum reſtitutæ fuerint, palam fiat.

De prima. Quæ neceſsitatem matrimonij omnibus hominibus præcipit. Hæc ſic intelligenda eſt, quòd cum matrimonium ſit naturæ humanæ, ad eam propagandam officium deſtinatum, naturale, ideſt opus naturæ eſt; non ita quod ad ipſum homo liber non ſit, vt eſt etiam ad cibum ſumendum: ſed ita quod ad ipſum natura inclinat. Ita quod quam primũ Deus mulierem ad hominẽ adduxit, ex naturæ inſtinctu intellexit eam ſibi datã in ſociam, & cócupiuit. Cũque inſtinctus iſta natura induceret, tanquam in finẽ ſuum, ad prolem nõ tantum edendam, ſed & educandam modis naturæ competentibus. Intellexit homo, non modo ſibi quærendam, & petendam eſſe mulierem, ſed & cum ea perpetuo conuiuẽdum, vt cum ea partiretur onera, & munera

quibus

quibus edita proles debite nutriretur,& educaretur. Ad hoc enim alij viri,alia mulieris ſunt officia propria In hoc reſpiciens legem matrimonij neceſſariam, ſine qua id commode nō poteſt fieri, protulit.d. Relinquet homo patrem, & matrem & adhęrebit vxori &c. Et addidit Deus benedicēs.Creſcite & multiplicamini,&c. Quare intelligimus hominem duplici ſtimulo ad matrimonium ſollicitari. Tum ex inſtinctu naturæ ſic impellentis vt in poſteris conſeruetur. Tum ex Dei creatoris præcepto ſic iubente. Conſiderandū tamen quod intentio legis exploratur ex fine. Finis eſt, vt humana ſpecies multiplicetur ſine crimine,& repleat terrā. Vbi ergo multiplicatio facta eſt,& repleta terra,Iam non vrget lex,quin poſſit homo propter aliud bonum forte excellentius, à matrimonio abſtinere,vt ſcilicet poſſit commodè contēplari. Non ſic à principio,nō ſic poſt diluuium. Tunc enim multiplicanda erat natura. Intellige itaque præceptum Matrimonij datum eſſe naturæ & communitati, vt naturæ,& cōmunitati eſt neceſſarium. non autem perſonis ſingulis in communitate,& natura, vt etiam agricultura ;& tamē non neceſſe eſt omnes homines terram colere,cū ſatis ab aliquibus colatur, quare lex Matrimonij ſic omnibus in natura data;non tollit quin aliqui poſſint, à Matrimonio, & vſu eius ſine naturæ præiudicio abſtinere. Hæc de prima quæ eſt neceſſitatis.

De Secunda. Id firmiter ſtatuendū eſt,quod cum Matrimoniū(vt dicemus)debeat eſſe perpetuū: cum & ſit ſpecies quædā ſeruitutis: quę ſępe deteriorat;ad hoc nō niſi liber venire debet:liberoq;,& non coacto cōſenſu ſe ligare,& tradere: Poſſunt principes de Matrimonio,prout ciuilis etiam contract⁹ eſt,aliquid ſtatuere, & leges præſcribere,ne contra bonū publicū Matrimonia iniant ; vis quā Magiſtratus intulit iure licito, nō,vitiat cōtractum.l. continet.§.ſed vim Poſſunt quandoque cogere ad Matrimonia ineunda eadem ratione,ſic tamen ſemper vt libera maneāt ad cōſenſum contrahentium voluntates; aut libere ſeſe ad aliquid ingeſſerint, puta ad promiſſa, ad ſponſalia iurata vnde & merito à iure coguntur;cum & in foro cōſcientiæ ex eadē ratione conuincātur, quare non ſimpliciter coguntur niſi à ſemetipſis.Poſſunt & parentes multa præſtare hoc loco. Nam ratio naturals, iura etiā omnia tam canonica quam ciuilia multa cōcedunt parētibus in hac re,vt poſsint de filijs, ac potiſsimum de filiabus diſponere,etiam exhęredare ſi nō obediant;Et Paulus.Iuſsit,vt filij obediāt Col. 3. parentibus per omnia.Poſſunt igitur parentes ſuadere,rogare, inducere filios vt ſibi hac in re morem gerant, poſſunt etiam præcipere,filij tamen non tenentur niſi de honeſtate,& cōgruitate ſeſe tradere.ſunt enim liberi & non ſerui;& liberè ad Matrimonium ducendi ſunt.Poſſunt parentes dum filij ſunt infra ætatem,vel abſentes,pro eis ſpondere,& ſponſalia etiā cum iuramento celebrare;nunquam tamen ratum eſt Matrimonium niſi filij ſponte conſentiant;quem cōſenſum iuramenta illa patrum implicitè continebant.libertatem hanc verbū illud exprimit. Relinquet homo patrem & matrem; ſic tn̄ vt intelligant filij ſe plurimum mereri apud Deū, & homines ſi parentibus obediant bene conſulentibus: ſi eorum ſenectam hac etiam in parte ſubleuent,&

con-

conſolentũr,ſi eorum promiſſa impleant,ſequantur monita,ſi de manu eorum vxores accipiant,ſi domui ſuę bene proſpiciant; ſi duci ſe à prudentioribus patiantur. Alioqui ſi domũ confundant; ſi vel indecorum, & inuenuſtum aliquid deliberent,ſicque parentes mœrore conficiant, plurimum peccare ſe coram Deo,& hominibus ſentiant.ſic enim Iacob, ſic Thobias ad voluntatem parẽtum, ẽt è lõginquo vxores petiere.Cõtra,intelligant parentes,hac vna in re,libertatem filiorum dexteritate quadam in ſuam voluntatem trahere; ducere,non cogere; Alioqui ſciant, vel Matrimonia nulla fore ſi int⁹ in corde non conſentiant filij,ad quos ſolos ſpectat,ſeſe obligare:aut infęlicia fore,ſi coacti & inuiti conſentiant. Hæc de ſecũda lege q̃ eſt libertatis.

De Tertia,quæ præcipit adhæſionem.i.vnionem & vinculum tum animorum, tum corporũ indiſſolubile totum enim hoc ſignificat illa adhæſio.Dicimus quòd ſancta iſta & immaculata viri & mulieris adhæſio, vnio,& per totam vitam cohabitatio in primis eſt de iure naturæ; finis.n. Matrimonij eſt prolis non modo generatio,ſed & educatio quin & promotio ad meliora iuxta gradum, ſuum, qua ratione d. Apoſtolus. ꝙ patres theſaurizãt filijs, & præparant illis hæreditates.Hoc verò fieri non pôt, niſi per cohabitationem viri & mulieris,quorum commune bonum eſt proles,quare patet quod ius naturæ, ſaltem humanum principijs proprijs humanæ naturæ conforme, pręcipit,& neceſſario requirit hãc adhæſionẽ inſeparabilem: quæ à nullo iure humano, aut gentium poteſt diſſolui; nam ſuper ius naturæ ſolus naturæ auctor,& dominus poteſt diſpẽſare.In hac itaque adhæſione inſolubili à principio cõditũ eſt matrimoniũ,cuius naturæ repugnat repudiũ, quare nullũ tale legim⁹ admiſſum in ijs temporibus,quibus ductu naturæ mundus diſponebatur.Hinc inter gẽtes, Spurio Carbilio Ro. qui vxorẽ ſterilem repudiauit,vitio datum eſt. Vt Aul.Gel.li.4.c.3.Et Valer.Max.li. 2.cap.1.Et Pluta. in collatione Theſei,& Romuli. In hæc principia reſpiciens D.N.Ieſus.De repudio Iudæorum loquens dixit.Ab initio non fuit ſic,quaſi dicat vera matrimonij natura & inſtitutio id non permittit. Lex deinde Moiſis in Iudaiſmo,velut genti iam tinctæ moribus.Aegyptiorum permiſit repudiũ vxoris, viro qui ob fœditatem aliquam odio illam habuerit, Ad quam permiſsionem alludens Malachias:ſi odio habueris vxorem,dimitte:iã.n.obtinuerat vim legis illa permiſsio. Permiſit, inquit Chriſtus, Moiſes:non mandauit:libellum quidem dari in teſtimonium dimiſſæ,mãdauit (vt pôderat Aug. li.1. de ſerm.Do.in monte) ſed repudium tantum permiſit:non tanquam licitũ, ſed tanquam minus malum, impune permiſſum, ita quod permiſsio non excuſabat à culpa, ſed liberabat à pæna.Permiſſum ergo repudiũ,vt caueretur vxoricidium.permiſſum,inquit Hieronymus in Malachiam, non vt concederetur diſsidiũ.ſed vt tollerẽ homicidium,ſic & eis permiſſum eſt fœnerari cum alienis, ne cum ſuis id facerent.ſic & permittunt meretricia vt vitentur adulteria.Quòd ſi placet permiſſum illis fuiſſe Repudium tanquam licitum;certum eſt permiſſum vt minus bonum,quare neque factũ legimus ab aliquo ſanctorum patrũ, niſi quod ante legem, Abraham propter myſtrium,inſtante Sara, dimiſit

Agar, quæ repudium legis & Sinagogæ ſignificabatur. Domin' autem noſter Ieſus Chriſtus Matrimonij dignitatem inſtauraturus, Matth. Poſtquam ad propoſitam quæſtionẽ Phariſæorum, liceret ne vxorem quacunque ex cauſa dimittere, negante reſpondiſſet, ſinceramque legem inſtituti Matrimonij inſtauraſſet. d. quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, vbi perpetuum vinculum Matrimonij monſtrauit, obiecerunt Iudæi, quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repudij, & dimittere. Tunc Chriſtus, verbum illud. Mãdauit. correxit dicens. Permiſit; ac ſi dicat non mandauit, vt bonum, ſed permiſit vt minus malum. Et cur? Ob duritiam inquit cordis veſtri: Ad confundenda ſcilicet dura corda, quæ obedire nequeunt legi Dei. Duritia autem illa praua erat, quare nõ poterat Moyſes eam mandare, ſed permittebat vt minus malum, quam permiſſionem ſic correxit Chriſtus, qui venit adimplere & perficere legem. vt ob ſolam fornicationis cauſam approbarit, nõ repudium ſed diuortiũ, quo ſola thori ſeparatio, non autem vinculi intelligitur. Vt autem ſciremus quòd nihil noui addebat, ſed quòd legẽ Matrimonij in ſuam originem reuocabat, dicit, Ab initio non ſic. Quid ergo ab initio? Verbum illud immutabile. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuę: quid ergo? legem tulit, quos Deus coniunxit, homo non ſeparet thorum, & cohabitationem ſeparat, fornicatio, ſic tamen vt probetur, & ab eccleſia, quaſi à iudice, diuortium accipiat, manẽte tamen vinculo matrimonij, ita vt neuter viuẽte alio poſſit alij nubere, quod ſi alteram ducit, mœchatur. quę verò dimiſſa eſt, aut innupta maneat, inquit Paulus, aut viro ſuo recõcilietur: ſola mors ſeparat vinculum. Mulier alligata eſt viro, quanto tempore vir eius viuit: quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege, cui vult nubat, tantum in Domino. Et iterum. His qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio, nõ ego ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere, quod autem illicitum eſt vxori; non minus illicitũ eſt viro, par. n. eſt obligatio: cũ æqua fuerit corporum tranſlatio, & vna fides: Addita inſuper eſt noua ratio indiſſolubilitatis matrimonio. chriſtianorum, ex ratione ſacramẽti, qua indiſſolubilem vnionem Chriſti & humanæ noſtræ naturæ ſignificare diximus. Dura fortaſſe aliquibus videtur inſolubilitas iſta, mẽtibus inſtabilibus, eorũ qui facile ad nouos accenduntur amores, vt cum vna tantum muliere, & ſæpe deformi, infirma, vitam totam agere cogantur. Durior illis, qui mulierem adulteram, aut pati indignam, vtcunque pœniteat: aut illa reiecta, vri perpetuo ſine ſua culpa cogantur. Ita quòd non minus punitur innocens quam nocẽs. Sed iſta eſt natura & lex matrimonij. Ob hęc fortaſſe Paulus dicit: ſolutus es ab vxore, noli quærere vxorem: præſcire iſta opus eſt prius, quàm te obliges. vbi incidis in ea ferenda ſunt: Habet tñ inſolubilitas iſta & ſua bona quibus non modo tolerãda, ſed ſummopere laudanda eſt. Primum, quòd hac intellecta homo, quærit ſibi vxorem, virtute potius & ſimilitudine morum, quam forma, aut diuitijs ſpectabilem, quando intelligit cum hac ſibi perpetuo conuiuendum. Secundò, quòd dum ſimul degunt, facilius ſe inuicem tolerant, difficilius ad rixas, ad iurgia, ad iniurias prouocantur, quando ſciunt vinculum indiſſolubile

Marginal notes: Matth. 19. — Marc. 10. — Luc. 16. — 1. Cor. 7.

Iubile eſſe;quod ſi etiam ſeparentur, adhuc ligatos eſſe,ſatius fore, vt pacificè viuant.Tertiò,quòd ſi ob aliquã iuſtam cauſam ab eccleſia ſeparãtur; facilius ad concordiam reuocantur, quando intelligunt ſe coram Deo adhuc vnitos, nouas nuptias admittere non poſſe aut ſine muliere manendum, aut dimiſſa recipienda. facit etiam hæc eadem cogitatio, vt facilius ſit iratum virum erga pœnitenté adulteram dimiſſam reconciliare: quando adhuc ſuam agnoſcit ex vinculo permanente: quòd ſi Deus illã ſic pœnitentem recipit,ſi eccleſia benedicit; Cur non recipiat vir? cur non virum vxor? De impœnitente dixit Salom. Qui tenet adulteram, ſtultus eſt. At pœnitentem reijcere alienum eſt à Dei conſortio & à pietate chriſtiana. Tua adhuc caro eſt, ad te pertinet. Cur tuam abijcis? ſi pœnitentes reijciantur, quid de te fiet? Prou.18.

De Quarta. Quæ vnum cum vna tantum contrahere iubet. Dicimus quod vnitatem hanc natura ipſa matrimonij ſic requirit, vt vel ſine culpa,vel ſine legis, & naturæ diſpẽſatio ne aliter nunquam fieri potuerit. Natura ipſa contractus ex iuſtitia exigit vt cum in matrimonio mutua ſit corporum traditio, & commutatio, ita quod vt d. Apoſtolus, vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier, & econtra,quod vni datum eſt, ſalię ſine eius voluntate, alteri dari nõ poſſit;alioqui dabit quod ſuum non eſt. Legis verbum clariſſimum eſt.Adhę rebit vxori; non dixit, vxoribus. Et erunt duo in carne vna, non plures quam duo.Cui addidit Chriſtus.Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Plures habuit primus omnium Lamech; non ſine culpa; quin cum arguunt patres omnes,tanquam intemperantem,quod contra naturam Matrimonij polygamiam introduxerit. Secũdus,ſuit pater Abraham,cui Diuinitus.i.ab ipſo naturæ & legis Domino conceſſum eſt, inſtante etiam & petente Sara ſui corporis domina, vt cauſa prolis ſuſcipiẽdę,intraret ad Agar;quam tamẽ ſic ad tẽpus vxoré habuit,vt demum eadem inſtante Sara,& Domino permittente, in Myſterium,vt declarauit Paulus ad Gal. vna cum filio expulerit. Secutus eſt eius exemplum Iacob, & alij patres, quibus ſic conceſſum, & diſpenſatũ à Domino legis & naturę credimus, contra tamen naturam Matrimonij ordinariam,vel quod ſic ratio prolis & populi Dei multiplicandi,vel myſterij explicandi exigeret: vt ſcilicet ſic ſignificaretur amplum illud Matrimonium Chriſti, quo multis vxoribus.i.populis & gentibus rupta maceriе,tãquã lapis angularis, ex multis & diuerſis ouibus & ouilibus vnum ouile paſtor vnus,& vnam ſponſam, ſponſus vnus conſtituens fuerat copulandus: quare tẽpori illi duplici ea rõne tolerabilis fuit polygamia. Data autẽ veritate,ceſſare debuit illa ſignificatio.multiplicato ẽt dei populo per ſemen verbi ſpirituale, ceſſare omnino debuit magna illa Matrimonij iniuria,quare D.N.Ieſus ad ſuam primam naturam reuocauit.d. erunt duo in carne vna;Et iterũ,omnis qui reliquerit vnam,& aliam duxerit,męchatur,quod ſi vna dimiſſa, ducens aliam mæchatur, quãto magis ſi vna retenta aliam accipiat?Idem Apoſto 1. Cor.7.
lus ſtatuit. Vnuſquiſque propter fornicationem ſuam vxorem habeat & vnaquæque ſuum, id eſt proprium virum,non communem alijs. Ita inquit D. Hieronymus. vnus

Adam,ex vna coſta ſua, vxorem vnã de manu Dei ſumpſit, & ſic rurſum quod à ſe diuiſum fuerat, ſibi p nuptias fuit copulatum. Ita & conuenit myſterio, quo matrimonium eſt ſacramentum, vt vnus,vnam habeat, ſicut Chriſtus vnus vnam eccleſiam vna eſt colũba,vna dilecta.Ita & ſemper ſeruatum eſt,& legibus cautum. vn⁹ ille valentinianus ſenior auſus eſt (vt narrat hiſt. Trip.lib. 8. cap. 11.) turbare vnitatem hanc, & pluralitatẽ vxorem permittere; homo hęreticus Arrianus, ad mala omnia promptus: ſed neque obtinuit, & ab omnibus exploſus eſt.Legibus his ornatum eſt matrimonium,& ſecundum has ſeruari omnino debet:ſuas habent tempora conditiones; noſtra alias leges non patiuntur.quamobrem,aut abſtinendum, aut his legibus contrahendum,vt ſic naturæ officium ſecundũ eius inclinationẽ impleatur, & Deus legum author in populo ſuo glorificetur. Amen.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Homilia Quinta.

Quæ ſint bona,& quæ impedimenta Matrimonij.

SAnctum & ſacrum vinculum eſt Matrimonium, thorum immaculatum vocat Apoſtolus,& tamen ſecum in aliqua parte retinet ſpeciem immundam,& imperfectam quæ oculos hominum refugit, quaſi turpe aliqd faciat,aut patiat. Liberũ etiam eſt,& ſpontaneum,quo volens homo ſeſe obligat, & tamen libertas hæc ſecum trahit perpetuam ſeruitutem,cuius iugum non niſi morte excuti poteſt, & tanto durior eſt ſeruitus, quanto difficiliores,& aſperiores mores (quod ſæpe contingit)in coniuge reperit. Vtile etiam videtur Matrimonium, quo & infirmitati remedium adhibeter, & poſteritatis conſulitur, ſed tamen & infirmitas ſæpe ex vſu fit infeſtior, de qua Paulus tribulationem carnis habebunt. Et dũ poſteritas quæritur propria ipſa vita minuitur. Mitto quod innumera sũt alia, quæ experti vocãt onera matrimonij, quæ omnia patienter ferenda ſunt. Vtque ferentibus in Domino leuiora videantur, & ſint; ex oppoſito numeranda ſunt bona quæ ex matrimonio proueniunt, omnibus quidẽ, ſed Chriſti fidelibus potiſſimum, & hæc ob id à nobis in præſentia ſunt numeranda,ſpes enim laborẽ minuit.

Numerant Theologi, ex D.Auguſtino tria Matrimonij bona; & ſunt, fides,& proles,& ſacramentum, quæ vere tanti ſunt,vt & incommoda lenire, & ſi quæ ſpeciem impuri habent, omnia facile honeſtare etiam valeãt. Hic vero bona matrimonij vocamus non quæcunque, non accidentaria. hæc enim poſſunt eſſe quam plurima ſed ea quæ intrinſeca ſunt ratione & intentione matrimonij.Bonum fidei eſt fidelitas ipſa,qua mutuo ſibi coniuges promiſſum dominium ſui datũ ſeruant illæſum:& quam in intentione habere debent contrahentes; non quod ſine ea non contrahunt, ſi in animo habent,ſe velle vnquam præſtitam fidem violare.Pertinet autem bonum hoc ad virtutem iuſtitiæ. Et de hac Paulus,vir poteſtatem non habet corporis ſui &c. Huic bono addidit culpa vmbram, & ſpeciem quandam mali,quæ eſt erubeſcentia, qua vt diximus,oculos in implenda fidei iſtius ratione fugiunt.Bonum prolis, fructus eſt Matrimonij,quem primo natura

tura intendit;& in quem ſolam à principio natura ipſa inſtituta, & ſana reſpiciebat, ordinabatque Matrimonium tanquam officium ad prolem propagandá:Et hoc tanti fecit Apoſtolus ꝙ de muliere dixit. ſaluabitur per filiorum gñationem.ſic tamen intelligendo,vt non tãtum ad procreationé,ſed & ad educationẽ diſciplinã & eruditionẽ filiorũ teneri cõiuges diſſeramus.Ita Iob.Ita Thobias egerũt:Ita & Ec.docuit,c.7.filij tibi sũt? erudi illos;& curua illos a pueritia.

Huic bono ſic à natura deſiderato culpa addidit dãnũ,doloris,anguſtiæ ĩ partu,in educatione,labores &c.quibus oĩbus ſine culpa Matrimoniũ caruiſſet.Et tñ bonũ eſt, & ad hucĩtẽditur à contrahentibus, & naturali affectu deſideratur. Bonum Sacramẽti tertium eſt; vinculum ſcilicet matrimonij, quod nunquam diſſolui poteſt:ſi enim matrimonium vt ſacramentum Chriſti, & eccleſiæ coniunctionem ſignificat, neceſſe eſt inſeparabilitatem hanc continere.Ita qđ ſine hac ſacramentum eſſe non poteſt.Ita D.Auguſtinꝰ de bo.cõiugali c.15.Quia ſi hoc tertiũ bonũ ad reliqua duo cõparemus, cũ oĩa includat matrimonium in intẽtione,& obligatione:nõ tamẽ in vſu.vel in executione ſic ſunt duo principia neceſſaria; vt ſi deſit proles ex ſterilitate, vel ex ſpontanea coniugũ continentia,non verũ ſit matrimonium: ſi etiã violeť fides ex adulterio, ceſſet vinculũ matrimonij.At inſeparabilitas iſta ſacramentalis ſic modis omnibus infixa eſt matrimonio,vt per ſolam mortẽ ſolui poſsit.aut corporis,ſi matrimonium fuerat corporale.i.ratum & cõſummatum;aut ſpiritus per votum religionis,ſi Matrimonium fuerat ſpirituale, ideſt ratum, & non conſummatum.Ex his relinquitur,quod quãdocunque perſonæ contrahentes in ſuo contractu apponunt aliquã conditionẽ ſimpliciter repugnantem alicui prædictorum trium bonorum matrimonij,tunc nullum eſt Matrimonium.Vt ſi dicãt:Accipio te per annum,vel ad tempus.Vel accipio te in partem conſolationum mearum, ita quod me totum non tibi trado. Vel accipio te in meam,ita tamen ꝙ non impleas domum filijs, aut filiabus:Hæc omnia nihil efficiunt. Qui verò bona illa intendunt,ſanctéq; ad ſacramentum hoc Dei gratia,& virtute plenum ſe conferunt; nubunt in Domino. quod vbi effectum eſt, iam diſcere,& meditari debent, quæ ſint fidelium cõiugum,& in edenda, & in educãda prole,& in regẽda domo,& in cõmuni pace,& concordia ſeruãda,officia:de quibus abũde ſancti Apoſtoli Petrus & Paulus ſcripſerunt, & tradiderunt, quòd viri munus eſt,vxorem liberaliter, & honorificè tractare;tanquam ſociam: Ita enim Adam appellauit Euam. Et ob hoc obſeruant patres, quod neque ex pedibus,velut futura ſerua:neque ex capite,velut futura Domina; ſed ex latere viri futura ſocia formata eſt,& in adiutorium viro adhibita. Decet inſup virum ſeſe occupare in aliquo honeſto ſtudio,quo & ſine ocio viuere,& ſi opꝰ eſt,ex labore familiã ſuã alere, eiq; ad victũ neceſſaria ſuppe ita e poſsit:Inſup domũ ſuã recte cõſtituere, mores corrigere, ſingulosq; in officio cõtinere.Vxorẽ decet, ex apoſtoli regula, ſubijci viro ſuo.Vt(inquit)ſi qui non credũt,per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifiant,cõſiderantes in timore ſanctam conuerſationem;quarũ non ſit extrinſecus.capillatura,aut circun

datio auris &c. Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo ornabāt ſe, ſubiectę proprijs viris, ſicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eū vocās. Vxoris ēt præcipuū munus ſit, filios in religionis cultu educare, domeſticas res diligēter curare. Domi libēter ſe cōtineat, & ſine viri permiſſu nunquam vagetur. Ante omnia meminerit ſe ſuam non eſſe, ſed ſecūdum Deum, viro ſuo totam ſe tradidiſſe: totam illi vni ſe ſeruandam eſſe. Illum vnum eo affectu diligendum, illi obtemperandum in omnibus quæ chriſtianæ pietati non aduerſantur. ſciant vnionem, hanc ſacram eſſe & animorum, & corporū. ſciant in vtroque damnandam eſſe fidei fracturā, tamen in muliere eo magis intolerabilem, quo ad eam plura ſequuntur ſcandala, & incommoda; ita vt merito mundi leges hac in parte longe dirius animaduertant in mulieres, quā in viros. Deus autem qui vtrunque cōiūxit; vtrūq; æqualiter dānat. Addēdū etiā, vt ſic ſe inuicē diligētes, & exercentes ſemper in animo ſecum ducant, ſtatum matrimonij ſanctum eſſe; inſonet verbum illud in auribus, quos Deus cōiunxit: vſum ergo eiuſdem ſanctum eſſe debere, & immaculatum, neceſſarium, & fructuoſum facit natura: infirmum, & impuro ſimilem facit culpa: ſanctum, & meritorium facit Dei gratia, & virtus ſacramenti annexi. quid ergo tam temere ſacra polluuntur? quid cogit, vt cum peccato & ira Dei tractentur ea, quæ cum merito, & Dei gratia nō minus tractari poſſunt? parce de his certe loquēdum eſt, duo tamen omnino animaduertenda. Primum, vt ſeſe cōiuges ament cum iudicio, cum timore domini, ſimul & in amore Domini, ſeſeque fruantur in Domino, quaſi inter brachia, & in ſinu creatoris, & copulatoris ſui. non voluptatis, non libidinis cauſa matrimonio operā dent, regant impetus naturæ, affectu religionis; ament ſe quaſi coniuges; non quaſi adulteri. quid enim fœdius, inquit D. Hieronymus, quam vxorem amare ſicut adulteram? Secundum, vt ſic ſe amantes in Domino, ꝓpter Dominū, quandoque ad tempus (niſi potior vrgeat inſpiratio, quæ ambos ſimul ad maiora & perfectiora promoueat) ſe ſeparent. Ita vt qui habēt vxores (quod monuit Paulus) ſint tanquam non habentes. Deum itaque orandi, & obſecrandi cauſa; mentis eleuandæ gratia: ijs præſertim diebus quibus operibus pœnitentiæ vt ieiunio opera danda eſt, quibus confiteri peccata volunt, quibus ſacramenta ſuſcipere, triduo ſaltem abſtineant. De panibus propoſitionis dixit ille Dauid. Si mundi ſunt pueri, accipiant, quanto magis panis ille viuus, qui de cœlo deſcendit pro mundi vita, reuerentiam, & caſtimoniam iſtam exigit? ſed hæc non niſi in genere hic doceri poſſunt, quæ ſpecialia ſunt, à vobis met ipſis, Deo inſpirante, & cōſcientia teſte, patribus etiam confeſſoribus conſulentibus intelligetur. Vt ſemper thorus hic Dei gratia ſacer & ſanctus, in ſanctitate ſeruetur. Huc reſpiciunt ritus, quos ſancta Mater eccleſia adhibere ſolet, magna cum obſeruatione in nuptijs & contractibus celebrandis, vt non ſine ſanctitate, quæ ſancta ſūt cōficiant. De his abunde tractat & præcipit ſancta ſynodus Tridētina in parte 3. ſeſſ. 8. quę ſępe ſūt à curatis cōmemorāda, vt in his quę quottidie tractant, quottidie quoq; populi admoneātur. Ante oīa repetēdus, & inculcād' eſt canō, quo aperte, & clariſſime, nōua proui-

ſione-

ſione,veſtigijs tamen inhærendo Cõcilij Lateranenſis ſub Innocentio tertio celebrati,ſublata prorſus, & irrita clandeſtina matrimonia, quæ ſcilicet ſine parochi, aut alterius ſacerdotis à Parocho deſtinati ſcientia, & præſentia,& certorum teſtium numero celebrantur. Caueant ſimplices ne (vt ſolebant) permittant ſibi vanis pollicitationibus illudi,ſciant ſe nihil facere,promiſſa nulla eſſe,verba etiam de pręſenti nihil efficere, nihil ligare, aut obligare, vbi ſine ea celebritate fiunt. Sic ſancta mater eccleſia præcipit, eſt irritat factum, vt male factum; ſic illegitimat perſonas; ſic ergo omnino faciendum,aut nihil ſit. Vltimo loco addenda ſunt, pro huius noſtri tractatus abſolutione,impedimenta, quæ ſanctam hanc pacem,& concordiam coniugalem, vel imprudentia, vel temeritate contrahentium turbare poſſunt, ne ſcilicet fiant,aut perperam fiant. Res ſatis prolixa eſt, & à Theologis longo examine pertractata; nos in præſentia, capita tantum generalia delibabimus,vt ex his quiſque intelligat, ſibi cauendum eſſe, ne vbi tot ſunt pericula,& impedimenta, quaſi in re tuta,& imperturbabili, (quod hæretici ſuæ libidini conſulentes docere ſolent) incautè, & imprudenter ſeſe conijciat. In ſumma obſeruandum eſt,quod ad Matrimonium, vt ad reliqua etiam ſacraméta, concurrunt aliqua, quæ ſunt de eſſentia, aliqua,quæ ſunt tantum de ſolemnitate ſacramenti, illa faciunt ad eſſe, iſta ad bene.Illa ſi deſint dirimũt Matrimonium contractum.Iſta ſi deſint tantum impediunt contrahendum. Ita res vniuerſæ, quæ ex cauſis mutabilibus pendent, obnoxiæ ſunt impedimentis, ne fiant; vel factæ etiam ceſſent. Tale eſt Matrimonium, quod vt officium quidem eſt generandi,pendet ex naturæ inſtituto, vt ſacramentum eſt, pendet ex Chriſti inſtituto; vt vero ad conuictum humanum, & Reip.pacem pertinet, legibus humanis ſubditur. Et omnes ſunt cauſæ variabiles, & impedibiles vt conſenſus mutuus,quo conſtituitur, vi, errore impediri poteſt. Generatio etiam ſuas habet impotentias: vnio ſacramentalis, habet bigamiam oppoſitam; conuictum pacificum turbant odia, vxoricidia: quæ ideo eccleſia prudenter voluit eſſe impediméta.impedimenta ergo quæ ad eſſe Matrimonij nõ pertinét, quare pediũt fieri, pmittũt facta teneri: sũt duo potiſsima, ꝓhibitio eccleſię circa benedictiones, & ſolemnitates aliquas, quarum mentionem facit. Et tempus feriarum: ſine his obſeruatiouibus nõ fit Matrimoniũ ſine pecca to.Factũ tamẽ permanet.quę vero ad eſſe & ſubſtantiã pertinent, proinde que factum dirimunt,ſunt plura,quorum alia impediunt reſpectu cuiuſcũque perſonæ,vt impotentia,ſeruitus, ordo ſacer,votũ ſolemne: Alia reſpectu ſpecialis perſonæ cum qua deeſt proportio. Vel quia nimis diſtat, vt eſt diſparitas cultus: vel quia nimis propinqua, conſanguinea, vel affinis coniuncta ſcilicet ſecundum carnem vſque ad quartum gradum, aut ſecundum ſpiritum. Hæc omnia ſic opponuntur Matrimonio, quòd & contrahendum impediunt: & contractum, tanquam male initum dirimunt. Et ſunt iſta omnia diligenter, ac mature conſideranda, vt tantum ſacramentum & honeſte, & gratioſe, firmiter & ſalubriter ineamus. Et hæc ſufficiant pro vniuerſo tractatu de Matrimonio. Qui

tan-

tandem in ſumma capita hæc principalia continuit.

Epilogus totius tractatus.

Quinque principalia, quinque homilijs ſunt declarata. In prima, quid ſit Matrimonium ſecundum nomẽ, & ſecundum rem. Secundum nomẽ Matrimonium, eſt coniugium, ſunt nuptiæ, quæ omnia lætam, & ſtabilẽ, & ſanctam ſignificant coniunctionem. Secundum rem; diximus quod ad conſtituendam ſubſtantiam Matrimonij neceſſario requiruntur hæc tria. Primò, quod ſit amborũ conſenſus mutuus. Secundò, quòd ſit conſenſus expreſſus, alioqui ignorat eccleſia. Tertiò, quòd exprimatur per verba de præſenti, alioqui facit ſponſalia tantum. Ad conſenſum ſic expreſſum ſequitur contractus, pactio, & mutua traditio. Ad contractum ſequitur mutua obligatio, & vinculum in quo propriè conſiſtit ratio matrimonij. Iſta obligatio ligat perpetuo; non enim eſt promiſſio, ſed donatio & traditio. ligat autem in domino ꝑ virtutem, & gratiam ſacramenti, qua matrimonium fit inſolubile. Et hanc in eo gratiam propriè guſtãt fideles. In Secunda, quæ in matrimonio ſit ratio ſacramenti. Eſt quod præter id quod officium eſt naturæ, & remedium infirmitatis, gratiam Dei verè ſignificat & cõfert: gratiam inquam vnionis, qua coniuges pacificè & fructuoſe viuant, Intelligant etiã in vnione ſua, Chriſti cum eccleſia vnionem mirificè expreſſam, & ſignificatam. Sancta itaque res ſanctè petatur, & in ea quæratur coniunx non tam pulchra, diues, fœcunda, quam Deum timens &c. In tertia quæ ſint cauſę matrimonij. Habent cauſas intrinſecas materiam, & formam: materia ſunt perſonæ legitimæ. Forma ſunt verba quibus conſenſus exprimitur. Habet extrinſecas, efficientem, miniſtrum, & finem. Efficiens remotum, eſt diuina inſtitutio. Efficiens proximum ſunt ambo conſentientes, vel actus eorum: miniſter ad benedicendum, & copulandum, ſacerdos. Finis ſecundum naturam eſt ſobolis propagatio & infirmitatis ſubleuatio. Finis ſecundum legem, conſeruatio ſeminis Iuda propter meſſiam. Finis ſecundum gratiam, ſacramentalis ſignificatio, & contrahentium ex virtute ſacramẽti benedictio, & conſolatio. In Quarta, quæ ſint leges matrimonij, quod quatuor potiſſimæ. Prima quod homini neceſſarium ſit matrimonium tanquam præceptum. Secunda, quòd liberè cõtrahatur, & ſpontaneè. Tertia, quod immobiliter, & inſeparabiliter vir adhęrat vxori & è cõtra. Quarta, quòd ſint duo tantũ in carne vna: vna vni. In Quinta, quæ ſint bona; & quæ impedimenta matrimonij. bona ſunt tria. Fides, proles, & ſacramẽtũ. Impedimenta quæ non dirimũt: prohibitio Eccleſiæ circa ſolemnitates, & tempora feriata. Quæ dirimunt, clandeſtina negocia, impotentia, ſeruitus, ordo, votum, cultus diſparitas, cognatio carnalis, & ſpiritualis, & ſi quæ alia ab eccleſia ſancta numerantur. Opto vt recte fiant, facta à Dei gratia repleantur, & proſperẽtur ſemper ad meliora, quouſque omnes ingrediamur ad nuptias agni viuentis in ſecula ſeculorum: Amen.

Romæ. 6. Nouembrijs. 1569.

Homilias vero quæ pertinent ad ſacramentum pœnitentiæ, & eius partes,

partes, videas in priori volumine Quæ verò pertinent ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum vide.

IN DECALOGI PRAECEPTVM Primum.

Homelia Prima.

Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ in cælo, quæ in terra, quæ in aquis. Non adorabis ea, neque coles.

EA eſt fidei virtus, quòd facit nos Chriſti membra, atque ideo in ipſo Dei filios. Filiatio iſta, duo operatur in nobis Primum, quòd ſecuros nos reddit de Dei miſericordia. quando pater eſt. Secundum quòd obligat nos ad obedientiam Dei, quando filij ſumus. obedire autem non poſſumus niſi ſciamus quid ille præcipiat; Et ſcire non niſi ipſe cor ſuum, & voluntatem nobis reuelet. Hoc vt faceret primò legem ſuam in cordibus noſtris inſculpſit, atque ea impreſſione mundum in ſui cultu cõtinuit per annos 2370. Tunc liberato Iſraele ex Aegypto, videns inſcriptionem illam debilem eſſe, vt illã malitia humana, & ſeruitus illa Aegyptiaca prorſus extinxerat. Decreuit, non quidem aliã legẽ dare, vt enim Deus eſt vnus, ita cor habet vnum, & voluntatem vnam. ſed illam eandem ſenſibiliori modo innouare, vt populum ſuum facilius ſic ad ſui cultum reduceret. Vt conſtaret autem magnum opus eſſe, Dei voluntatem exprimere multa obſeruari præcepit in ea re. Primò: vt triduo ieiunarent, lauarent veſtes, abſtinerent ab vxoribus. Secundò, vt peracto triduo accederent ad mõtem Sinai, ſic tamen vt terminos ponerent; ne homo, vel beſtia trãſiret ſed ſolus Moyſes aſcenderet. Tertiò, dũ aſcenderet Moyſes, cęperunt in monte videri fulgura & terræ mot⁹. Ita quod mons totus fumabat, deinde tremebat Quarto, in ea caligine deſcendit dominus, & de manu ſua cõſtruxit tabulas duas lapideas, in quib⁹ ſcripſit & expreſſit voluntatem ſuam decem capitibus diſtinctam: & omnes leges mundi in ſumma continentem. quam poſtea Chriſtus reduxit ad duo. Quintò, Remiſit Moyſen ad populum, vt promulgaret legem nõ tanq̃ auctor ſed mediator. Proteſtãtéq; in eã ꝓponi vitã, & mortẽ. Ita data & promulgata eſt. Ex his lex acquiſiuit tres magnas conditiones: q̃d nobilis, quod amabilis, quod neceſſaria eſt. Nobilis, quando Dei opus eſt. imo Dei cor, voluntas omnipotentis qui merito in proœmio præmiſit. Ego ſum Dominus Deus. Amabilis, tum quia amorem in ſumma ꝓcipit; & amorem perfectum: tum quia ex amore patris prodijt, quia addit. Qui eduxi te de terra ægypti. i. amaui te, vt redamares me. Quid diceret nobis chriſtianis? Eduxi uos de inferis, per ſanguinẽ vnigeniti mei; liberãs uos de manu Satanæ &c. Neceſſaria, q̃ſub ea proteſtatione vitæ & mortis datur: & addit. Ego ſum Deus fortis, & zelotes. Fortis omnipotens è cuius manu non potes effugere, quo ibo à ſpiritu tuo? A te placato, ad te iratum: vindicans iniquitatem patrum in filios vſque in tertiam & quartam

generationem. Zelotes, amâs, ideoq; amari cupidus, & amari ſolus; faciẽs miſericordiã in millia. Tantum miſe ricordia ſup exaltat Iudiciũ Ira extẽdit vſque in quartã, miſericordia vſq; in millia, his qui diligunt me. Vnum hoc vult à nobis, & quare cognoſcet? Qui cuſtodiunt præcepta mea. Reſtat nunc nobis vt cogitemus, quanta attẽtione eſt intelligenda & audiẽda dñi huius voluntas, & implenda; qñ p hanc obediẽtiã euitamus tot mala; & acquirimus tot bona; benedictionẽ naturalem & æternam. Menſuram bonam, cõfertã, coagitatam, ſupereffluẽtem in cœlis. Tanto magis quod eius miſericordia nobis reuelat: eius gratia nos adiuuat, & vires dat ad implendam: eius etiam miſericordia nos in fine coronat: Audiamus.

Non habebis Deos alienos corã me. In explicandis præceptis tria obſeruabimus. Primo vt explicemus intentionem præcepti. Secundò vt oſtẽdamus modum obſeruandi Tertiò, vt ea enumeremus in quibus infirmitas, aut malitia humana præuaricari ſolet. De primo, tractat præceptũ de cultu, quẽ De⁹ à creatura ſua exigit. Et explicat per duas negatiuas. ex quibus infertur Affirmatiua. Incipit autẽ a negatiuis, vt quaſi bonus agricola, prius è corde noſtro eradicet malas herbas, deinde ſeminet bonas. Ne gatiuæ sũt. Nõ habebis Deos alienos Non facies tibi ſculptile. Affirmatiua eſt, Dominum Deum tuum adorabis &c. Pro intelligẽtia, notãda ſunt aliqua. Primò, ꝙ non prohibet Deos alienos, qđ ſint re vera Dij alieni. vn⁹ .n. Deus. Et ꝑter ipsũ nõ eſt alius; ſed alludit ad vanitatẽ gẽtiũ, & opinionẽ mũdi, qui multos ponebat. Dij multi inquit Paulus, & Domini multi. Secũdò. quod non modo prohibet Deos haberi plures ſine ſe: ſed nec etiam coram ſe. Pauci ſunt enim qui Deũ negent, & Deos alios ſine Deo vero quærãt: at multi ſunt, qui libenter aſſocient Deum verum cum Dijs falſis, & ita claudicent: vt Elyas dicit. Vſque quo claudicatis inter vtrumque? ſi Dominus eſt Deus ſequimini illũ, ſi Baal eſt De⁹ ſeqmini illũ. Ita Samaritani ſolebant Deũ Iſrael colere, & ſimul habere lucos ĩ mõtibus. Mixturã hãc Deorũ abominatur Deus: Tertiò, quòd non modo non vult haberi Deos, ſed neque ſimulacra, aut ſimilitudines eorum; tantum abhorret à memoria etiam, & à quacunque re quæ poſsit Deos illos repræſentare. Quartò quòd habere Deos, aut ſimulacra; eſt adorare eos. Ita infert & ſe declarat: Non adorabis ea, neque coles: Alioqui nõ tam ſcrupuloſus eſt ſuper imaginibus & ſculptilibus vbi non adorantur. Ipſe præcepit fieri Cherubinos, & Seraphinos aureos in ſanctuario. Ipſe excitari ſerpentem æneum, & religioſe reſpici: non tamen adorari. Quintò, quòd adorare Deos, aut idola; eſt duplici cultu proſequi, interno qui conſiſtit in motu cordis: Externo in motu corporis. De quo iã tractabimus pro ſecundo articulo.

Dominum Deum tuum adorabis &c. Adoratio eſt cultus mixtus ex corpore & anima. corpus eſt externa cærimonia, qua Deum proſequimur in proteſtationem intimæ noſtræ religionis. Vt eſt inuocare, genu flectere, caput inclinare. ſed hæc communia ſunt: vnum eſt proprium quo Deo tantum ſacrificia immolamus, & non alteri, ita licet nobis in miſſa memoriam facere de ſanctorum meritis; ſacrificare autem ſanctis nullo modo, quare orationes omnes dirigun-

guntur ad Deum, nulla vero ad ſanctos, vtcunque in eis mentio fiat de ſanctorum meritis &c. Anima vero eſt interna religio,qua in Deum ferimur,& conſiſtit in fide,ſpe, & charitate,quæ ideo dicuntur theologicæ, quod à Deo exeát,& in Deum regrediantur. Hic fides hominem totum captiuat in Dei veritate,ſpes deducit ad æterna bona poſsidenda, etiam pro Dei gloria,charitas in vnum Dei amorem rapit, atque in eo, quaſi in fornace ignis, hominē transformat, & Deo totum reſignat. Vt toto corde,tota anima,tota fortitudine in ei' voluntatem feratur. Hoc tandem eſt adorare Deum.

Nūc pro expeditione tertij ex his declaratis ſtatuenda ſunt aliqua, quæ ad errores pertinent,circa hoc præceptum,vt euitare venena ſciamus. Primo ex his apparet quod eccleſia Romana nullo modo errat circa cultum Angelorum,Beatorum, reliquiarū, & imaginum eorum. non enim aliquid horum adorat, ſi recte explicatum eſt quid ſit adorare: quando his nec ſeiunctis, nec coniunctis, aliquid Diuinitatis tribuit. Nunquam docuit eccleſia Rom. adorare Angelos ſanctos, aut aliquid eorum, quia ſicut differt Deitas à creatura vtcunque excellenti; ita apud eccleſiam differt cultus, qui præſtatur Deo, & qui ſanctis. Deum vnum adoramus tanquam Dominum, cui ſoli honor, & gloria. Angelos veneramur tanquam Domini ſeruos, & miniſtros potentes virtute,& charitate erga nos feruentes, in miniſterium eorum, qui hæreditatē capiunt ſalutis. Ita Iacob voluit ab Angelo benedici:ita teſtatus eſt ſe ab Angelo ſæpius cuſtoditum. Ita nota eſt hiſtoria Thobiæ & Raphaelis.Ita in Dan. patet quam ſint Angeli curioſi pro tuenda humanitate noſtra. in euangelio quod gaudēt ſuper pœnitētia peccatorum.in Apocal. quòd deferūt orationes noſtras &c. Quomodo autem poteſt homo ſentire Angelos erga ſe tam amantes, & angelos non redamare,& venerari? Beatos etiam fratres noſtros veneramur, vt Dei ſeruos, & amicos, vt fratres noſtros glorioſos, nobis propitios, vt de Ieremia teſtatur liber Machabeorum: Non quod putemus, eos facere miſericordiam, ſed impetrare à Deo; quare Deo petimus miſericordiam, à ſanctis ſuffragia. Non quod putemus per eorum ſuffragia mutare, ſed iuuare, & implere Dei propoſitum,quo ſperamus effectum iri,vt mediante oratione ſanctorum exaudiamur, vt exauditus eſt Abraam pro Abimelech. Iob pro amicis ſuis. nihil enim hoc loco differt oratio viuorum ab oratione mortuorum.Et tamen conſtat iuuare,& à ſanctis optatas eſſe orationes ſanctorum, maxime in epiſtolis Pauli,& actis Apoſtolorum: Non q putemus inſufficientem eſſe Chriſti orationem,aut ei diffidamus, quem fatemur eſſe vnicū mediatorē, qui in ſanguine ſaluat, cuius oratio fundat orationes omnium viuorum, & mortuorum, non autem tollit petite inquit; & accipietis. Et nunc dico vobis quia ego rogabo patrē. ipſe enim pater amat vos &c. Quia putamus ſanctos ſequi agnum quocunque ierit:ſed ex humilitate addimus, ſanctos,vt dicit centurio. Neque enim meipſum arbitratus ſum dignū, qui venirem ad te,quam humilitatē, non modo ꝓbauit,ſed vt egregiā admiratus eſt Chriſtus; Ita vetuſtiſsima eſt in Chriſti eccleſia religio ſanctorū,

vitare circa primum hoc præceptum noſque præparare ad integram Diuinæ legis obſeruantiam, ſaltem vt humana fert imbecillitas. Debemus autem facere omnino, quando filij Dei ſumus, & ei obedire debemus. Tum vt paratas transgreſſoribus pœnas vitemus. Tum vt paratam mercedem diligentibus habeamus. Tum vt recepta à Deo beneficia cōpenſemus. Tū maximè, vt ſupra omnem timorem, & ſpem, omnem pœnæ, aut mercedis memoriam Deum in Deo amemus, & ei vt domino per ſe merenti diuino & altiſſimo amore inſeruiamus, ditamusq̃ue toto corde. Soli Deo honor & gloria. Amen.

Mediolani. 1567. Tertia Martij.

IN DECALOGVM

Homelia Secunda.

De Secundo Præcepto.

Non aſſumes nomen domini Dei tui in vanum.

QVando ſtatuit diuina Miſericordia, hominē legibus regulare, Debuit ex neceſſaria ſui perfectione, ab ea parte incipere, quæ ipſum dirigeret in ſui gloriam promouēdā. Vt enim hac nihil in cœlo, aut ſub cęlo melius eſt: ita nihil eſt in quo poſſit à creatura melius ſeruiri. Nihil ēt in quo magis mereri: ad quod ſequitur, vt nihil etiam ſit in quo plura lucrari poſſit, quam in Dei cultu, & gloria promouenda. In hoc vero tanto ſui ſeruitio volens hominem totum occupare, vt ſaltem nihil ſupra hoc, nihil ſine hoc meditaretur. Per primum præceptum obligauit cor hominis ad ſe colendum, & ſolum, & toto corde, ſumma fide, ſpe, & charitate. Nunc addit in ſecūdo, quaſi ad primum neceſſario conſequēs, vt quod corde concepit, ore etiam teſtetur, ſe ſcilicet vere Deum ſuū colere, & glorificare. Ita ad duo religionis capita deduxit etiam D. Paulus negocium hoc. d. Corde creditur ad iuſtitiam, ore confeſſio fit ad ſalutem: ſi ſit os ſine corde, hypocritam, & vanum facit: ſi ſit cor ſine ore, infidum, & inutilem facit. Confeſſionem autem hāc oris regulans duo præcipit. Vnum prohibet. Et eſt. Ne aſſumatur ſanctiſſimum eius nomen in vanum, & hæc eſt mala herba; quam cupit ex ore hominis euellere. Alterum eſt, vt Nomē eius glorificetur. Mala c. i. ſi ego ſum Pater, vbi eſt honor meus? qui vult autem intelligere, quanti momenti ſit hoc præceptum, conſideret, quantæ maieſtatis eſt nomen Dei, quod reuerentur Angeli: quod mirabile vocāt, quod ineffabile æſtimarunt ſancti, quod fundamentum eſt ſummæ religionis, quod virtutes omnes operatur. quantum autem nobis ſit neceſſaria inſtructio, ſuper cultu, & religione diuini nominis, qui ſcire vult, conſideret, quàm ſit in hac parte mūdus corruptus; quam facilis & pręceps ad proferendum nomen dei in quacunque re leuiſsima. facilis ad iurandum per ipſum, quare omnino ſūt hic tria illa capita obſeruanda: Primò, vt ſciamus, quid ſibi velit præceptum hoc. Secundo, quo modo ſit obſeruandū. Tertio, quo modo poſſit & ſoleat mundus in eo præuaricari.

De Primò. dei nomē iubet nō aſſumi vane, ſed honorificè. Per dei nomē nō intelligo, litteras aliquas, aut chara-

cteres,

ſteres, quicunque illi ſint, & quacunque lingua: hoc enim eſt iudaizare, ſed intelligo ſenſum per illas litteras expreſſum, quo mihi ſignificatur, Dei eſſe, ſubſtantia, virtus, bonitas: & de omnibus nominibus eiuſmodi idem ſentio; aut ſcriptum, aut dictum, quacunque in cartula, quacunque hora, quocunque ſcribēdi genere: hæc obſeruant ſuperſtitioſi. Religio fides, obſeruat ſenſum, ſignificatum: & non appendit collo ſed cordi. Hoc nomen ſua natura eſt omnipotens in manu fidei; in ore Apoſtolorū ſolū Ieſu nomen oīa faciebat, quia cum dignitate & cultu exprimebant: Nobis inutile eſt, quia ſine exiſtimatione eſt; tantum enim valet, quantum corde æſtimatur. Aſſumere dei nomen; eſt ipſum aut ſimpliciter nominare; aut in teſtimoniū vel eius quod aſſerimus, & vocatur iuramētū aſſertorium. Vt ſi dicamus, viuit domin': teſtor deum, teſtis eſt mihi De' per deum, quod ita eſt; vel eius quod promittimus, & vocatur promiſſoriū vt per deum iurauit Dauid Berſabeæ regnaturum poſt ſe filium eius Salomonē. Vtrūque pertinet ad religionē & cultum latriam, qua dei nomen ſic honoramus, & vocamus tanquam ſacrum, tanquam eius qui ſcit & poteſt omnia, ac in ſpecie poteſt piuria vindicare, in teſtimonium aſſertionum noſtrarum. Bonum principiū igitur habet, ex fide & religione. Bonum etiam finem; quæ eſt confirmatio veritatis. Non tamen eſt ſimpliciter bonum: primum, quia primam originē habet à malo; nempe ab infidelitate, qua dicenti non creditur, aut quia timetur de malitia, aut quia de ignorātia: ſi Adam non peccaſſet, nullum eſſet iuramentum, quia nullum infidelitatis dubium. deinde quia poteſt ipſo vſu malum fieri: quare præceptum non prohibet nomen dei aſſumi: ſed ne vanè aſſumatur.

De Secundò. Nomen dei aſſumitur honorificè, quinq; modis, vt numerat Catechiſmus Rom. & ſunt hi. Primus, cum ore confitemur quod corde credimus, & nomen Chriſti non erubeſcimus, aut amicitiam eius ſed fidem factis & exemplis ornam', & tandem ſi opus eſt ſanguine etiam probamus. Secundus, cum verbum Chriſti libenter & reuerenter audimus, tanquam plenum nomine & virtute Chriſti. Ita de Paulo. Vt portet nomen meum in gentibus. In eccleſia, coram altari maximè reueremur nomen domini noſtri. Tertius, cum in nomine Chriſti inuocamus, & petimus, quæcunque cupimus. Ita ille, petite in nomine meo & dabit vobis. inuoca me in die tribulationis, eruam te, &c. Quartò, cum in nomine Chriſti accipimus omnia & bona & mala, & in nomine eius benedicimus & gratias agimus. d. cum Iob ſit nomen domini benedictum Dauide. benedic anima mea dominum & omnia quæ intra me ſunt no. ſancto eius. Hi modi ſunt perpetui in quibus ſemper debemus nomē Dei colere & glorioſe aſſumere. Nō ſic quintus. Quintò, cū nomē Dei atteſtamur ad aſſerēdum, quod dicimus, aut firmandum quod promittimus, de quo Hieronymus, q iurat aut veneratur, aut diligit eum per quem iurat: Hic inquam non ſemper eſt bonus, vt Medicina non ſemper vtilis, ſed exigit mondum, temp' ſubiectum &c. tria requirit Ierem. dicēs, iurabis in veritate, iuſtitia & iudicio. In veritate, q iurat quod eſſe credit, & credit q ſic putat oīno eſſe, & putat quia diligenter quæſiuit ſcit nū eſſet: cum promittit animo ſeruandi;

&

& tempore debito de facto ſeruat, niſi mutatio temporis aliquid addat, cuius ratione nõ poſsit tuta conſciã: In iuſtitia iurat, qui de re bona honeſta & vtili iurat ſine Dei offenſa, ſine proximi dãno voluntario, In iudicio q obſeruat locũ, tps, grauitatẽ rei & nõ ex voluntate ſed ex neceſsitate iurat; quare oportet prudentiã adhiberi in iuramento. Et ob hoc. ſ. Cornelius papa vetuit pueros iurare ante 14. annũ qui ſine his, aut aliquo horum iurat; (Hieronimus) periuriũ facit; qui ſic iurat non male facit, ſic iurat angel' In apoc. Per viuẽtem in ſecula: iurant Apoſtoli; iurat ipſe Deus Abrahamo Per memetipſum iuraui &c. & pſal. iurauit dominus & non pœnitebit eum &c.

De Tertiò. Nunc obſeruandum eſt, quomodo fragilitas, aut malitia humana poſsit, aut ſoleat circa hoc præceptum præuaricari. Et ne ordinem ſtatutum mutemus examinem' iuxta numerum datum. Primus modus honorandi nomen Dei erat confeſsio. Cogita hic. Si negas eum verbo; ſi erubeſcis nomen Chriſti; ſi vita mala fœtere facis coram infidelibus ſi præfers ẽt vitã nomini Dei. &c. Si maledicis, blaſphemas, venerandum id nomen coram quo genua flectunt etiam diaboli. vt ad eius vocem adiurentur & pareant. Secundus erat, verbi Dei exiſtimatio. Cogita hic. Si fugis ab auditu, ſi leuiter audis tanquã fabulam; ſi vix auditum deſeris, ſi illi te opponis: Si in tuis ſuperſtitionib' nominas, aut ſcribis, cũ obſeruationibus loci, temporis, cartæ, coloris, caracterum: &c. Et quo magis eſt ſanctũ verbum, vt quod pertinet ad incarnationem verbum caro factum eſt. Ad paſsionem conſummatũ, ad conſecrationem. hoc eſt corpus meum, eo ſcelus horribilius eſt. Si adulteras verbũ Dei, ſi malè doces, ſi zizania ĩmiſces ſi iuxta caput tuum exponis contra mentem eccleſiæ. Tertius erat inuocatio. ſi nomine Dei inuocas falſos Deos & fictitios, ſi ſatanam ipsum. Si deum verum frigidè, ſine fide leuiter, irreuerenter. Si illicita petis. Quartus erat gratiarum actio. ſi bona aut mala accipis à caſu, fortuna, arte, natura, & non à Deo: quare de nulla reddas illi gratias, de nulla partem debitam. Quintus, erat atteſtatio nominis Dei in veritate, iuſtitia & iudicio. Contra veritatem, ſi iurauimus verum eſſe, quod falſum credimus: aut ſi verum credimus, temere credimus, & non adhibuimus diligẽtiam debitam vt ſciremus. Si iurauimus aſtute, per verba indiſtincta, vt falleremus iudicem, quanquam ex Iſidoro, iuramentum obligat ſ'm intentionẽ dãtis, & nõ ſuſcipiẽtis. cõtra iuſtitiã ſi iurauim' facturos nos iniuſtũ aliquid, vt Herodes de capite Ioãnis vt Act. qui deuouerant ſe non comeſturos priusquam Paulum occidiſsẽt duplex enim culpa eſt iurare malum & iuramentum ſeruare. contra indicium, ſi temere, ſine conſilio iuram' ſine neceſsitate, abutentes quacũque de cauſa vtcunque lauiſsima Dei nomine; vt Mulierculæ, quæ ob quancunque cauſam dicunt. Bone Ieſu: nihil de Ieſu cogitantes. Ex qua leuitate duo mala ſequũtur. Primnm, eſt irreuerentia nominis ſancti. Secundum eſt periculum ne lingua aſſueta tam facile ad iuramẽtũ, facile etiam cadat in periurium. Relinquitur vt Dei ſanctiſsimun nomen honoremus, quocũque modo; & per ipſum neceſsitates noſtras Diuinæ gratiæ commendemus. Amen.

IN DECALOGVM.

Homilia Tertia.

De Tertio Præcepto.

Memento vt diem Sabbathi ſanctifices &c.

HVc potiſsimum reſpicit diuina charitas in conferendo homini legem vt per eius obſeruantiam, hominem ad ſe, ad cultum ſuum, ad regimen ſuum reuocet. Tum vt ipſa ſic in ſua creatura delectetur, & delitietur. Tum vt in hac ſui obedientia exerceat, & exercendo ſemper ad meliora, & vtiliora promoueat. Poterat autem merito ad actualem hanc religionem creaturam obligare, ſic vt ſemper in ea maneret: tum ex infinito merito maieſtatis ſuæ; tum ex debito creaturæ indiſpenſabili, quæ vt ſemper actuali dependentia pendet à deo; ita actuali religione debet deum cognoſcere, & colere. At compatiẽs neceſsitatibus corporis hui', & actionibus ẽt mũdi huius quæ vitã hãc noſtrã diſpergũt religionẽq; illã ppetuã non ferunt. Reduxit debitum hoc ad certa tempora, quibus homo ab omni opere ſeruili ceſſaret, & propria religione cultui diuino ſeſe traderet, quod quidem fuit, & naturam laſſam in operando inſtaurare; & tempus ſpiritui dare, ad ſeſe componendum & domino ſuo ſiſtendum. diem autem ſeptimam elegit, & ſabbathum vocauit ideſt quietem, Tum ad ſignicandum quietem, qua dominus in creatione mundi ob omni opere ceſſauerat. Tum ad explicandum quietẽ corpois quam ex religione tali die præcipiebat. Tum ad ſignificandum moraliter quietẽ ſpiritus ab operibus mortuis ideſt peccatis, quam ex hac potiſſimum requirebat vt finem. Tum ad ſignificandum, allegorice, quietem Chriſti in ſepulchro futuram: tũ ad præfigurãdũ anagogice futurã requiẽ in cœlo. Itaque diem hanc delectam & nominatam, ne poſſent ſequi gentium mores, ſpeciali religione coli hoc loco præcepit. d. Memento, quo verbo grauitatem præcepti tanquam rei multis de cauſis exequendæ innuit, vt diem ſabbati ſanctifices, tanto magis quod huius obſeruantia poteſt facile adducere hominem ad obſeruantiam totius legis, quãdo dies iſta ſic inſtituta eſt ad ſanctificandum, vt qui illam ſanctificat, facile poſsit ab ea ſãctificari, quare vrget, Memento &c. Ad explicationem autem pręcepti more noſtro obſeruabimus. Primò, ſenſum & intellectum præcepti. Secundò, modũ implendi præceptum. Tertiò, modos præuaricandi vt euitemus.

De Primò. Nota ꝙ nomen ſabbathi tale eſt, quod non tantum ſpecificat ſubſtantiam, quam qualitatem diei. Præſcripſit quidem hebræis diẽ ſeptimam, ne in eius libertate eſſet aliam deligere, & gentium mores ſequi, à quibus omnino ſeparare propter hoc ſuam volebat: ſed re vera nomẽ ſabbathi nõ magis illã ꝗ aliã exprimit: tantum vt ſit dies quietis & ceſſationis. Nobis ab eccleſia ab ipſo tẽpore Apoſtolorum, vt patet ex Apo. mutata eſt dies ſeptima, in octauã, quam digniore nomine vocarunt, dominicam. De qua eccleſia canit. Hæc dies quã fecit dominus &c. & vere fecit dominus, quam tot illuſtribus & memorabilibus factis honorauit. In hac

enim

enim mundum creauit. In hac quod maius eſt, recreauit, & redéptionis opus ſuſcitato Chriſto abſoluit, ĩ hac inſtituit apoſtolicum munus. Accipite ſpiritum ſanctum: In hac donum illud maximũ eccleſiæ fundamentũ effudit in die Pẽtecoſtes. Quare hoc merito eſt, ſabbatum ideſt dies ſanctificationis, quam Chriſtianis p̃cipit vt ſanctificent. Nota ſecundo, quòd in præceptis duo ſunt potiſsima, quædã perpetua immutabilia; quædam temporalia, & mutabilia; perpetua ſunt quæ ad mores & ſubſtantiam virtutis pertinent; quare impreſſa fuerunt in natura, & apud gentes, & cultus omnes ſunt præcepta, vt cultus dei, miſericordia in proximum, honor parentum &c. Temporalia ſunt quæ pertinent ad ornamentum virtutis, ad ſignificatum, vel rememoratiuum rei præteritæ, vel figuratiuum rei futuræ, vt cærimoniæ, quæ dicunt non tantũ cultum, quantum modum in cultu, hæc non ſunt apud omnes eadem, neque omnibus temporibus durant in eodem ſtatu. Ex his infert catechiſmus, quòd præceptum hoc in aliquo conuenit cum cæteris præceptis, in aliquo differt à cæteris. Conuenit qa cætera omnia ſunt moralia, & pertinent ad ſubſtantiam virtutis; ideoque temporibus omnibus & locis durant eadem. Ita ſuam habet ſabbatum partem moralem à natura etiam ipſam impreſſam; quæ eſt Religio, qua certa die homo ceſſat ab opere corporali, & ſe ad ſpiritualem recipit: ac coram deo ſe ſtatuit. Ita nulla vnquam gens fuit, quæ non habuerit vſum feſtorum ad hunc effectum. Vt.n. natura ipſa agnoſcit primo, ſe debere deum colere: ſecundo ſe non poſſe quottidie aut continuo hoc facere; neceſſario ſtatuit certos dies ad hoc: differunt autem à cæteris, quoniam illa ſunt tantum moralia, nihil habent quod præteritum, aut futurum ſignificet: ſed tantum præſcribunt quid agendum, quid non. Sabbatum autem habet partem ceremonialem: qua & præterita & futura ſignificat præteritum apud iudæos quietem domini in opere mundi. Et præterea exitum ab Aegypto. Apud nos, dominica rememorat creationem, & recreationem mundi. Futurum apud iudæos, ſignificabat quietem Chriſti in ſabbato quietẽ futuram in cœlis. Item quietem mentis à culpa. Ita nõ ſine cã tpe legis, delecta eſt dies ſabbati: nõ ſine cã ab apoſtolis mutata in dñicã. fieri autẽ potuit, cum eſſet ceremoniale, & ſeruiret tempori. Ex his ſequitur quòd in ſabbato etiam noſtro & cultu feſtorũ, eccleſia poteſt mutare quæcunque ad ceremoniam pertinent, dies, numerum, modos; nõ aũt qđ ſpectat ad Morẽ & ſubſtãtiã religionis, vt non teneatur hõ deo ſe ſiſtere, & in hoc certã diem habere.

De Secũdò. Ad obſeruantiam ſabbati duo potiſsimum requirit diuina lex: vnum vt tollantur malæ herbæ, per negatiuam: tollatur opus ſeruile. Non facies omne opus in eo &c. Primum autem opus ſeruile peccatum eſt. Caueas ergo in die hac domini, ne Satanæ ſis cui ſeruire extrema miſeria eſt. Exercitium culpæ, cum præmio pœnæ æternæ. Memento autẽ quod circunſtantia temporis aggrauat culpam. Secundum opus ſeruile, eſt corporale exercitium, ad regimẽ corporis aut mundi ſeruitium. Ab hoc etiam omnino abſtineas, tu, filij, ſerui, iumenta. fit enim hoc vt facilius poſsis ad exercitium animi te reducere, quod ſi exercitia ſint talia quod ſabbatum ſpiritus non turbẽt,

nó eſt multũ hac in re ſcrupulos' ſpũs
Chriſti: quare ſæpe de illo conqueſti
ſunt phariſæi, qđ in opere potiſsimũ
chari tatis diſpẽſaret ſabbatũ. Et ipſe
reſpondebat, ſabbatum eſt propter
hominem non econtra filius homi-
nis dominus eſt etiam ſabbati, quare
& ſalua religione eccleſia diſpenſat
opera in quibuſdam caſibus. Primò,
in his quæ pertinenẽt, ad cultum dei,
& exercitium ſpiritus, vt in miniſte-
rio ſacramentorum, in prædicatione
verbi dei. Secundò, in his quæ adiu-
uant, & ornant cultum dei, pulſat cã-
panas, organa; pręparat altaria, & quę
requiruntur ad ſacrificium, quare di-
cit Matth. Sacerdotes in templo vio
laſſe ſabbatum. Tertiò, vbi charitas
Matt.12. vrget circa hoſpitalia, infirmos &c.
Quartò, vbi neceſsitas inſtat. Ad
alendum corpus, coquit cibos, pa-
rat &c. Ad ſanandũ corpus, medici,
tonſores, pharmacopolæ &c. Ad tuẽ-
dũ Rempub. vt Militia, neceſſaria de
fenſio, vt de hoc laudatur Machabei.
ſecus eſt ſi ſit offenſio, aſtutia, dolus,
& ſimilia. Quintò, vbi conſuetudo in
1.Ma.2. ualuit, & eccleſia permittit, vt nundi-
næ, feriæ; ſic tamen quod hæc non
turbent ſanctificationem ſabbati in-
teriorem quæ tribus his conſiſtit ne-
ceſſario. Primò, vt chriſtianus veniat
ad eccleſiam, ad domum dei, & hic
conſideret quo modo venit, quo ani
mo; qua fronte, qua comitiua &c. Se-
cundo, in eccleſia miſſam audiat inte
gram, vſque ad benedictionem. Ita li
mitat cõcilium Agatenſ. Can. 47. Et
ante Cano. 10. Apoſtolorum alioqui
priuatur cõione miſſæ illius. Tertiò,
in eccleſia oret, & ſe ſtatuat coram
vultu dei effundatque coram patre
ſuo cor, ferat officium, coronã virgi-
nis, & poſt offertorium eleuet men-
tem, ſeſe commendet. Hæc ad neceſ
ſitatẽ. Ad vtilitatẽ autẽ tria alia ſunt
maxime expedienda, vt ſabbati ſancti
fico ſanctificet. Primò, audiat dei ver
bũ, & inſtitutionẽ chriſtianã. Scđò,
frequentet ſanctiſsima ſacramenta.
Tertiò, exerceat ſe in operibus miſe-
ricordiæ & charitatis chriſtianæ.

De Tertiò, facile iam eſt ſuper his
examinare transgreſsiones per capi-
ta narrata. Si peccaſti in die feſto.
Eheu, & quando plus? quando eſt Sa
tan mũdi domin', perſonarũ, rerũ, ni
ſi die feſto? quantum debet diabolus
deo & eccleſiæ, de hoc præcepto, de
quo tantũ lucratur? Si opera corpo-
ralia veſtialia exercuiſti, ſine charita-
te & neceſsitatẽ. ſi ad eccleſiam veni
ſti & quo animo Si miſſam audiſti &
qua religione. ſi oraſti ore, an ſpiritu;
de verbo, ſacramentis, charitate faci-
le memineris in quo deliquiſti. Mihi
ſat eſt recordari, quod Eſa. Neome-
nias veſtras & ſabbata veſtra odiuit
anima mea, incẽſum veſtrum abomi-
natio eſt mihi. Et Mal. Maledicam Eſa.1.
benedictionibus veſtris. Reijciã vos
ponam ſtercus veſtrum. in faciem ve-
ſtram. quid? ſtercus ſolemnitatum ve-
ſtrarum &c.

IN DECALOGVM
Homilia Quarta.

De Quarto Pręcepto.

Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terrã quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

VOcat ad ſe, ac præceptis
trahit hominẽ ſuum Di
uina Maieſtas, atque in
ſeipſa ſabbatizare facit,
corde, opere. vocat ex amore, vocat
ẽt ad amorẽ. Tendit homo pariter ex
amore, ad amorem, totumque illi ſeſe
aperit, ac tradit erudiendum, conſolã

dum, perficiendum in ſuo ſeruitio. Mutuo ſeſe reſpiciũt,& afficiũt Amores iſti, ſic tamen vt amor hominis ex amore dei ſemper depẽdeat, vt à principio, & vt à fine. Amor Dei nobilis eſt, quia omnipotentis. Diſcretus, quia ſcientis omnia, fructuoſus quia optimi patris eſt. Ad eaſdem conditiones recipit amorem creaturæ ſuæ, & in ſuo amore quaſi aurum in fornace perficit, ſicque perſectum à ſe remittit; quaſi potẽtẽ, ſciẽtẽ paratũ ad faciẽdum omnia; ſic tamẽ vt omnia in illo amore faciat. Huic reliqua legis præcepta facilia, quin & ſuauia ſunt, quia ſemper omnia reducit in primam tabulam, qua ratione Chriſtus ſecunda vocat ſimilem primæ. Secunda iſta regulat hominem circa amorem proximi ſecundum ſeptem capita, quorum obſeruantia ſemper reducatur in primum amorem. Hactenus ergo vidimus hominem per tria præcepta primæ tabulæ, ad Deũ euntem, colẽdũ, confitendum, ſanctificandũ. Nunc redeũtem cernimus, quaſi Moſen de caligine montis, ad conuerſandũm nobiſcum, Hilarem, glorioſum, diuinam quandam faciem, & viuendi maneriem è Diuina illa informatione referentem. Regulat itaque ſecunda tabula conuictus hominis circa proximum, per amorem. Ita recte dicit Paulus, quod omnis lex in vno ſermone concipitur. Diligite. Et quoniam amor Diuinus eſt, & à Deo datus, ad Deũm relatus, vtcũque ſit circa homines, ideo diſcretus eſt. Vt talis autem amat non ſine ordine incipiens à proximioribus id eſt à parentibus. Et de his præceptum format. Honora Patrem tuum, & matrem tuam &c. De quo more noſtro capita illa tria tractabimus vt habeamus. Primo, ſenſum præcepti. Secundò, modum obſeruandi. Tertiò, modos præuaricandi.

De Primo. Nota præceptum hoc ſingulare eſſe non modo primum, inter omnia ſecundæ tabulæ. cætera enim omnia ſunt negatiua, vnum hoc aſſerit quid agendum. Tam cupidus eſt legiſlator vt ſciant filij quo modo erga parentes, ſe gerere debeant. Secundò, nota quod per parentes hic patres intelligunt, primò genitores à quibus habet filius eſſe, ex eorum ſanguine: Et præter patrem nominat in ſpecie matrem, tanquam eam quæ neſcio quid ſpeciale habet in ferendo, in pariendo: in educando, Gemitus matris vocat; Eccl. Deinde prælatos eccleſiæ, patres animarum. Ita & patrem ſuorum diſcipulorum vocat ſe Paulus. Non vt cõfundam vos hoc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo. In Chriſto Ieſu per euãgelium ego vos genui, ita primum Epiſcopum vocamus Papam, id eſt patrem patrum. Quem Chriſtus inſtituit ad paſcendũ quaſi filios. Paſce agnos &c. Tertio, principes, magiſtratus, quotquot Rempub. curant. Vigilant enim pro populo, quaſi pro familia ſibi commiſſa, vt habeat pacem, iuſtitiam, abũdantiam. Quarto, magiſtros, & rectores vitæ noſtræ, qui nos inſtituũt, & effingunt, à quibus vitam rationalẽ accipimus: ſenes etiam & maiores omnes vocamus patres, & ad omnes obligat hoc præceptũ vt honorẽtur. Tertio nota, quod nomine honoris, nõ intelligit lex ſimplicẽ reuerẽtiã. Non enim labores, & amores paternos pura ceremonia compenſare poteſt. Quare & teſtatur D. Paulus presbiteros duplici honore honorandos, qui bene præſunt. Et D. noſter conuicit Phariſæos de trãſgreſſione huius mãdati

1.Cor.4.

Matth.15

dati, per aliud quam per ceremonia reuerentiæ. Quattuor ergo includit vox iſta honoris, quæ omnia debent filij parentibus ſupradictis præſtare. Amorem. Reuerentiam: obedientiã & ſubſidium. Nullus honor minor poteſt curam paternam agnoſcere.

De Secũdo igitur. Hic modus eſt quo à filijs honorandi ſunt parẽtes: Primo, ſunt diligendi, nihil ſit ſine hoc; Amorem hunc requirit Deus, vt per eum aſcendas ad amandum eum, vt primum patrem, & genitorem; ſi enim inquit Io. hunc quem vides, non diligis, quomodo diligis eũ quem non vides? Amorem hunc ẽt requirunt ante omnia parentes ipſi. In hoc delectantur, ſine hoc nihil ſapit. Amor hic cætera patit. Huic amori cedunt omnia, etiam ipſa religio, vbi parentes egẽt opera tua. Rarum huius exemplum dedit Chriſtus in cruce, qui inter tot tormenta matris non eſt oblitus. Terminum autẽ (Matth. 10.) habet amor hic in amorẽ Dei. Alioqui teſtatur Chriſtus, qui amat patrẽ aut matrem ſupra me non eſt me dignus: Secundo, Sunt reuerendi; quaſi conſortes deitatis, quæ per eorum viſcera & ſanguines dedit tibi eſſe ſit diues, ſit pauper, ſit ſanus, ſit eger ſi ſapiens, ſit clericus ſemper tibi honorandus eſt. (Eccl. 3.) Ita eccl. fili ſuſcipe ſenectam patris tui, non contriſtes eũ in vita. Si defecerit ſenſu, veniam da: ita Ioſeph princeps Aegypti occurrit patri. Ita etiam mortuum coluit: Ita Salomõ Rex aſſurrexit matri. Ita laudantur Set, & Iaphet, quòd patrem etiam dormiẽtem, etiam temulentum ſunt reueriti, quid tu Diuinius habes domi quam parẽtes? Tertiò ſunt obediendi. Modo nihil præcipiant contra Dei honorem, & animæ tuæ ſalutem; in cæteris omnibus tuũ eſt ſequi. Illos tibi præfecit Deus & natura: quando tu nihil ſciebas, nihil poteras, iſti omnia te docuerunt & præbuerunt: non potes rebellare ſine graui crimine. de Chriſto dicit Lucas, erat ſubditus illis. Quartò ſunt alendi, & omni ope iuuandi, quem enim alium, ſi non hos qui ſanguine ſuo te genuerunt, & cibarunt? Et ipſam animam tuam hoc loco teneris obliuiſci, vt parentibus opem feras; in his quæ ſunt ad perfectionem, vt ſi Deus vocet te ad Religionem: ſeſe autem extendit hæc charitas primo ad animam, vt iuues eam modis omnibus, potiſſimum in infirmitatibus huius vitæ, & poſt hanc vitam. Deinde ad corpus alendum, & recreandũ Nunquam tot facere potes quin plura debeas. Ex alio latere curare debẽt patres, vt officio ſuo fungantur erga filios, ſi bonos habere cupiunt. Primò ne nimis acerbi ſint, ne ad iracũdiam prouocẽt, feruet enim ſanguis. Ante omnia caueant ne maledicant filijs; Eſt enim patris maledictio certa filiorum ruina, (Col. 3) vt de Cham filio Noe teſtatur ſcriptura, quòd ei inhęſerit maledictio patris. Secundò, ne nimis indulgentes ſint, vt Heli ſacerdos, ne ad omnia cõniueant, ſic educant Veneri, Bacho, Marti, & tandẽ carnifici. Tertiò, ne male conſulant, verbo, aut exẽplo. ſic enim ſunt proditores, & carnifices ipſi filiorum. ſic melius eſſet filios illos eſſe in manu tyrrarũ. Quartò, vt ad bona omnia inſtituant. Prius autem ad cultũ Dei, ad guſtum & profeſſionem virtutis, ad honorem: Deinde ad vtilia, ad negocia, ſemper tamen honeſta, & virtuoſa, alioqui reddent animam pro anima; & in æternum maledicentur à filijs. Hæc eadem intelligi volumus de prælatis eccleſię, principibus,

Magiſtrati-

Magiſtratibus,Magiſtris,ſenioribus omnibus:ita ad ſocrum Simonis vetulā ingreſſus eſt Ieſus. Apoſtoli rogant.Ipſe manu ſua leuat,& ſanat.

De Tertiò,facile eſt ſuper præmiſſa examinare modos,quibus filij circa hoc præceptum præuaricantur. Si non amant parētes,ſi acerbi,& inclementes ſunt illis, qui ſe pluſquam vitam,& ſæpe pluſquam animam ſuā amant.Si irreuerentes ſunt, ſi deſpiciunt ſenes,ſenſu debiles,ſi pauperes dedignantur,ſi ſe illis præferunt. Si inobediētes ſunt,ſi ſe rebellant,ſi cū Abſalon perſequūtur,& affligunt.ad mortem miſeram conducunt,ſi non ſuccurrūt animæ,ſi legata prętereūt, ſi animarum illarum obliuiſcuntur,ſi memorias eorum delent: ſi corpora non nutriunt,ſi fame perire ſinūt. qui ſimiliter non colunt patres ſpirituales prælatos ecclesię, principes,preceptores, ſeniores omnes &c. Addit ſtimulum vtrinque lex vt faciant omnino: Nam ſi filius honorat patrem, longæuus erit ſuper terram, in bona ſenectute claudet oculos patris. niſi Deus præripiat iuuenem,vel vt malitia non immutet:Vel vt in ſeculo nō affligatur, aut ſuper infortunio aliquo ſuo inſtāte,aut ſuorum.Id quod magni refert eſt,q́ ſine dubio ęterna vita fruetur in paradiſo.Si verò filius maledixerit patri morte morietur.i. duplici morte afficietur,hic quidem exemplari, vt Deut. Pater accuſabit in porta coram iudicibus filium proteruum,& contumacem.Populus lapidabit, & auferetur malum de medio,& omnis Iſrael pertimiſcet. Væ patribus qui ad hæc dura exempla reducuntur.

Deut.21.

IN DECALOGVM

Homelia Quinta.

De Quinto Præcepto.

Non Occides.

QVI ſcit quanto amore,& ſtudio diuina clementia ex terra virgine formauit corpus hoc,& de ſpiritu ſuo inſpirauit animā hanc, quantoque gaudio ſuo vniuit in vitā hāc, & vt ſemper viueret, ſtatuit vt de ligno vitę comederet,tenderetque ad immortalitatem.Hoc autem quia in hac nobili creatura,quam ſui capacē & ideo imaginem ſui creauit, perpetuū domiciliū habere poſſet, in quo quaſi in paradiſo ſua delitiaretur, ille & facile credere pōt, quantum iraſci debuerit ſuper ijs, qui vllo modo cōtra vitam eius machinarentur, cogitatione,verbo,aut opere, quaſi tacta imagine ſua vere tacta ſit, & læſa maieſtas eius.Ob hoc in corde hominis inſculpſit, ac deinde palā ſcripto expreſſit legem,qua veluti muro eneo, vitam hanc noſtram tutam redderet ab omni incurſu;quæ quidem lex ob id tam chara nobis eſſe debet, quam chara eſt ipſa vita. lex eſt in hæc pauca verba.Nō Occides. Qua quidem duo potiſsimum præcipit. Vnum negatiuū,quo prohibet inferri damna quorumcunque generum. Alterum affirmatiuum,quo pręcipit,adhiberi oīa beneficiorū,& amorum genera.

De Primo inquit. Non occides. Per hoc primum prohibet homicidium manus, quæ eſt effuſio fraterni ſanguinis: læſio maxima naturæ quam diruit:læſio auctoris, qui eam

condidit

condidit ad vitam: Macula indelebilis in homicida. Contra quē clamat ſanguis effuſus, vt Abel, ita quod infœlix Chayn fugit profugus, quaſi beſtia pterrefacta, plenus ira, & morte, vſque ad æternam mortem. ſed & Gen. 9. teſtatur ſcriptura, Deum requirere humanum ſanguinē etiam à belluis. Nihil magis alienum ab humanitate, quam lædere, quam occidere: nihil enim habet homo in tota vita qđ ſeruiat ad iram, vel ad effundendum ſanguinem, non dentes, non cornua, non vngues, natus eſt ad pacem: ſi cogitur Magiſtratus; ſi Miles in bello iuſto, ſi quid in neceſſaria defenſione: non quidem peccat in Deum, & tamen horret natura ipſa: tam aliena eſt ab hac feritate, niſi tu eam inuitans aſſuefacias ſanguini. Eſt enim lex hæc in radicibus cordis, Non occides. ſed & præter externam, vim: excludit præceptum ea omnia, quæ ad homicidium ꝑpetrandum conferre poſſunt; vt conſilia, arma, machinamenta, dolos, iudicia talſa, teſtes falſi, mendacia: zizania ſparſa; omnia hic prohibentur, ſed & animum nocendi; nam lex ſpiritualis Rom. 7. eſt, vt dicit Paulus, Rom. quare & ſpiritum obligat, & ante omnia. Ita Marc. 5. ãplet legem Chriſtus, quod reducit eam ab opere ad Cor. Audiſtis 3. Ioann. 3. quia dictum eſt: Non occides. Ego autem dico, quia omnis qui iraſcitur fratri; reus erit. Et omnis qui iraſcitur fratri homicida eſt. Non ergo damnat Deus manus ſine corde, quin opera manus iudicat à corde; Dixit Iudæis. Nemo ex vobis facit Matth. 15. legem, & probauit. d. quid me quæritis interficere? Ex corde exeunt cędes, inimicitiæ, iræ &c. Cor primum radix. Ad cogitationes cordis, ſequūtur verba, vel doloſa; vel iniurioſa; Racha, fatue; omnia hic prohibētur. A verbis itur ad opera quæ corpus interimunt: & ſæpe animam mactāt, mala conſilia, ſcandala: hæreſes, omnia prohibentur. Deſtitutio pauperum: non pauiſti, occidiſti. Ambroſius. Tentatio ad peccatum; reuocatio à bono propoſito, oēs actiones contra conſcientiam, aut dubiæ conſcientiæ neſcientis an ſit peccatum mortale, an veniale: omnia ſunt homicidia.

De Secundò, præcipitur charitas fraterna, cum omnibus ad eam ſpectantibus, tanquam comitibus, quæ ſunt, Patientia, benignitas, manſuetudo, præcipua eſt Remiſſio iniuriarum. Tanto magis ſi pax petitur ab eo qui læſit: ſi non das, occiſor es. Vt verò naturam corruptam, & malè ſuaſam à carne, & moribus mundi huius adducas ad charitatem hāc, quam extendit, & impleuit Chriſtus, vſque ad amorem inimicorum: cogitabis hæc omnia tanquam ſalutis incitamenta. Primò, Auctor primus iniuriæ tibi illatæ, vel ab homine, vel etiam à Satana, Deus eſt, qui omnia permittit: ita ignem Dei vocat ſcriptura illum, quem in bona Iob, immiſit Satanam: ita nec Satanam, nec ſabęos de tot damnis culpat Iob. ſed omnia recipit à Deo. d. dominus dedit. dominus abſtulit. hic enim ſuperbia humana facile cedet. Secūdo, ꝙ ille idē auctor præcipit, vt dimittas: non oportuit: inquit te miſereri conſerui tui? Tertiò, ꝙ Chriſtus eius filius exemplū dedit in medio tormētorum, dum laceraretur. ignoſce illis &c. Quartò, quòd odiū tyrannis eſt amariſſima, & tempeſtas totius vitæ tuæ, corporis, & animæ. ſic enī inflammat omnia, vt vix te agnoſcere poſſis, qui fratrē odit, in tenebris

eſt.

eſt. Quintò, quod ſanguis Chriſti clamat miſericordiam, melius quam ſanguis Abel, vindictam, quare excipis te ab hac miſericordia? Sextò. quòd Deum obligas ad vindictam; cùm enim ita velis tibi dimitti, ſicut tu dimittis: Dic obſecro. Remittis tu iniuriã ſic, ꝙ alloqui, videre, inimicũ, liberare à iuſtitiæ foro non vis? An vis ita tibi remitti à Chriſto, vt nolit te videre? vt te ad iuſtitiam remittat? vide quid facis: Deus te illuminet.

IN DECALOGVM.

Homelia Sexta.

De ſexto, & ſeptimo, nono, & Decimo preceptis.

Non machaberis. Non furtum facies. Non cõcupiſces Vxorem proximi tui. Non concupiſces rem proximi tui.

IAm ſollicita eſt charitas Dei patris noſtri, vt nos à malis omnibus, & periculis ſeruet quę circa vnumquodque periculum, ſingula inſtruit præcepta. vitæ proſpexit, per quintum d. non occides. Nunc honori & conſolationi conſulit. d. non mæchaberis. Per hoc autem vetat ea omnia quæ maculare poſſunt honorem, & puritatem vitæ noſtræ; ac deinde præcipit ea omnia quæ conferunt ad tam ſeruandam. Prohibet in primis adulterium, quo violatur thorus ille immaculatus, & diuina illa corporũ, & animorum coniunctio, quã Deus repleuit benedictone ſua, ad creſcendum: qua poteſtatem corporum inuicē ſic tradidit, vt nulla maior iniuria poſsit in tota hac mundi practica fieri, quã ſi vxor, aut vir corporis ſui poteſtatem alteri faciat. Dat enim quod ſuum non eſt. Crimen grauiſsimum ad quod ſequũtur innumera ſcandala, Iræ, lites, homicidia, familiarum confuſio; perſonarum, honorum, fortunarum, & facultatum illegitima poſſeſsio. quare diuina lex non minus punit, quam homicidiũ, producite, inquit Iudas de Nuru ſua vt comburatur. Et Paulus. Neq; adulteri regnũ Dei poſsidebunt. quos Deus coniunxit homo non ſeparet. 1. Cor. 6. Matth. 19.
ſeparat autem adulterium. Prohibet & quicquid maculat corporis puritatē. Fornicationem, in ſpecie. De qua idē Paulus. Neq; fornicarij regnum Dei poſsidebunt Fornicatio. & vinũ auferunt cor. qui adhæret meretrici vnum corpus fit cum ea. Tollens mēbrũ Chriſti, faciē mēbrũ meretricis? Oſe. 4. 1. Cor. 6.
Prohibet & quæcunque libidinum genera, quibus poteſt homo inquinare corpus ſuum, quod templum eſt ſpiritus ſancti. Prohibet ea, & omnia quæ conferunt ad luxuriam acuendam, & libidinem. Vt ocium: Ebrietatem & crapulam: laſciuiã, & libertatem oculorum. Pompas affectatas ſupra modeſtiam & gradum perſonæ, linguæ ſcurrilitatem. Artificia facierum ad prouocandos oculos. ornatus ſuperfluos. Ea omnia quæ diſſcluũt animum. Ex alio latere, iubet, & ſuadet puritatē, fidē coniugij, virginitatem, ſi qui poſſunt Dei graatia: Dat. n. petētibus ſe fidē coniugij, vt commune bonum, vt mundi vitã, & conſolationem. Puritatem corporũ in quocunque ſtatu, vt ornamentũ. Conſequenter, & ſuadet omnia quæ ad hoc conferre poſſunt. vt orationē,

vt

vt ieiunia, vt frequentiam ſacramentorum, vt mortificationem carnis. Vt ſolitudinem, vt fugam ſeculi, & occaſionum; In fine autem addit præceptum nonum, quaſi perfectionem huius d. Non concupiſces vxorem &c. Lex enim ſpiritualis eſt. atq; ideo primam ſui obſeruantiam fundat in ſpiritu &, ſine hoc nihil fit. Ideo. Chriſtus Audiſtis qua dictum eſt. Nõ mœchaberis. Ego aũt dico vobis, omnis qui viderit mulierem ad concupiſcẽdum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. In hoc differt lex humana à Diuina; quia humana iudicat opera viſibilia. Diuina iudicat cor. neſciebam inquit Paulus. Concupiſcentiam eſſe peccatum niſi lex diceret. Non concupiſces, hic ille infimus animi morbus, qui hominem vexat, & concipit ignem, ac nutrit, inde parturit; Ex corde exeunt adulteria, Inquit Chriſtus. Quare hic primum adhibenda eſt cura: hoc enim primum eſt iudicandum: ſine hoc nihil mali: Ex hoc quicquid mali eſt.

Rom. 7.

Matth. 5.

Matth. 15.

Eadem charitate, pro tutela fortunarum, & facultatum addit lex præceptum, quo mundus in iuſtitia continetur. Non furtum facies. Et hoc loco prohibet ea omnia quæ damnũ proximo in facultate inferre poſſunt; quæcunque illa ſint, omnia ſub hoc præcepto cadunt: inde iubet beneficentiam, & charitatem qua iuuatur &c. Primò ergo prohibet furtum. iniquam illam ſurreptionem bonorum, qua aliquis inſcio domino latenter aufert eius bona; & hæc communiter eſt iniquitas pauperũ, qui ideo apud omnes malè audiunt, & latrones appellãtur, quibus & vbique gentium, & locorum, parati ſunt laquei. Secundò prohibentur omnia quæ quouis modo eiuſmodi nequitiæ generus iuuant, conſilio, fauore, ſilentio, & conſenſu. Tertio, Prohibenť quicunque modi, quibus inuito domino, vel ſecreto, vel publice, vel vi, vel dolo ſpoliatur bonis ſuis. Ergo prohibentur vſuræ omnium generum. Prohibentur Monopolia tam nummorum, qui ſtringuntur, & dilatantur, quam ſegetum: vnde annonę charitas etiam inuitis cœlo & terra: Prohibentur militum rapinæ, qui ad vota ſua hoſpitantur, & domos conſumunt ſine diſcretione. prohibentur iniuſta bella, ſinę neceſsitate ſuſcepta, vnde tot familiarum, & populorum ruina ſequitur. Prohibentur ſuperfluæ expenſæ, ludi, pompæ, quibus familiæ adiguntur ad egeſtatem, vnde coguntur aliunde viuere. Prohibentur iniquæ vexationes populorum. Prohibẽtur operæ illæ artificum, qui mercedem ſtatutam de facto non merentur & volunt. Prohibentur mercatores qui dolo, falſo pondere, menſura & numero; mala qualitate merces vendunt. Item qui res furto ſublatas vilius emunt.

Tandem lex in vltimo præcepto, reddit hoc quoque ad ſpiritum, & addit. Non concupiſces rem proximi tui, quo quidem indicat ea omnia concupiſcentiæ genera, quibus humanum cor inhiat alienis bonis contra conſcientiam. Hic in ſpecie captiuãtur, qui dicũt ſe mutua re nũmos, ſine vllo pacto; ſuſcepturi tamen, quod ſibi dabitur tantum vt de capitale certi ſiant, quo loco lex iſta conuincit eos: Nã ipſi bene ſciũt, vtcunque verba, & ſcripturæ ſint ſine pacto, atq; ideo coram præcepto ſuperiore iuſtificari nõ poſsint: ſciũt quã, quod dederunt mutuo hac ſpe ducti, quod ſperarunt ſe accepturos aliquid, imo ſciuerunt, quantũ eſſent acce-

acceptuti. Nam opportune à fide dignis intellexerunt ingenium, & mores boni illius mercatoris cuius fidei pecuniam ſuam committunt, quod alijs dat quinque, ſeptem, &cæte. Inſuper ſciunt, quod niſi tantundem ſperaſſent, non dediſſent. Hoc negare poſſunt confeſſoribus: etiam legi ſupra poſitæ de furto: ſed negare nequeunt huic qui de concupiſcentia cordis iudicium facit: quare videant qui faciunt, nam & hos iudicat fures.

Epilogus autem horum & omniū præceptorum eſt. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Amen.

IN DECALOGVM

Homilia Septima.

De Præcepto octauo.

Non loqueris falſum teſtimonium aduerſus Proximum tuum.

CLementisſima Dei noſtri Bonitas, quæ in tradenda lege, ea omnia cogitat, in quibus vitæ commodis proſpicere poſſit, vbi de vita, honore rebus noſtris hactenus præcepta tradidit. Vnum adhuc periculum inſtare vidit, quo quidem poterunt prædicta omnia turbari: Nēpe ab hominis lingua. Eſt enim vt Iacobus inqt ca. 3. lingua modicum mēbrum, ſed magna exaltat: Ecce quantus ignis, quam magnam ſiluam accendit, quare vt nocētiſsimæ huic beſtiæ frenum inijceret. præceptum hoc de ipſa ſpeciale tradidit, quo potiſsimū, duo tractat capita. vnū quo prohibet ea quæ à lingua poſſunt in commoda prouenire. Alterum quo ea præcipit fieri, quæ ex lingua in cōmodum proximi poſſunt prodire. Ad primum caput pertinet, quicquid mali poteſt à lingua in damnum vitæ, honoris, fortunæ proximi emanare, omnia vetat lex. Potiſsimum autem teſtimonium falſum, maximè verò in iudicio, & ante tribunalia; quod vt fieri non ſolet ſine iuramento; ita niſi excipiat infamia, vel alia euidens ratio. firmat omne iudicium. Vt neque iudex poſsit teſtem iuratum repellere, & vt habet numerum competentem cogatur iuxta teſtium aſſertiones, iudicium formare. Ita quòd veritas iudiciorum pendet ex veritate teſtium Teſtis autem falſus corrumpit iudicia; ſuſcitat odia, veritatem ſepelit: veros dominos priuat, falſos inſtituit. Alioqui præcipit lex. Non miſereberis eius, Animam pro anima, Deut. 19. Prouerb. 6. oculum pro oculo, exiges &c. Inter hæc quæ odit Deus. numerat, linguā fallacem, proferentem mendacia, linguam fallacem. Hoc eodē præcepto prohibentur omnes linguæ vſus, & modi, quibus damnum, vllum infert proximo. Detractio. Cum hoc non Pſalm. 99. edebam. Etiam in re uera, non debes fratris pudēda reuelare: ſed inter te & ipſum in fide, & lenitate corripere, & lucrari, niſi crimina ſint pernitioſa, vt hæreſis. Suſurratio, qua ſeminatur ziza nia inter fratres. hoc enim officiū Satanæ eſt. Adulatio, quæ dicit bonū Eſa. 5. malum; & malū bonum Oleum peccatoris non impinguet caput meū. Pſalm. 140. Illa potiſsimum quæ vergit in perniciem proximi. vt illa Saulis, qua hortabatur Dauidem ad dimicandum contra Philiſteos, tantum vt perderet eum. Illa etiam qua principum au res implentur, & animi corrum puntur, Prohibe linguam tuam à malo, &

labia tua ne loquantur dolum. Mendacium omnium generum prohibetur; nam mendacium est diaboli ſermo, & qui mendacio delectantur, filij ſunt diaboli; ſiue ſit mendacium linguæ, ſiue vitæ, quòd conſiſtit in ſimulatione, & hypocriſi; quis habitauit in monte ſancto tuo? qui loquitur veritatem, & qui non egit dolum in lingua ſua. Prohibetur & multiloquium, in quo non deeſt mendaciū. Pſalm. 14.

Secundum caput autem eorum eſt, quæ iubentur linguæ. Nempe vt verax ſit, & veritatem generosè profiteatur: maximè in iudicio, & coram quibuſcunque, hanc enim generosā defenſionem requirit Dei veritas, vt non accipias perſonā hominum, ſed quandocunque, & quomodocunq; ſemper veritatē apertè profitearis potiſsimùm in iudicio vbi additur iuramentum. alioqui inquit D. Auguſtinus. Qui veritatē occultat: & qui prodit mendacium, vterque reus eſt. Hic ergo præcipit teſtibus, vt vera deponāt. Iudicibus vt vera iudicia pferāt. Procuratoribus veras cauſas tueantur, & falſas reſpuant. Doctoribus, præſertim ſacris, Vt vera doceant. omnibus oīum generū vt vera dicāt, alioqui ſciant ſibi reddendam eſſe rationem de omni verbo ocioſo, nēdum falſo. Addendum eſt etiam vt neminem falſitate iuues, nam tantum dem eſt: non enim iuuare vnum potes quin alteri noceas. veritatem faciētes in charitate, creſcamus in domino. Neminem maledicas; quid enim impurius, Quam eadem lingua Deū bñdicere, & hoīem maledicere? oīb' benedicas; Neminem lædas. omnes iuues amore Dei. Et ita diligas Dominum Deum tuū toto corde, tota anima; et proximū ſicut teipſum. Amen. Ephe. 4.

Mediolani. 12. Martij. 1567.

IN ORATIONEM DOMINICAM.

Homilia Prima.

CVm illud optimum in ſe habeat natura humana, quòd à Deo creata eſt, & ad Deum non minus creata, ita quòd pro principio & fine ſuo non aliud bonum reſpicit, quàm primum, & ſupremum illud quod Deus eſt; illud frequenter meminiſſe debet vt & creatoris ſui bonitatem in ſemetipſa ſentiat, & velut fontē à quo bona omnia, & quicquid eſt, habet, perpetuo celebret, & adoret. Hoc quoque præ oculis aſsiduè retinere, velut metam peregrinationis ſuę, à qua vnā vel parum ſe deflectere non poteſt ſine magno damno; à qua tandem excidere idem quod pdi, eſt, & in æternum damnari. Interea iuuat dum ſic in finem currimus, & currendo reſpicim'; vt ex ipſa naturæ infirmitate laſſamur, ex vię difficultate hæſitamus; ex hoſtiū inſidijs periclitamur; Ita ex amabiliſsimi finis noſtri & ſummi boni conſpectu, tametſi ſatis remoto; ex eiuſdem ad nos ſe inclinantis fauore, & ſubſidio, ex amicorum ſolatio, nobis opitulantium ex ipſomet cordis noſtri guſtu, & ſenſu recreari; ac paulatim certificari, quod bñ currimus, quod in propoſitū finem tendimus, quod ex præſentium bonorū pignore futura facile diuinare poſſumus. Has omnes cōſolationes currētibus nobis, inter omnia ſpiritus exercitia, potiſsimum tribuit oratio: vt illa q̄ quouis loco, & tēpore nos coram Deo patre noſtro ſtatuit, oculos aperit, & erigit in ei' manū, à qua oīa ſe hactenus habuiſſe bona diſcernit, oīa quoq; futura, vt ſibi promiſſa ab infallibili fide confidit, proindeque &

& continuè humanam neceſsitatem Deo retegit;& non minus Diuinam beneficẽtiam experiri hominẽ facit. Vnio itaque & quidem amabilis Dei & creaturæ eſt oratio, quæ & os ad os,& cor ad cor, ad petendum, ad ſumendum, ad gratias agendum ſic appropinquat, vt nullibi propior & actualior ſit homo coram Deo, nullibi Deum propitium & pronum magis habeat homo, quam dum orat, id eſt ſe totum & ſuas offert fortunas,& exponit Deo, & ex virtute orationis Dei totam potẽtiam, ſapiẽtiam & bonitatem ad ſe inclinat,& pertrahit,& ſuum facit. De hac ipſa oratione valẽ ti & virtuoſa in præſentia tractaturi ſumus; ita vt prius in generali de ea certa quædam capita percurramus, deinde ad ſpecialem orationis Dominicæ, vt ad ſupremæ orandi formæ interpretationem deſcendamus Et ne ſine ea (quod rectè fieri non poteſt) de ea dicamus, oramus & ſupplicites poſcimus, vt Diuina clementia, q́ ſeſe ita orationi debitricẽ fecit, vt merito confidamus, vnde nobis omnia bona facile ſuppeditanda, vbi rectè orare nouerim⁹. doceat nos eadẽ miſericordia, theſuari hui⁹ locupletiſſimi ſic fieri participes, vt orando poſſimus,& eũ ſatis glorificare:& noſtris neceſsitatibus ſatis pſpicere. Amen.

Quæ in genere de oratione præmittenda ſunt in ſumma capita hæc. Primum, quid ſit oratio. Secundum, quàm neceſſaria ſit oratio. Tertium, quam vtilis. Quartum, quot partes,& gradus habeat. Quintum, De quibus fieri debeat Sextũ, pro quibus. Septimum apud quos. Octauũ, qua animi pparatione. Nonũ, qua rõne aut forma, q́ nos oĩa conſequẽter hic tribus Homilijs Deo dante narrabimus.

De Primò, quid ſit oratio. Magnũ aliquid eſſe opus eſt, quãdo eam ſic nobis ingerit & commendat D. N. Ieſus, quòd & præcipit,& contulit & exemplo ſuo,& ſuorum autẽticat: & de ea tanto ſtudio tractat, vt certũ tempus, locum, modum, finẽ orationi pſcribat, quid igĩ eſt? Secũdũ gen⁹ oratio eſt actus virtutis Religionis, ad q́ ptinet honorẽ,& reuerẽtiã Deo exhibere; facit autem hoc dum hominem Deo ſubijcit, & orãdo proteſtatur ſe egere eo, tanquam fonte bonorum omnium. Secundum ſpeciem oratio (vt Damaſcenus) eſt aſcenſus mẽtis in Deum: addit D. Auguſtinus ad ea q́ decẽtia ſunt petẽda, quos aũt terminos habet. aſcẽſus hic, expoſuit D. Auguſtinus, in ſermo, de ieiunio, & oratione. d. quod eſt aſcenſio animæ de terreſtribus ad cœleſtia. Premit, quin & deprimit animam natura ipſa, quæ in multis corporis neceſsitatibus ad terreſtria optanda, ſimul & precuranda inducit; Adhuc profundius deprimit culpa, ad illicita multa ex hac terra,& ex his terreſtribus petẽda; quare dolet Pſal. curuatus ſum vſq; in profundum: In hoc profundo ſuccurrit lumen Diuinæ Gratiæ, vt per eam diſcernat hõ quo loco ſit, quibus abundet malis, quibus egeat bonis, è quo conſpectu oritur humilitas, quæ viam ſternit orationi; quæ & fundamentum totius pietatis eſt. Oratio ex his profundis eleuat, ita quòd per eam aſcendit anima humilis ad Deum,& volat quaſi columba, cuius alæ ſunt deſiderium,& fides. Ita inquit Salo. ſi quis cognouerit plagã cordis ſui,& extẽderit manus ſuas in loco hoc, tu exaudies in cęlo. Ita plagã cordis exprimit terminũ à quo. 3. Reg. 8.
Mĩam exaudiẽtẽ terminũ ad quẽ; p extenſionem manuum eleuationem & aſcenſum animę, qui motus orationis

nis eſt actio pulchre ſignificans.

De Secundò, quam neceſſaria ſit
Luc.18. oratio. verbum ipſum Domini mani
Pſal.36. feſtat.oportet ſemper orare.Neceſsi
tatem vero iſtam multa declarant, vt merito inſtet pſal. ſubditus eſto Domino,& ora eum.Primum eſt Domini præceptum.d.& inſtantis, petite; quærite,pulſate, in quod reſpicit eccleſia.d. præceptis ſalutaribus moniti &c. Secundũ forma ipſa orandi data:de qua ecclelia. Diuina inſtitutione formati. hinc enim patet quod opus eſt, vel orare, vel inſtituentem ſpernere. Tertium eſt, exemplum ipſiuſmet Domini noſtri, pro nobis tam ſæpe orantis, & quandoque in oratione pernoctantis; pro ſeipſo ẽt noſtrã ſic infirmitatem exprimẽtis,& ſubleuantis in nocte qua tradebatur. Quartum eſt exẽplũ ſanctorum omniũ, Dei amicorum in vtroque teſtamento, præcipue Apoſtolorum,qui & ipſi frequentes ad orandũ cõuenie bant:& de oratione præcipua relique runt præcepta & documenta;Petrus, Ioannes,& Paulus,& Iacobus.Quintum, eſt ipſa neceſsitas noſtri corporis & animæ,quæ cogit, vt ad orationem confugiamus, tanquam ad indigentiæ noſtræ interpretem & conciliatricem eorum,quibus,egemus.Cogit & Domini Maieſtas, & omnipotentia vt ad eam reſpiremus quando omne donum optimum de ſurſum eſt à patre luminũ:quòd ſi creaturas interpellamus;eo reſpicit interpellatio, vt per eos, velut Domini amicos, Domino commendemur. Cogit & ipſa Dei patris promiſsio facta orationi:dicit.n. pſal. Inuoca me die tribulationis, eruã te.Dixit & filius quodcunq; petieritis,acci pietis omni petenti dabitur. Cogit & ipſa orationis virtus tot ſeculis comprobata,vt de ea iam dubitare non liceat quam & omnia poſſe, & quædam in ſpecie, vt ſibi propria poſſe compe-
rimus,dicẽte domino.Eſt genus Dæ
moniorum quod non eijcitur niſi in Mat.15.
orõne &ieiunio.Neceſsitas itaq; orõnis eſt tãta, quãtã infert religio, qua Dei maieſtatem agnoſcere & mĩam
revereri debem⁹ quantã & indigẽtia aſsidue ſubminiſtrat ijs præſertim temporibus,cum vel præſentibus,vel inſtantibus malis premimur. Ita vt ſine noua culpa in his anguſtijs ab oratione ceſſare non poſsimus,videmur enim nos ipſos deſtituere,& pericula amare,& Dei bonitatem ſpernere. Cum ẽt aliquid ſancti,vel ardui facturi ſumus neceſſaria eſt oratio,pouſsimum cum ſacramenta ſancta ſuſcepturi, tũc Diuinã gratiã ĩuocare omnino tenemur Diebus feſtis,ſine oratione vix poſſumus ſabbata ſanctificare,cum ſine ea,neque pro ſuſceptis bonis agere gratias,neq; pro optatis inſtare, qđ maxime faciendũ eſt,poſſim⁹.Tãta apparet ĩ orõe neceſsitas.

De Tertiò. Vtilitas ipſa neceſſariam docet orationem, ſi commoda propria nõ deſpicimus: Ad tã multa vtilis eſt oratio. Imo inquit Auguſtinus in tractatu de miſericordia, in fine, quid eſt oratione præſtantius? quid vitæ noſtræ vtilius? quid animo dulcius? oratio eſt quæ ad bonũ nos prouocat,oratio eſt qua cũ Deo loquimur,qua patrem cũ dicimus: qua vniuerſa deſideria noſtra in conſpectu maieſtatis eius effundimus,Hæc cœlos penetrat;nubes tranſit,Dei aures attingit:Et ſequitur formans catenã ampliſsimã cõmodorũ quæ nobis ex oratione proueniũt:Nos ad capita quædam pauca reducemus quæ ſunt potiſsima .Primum, quod inſtruit in nobis religionem, qua Deũ colimus

colimus, & laudamus; quare in ſcripturis oratio comparatur incenſo, quod fumat coram Deo. Dicatur oratio mea, & cætera. pſalm. Pſalm. 140. Agnoſcimus ergo Dei potentiam & bonitatem: noſtræ neceſſitati componimus: laudamus, & adoramus. Pſalm. 49. Ita ille in Pſalm. Inuoca me, eruam te, hc norificabis me. Ita Auguſtinus vbi ſupra. Per hác omnia timoris domini ornaméta percipimus. Per hác in confeſsione perſiſtimus, in tentatione duramus. Per hanc pro Chriſto corporis vincula ſuſtinemus. Per hanc poſtremo beata martyria conſummamus. Tantum religio debet orationi. Secundum eſt ſpiritus, cum præcipue ſentimus nos orando audiri, & exaudiri; clauem cœli vocat Auguſt. Aſcendit inquit precatio & deſcendit miſeratio. Altum eſt cœlum, ima eſt terra, audit tamen Deus hominis linguam. Idonea (inquit idem Auguſtinus) & tutiſsima nauis eſt oratio, quam omnium deſideriorum noſtrorum, mercibus oneramus, vt ad omnipotentem Deum proſpero fœliciqúe curſu perueniant: omnia petimus, omnia impetramus. Cumulus eſt ſuſpiriorum, cumulus donorum, cumulus etiam gaudiorum. Ita dicit Ioann. Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum plenum ſit. Ioann. 16. Hæc inquit in gaudis iucunda eſt, hæc in luctibus ſuauis. Per hanc lætitiam percipimus, triſtitiam declinamus. Huic animi noſtri pondus, & tædium, nociuaque omnia commendamus. Tertium. Firmitas, & robur mentis eſt, quam fide, & ſpe ſubleuat, ſupra omnem difficultatem, & occurrit Dei benignitati, in cuius conſpectu nulius relinquitur pauendi, aut dubitandi locis. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet. Eſa. 58. clamabit, & dicet, adſum: Idem c. 65. erit antequam clament, ego exaudiá: adhuc illis loquentibus, ego audiam. Pſalm. 4. Cú inuocaré exaudiuit me Deus &c. Auguſt. Per hanc qui ſtant non cadunt; & qui eliſi ſunt, eriguntur. Per hanc Fides inchoat, ſpes cumulat. Firmitatem autem hanc, & robur animi pariunt in orante, Primum, Dei promiſſa quæ iam narrauimus ex Eſa. Secúdum, exempla propè infinita, quibus abundè probata ſunt: Tertio. ipſa Dei natura ſapiens, potens, optima quòd ſi quandoque petimus, & non impetramus; ita fieri nobis eſt melius, quod bene nouit Deus. Scit pater veſter, inquit Chriſtus, quibus indigetis. quare ſi non id obtinemus quod iniquè voluimus, id melius obtinuimus, quod ille nobis magis conducere ſcit. Quædam inquit Auguſtinus, negat propitius, quæ concedit iratus, vt formam regni Iſraelitis ſub Samuele. Quandoque non impetramus, quia ſi non mala; malè ſaltem petimus, inquit Iacobus, vel negligenter, tepide, remiſſe ita quod nos ipſi teſtamur nolle nos exaudiri, tam frigidè petimus, vel ardenter, & curioſe nimis. Quandoque non mala, non malè, ſed mali ipſi petimus, indigni qui audiamur ab eo cuius nos vocem vllam non audimus. Demptis his certa eſt ſpes orationis, quod obtinebit plura quam velit, vt olim filius ille prodigus, Et cito quamprimum in cordis fundo ſuſpirat oratio. A longè pater ocurrit filio; quam primum Pſalm. 9. loquitur & petit: cito inquit proferte ſtolam. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus. Quartú exercitiú eſt quo præſentes virtutes operantur, & operando augentur. prima omnium fides eſt, quæ vt dicebat Auguſt. negocium

gocium inchoat: ſine fide nihil fit: quomodo inuocabunt in quem nō crediderunt. Fidem ſuſtinet ſpes, anchora illa ſolida, vtranque augent experimenta diuinæ beneficientię: quare audet oratio maiora in dies petere,& petendo maiora impetrat;& impetrando, ex diuini amoris guſtu, amorem etiam ſuum in Deum, velut ignem addendo ignem amplificat. Et hoc proprium habet oratio, qđ amorem concitat ex congreſſu quo ore ad os Dei loquitur, & ſic velut igne approximato, inflammatur. Et ſunt mutuę fęlicitates, quibus in oratione Deus hoīem in dies ſibi magis ſubijcit,& ſuū facit.hō econtra Dei bona oīa trahit ad ſe, amorem in primis, quo nihil maius aut ſuauius in Dei natura eſt.Sicque duo potiſsima in hominem facit oratio & præſentibus implet bonis. & ad maiora futura præparat,& meliora, ex hoc quòd præſentes virtutes in amore ſub dei oculis ſic exercet. Quintum eſt animi,& mentis purgatio;genus Dęmonorum eſt, quod ſine oratione non eijcitur. Purgat itaque animum, ex hoc quod oraturus intelligit ſe nihil efficere, ſi cū peccato mortali oret: ille iturus ad patrem ſtatuit ſecum in primis,vt porcos relinquat. d. ſurgā, ibo ad patrem.Purgat deinde, quod ex Dei conſortio, et eius ſpiritum & gratiam orando impetrat & in ſuis viſceribus inſinuat, ex eius adhæſione,vnus ſpiritus fit cū eo: Ita in dies orando, & ieiunando Daniel fit elegantior in Babilone. Sextum eſt Diuinæ iræ auerſio,vel depulſio; ita reſiſtit conanti pendere nos, vt olim Moyſes. Dimitte me inquit De⁹ oratione ligatus, vt iraſcatur furor me⁹ &c. Ita Loth in Sodomis. cum ignoramus quid agere debeamus, hoc habemus reſidui, vt oculos dirigamus in te. Tandem addamus vnum, quo vtilitates innumeras orationis verbo complectamur, quòd mala omnia depellit:ſanat infirmitates, & ꝓprias orantis, vt leproſorum, cœcorum, aridorum, & alienas vt in Centurione,Chananea, Regulo. oratio iuſti, inquit Iacobus, ſaluabit infirmum. Et bona omnia recipit, quæcunque ad vitam corporis & profectum animæ pertinent, ac tandem vt olim latroni pendenti,aperit cœli aditum, & in ipſo bonorum omnium fonte renouat, ſicut Aquilæ iuuentutem noſtram; & replet in bonis deſiderium noſtrum, ſic tamen vt plenitudo deſiderium non tollat.Et deſiderium ſitientem animam vltra non cruciet,quando erit Deus omnia in omnibus: Amen.

Rom. 10. (margin) · Exod. 32. (margin) · 2. Par. 20. (margin)

Romæ 14. Nouembris. 1569.

IN ORATIONEM DOMINICAM.

Homilia Secunda.

Quot partes, & gradus habet oratio.

SIne numero ſunt Dei virtutes, quas orando petimus;ſine numero humanæ neceſsitates, ob quas ad orandum vel inuiti adducimur:variæ quoque & infinitæ,ſunt locorum, temporum,gentium mutationes, ex quibus ,varias occaſiones,& guſtus,& modos orandi ſumere poſſumus: quare neque erit inutile, neque facile aſſignare partes aut gradus orationis, de quibus, iam in præſentia dicturi ſumus. Tot inquit Abbas Iſaac apud

Caſsianum collatione nona c.8. Tot ſunt quot in anima vna, imo in cunctis animabus ſtatus quærunt, qualitate ſue .i. cogitationes, ſuſpiria, lætitiæ, mæſtitiæ, ineptiæ, ſcientiæ, & huiuſmodi aliæ affectiones generari ſecundum menſuram puritatis in qua mens proficit, & qualitatẽ ſtatus, in quo vel ex accidentibus inclinatur, vel per ſuã renouatur induſtriam, ipſæ quoque momentis ſingulis reformantur. quare vniformes emitti à nemine orationes poſſunt. Aliter ergo orat qui timet, aliter qui
1. Tim. 2. ſperat, aliter qui ſecurus eſt. Ingentẽ tñ hanc molem, ad capita quatuor reduxit D. Paulus, dicens, obſecro primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, & gratiarum actiones, pro omnibus hominibus. Quas quidem orationis partes, & ſpecies, pro varietate ſenſuum, & guſtuum varie interpretati ſunt patres, nam præfatus Abbas Iſaac, per obſecrationes intelligit petitiones, quibus præſentibus aut præteritis culpis peccator compunctus veniam petit. Per orationes, vota, quibus renuntiantes huic mũdo ſpondemus nos mortificatos cunctis actibus domino ſeruituros: & quicquid promittimus puritatis, paupertatis, patientiæ, obedientiæ, per poſtulationes, preces illas, quas pro alijs quoque dum ſumus in feruore ſpiritus conſtituti ſolemus emittere, pro regibus, paſtoribus, pro omnibus tandem (vt dicit Paulus) hominibus. Per gratiarum actiones, Dei laudes, quibus vel præterita beneficia vel præſentia, vel præparata bona recolimus, & per ineffabiles exceſſus Deo referimus, cum immenſo gaudio. De compunctione oritur obſecratio. De fiducia & conſummatione votorum, prodit oratio. De charitatis ardore poſtulatio. De intuitu & guſtu bonitatis diuinæ gratiarum actio: omnes omnibus ſunt vtiles, & neceſſariæ; omnium affectus in vno & eodem viro locum habere poſſunt, vt nunc oret, nunc poſtulet. Prima tamen pertinet proprie ad incipientes, qui adhuc peccatorum memoria mordentur. Secunda ad proficientes, qui iam in ſpiritali quadam virtutum ſublimitate cõſiſtunt. Tertia ad perfectos, qui vota operibus adimplentes inter cedere pro alijs quoque charitatis ſtudio prouocantur. Quarta ad illos, qui iam pœnalis conſcientiæ ſpina de cordibus euulſa, ſecuri iam munificentias domini quas vel in præterito tribuit, vel in præſenti largitur, vel in futuro præparauit mẽte puriſsima retractantes ad illam ignitam orationem feruentiſsimo corde rapiuntur; & incipit plus diligere, quia ſibi plura dimiſſa, iuxta regulam Domini, cogitat, & toto corde gratias agit. Has omnes ſpecies in ſeipſo expreſſit, inquit Iſaac, Dominus N. Ieſus. obſecrationem, cum dicit. pater ſi poſſibile eſt, tranſeat calix iſte: vel illud. Psalm. 21.
D. Deus, me. reſpice in me, cur me dereliquiſti? orõnem cum dicit, Pro eis ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Poſtulationem, cum dicit pater ignoſce illis, neſciunt quid faciunt. Gratiarum actionem cum dicit: Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me. D. Bernardus in ſerm. de quatuor orandi modis, obſecratio inqt eſſe peccatorum qui nuper illuminati, quoniã in ſe nihili inueniunt, aliunde capiunt vnde tegantur. Ita ſe conuertunt ad ſanctos & obſecrant vt pro ſe orent, & Dominum ipſum ſic obſecrant,

crant, per paſſionẽ tuã libera nos &c. ſta publicanus ille, propitius eſto &c. Ita mulier illa fimbriam tangit, non audens tangere Dominum. oratio eſt eorum qui iam continendi virtute accepta, ore ſuo loquitur cũ Deo, cum ſirapuluis & cinis, inquit Abraham, loquar tamen ad Dominum meum. Ita Maria formato propoſito, quaſi firmato ſanguinis profluuio auſa eſt ad pedes Domini ſe conferre. Poſtulatio inde prouenit ex conſcientia tuta: quæ conceptam remiſſionem ſentit, atque inde cõuertit ſe ad ſuccurrendum alijs. Gratiarum actio concomitatur omnes, vbi ſpiritus reddit teſtimonium ſpiritui noſtro, quòd exauditi ſumus. Idem Bernardus, in lib. de vita ſolitaria: ad fratres de monte Dei. poſtulatio eſt ad obtinentia temporalia, neceſſaria vitæ huius, & communis eſt etiam peccatoribus. obſecratio eſt in exercitijs ſpiritualibus anxia inſtantia. oratio eſt hominis Deo adhærentis familiaris allocutio. Gratiarum actio eſt in cognitione gratiæ Dei bonæ voluntatis intentio. Iuuant omnes, & omnibus; tamen duæ in ſumma ſunt orationis partes; poſtulatio & gratiarũ actio, à quibus reliquæ omnes manant. Accedimus enim ad Deum in hoc cultu, vel vt ab eo petamus aliqd vel vt de acceptis gratias agamus: ita ille vtramque corripit. pſalm. Inuoca me in die tribulationis. eruam te &
Pſalm. 49. honorificabis me. Ita autem ſemper egemus Deo, ita ſemper à deo accipimus, quid habes quòd non acceperis vt vere præceptum ſit ſine intermiſſione orate. i. ſemper petite, & vt ſemper accipitis, de acceptis gratias agite, alioqui fontem gratiarum exſiccat ingratitudo. Adhuc tamen obſeruandum, pro numerãdis partibus, & gradibus orationis, quod multiplex eſt oratio, prout ſingulas, & omnes illas includit ſpecies, pro perſonarũ, orantium varietate. Eſt oratio impiorum, in impietate manentium, abſq; vlla recedendi à culpa intentione. Et tamen orare Deum audent; qui in tali caſu, ideſt in viridi offenſa non auderent orare hominem, ſi cogitarent illum ſcire offenſam ſibi illatam, de quibus Eſai. manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Ita de Antiocho. orabat 2. Mach. 9.
ſceleſtus dominum, à quo non erat miſericordiam cõſecuturus. Eſt oratio infidelium nuper ante lumẽ fidei excitatorum in quibus dei miſericordia naturæ lumen accendit, atque ad deſiderium veritatis inflammat: quare petũt illuminari. Ita Cornelius. Ita Act. 10.
Eunuchus ille Reginæ Candacis. Eſt oratio pœnitentium, iam ad vitam ſalutis per compunctionis ſpiritum ſe ſe ferentium; qui fide illa mortua nituntur ſeſe erigere & ad deum aſcendere, & propter vires emortuas non poſſunt. Ita ille, hominem nõ habeo, qui mittat me in piſcinam. Ex conſcientia ergo cruciati in ſenſu peccatorum à longè ſtantes orant cum publicano, propitius eſto mihi &c. Nos ad ſe vocat Dominus. d. venite ad me qui laboratis &c. Ego reficiam vos. Eſt tandem oratio iuſtorum, qui fidei ſtabili fundamento, & claro lumine ſuas neceſsitates, diuinas promiſſiones, tot exemplis cõprobatas, potentiam, ſapientiam, benignitatẽ Dei percipiũt; in ſpem deinde certiſſimã veniunt obtinẽdi. Et his quaſi alis in Dei conſpectum ſeſe recipiunt, atq; ardenti ſtudio & magno corde clamant, & petunt, vt filij patrem orantes, & effundentes cor; ſic enim ſcriptura, & præcipuè Dauid, vocat genus hoc orationis virtuoſę, cordis effuſionem,

ſionem, quaſi nihil retineat, vel occultet, ſed coram patre ſeſe totum cor propalet & ſua omnia. Ita Pſalm. Effundite coram illo corda veſtra. Et alijs verbis Pſal. Iacta ſuper dominũ curam tuam. Et Iacobus, omnẽ ſolicitudinem proijcite in eum. Et hæc de partibus.

Pſal.61.
Pſal.54.

Quæ ſint in oratione petenda.

Nos, inqt Paulus, quid oremus neſcimus, obruimur.n. deſiderijs carnis huius, ſpiritus, qui carnem purgat, ipſe adiuuat infirmitatem noſtrã, & poſtulat pro nobis gemitibus &c. Filijs, Zebedæi dicit Chriſtus. Neſcitis quid petatis. Regula tñ petendi vel ſumit ex ſubiecto vel ex obiecto: ſi ex ſubiecto, oĩa illa petere poſſumus, quæ poſſumus optare, eſt enim oratio deſideriorũ interpres: ſi ex obiecto: obiectum deſiderij eſt bonum, ergo bona omnia vt optari, ita & peti poſſunt. Ex eiſdem fontibus petitur ordo poſtulandorum. Primum omnium ſumme optãdum, atque ideo primò petẽdum eſt ſummum bonum, & quicquid ad ipſum pertinet. primò ratione eius, & eſt eius honor & gloria. Primum quærite regnum dei, ſecũdò ratione noſtri vt nos beatos ĩ ſe facit. Ita Auguſtinus ad Probam. epiſto. 4. ora beatam vitam, hanc omnes volũt boni & mali. Deinde optãda & petẽda ſunt ea q̃ ad ſummũ bonũ nos ꝑuehũt & illi nos magis vniunt; hæc ſunt bona ſpũs, virtutes, gratiæ, dona, quę animam noſtram perficiunt, ſimilem deo reddunt, & ad eum deducunt, emitte Lucem tuam & veritatem tuã &c. Pſal. Ita Auguſtinus lib. de ſalutaribus documentis. c. 18 longo diſcurſu oſtendit, quomodo pro virtutibus oradum; Et hæc omnia ſimpliciter optari & peti poſſunt, non enim obeſſe poſſunt. Tertiò petenda ſunt bona animi, quæ mentem ornant, vt ſcientiæ, artes: hæc quia prodeſſe & nocere poſſunt; Ideo petenda ſunt cum cõditione; ſi Dei gloriæ ſeruiant. Pſal. da mihi intellectum vt cuſtodiam mandata tua. Quartò, bona corporis, forma, ſanitas, diuitiæ &c. Immunda eſt oratio, inquit Auguſtinums in Iob, quæ terrena petit: ſunt enim hæc & ſua natura infima: pſ. Miſer factus ſũ & incuruatus: quare Paulus, quę ſurſum ſunt quęrite, non quæ ſuper terram. Hæc illa ſunt, quæ nos ante omnia petimus: pro quibus æſtuamus; quibus nunquam ſaturi ſumus: & tamen hæc illa ſunt quæ & poſt omnia ſunt petenda & parce petenda; & cum conditionibus pluribus ſi deo placeat, ſi ſic expediat; ſi ſaluti noſtrę non obſiſt. Vſque quo graui corde; diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Et Salomon. proue.. Vſque quo ſtulti ea quæ ſunt noxia cupient Parce ergo petant. diuitias ne dederis mihi Sal. ſed victui tm̃ neceſſaria, quibus veſcamur, & tegamur, his contenti ſumus. Petantur, & accipiantur ad vſum, non ad amorem; pſalm. nolite cor apponere. Et Paulus, diuitib' præcipe. ne elato ſint animo. petantur humiliter cum timore, ſi deo placet: ne accipias in ira. ad interitum tui, vt Pharao regnum: melius eſt quandoque non exaudiri. Adhuc eſcę erant in ore ipſorum, & ira dei deſcendit ſuper eos. dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum: quid infirmo ſit vtile, inquit Auguſtinus lib. de vera pęnitentia. c. 88. nouit medicus, nõ infirmus. Ergo pete æterna: pete quæ ad ęterna conducunt: cętera omnia, aut, ne petas aut, cũ timore petas. Et vbi impetras caue ne te perdant.

Pſal. 10.
Matt. 20.
Pſalm. 4.
Proue. 1.
Pſal. 77.
Pſalm. 80.

F. Franc. Viced.

Pro quibus orandum ſit.

Cum ex charitate proueniat oratio,debet omnes amplecti quotquot egent ſuffragio,quales ſunt viatores oēs:& qui capaces ſunt adminiculi:ex primò excludimus beatos; ex ſecundo damnatos;pro quibus non eſt orãdũ: ꝓ reliquis oĩbus amicis, inimicis proximis,remotis, malis,viuis, mortuis,pro omnib⁹ orandum eſt:in omnibus deus laudandus, orandum primò,pro paſtoribus animarum:vt pro Petro orabat ſine intermiſsione eccleſia. ꝓ ſe orari rogabat Paulus.orãdũ ſcdo pro principib⁹, & Regibus, vt monet Apoſtolus,vt olim Daniel pro Nabucdono. Samuel orabat pro Saule. Magna dei eſt misericordia,ſi principes habeamus bonos.orãdum tertiò,pro parentibus,pro amicis, pro pijs omnibus, vt meliores fiãt, vt in præſenti iuſtitia non extollantur. orandum quartò pro alienis omnibus etiam in fidelibus, hereticis,iudæis, eccleſiæ perſecutoribus vt ab errore ad veritatem reducãtur. Orandum quintò,pro inimicis proprijs,etiam actu maledicẽtibus, vt errorem cognoſcant,vt deum timeant ſicque dei iram effugiãt:& nos,vlteri⁹ non perſequantur. Tale ſcutum eſt oratio,quòd hoſtes noſtros etiam ab ira Dei tutaẽ:Ambroſius:qđ ſi q peccãt ad mortem;& pro iſtis vana non erit oratio,tãetſi cum difficillima ſit: ſanatus tamen eſt Nabucdonoſor,& Manaſſes.Tandem & ad mortuos ſe ſe extendit oratio chriſtiana,vt à peccatis,id eſt peccatorum reliquijs & pœnis ſoluantur, ſic ſemper eccleſia docuit; ſic & ſpiritus ſanctus per ſcripturas præcipit. Et hæc de parte illa orationis,quæ precatio vel poſtulatio eſt. De Gratiarũ actione dicimus, quòd hylari vultu agendæ ſunt Deo quolibet tempore; tum præcipue cum gratiam dei guſtamus in nobis ipſis,vel in alijs expreſſam commemoramus, præcipue in ſanctis ſeruis ſuis;quorum gratia, dum in dies noua virtutum argumenta in eis præſtita celebramus, deo tanquam authori omnium gratias agimus. Ita de glorioſa virgine dicimus. Aue gratia plena dñs tecũ bñdicta in mulieribus.

Act.12. Colo.4.

Quis orandus ſit.

Ante omnes orandus eſt Deus .i. ſanctiſsima Trinitas. Tum quia poteſt dare quod volumus; tum quia ſcit & vult: Tũ quia promiſit:ergo vt iuſtificeris ĩ ſermonibus tuis. Ille dat oĩbus affluenter, dat pater,dat filius, dat ſpiritus ſanctus. Non autem orandus quod neſciat,quibus indigemus: ſed vt nos ex eo voluntatẽ ei⁹ ſciam⁹ vt ſic nos nobis notificemus. Non ẽt vt mutemus eius propoſitum, quin vt iuuemus,multa enim ſic prædeſtinata ſunt vt precibus obtineantur. Apud Deum orandi ſunt ſancti, & ante oẽs ſctũs ſanctorũ mediator dei & hominum Ieſus. Ita quod omnia in eius nomine petatur,ſic enim in eo facta eſt dei promiſsio. Verum tamẽ eſt,quòd deum oramus vt præſtet tanquam dominum;ſanctos,vt impetrent tanquam amici:dicimus igitur deo;Miſerere,ſanctis verò conſeruis, ora ꝓ me.Ita teſtaẽ Apoc.orationes ſanctorum de manu Angeli aſcendere velut incenſum, quamobrem ſic orantes ſanctos,ſine vllo diuini cultus præiudicio deum in ſanctis ſuis honoramus; & cauſas noſtras coram Deo

Pſalm. 50. Apoc.8.

tanto faciliores reddimus, quanto illę in eius conſpectu virtuoſiores ſunt & ex calamitibus noſtris magis com patiuntur vt ſic ad eorum preces vt ſæpe pereorum manus in nobis glo rificetur Deus. Amen.

IN ORATIONEM DOMINICAM.

Homilia Tertia.

De præparatione ad orationem.

MAgnum opus eſt, inquit abbas Euagrius, orare ſine impedimẽto. Nullum inter omnia religionis negotia inquit beatus Agathon abbas, laborioſius opus eſt oratione, nullum qđ à Satana magis impugnetur, nullum nobilius, nullum quod maiore cura indigeat, vt bene fiat. At ſi bene fit, nullum fructuoſius; hoc itaque in primis curãdum eſt. Circa hæc tria in ſũma continet negotia. Primum eſt vt impedimenta tollamus, quæ ſolent vel ab oratione, vel ab orationis fructu nos reuocare. Secundum eſt, vt ſublatis impedimentis, ad bene orandum nos præparemus. Tertium eſt vt præparati in ipſa oratione actuali nos rectè & ſalubriter exerceamus: Hæc omnia à nobis præſenti homilia ſunt explicanda: Optamus, & oramus vt ſunt omnia neceſſaria ſcitu, & fructuoſa: Ita à nobis pro rerum dignitate tractentur

Primò. Sunt in primis multa quæ orationem vel eius fructum nobis turbare, & impedire poſſunt. Cum oratio ſit aſcenſus & eleuatio mentis in Deum neceſſe eſt, omnia illa quæ agrauant animam, impedire orationẽ iſta igitur omnia neceſſario ſunt remouenda, vt anima ſubleuetur. Primo igitur peccata omnia ſunt ex corde oraturi tollenda, & præcipuè crapula & ebrietas, de qbus in ſpecie, teſtatus eſt dominus, quòd agrauant animam: & vt declarat abbas Iſaac apud Caſsianum. colla. 9. c. 5. non eſt tantum ebrietas corporis, quàm animi, ideſt cupiditas, ſtudium, occupatio rerum terrenarũ. Superflu' vſus, luxus; vſq; quo graui corde &c. De qua ebrietate propheta. Ex pgiſcimini qui eſtis ebrij & non à vino: cuius ebrietatis vinum, furor draconum eſt, vt idem propheta declarat. Et addit. Ex vinea Sodomorum vitis eorũ ſarmentũ eorũ ex Gomorra. Vua eorũ, vua fellis, botrus amaritudinis in ipſis. Scito tamen, qđ in ſpecie crapula, & ebrietas etiam corporis, ineptũ hominem faciunt ad omnia ſpiritus exercitia: & in primis ad orationem. Cumque omnia peccata ſint onera ſpiritus. Onus, inquit deinde, graue grauatæ ſunt ſuper me. Ideo tollẽda ſunt, vt è iugo poſsit anima reſpirare & ſubleuare ſe, alioqui vanè oras adhuc iratum Dominum, quem contra te factis prouocas, lenire vis verbis; hoc inquit Ambroſius, eſt Deũ tentare, non orare. Cum multiplicaueritis orationes veſtras, nõ exaudiã. Cur? Manus veſtræ ſangnine plenæ ſunt. Pſal. iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudies. Peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. Nos iniquè egimus, ad iracundiam prouocauimus te, ideo inexorabilis es. Ibidem. oppoſuiſti nubem, ne tranſiret oratio. Expiatis autem culpis præteritis, Secundò tollẽdum eſt propoſitum culpæ perpetrãdæ: Sicut, inquit Iſidorus, nullum proficit in vulnere medicamentum

Eſa. 1.
Eſa. 59.
Tren. 3.
Eccl. 34.

Eccl. 34. ſi ad huc ferrũm in eò ſit, Ita nihil p-
ficit oratio illius, cuius adhuc dolor
in mente, vel odium in pectore ma-
net. vnus orás, & vnus maledicens, cu
ius vocem exaudiet dominus? Qui de
Prouer. 28. clinat aurem ſuam ne audiat legem,
eius oratio erit execrabilis. Tertiò re
Ca. 1. mouenda dubietas animi, qui hæſi-
tat, Inquit Iacobus, ſimilis eſt fluctui
maris. Et de hæſitante addit: Non-
æſtimet homo ille, quod accipiat ali
quid à domino. Bernardus indignus
cœleſti benedictione eſſe conuinci
tur, qui Deum dubio quærit affectu.
Quarto. remouenda in ſpem eſt du-
rities animi, ſi quæ ineſt: vel in voces
pauperum clamantium, vt epulo ille
Prouer. 21. apud Lucam, nam prouer. Qui obtu-
rat aurem ſuam ad clamorẽ pauperis,
clamabit ipſe & non exaudietur. me-
mineris ſemper illud. Eſuriui, ſitiui, &
non dediſtis. Duritiem in ſpem cor-
dis ad remittendas iniurias. Homo
homini ſeruat iram & à Deo quærit
medelam. Et Chriſtus, ſi non dimiſe
Eccl. 28. ritis è corde puro, nec pater veſter
cœleſtis dimittet vobis. Item. Cũ of-
fers munus &c. Vade prius recõcilia
re fratri, & tũc veniens offer. q.d. alio
qui vanè facis. Quintò, ſi pro alio
orare vis, Vide ne pro indigno labo-
res, velut pro impœnitente, ſuperbo;
Iere. Noli orare pro populo hoc, ne-
Ier. 7. & 11. que aſſumas pro eis laudem, & oratio
nem. quia non exaudiam. Idem, c. 15.
Si ſteterint Moyſes, & Samuel corã
me: non eſt anima mea ad populum
iſtum; De Saule dictum eſt Samueli,
Noli orare pro eo, abieci eum. Et Io-
an. de peccante ad mortem. Non pro
illo dico vt oret quis.

Secundo. Sublatis impedimentis,
ſuſcipiẽda illa ſunt, quæ ad orationem
& eius fructum præparare poſſunt,
quorum alia ſunt remota, alia proxi
ma. pſalm. præparationem cordis eo-
rum audit auris tua. Remota ſunt. Pri
mò, purgatio conſcientiæ per contri
tionem & confeſſionem earum cul-
parum, quas iam propoſito firmo di
miſimus, qua rõne eccleſia ante miſ
ſam præmittit confeſſionem pecca-
torum; Si cor noſtrum non reprehen 1. Ioan. 3.
derit nos, fiduciam habemus ad Deũ
quicquid petierimus accipiemus ab
eo. D. Cyprianus. Non ſunt idonei in
terceſſores, Domini contemptores.
Secundò, Bonæ vitæ profeſſio, iuxta
mandatum Domini, & ſtatus condi-
tionem. Sic Salomon oraturus, prius
ædificat, & ornat templum; templum
eſt cor hominis. ſanctifica te, inquit
Auguſtinus, & in te ora. Iſidorus ſaid
quod præcepit Deus facimus, quod
petimus ſine dubio obtinemus. Pſal.
Oculi domini ſuper iuſtos, & au-
res eius in preces eorum, Et Pau. Vo 1. Tim. 2.
lo viros orare in omni loco leuantes
puras manus, Auguſtinus vis eſſe Do
minum memorem tui, cum rogas,
quando tu ipſe memor non ſis? Ter
tiò, præparant ieiunium, & eleemo-
ſina; ita cum thure offerunt Chriſto,
Magi aurum & myrrham. Hæ ſunt
duæ ſociæ velut animæ orationis.
Tob. Bona eſt oratio cum ieiunio, & Tob. 12.
eleemoſina. Poſui faciem meam ad Dan. 9.
Dominum Deum meum rogare & Eſa. 58.
deprecari in ieiunio, ſacco, & cinere.
frãge eſurienti panem tuũ &c. Tũc
inuocabis, & dominus exaudiet, cla-
mabis, & dicet: Ecce Adſum: conclu Eccleſi. 29.
de eleemoſinam in ſinu pauperis &
exorabit pro te. Et Chriſtus, date & da
bitur vobis. Hæc de remotis.

Proxima verò, quæ immediate præ
parant ad orandum, ſunt iſta: Primũ,
reuocatio cordis ad interiora, atque
ad ſeipſum ab omnibus externis quę
in multa diſpergebant; deum adeſſe
tibi

tibi per orationem quæris, & tu non
ades illi? intus eras inquit Auguſtin',
ego tecum non eram: ob hoc præci
pit Chriſtus. Tu cum oras, intra in
cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora
patrem in abſcondito. Cubiculū eſt
cor: huc te recipe, & claude: Iſidor',
pura eſt orõ, q̃ ſeculi nõ intercipiũt
curæ. Ad ſecretū te vocat Chriſtus:
deliciari vult in orõne ſpõſus cū ſpõ-
ſa ſua, anima tua, teſtes non quærit.
Silentium etiã cubiculi ſeruit, quòd
dum fit templum in quo orandum
eſt, non auditur vox mallei, nihil tur
bat. In hoc cubiculo publicanus de-
miſsis oculis & clauſo, ſuper ſeipſum
corde, nihil audiebat, nihil videbat
niſi peccata ſua; & pectus ſuum pec-
catis plenum percutiebat. Non in cõ
motione Domin', ſibilus eſt auræ te
nuis, ſine ſilentio non auditur, ſine ca
pite operto non percipitur. Ita Elyas
in ſpelunca ſua; Ambroſius libr. 2. de
Cain & Abel. ca. 9. Cubiculum tuum
mentis arcanum, & animi ſecretum
eſt; intra in alta præcordia tua, totus
ingredere, de corporis veſtibulo ex-
teriore & claude oſtium. Pone do-
Pſalm. 140. mine cuſtodiam ori meo &c. Ad hoc
ſecundò, ſeruire poteſt tempus. opor
Luc. 18. tet quidem ſemper orare. Et Paulus
1. Theſſ. 2. ſine intermiſsione orate, ſemper ege
mus ſemper accipimus. Ideo & ſem-
per petendum, & ſemper de acceptis
agendæ gratiæ. Tamen hoc fieri a-
ctu, humana conditio non patitur.
Idcoque & propria tempora habet
oratio, vt fructuoſa ſit. Tempus vero
ſeligis, vel ex conditione rerum, vel
temporis, quod tibi ſit magis com-
modum. Ex rerum conditione. O-
randum eſt antequam opus aliquod
aggrediatur, vt cum Dei nomine &
virtute illud incipias. Ita Hierony-
mus ad Paulam & orationem, & ſi-

gnum crucis præmitti vult. Milites
inquit, ſine armis ad bella non ex-
eunt. Quo difficilius negocium eſt,
eo magis orandũ dominus electurus
apoſtolos prius orauit. Perfecto etiã
opere, orandum eſt, vt gratias agas.
Tribulatione vrgẽte; ſuſcepta etiam Mar. 1.
miſericordia. Ex temporis qualitate.
Mane orandum eſt: Pſal. Mane aſta
bo tibi &c. Diluculo valde ſurgens
Ieſus, egreſſus abijt in deſertum lo-
cum, Ibique orabat. Veſpere etiam
orandum vt principio finis reſpon-
deat. Dimiſſa turba aſcendit in mon
tem ſolus orare, pſalm. veſpertina ora Matt. 14.
tio aſcendat ad te domine. Tempus
noctis aptiſsimum eſt, ex ſilentio: do
lebat D. Antonius, oriente ſole tur-
bari ſibi claritatem ſpiritus. Quid me
impedis ò ſol? quid me claritate tua
à vera claritate retrahis? Seruit etiam
maxime ex circunſtantia, Tẽpus die-
rum feſtorum & ſolemnitatum inſtã
tia. In quibus dubio procul ſpeciali
cultu & ſpiritu orandum eſt, vt patet
dominum noſtrum in ſimilibus ſem
per aſcendiſſe in templum. Habet &
eccleſia tempus ſpecificatum pro ex
ſoluendis horis canonicis, diurnis, &
nocturnis Dei laudibus, quæ omnia
ſunt obſeruanda. Locus etiam perti-
net ad ea quæ de proximo ſunt præ-
paranda. Et certe commodum hoc
habet ſpiritus Chriſti, quod in omni
loco ut habet pericula, ita & habere
poteſt ſubſidia: ita Paulus. Volo vi-
ros in omni loco orare. Diximus iã.
Sanctifica te, & in te ora. Locus tamẽ
ſecretus, & ſequeſtratus, præter cor-
dis cubiculum, aptiſsimus eſt oratio
ni; ſilentium enim parit attentionẽ
ideo de publicano dicit, quod à lon-
gè ſtabat. Ita ad loca deſerta ſe reci-
piebat Chriſtus. Locus ſacer ante
omnia iuuat; ex ſanctitate loci, ex

Dei

Dei promiſsione, ex Angelorum pręſentia, ex conſortio fratrum, & mutua charitate. Si duo conſenſerint ſuper terram, &c. Domus mea domus orationis vocabitur. oculi mei, inquit

2.Par.7. Dominus erunt aperti, aures meæ erectæ, ad voces eius qui orauerit in loco iſto. His premiſsis, & præparatis videamus iam, vbi iſta omnia ſint expedita & obſeruata.

Qua ratione, aut forma orandum ſit.

Quartò. Quærimus hic prouiſiones, & conditiones illas concomitantes, quæ rationem & formā fructuoſæ orationis conſtituunt, quādo ſublatis impedimentis, adhibitis etiam remotis, & proximis præparationibus, creaturam ante oculos creatoris orandi cauſa deduximus, & conſtituimus. Sunt igitur hic illa præcipuè obſeruanda, quæ vitam, ſtatum, meritum orationis comprehendūt. Duobus verbis negocium hoc ex-

Ioann.4. preſsit apud Samariam. D. N. Ieſus. d. Pater ſpiritus eſt, talis quærit adoratores, qualis ipſe eſt. Ergo adorabitis patrem in ſpiritu, & veritate. Per ſpiritum, excludit verba & voces, vnde oratio accipit tantum ſtrepitum quod non eſt ita intelligendum, vt ſentiamus vocalem orationem, aut ingratam, aut ſuperfluam, aut ocioſā eſſe, ſi ſpiritum habeat comitem. Nā & in orationibus publicis neceſſaria vox eſt, inter pres cordis: & ad vocem ornandum, ac per eam ſpiritum excitandum adhibita ſunt etiam, tum in templo Iudaico, tum in cultu chriſtiano inſtrumenta muſica, & ipſa quidem orationibus accommodata, organa, pſalteria, Cymbala, tubæ, apta ad flectēdū, ad concitādū, ad remittēdū animos: ad orōnes, ad gratiarum actiones. In priuatis etiam orationibus locum ſuum habere poteſt vox; primò ad excitandum deuotionem animi. ſic enim coniuncta ſunt corpus & anima, quod mutuo ſe afficiūt anima ex affectibus ſuis dilatat per lætitiam cor, per timorem cōprimit & corpus mæſtitia tabificat: corpus etiam motibus ſuis exercet animam. De D. Auguſtino legimus, quod flebat vberrimè in hymnis & cāticis ſuaue ſonantis eccleſiæ vocibus vehementer affectus. Væ laſciuis illis muſicis, qui numerò vel arte vocum immoderata: vel etiam cāntionum qualitate deuotionem imminuunt, & cōfundunt. Iuuat etiam vox, vt ſimul animam. & corpus orando exerceamus ſicque totam creaturam in laude creatoris, moueamus. vitulos labiorum vocat Oſeas, de oratione loquens. Adde quod & vox addita attētiorem ſæpe ſpiritum facit, & guſtū addit, quod ſi vox ſola ſit, & nihil pręter verba habeat oratio; hanc velut ocioſam, inutilem, & indignam rejicit Deus. Eſa. populus hic labijs me honorat. Cor lōgè eſt à me. Fruſtra me colūt. Et Chriſtus. Nolite orare in multiloquio, ſicut gentes, quæ ex verbis tantum metiuntur orationes, et ex ſtrepitibus, vt Baruch, Rugiūt clamantes contra Deos ſuos, quo loco etiam obſeruandum, non improbari longam orationem, ſi ſine tædio, & multo cum ſpiritu fiat: nam Chriſtus integris noctibus orabat: Et eccleſia lōgas inſtituit orationes, quæ omnino ex obedientia ſunt perſoluendæ, ſed improbari opinionem illam, hypocritarum, & gentium quæ in ſola prolixitate verborū conſtituunt orationis precium: & hanc magno iudicio

cio

cio multiloquium vocat Chriſtus.
Nō improbari etiam in orationę cla
morem & extollentiam vocum, quæ
in orationibus publicis neceſſaria eſt
& in priuata ex multo animi affectu;
ex multa etiam tribulatione premen-
te oriri poteſt, ſic clamant cœci, ſic
leproſi, ſic Chananea poſt Chriſtum.
Sed improbari rugitum illum bel-
uinum, quo Deus potius tentatur,
& irridetur, quam oretur; cum nulla
eum mentis inſtantia ſubſequatur. de
quo: clamabitis & nō exaudiam: Mul
tiplicabitis orationes & ego auertam
oculos. Clamaui inquit Dauid, ſed
quomodo? in toto corde meo. Hic
clamor optimus eſt, qui in ſpiritu eſt
Per veritatem deinde D. N. Ieſus cul
tum hypocritarum carnalem, & falsū
reijcit: ſuperſtitiones etiam, & illas
omnes orationum ſpecies quæ non
ſunt iuxta Dei verbum, & eccleſiæ
forma n inſtructæ: quid ergo tandē
requiritur? Primò vt oraturus coram
Deo ſe ſtatuat, & flectat; atque oculis
dei ſic ſubijciat: ſciatque & cogitet
ſe ſemper, ſed nunc potiſsimū à Deo
reſpici, videri, audiri, obſeruari, totū
ſe coram Deo eſſe, totum Deum prę
ſentem habere. Sic ergo in Deum o-
culos & cor conijciat, vt ſciat ſe præ
ſentem alloqui. Ita Pſal. Ingrediar in
locum tabernaculi admirabilis, vſque
ad domum Dei; omnino inquit Ber-
nardus In ſermo. de quatuor oran-
Pſal. 41. di modis, oportet nos orationis tem-
pore curiam intrare cæleſtem, in qua
rex regum ſtellato ſedet ſolio, circun
dante innumerabili beatorum ſpiri-
tuum exercitu. Cogitatio iſta parit ti
morem, & reuerentiam. Vbi Deo ma
ximo teipſum exhibes, & vitam tuam
illi omnem patefacis, quaſi facie ad fa
ciem cum Deo loquaris. Secundò, te
ipſum inſpice, & obſerua qualem ſe
coram Deo præſentas, quam egenū,
quam indignum. Ita ille pater pecca
ui in cœlum & coram te, non ſum di
gnus vocari filius tuus, Ita publican⁹
ſeipſum intuebatur, non audens ocu-
los in cælum leuare, ideo & ſeipſum
percutiebat: Cogitatio iſta parit hu-
militatem, & compunctionem: ita pa
ter Abraham. loquar ad Dominum
meum cum ſim puluis, & cinis.
Humilitas iſta, inquit Daniel pe-
netrat cœlos. Tertiò inſpice diligen
ter rem pro qua oraturus es. Vt pri-
mò nihil impuri petas, nihil quod Di
uinæ voluntati, legi, honori, contra-
riū ſit: Non petas temporalia ante ſpi
ritualia, non abſolutè petas; ante om
nia regnum Dei, & iuſtitiam eius.
Quartò, inſpice mediatorem, & aduo
catum tuum Ieſum, per quem acceſ-
ſum habes ad patrem; in cuius nomi-
ne ſunt omnia petenda; ſimul inſpice
Sanctorum Angelorum miniſteria,
& beatorum ſuffragia; eorum præci-
pue q tibi ſunt pcipui patroni, & tu-
telares, vel ex nomine quo vocaris,
vel ex inſtituto cui addictus es, vel ex
libera tui electione: His omnibus ſul
tus ſubſidijs effunde cor tuum cor-
rā domino, manifeſta patri tuo deſide
ria cordis tui. d. ſitiuit anima mea ad
te deus. Quemadmodum deſiderat
ceruus &c. Hic proprius locus eſt
orationis, quæ virtutes has, vt comi-
tes neceſſarias habere debet. Primo.
Humilitatem, qua ſuā agnoſcat paui
periem, qua etiam in tali pauperie n
hil plus velit, quam Deo tribuere pla
ceat: Ita Chananea: Et Catelli edunt
de micis quæ cadūt de menſa &c. Ita
Dauid. ego ſeruus tuus, & filius ancil
læ tuæ. Ita Maria Ecce ancilla domi
ni &c. Humilibus dat gratiam. Secun
do. Fidem, & ſpem ſimul iunctas, quę
integrant fiduciam. Ita dominus. Cre
dite

dite quod accipietis & fiet vobis. Ita
Iacobus. Poſtulet ĩ fide, nihil hæſitãs;
hanc nutriunt Dei natura, poteſtaſq;
ſapientia, bonitas Chriſti, præſentia:
Angelorum obſequia: ſanctorũ pre-
res exempla &c. Tertio charitatem,
& amorem, quo tanquam ignis in
altari ardeat affectus orãtis, & amãs,
amantẽ cõpellet, velut amic⁹ amicũ,
filius patrem. Amorem ſuſcitat ſpiri
tus ſanctus clamans in corde noſtro,
& velut columba gemens gemitibus
inenarrabilibus. os meum aperui; &
attraxi ſpiritum. Amor hic ſine verbis
clamare poteſt, quia amantem com-
pellãt: cui ſat eſt amari. Quartò, Deuo
tionem, quæ cor orantis flectit, & re
ſoluit in gemitus, in lachrymas, in ſu
ſpiria, in ardẽtiſsima deſideria, quæ ſi
ne voce clamant. vt Moyſi dicit De⁹
Exod.14. Exo. quid clamas ad me? Amarũ ani
1.Reg.1. mum, vocat ſcriptura de Anna ma-
trẽ Samuelis loquens. Lachrymæ aũ-
tem in oratione propriam vim habẽt
Pſalm. Auribus percipe lachrymas
Eſa.37. meas; Eſa. Audiui orationem tuam,
vidi lachrymas tuas. Ita & cum cla-
more & lachrymis exauditum in fine
Heb.5. fuiſſe Chriſtum narrat Paul⁹. Oratio
lenit, lachryma cogit: Quinto patien
tiam & perſeuerantiam. Pſalm. ſuſti-
Luc.12. ne Dominum. pulchra parabola do
cuit Chriſtus, quantum valeat impro
bitas orantis. Exemplo autem Chana
neæ didicimus, omnia orantem poſt
ſe, cui tandem dixit, fiat tibi ſicut vis:
ſeipſum negare neſcit, differre poteſt
in ſui gloriam & exercitium noſtrũ,
in augmentum deſiderij noſtri, in
commendationem donorum ſuo-
rum. tandem vt iuſtificeris in ſer-
monibus ſuis, dat affluenter ſupra
quod petimus. Ita confidimus, ita op
tamus, ita precamur, fiat, fiat.

Romæ 19. Nouembris. 1569.

IN ORATIONEM DOMINICAM.

Homilia Quarta.

AD oculos Diuinæ maie-
ſtatis deducit nos ora-
tio, vt illi neceſsitates
oẽs noſtras expona-
mus, ab eoq; oĩa quæ
vitæ noſtræ regimen
ſpectant, tanquam à fonte peta-
mus. Nobis hoc loco poſitis ingerit
Paulus. Quid oremus, neſcimus: Et
vere neſcimus, qualem Deum ore-
mus: habitat enim lucẽ inacceſsibilẽ.
Neſcim⁹ qualẽ vitã, quale cor illi ſta
tuim⁹. Prauũ enim eſt cor hominis,
qs cognoſcet illud? Neſcim⁹ qd expe
diat nobis, qd cauere, qd optare de-
beamus. Niſi adſit ĩſtructor, facile er
rare in tot tenebris ignorantiæ poſ-
ſumus. Hic itaque in primis optimũ
eſt, & præſtantiſsimum ſubſidium, ſi
videamus & credamus, Dei filium
Dominum noſtrum pro nobis ora-
re; ille enim ſcit omnia; errare non
poteſt: quare & ſemper audiri eum à
patre neceſſe eſt. Aduocatum habe-
mus apud patrem &c. fides animum
præſtat, tum vt per ipſum audiamur
à patre. Tum vt cum ipſo accedamus
ad patrem. Et non dico vobis, inquit,
quia rogabo patrem, hoc tolli nõ po
teſt, quando mihi incumbit ex æter-
no ſacerdotio, ſed dico vobis petite
accipietis: ipſe enim pater amat vos,
quia vos me amaſtis. Vbi verò Chri-
ſtum ſic orantem contemplamur, &
per eum accedimus ad patrem, ad-
huc neſcimus quid oremus, niſi ille
doceat. Ita narrat Lucas. Dum oraſ-
ſet Chriſtus quendam ex diſcipulis, Lucas 11.

velut

velut eo exemplo motum dixiſſe. Domine doce nos orare. Doctrina iſta Rom.10 nobis eſt ſummè neceſſaria. Ille autem motus his precibus dixit. Cum oraueritis dicite &c. Tradiditque normam illam orandi, quam ex authore patres noſtri appellauere Dominicam. Breuē ipſam quidem, paucisſimis verbis conſtantem, vt ſtatim apprehendere & egrè obliuiſci eam quiſque poſsit. Facilem, vt quæuis mens vteunque ſimplex & idiota capere poſsit. Expeditam vt nullum orāti tedium inferre poſsit. vix vllā mentis auerſionem pati poſsit. Amplam deinde & fœcundam ſenſibus, quicquid vnquam vel mali euitandi, vel boni conſequendi orando patres, patriarchæ, & prophetæ quantum uis prolixis orationibus conſecuti ſint, ea oīa & ad corpus, & ad animā ſpectantia Diuina iſta, velut aureum cōpendium votorum & deſideriorum omnium continet inſtructio. Nobilem demum, & excellentem, vt habet authorem omnibus, & hominibus, & angelis præeminentem, qui patrem & patris viſcera nouit, è cuius ſinu venit, qui nouit nos noſtraque omnia, vt figmentum, & opus manuum ſuarum, quare & verba grandia, & cōceptus ſublimes, & votorum omniū radices quaſdam totius cordis humani interpretes, & origines, & modos eminentiſsimos, quos habere decet filios ante patrem, & ordines planè cœleſtes in æterna bona dirigentes, Exod.32. ſelegit, halq; omnes ſublimitates paucula hac oratione concluſit. vt nihil hac dici poſsit ſublimius. Tutam denique; & ſecuram orandi formam tradidit, 2.Par.20. qua hō Deo filius adoptiuus, in nomine Dei filij naturalis, in verbis à Deo filio, qui Deus verus eſt, compoſitis in hunc vſum & in ore hominum ſuorum, velut fratrū iniectis, & aptatis, Diuinam conuenit miſericordiam, hac ſpe, quod ſuis eam compellat, & expugnet armis, quando ſic iuſsit orari: ſicque iubēs ſuam his vocibus obſtrinxit fidem; vt vel neceſſe ſit vanam & ineptam eſſe hanc orationem, quam Dei ſapientia tradidit: vel audiri ab auctore ſuo, & impetrare omnia. Certe hic dicere non poterit. Neſcitis, quid petatis: quando eo docente petimus. Qui ſic non orat, inquit Auguſtinus, carnaliter orat. diuinam hanc, & verè Dominicam orationem conſequenter tanquam ſummam, & ſupremam orādi formulam, expoſituri ſumus: plena theſauris eſt, fœcūda myſterijs quicquid cor humanum ante cor Dei euomere poteſt, omnia cōtinet. oramus authorem ipſum, vt ſit nobis eadem clementia, qua illam condidit Diuinæ huius ſtructuræ reuelator & doctor. Amen.

Habet Dominica oratio, (vt miro eſt artificio fabrefacta) caput & corpus, 1. Proœmio ſeſe mirificè inſinuat, quaſi beneuolum, propenſum erga deum facere velit; quod & nos communiter facimus, vbi aliquid à potentibus, & ſummis principibus, ab amicis etiam petituri ſumus; non prius deſideria exponimus, quam eos vel titulis honeſtamus, vel laudibus extollimus, ſicq; viā pcibus nr̄is ſternimus, vt facilius ac felicius impetrēt. Partibus deinde ſeptem diſtribui totum orationis corpus, quibus omnia quæ vel verbis exprimi, vel votis optari queunt, diuino quodam compendio cumulat. Procemium aptiſſimum eſt

Pater noſter, qui es in cœlis. Tria tantum ſunt verba, quæ tamen infinitam myſteriorum molem continet. Pater verbum eſt ſplendidiſsimum,

quo Deitatem honoram' in filio vni
genito, per quem omnis paternitas
nominatur in cælo,& in terra. In cœ
lo nanque.i.,in æternitate paternitatẽ
Eph.3. illam æternam terminat, & exhaurit
vtcunque infinitus. Deus de Deo, lu-
men de lumine. In terra & in tempo
re paternitatem Dei dilatat, dum illi
in ſeipſo tãq̃ in infinito filio, nos,&
fideles omnes adoptat in filios, vt filij
Dei per ipſum nominemur,& ſimus
Verbum eſt humiliſsimum, quo ve-
ram,& perpetuam dependentiam no
ſtram exponimus à Deo tanquam à
Patre, & ſolo patre; à quo ſolo tan-
quam rerum omnium principio ex
nihilo creâte, accepimus eſſe. A quo
continue,& neceſſario fluit in nobis
eſſe quod non tribuũt alij patres, qui
bus mortuis adhuc viuimus vita
quam à deo patre ſuſcipimus, in quo
viuimus, mouemur,& ſumus. Non tã
tum à quo, ſed & in quo. vt intelliga-
mus Deum ſic Patrem eſſe, quod de
ſuo eſſe & ſua ſubſtantia nos paſcit,&
ĩ eſſe cõſeruat; ſuâq; vitã nobis influit
& in æternũ ĩfluit vt ſp in illo ſimus,
ſeru' non manet in domo in æternũ.
Ioan.8. Filius manet in æternũ. Hãc itaq; pa
ternitatem vnicã & ſupremã & ꝑpe-
tuã in Deo agnoſcim', & reueremur
Mal. Si ego ſum pater, vbi eſt honor
meus? Quòd nõ eram', & eſſe voluit.
ꝙ eſſe filiorũ,& nõ tm̃ creaturarũ vt
alijs tribuit ex imagine, quam nobis
impreſsit, ſua: quòd non tantum in
eſſe ſemel, quaſi deciſo ſemine poſuit
ſed in eſſe & vita cõtinet, & cuſtodit
non tam creaturis, quas omnes in vſũ
noſtrum eſſe voluit, quàm ſpiritu ip-
ſo ſuo. ꝙ non vt ſeruos & mancipia,
velut pecora ſtimulis agit, & funibus
i. naturalibus inſtinctis trahit; ſed vt
filios ex imagine capaces gn̄osè do-
cet, præceptis, conſilijs, exẽplis, volẽ

tes instituit. Verbũm eſt confidentiſ
ſimum, quo magna quadam ſpe ad
Dei thronum & Maieſtatem crea-
tura ſe confert. Deumque natura ſua
Dominum & regem regum, Ipſo ſic
iubente & inſtituente vocat patrem:
quis enim ex populo vtcunque ma-
gnus Regem & principem ſuum vo
cabit patrẽ? Nos aũt diuina ĩſtitutio
ne formati, inqt eccleſia, audemus di Rom.8.
cere. Pater. Nõ accepiſtis ſpũm ſerui
tutis in timore, ſed ſpũm adoptionis
filiorũ ĩ quo clamam' (q.d. audacter)
Abba pater. Quid nõ dedit filijs pa-
ter? quid habes ò hõ quod non acce
peris? quid non dabit filijs pater, quẽ
natura impellit ad iuuãdos filios? An
ꝓ piſce ſcorpiũ, ꝓ pane lapidem? Et
qui talis pater eſt, q filiũ vnicũ tradi
dit, quomodo & oĩa cũ illo nõ tradi
dit? Verbum eſt flexanime, quod vt fi
lios audaces facit, ita patrem ſic à fi-
lijs compellatum, velut in intimis cor
dis medullis tactum propitiat, pro-
mouet, cogit, ac dulciſsimum reddit
in filios. Ipſe .n. pater amat vos Vim
patris ſolus pater agnoſcit. ſed neq;
vim Diuinæ paternitatis ſatis ex pri-
mit humana paternitas: Nũquid po-
teſt mulier (inqt per Eſ.) obliuiſci in
fantis vteri ſui? ſed & ſi illa oblita fue
rit, ego nũquam obliuiſcar tui. ſurgã
inquit miſer ille. Ibo, quo? Ad patrẽ.
Noſter. verbum eſt humilitatis, qđ
nemo noſtrum audeat dicere, pater
mi. ſolius Chriſti eſt, qui ſolus natura
filius eſt, ſolus totã Dei in ſe capit,&
exhaurit velut verbũ adæquatũ, pa-
ternitatem. Solus ſe ſolo conſtituit
ante patrem. Nos noſtrum appellam'
primum quod ſine Chriſto non acce
dimus, quare nunquam ſoli oramus,
quod ſi ſoli, nihil efficimus. In illo .n.
filio dilecto ſibi complacuit. De-
inde quòd merito communi noſtri &

fratrũ noſtrorũ exaudiri cupim⁹, &
cõfidimus. Verbũ eſt fidei, quo cre
dimus& conteſtamur, Deũ quidem
eſſe oĩum patrẽ, at certo quodã mo
do noſtrum fidelium. Pater eſt om-
nium creatione;& prouidentia. No-
ſter autem adoptione per Chriſtum,
in quo per gratiam ſuam ex omnib⁹
gentibus elegit nos: vt adoptionem fi
liorum acciperemus; vt hæredes ſi-
mus ſecundum ſpem vitæ æternæ.
Voluntariam. i. amoroſam generatio
nem vocat Iacobus, qua genuit nos
in verbo vitæ, teſtatur & Ioan. quòd
qui credunt, ex Deo nati ſunt: Et Pe-
trus dicit, quod cõſortes effecti ſunt
Diuinæ naturæ in vnigenito. filij
erant diuini amoris Iudæi, primoge-
nitus Iſrael. Vt per Eſa. filios enutri-
ui,& exaltaui. Nunquid non ipſe eſt
pater tuus inquit Moyſes? Exciſi ſunt
illi. rami naturales; propter incredu-
litatem exciſi ſunt. Nos in eorum lo-
cum ſucceſsimus,& inſerti ſumus in
bonam oliuam. Iure igitur proprio&
ſpirituali dicimus. Pater noſter. Ver-
bum eſt charitatis, quæ nullã permit
tit orationem fidelium eſſe priuatã
ſed fratribus communem. Deus .n.
pater non eſt meus ratione aliqua
ſpeciali, qua & aliorum nõ ſit fideliũ,
quare vnum ſine alijs nõ reſpicit, ſed
omnes in Chriſto. Magiſter amoris
Chriſtus orationem ſic inſtituit, qđ
& amorem Dei patris in primis exci
tat:& amorem orãtis præfert quo fra
tres ſecum adfert & deo offert: ſecre
tam quidẽ deus amat orationem in
cubiculo clauſo; ſed non tamen ſic
vt eò nõ intrẽt fratres, quibus oratio
communis eſſe debet, charitas hæc
fraterna ſignum quoddam orationis
eſt chriſtianæ, quod eam patri com-
mendat,& acceptam reddit.

Qui es in cęlis. Tria ſunt huius pro
œmij verba, inquit Innocentius. Pri-
mũ confortat⁹, quod patrem oram⁹.
Secundum dilatat, quod communem
omnium & noſtrum. Tertiũ hoc ſub
leuat cor, quod patrem eum oram⁹.
Qui eſt. Solus ipſe eſt, qui neceſſario
eſt;& eſſe non poteſt, qui totus ſeipſo
eſt, cuius nihil præteritũ, nihil futurũ
eſt. Ego ſum. qui ſum. Cætera vel nõ
ſunt, vel ex eius dono ſunt, & ab eius
eſſe dependent, A ſeculo,& vſq; in ſe
culũ tu es. Et eſt vbique eſſentia, prę
ſentia, potentia, omnia implens, om-
nia continens; intus non incluſus, fo
ris non excluſus, ſupra non elatus, in
fra non depreſſus, ſpecialiter tamen
eſt In cœlis. Non quod cœlis iſtis vi-
ſibilibus, aut etiam inuiſibilibus con-
tineatur. dixit enim Salom. ſi cœli cœ
lorum te capere non poſſunt:& cæte
ra. Dixit ipſe. Cœlum mihi ſedes eſt. Iere.23.
Terra ſcabellum pedum. Et per Iere.
Nũquid nõ cęlũ & terrã ego impleo
In cœlis tamen eſſe dicitur, Primo
quod in eorum magnitudine, & fir-
mitate reſplendeat sũmopere eius po
tentia. In eorum ordine motuque re
gulari eius ſapientia; in eorum virtu-
te,& influxu eius bonitas,& vita. De-
inde quòd cum vbique ſit, & vigeat,
in cœlo tamen regnare dicitur, ideo
que cœlũ ſedes eius dicitur. eo quod
ibi ſeſe communicet,& patefaciat in
ſumma gloria & felicitate. Ita cœlos
apertos vidit Stephanus,& Ieſum ſtã
tem à dextris virtutis Dei. Tertiò,
ꝙ cũ vbiq; operet,& vndecũq; bñfi-
cia pſtet, e cœlis tñ & maxima & op-
tima cõfert; Angelos, lumina, motus
temperies, pluuiam, oculi omniũ in
te ſperant Domine &c. Ita vidit Ia-
cob ſcalam tangentem cœlos,& An
gelos deſcendentes &c. Quartò, qđ
loco tuto & ſtabili ſit, dans cuncta
moueri: nos in hac terra quaſi inter

fluctus, tempeſtates, peregrinamur à patre. Ita Dauid. Altiſsimum poſuiſti refugium tuũ. Non accedet ad te malum. & flagellum nõ approp. tabernaculo tuo. Sed habet pater noſter cœlos ſpũales in quibus est & manet maiori cum gloria: nempe Angelos, & beatorum, ac fidelium ſuorum mentes, inquit Auguſtinus, tanquam in templo ſuo. Ad eum veniemus, & mãſionem apud eum faciemus. Anima iuſti ſedes eſt ſapiẽtiæ. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus ſanct⁹ habitat in vobis? Bernard⁹. Aĩa ſancta cœlum eſt, in qua ſol eſt intellectus. luna fides; aſtra virtutes. pſ. cœli enarrant gloriam Dei. expoſuit Honorius: cœli ſunt Apoſtoli, in quibus cœlata ſunt ſecreta Dei myſteria. Paucis ſed tamen tam magnis, & fœcundis verbis Magiſter optimus proœmium orationis noſtræ inſtituit, quo & Dei noſtri bonitatem. maieſtatéque mirabiliter extulit: Et animum noſtrum ad bene orandum præparauit. vt ex ſolo hoc proœmio diſcamus, accedere tales, quales nos pater noſter cæleſtis exigit. Exigit autem in nobis faciem & perſonam filiorum Dei, quando patris imago filius eſt, neque alium referre quam patrem debet. qui ergo Deum patrem vocas imitatorem dei te de iure conſtituis Vt ſitis inquit filij patris veſtri. Eſtote perfecti ſicut pater veſter perfect⁹ eſt: Et Paulus: eſtote imitatores dei, ſicut filij chariſsimi. deinde exigit pater cœleſtis, vt cœleſtem te filium præbeas, diuinumque illud ſemen & cœleſte genus vnde ortum habes moribus referas: vt ſublimia ſapias, quæ ſurſum ſunt quæras, vbi pater tuus eſt, ibi hæreditas tua, ibi patria tua: vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuum qd ergo terrena quæris, cuius pater in cęlis eſt? in cælis, tibi repoſuit bona; quæ oculus non vidit, nec auris audiuit &c? Tertiò exigit dei paternitas in cœlis ſedens, & è cœlis influẽs, vt filius plenus fide, ſpe, & charitate ad orãdum accedat, qñ inuocat patrem, potẽtem oĩa, volẽtẽ oĩa, ſuà ſponte, ne dũ vbi rogat influẽtẽ oĩa, ſit ergo quaſi terra cęlis expoſita, & è cœlis magno animo petens, & expectans oĩa. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Quartò exigit pater animũ in orante filialem, ideſt reuerentem, timentem, & obedientem. Ita enim lex iubet filios honorare parentes; quicquid ille velit, velle nos æquum eſt, ſi bona dat, benedicamus, ſi mala dat, etiam benedicamus Quos amat ille corrigit: vulnera patris, ſunt vulnera diligentis Scit pater quibus indigetis; capillus de capite noſtro non perit patre non iubente, quare qui à patre ex exaudiri vult: obedientiam hanc ſecum ferat. alioqui patrem irridet & non orat. Quinto exigit, Paternitas illa cõmunis, qua pater noſter ideſt omnium fidelium eſt, vt quando intelligimus eadem paternitate & fraternitate & fratres noſtros gaudere, in patre oẽs amemus, vt in illo oẽs vnum ſumus, eius ſpiritu omnes regenerati. In Chriſto etiã primogenito velut in bona oliua inſertos omnes agnoſcamus & amemus; nobiſcũque orantes feramus, vt & illis nos inuicẽ ferant, velut eiuſdem corporis membra mutuo ſe iuuantia. Intelligamus etiam coram Deo & Chriſto pares nos eſſe omnes, quãdo eius filij & fratres ſumus: nemo ergo extollatur, nemo ſe fratribus præferat: ſi conditione præemines, non natura, non adoptione, non gratia, non ſpe ęternorũ: cætera vilia ſunt animum mouere nõ poſſunt niſi leuem. Vna eſt vera, ideſt

ſpi-

Pſal. 90.
Sap. 9.
1. Cor. 3.

ſpiritualis & cœleſtis omnium nobilitas. Ita duobus his verbis legem totam nobis inſinuat Magiſter noſter vt Deum patrem agnoſcamus; & proximos fratres eiuſdem Patris filios: Deum ergo toto corde amemus, & toto cordis amore ſummaque fiducia oremus tanquam Patrem.

Proximos tanquam, fratres vt noſmetipſos diligamus, nobiſcumque ſemper habeamus, vt ſine eis nunquam oremus. Sic enim vtramque legis partem Patris noſtri cœleſtis vt nobiles filij implentes: In hac vita dũ peregrinamur à domo patris, quicquid ſic orantes petierimus pro nobis, & pro fratribus noſtris, & tanden in fine curſus, paratam nobis in cœlis. i. in bono patris noſtri mercedem & benefactorum & benedictorum per eius paternam miſericordiam recipiemus. Amen.

IN ORATIONEM DOMINICAM.

Homilia Quinta.

Sanctificetur nomen tuum.

ESt oratio ĩterpres deſideriorum noſtrorum, vt illa exponat coram oculis dei patris; quare & ea omnia continet, & ne petendo confundatur, ordinem ipſorummet deſideriorum petendo ſequitur. In deſiderio ordinato primo cadit finis: deinde q̃ ſunt ad finem. Finis noſter Deus eſt, in Deum cadit affectus noſter dupliciter, vno modo ꝓpter iuſtitiam, ſic diligimus eum vt ſummum bonum propter ſeipſum. Alio modo propter commodum, vt eſt ſummum bonũ noſtrum, quo frui cupimus, per actũ ſpei. Ad primum igitur pertinet prima petitio. Sanctificetur nomẽ tuũ, qua gloriam dei optamus, & petim⁹. Ad ſecundum pertinet ſecunda. Adueniat regnum tuum, qua petimus ad gloriam peruenire. Ad finem autẽ hunc dirigit, & ordinat nos aliquid dupliciter; vno modo per ſe. alio modo per accidens. Per ſe primo eſt virtus, & meritum, quod cõſiſtit in obedientia, ob hoc dicimus fiat voluntas tua. Per ſe ſecundo eſt ſubſidium vitæ huius, ſine quo nihil poſſumus, vel ſit ſpiritus, vel corporis. De hoc petimus. Panem quottidianum da nobis hodie. Per accidens autem, vt remouet prohibens; ſunt autem tria q̃ prohibere ſolent curſum hunc. Primum eſt peccatum in nobis. de hoc: dimitte nobis debita noſtra &c. Secũdum eſt extra nos. Tentatio. de hoc. Ne non inferas in tentationem. Tertium eſt circa nos. Et eſt Satan, qui dicitur malus. de hoc libera nos à malo. duo ſunt itaque in ſumma quæ petuntur. Vnum eſt conſecutio bonorum: alterum vero eſt, excluſio malorum. Ante omnia bona, hoc velut ſũmum, & primum bonum petimus. Sanctificetur nomen tuum. Nomen Dei nullum habemus, quod verè nomen ſit, quod ſcilicet eſſentiam illius ſatis exprimat. hinc tanta illa nominum multiplicatio, præſertim apud hæbreos, quod vnum non ſufficeret, Explicant autem potius virtutes dei potentiam, ſapientiam, bonitatem, quam eſſe. Hic verò nomen, virtutẽ, & opinionem ſignificat, quam bon⁹ filius zelator paterni nominis & honoris petit ſanctificari; non in ſeipſo nam ſanctum & terribile, & amabile eſt;

eſt;ſed in nobis & apud nos.Sanctifi cetur igitur in primis ita quod ſanctum agnoſcatur,habeatur,& venere tur, vt de nomine Ieſu dicit Paulus. Flectatur omne genu,cœleſtium terreſtrium,& infernorum.Creſcat igitur lumen fidei in cordibus hominũ. A ſolis ortu vſque ad occaſum.Agnoſcamus quam ſanctus ſit Deus pater noſter,quàm amãs iuſtitiæ, quam inimicus peccato, qui per ſanguinem filij vnigeniti ſuſtulit iniquitatem.Sanctificetur deinde,vt quod corde credimus,ore confiteamur. Vt agnitam
1.Pe.2. dei ſanctitatem prædicemus,& diuulgemus,Mittat & extrudat operarios in meſſem. Vt annuntiemus virtutes eius qui vocauit nos. Huc pertinent omnes Pſalmi,& cantica, quibus dei laudes efferuntur & gratiæ illi aguntur. Sanctificetur tertio moribus, & vita,vt conſtet dei populum ſectatorem eſſe bonorum operum, & videãt gẽtes, & Iudæi bona opera noſtra,& glorificent patrem noſtrum, qui in cœlis eſt.Benefacientes obmuteſce-
1.Pe.2. re faciamus inſipientium ora, vt qui malè de nobis loquuntur, ex bonis operibus nos conſiderantes, glorificent Deum. In genere autẽ petimus vt omnia quæ in nobis ipſis, & extra nos nomen,& gloriam dei obſcurãt, & maculant, corda,ora,linguæ,opera;quæ veritatem catholicam turbãt hereſes falſa dogmata,ſuperſtitiones eradicentur, & in ignem mittantur: ſitque diuino nomini gloria laus, & honor, in eccleſia catholica à mari, ad mare,à ſeculo,& vſque in ſeculum Sic enim fiet,quod & ſecundo petit.

Adueniat regnum tuum.

Regnum Dei magna res eſt, multas, quin & oẽs in ſe cõtinet diuitias & felicitates. Simile,inquit Dñs, eſt theſuro,abſcondito in agro &c.The ſaurum vocat quaſi cumulum bonorum. Abſcõditum, quaſi remotum à cõditionibus ſeculi huius, de qua re dixit Pilato Regnũ meum non eſt de hoc mundo. In agro abſconditum, quaſi multo ſtudio quærendum & multo labore parandum.Sic currite inquit Apoſtolus,vt comprehendatis Ab hoc regno tanquam à ſumma bonorum omnium,cœpit Ioann. Baptiſta prædicationem ſuã. Ab eodem & Chriſtus ſuam. Et Chriſti diſcipuli; ſuſcitatus etiam à morte Chriſtus dominus per dies 40.verſatus eſt cum Apoſtolis & teſte Luca, docuit eos de regno Dei.dicimus autem Deum ibi regnare primo,vbi ipſe tanquam Rex prouidet & bona dat, tum animi,tum corporis.ſecũdò vbi ipſe leges dat,& præcepta; tertio,vbi leges eius implentur.Ita quod è latere ſuo, regem facit Deum Maieſtas& potentia,è latere noſtro obediẽtia.Triplex Dei regnũ docẽt nos ſacræ ſcripturę quæ omnia à nobis & optanda,& poſtulanda,& ſummo ſtudio procuranda.Primum eſt regnum virtutis,quo Deus oĩa quæcunque voluit fecit in cœlo;in terra & in abyſsis. Hoc regno paſcit omnia,mouet omnia,oculi omnium in te ſperãt Domine.Aperis tu manum ſcilicet regiam, & imples omne animal benedictione. Secundum eſt regnum gratiæ, quo regnat in ſanctis & fidelibus ſuis tantũ qui voluntate eius ducuntur;Pſa.Dominus regit me,nihil mihi deerit.Ita Paulus,dicit,quod Regnum Chriſti eſt Iuſtitia,gaudiũ pax in ſpiritu ſancto.Capit regnũ hoc lumen veritatis euangelium,fidem,ſpem,charitatem virtutes omnes quibus Dei voluntas im-

impletur. Tertium, regnum eſt gloriȩ qua regnat in beatis, quos replet diuina gloria ſua, ſedere facit, & ipſe tranſiens miniſtrat illis. De quo venite benedicti, percipite regnum. Et verè ibi deus regnat vbi inimica mors deſtructa eſt; vbi hoſtes poſiti ſunt ſcabellū pedum Domini Regis. Vbi non mō facit, ſed eſt Deus, oīa in oībus. Petimus igitur docente nos filio regis & rege noſtro: vt regnum omne, quod in nobis, noſtri ſue perſonis & fortunis, inimicus Dei Satan's iure belli, tanquo naturam noſtram infirmam oppreſsit, obtinuit hactenus, tollatur omnino. Ita vt nullo mō regnet peccatum in noſtro mortali corpore. Agnoſcimus itaque miſeram conditionem noſtram, qua impijſſimo tyranno velut mancipia huc illuc eo iubente pertracta; ſcimus cui domino ſeruiamus: quid interim in eius gratiam facimus; quodcunque ſcilicet ſcelerū genus; ſcimus qua ſpē, vt tandem cū dño rege noſtro ī æternis ignibus ſepeliamur. Ergo precamur vt dum ſic fortis hic cuſtodit atrium ſuum; ſupueniat fortior digitus Dei; & à ceruicibus noſtris infœlix iugum excutiat. In nobis ipſis etiam ſentimus, quam inique Caro dominatur ſpiritui noſtro, & ſeruire ſenſibus rationē cogit: tollatur omnino & hoc regnū à nobis; atque carne ſubiecta, ſuo loco ſpirit⁹ reſtituatur. Sublatis iſtis regnis indebitis, Petimus primo vt in nos Adueniat Regnum Dei; vt nos ille de ſuo paſcat, deque manu eius viuamus, vt aliunde nō accipiamus niſi ab eo q dñs & rex eſt vniuerſorū. Et regnet vbique, vt ita omnes diuinam eius prouidentiam agnoſcant. Deinde vt in regno gratiæ eius nos admittat; Ita vt per eius conſortium Chriſti domini & regis optimi membra efficiamur: quæ mundi huius ſunt pedibus conculcemus, in ſolo diuinȩ gratiæ guſtu vitam noſtram ditemus. Det ille leges, det ille vires, iubat quæ vult; tm̄ det cor potēs ad eius uolūtatem implendam. Tandem in regno glorȩ eius adducat nos, in quo cōlortes diuinorum theſaurorum efficiat nos, donet hic nobis pignora vitæ æternȩ, q̄ ſunt dona ſpirituſſancti, fontes, aquæ viuæ, fluentes in vitam æternam, vt vbi regnum eius in nobis ipſis per gratiam deguſtauerimus, tandem regno eius in eo ipſo fruamur per omnia ſecula ſeculorū. Amen.

Secura mens eſt, & ſerena cōſcientia, quæ regnum Dei poſtulat, vt adueniat; non enim aduenire poteſt niſi cum ſummo perpetuoque malorū dāno, ſummaq; & perpetua bonorū fœlicitate, quare memoria regni illi⁹ horribilis eſt peccatoribus: amabilis eſt pœnitentibus. Sed omnia pericula tollit quarta petitio, quæ ad regnū & hic inaugurandum, & in cœlis poſſidendum tutiſsima via eſt.

Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra.

Non oramus quidem vt ſimpliciter fiat voluntas Dñi, nam ſi Dñs eſt, Domini eſt facere quod vult; cuius præſertim voluntas & ſumma eſt, q̄ nulla potentia impediri pōt; & recta eſt, quin & oīs rectitudinis regula, quæ errare nullo modo poteſt. De ea igitur dicit Dauid omnia quæcunque voluit, fecit in cælo in terra, & in abyſsis. De ea ipſemet apud Eſai. Cōſilium meum ſtabit & omnis voluntas mea fiet. Hoc vero pertinet ad Gloriam diuinȩ Maieſtatis cui, & filius ipſe reuerēter dicit. Ita pater quo

niam ſic fuit placitum ante te. Et de
periculis ſuis.Non ſicut ego volo ,
ſed ſicut tu.Et petimus vt ſi fieri po
teſt cum Dei gloria coniuncta ſit ſa
lus noſtra vt ſcilicet voluntas eius nõ
tm̄ fiat;ſed fiat in nobis:nec tm̄.in no
bis,ſed & cõſentientibus,&,volẽtibus
nobis.Ita quòd ſicut de Dei vita viui
mus:Ita de eius voluntate nobis inſi-
ta velimus.Hæc vero illa petitio eſt ,
quæ in ſumma continet & iuſtificat
quaſcunque alias.Vt enim principiũ
morbi tota humana natura fuit volũ
tas ꝓpria,quæ pc̄tm̄ & mortem indu
xit,& infernum conſtituit:Ita princi
pium ſanitatis nullum aliud eſſe po-
teſt quam extinctio voluntatis pro-
priæ,atque eo potiſsimùm ſi eius lo-
co infallibilem Domini voluntatem
induamus.Vt etiam nihil nobis tam
intimum & infixum eſt,quam volun-
tas propria,ita nulla cura laborioſior
nulla gratia maior ſuſcipi põt,quam
ſi tollatur à nobis ſentina hæc malo-
rum omnium,& dicamus ex animo,
fiat voluntas tua &c.Moriatur in me
voluntas carnis,& etiam ſpiritus mei
vt nihil velle ſciam niſi quod tu in
geris, præcipis, conſulis, promittis
&c.Mundi dominus,& tyrannus ini-
quus,eſt Satan,qui pro ſua voluntate
tenebras mundi huius regit;auſuſque
eſt olim dicere Domino. Hæc om-
nia mihi tradita ſunt, cuicunque vo-
lo.do illaſquare & Apoſtolus deum
ſeculi huius vocauit:ceſſet ò dñe ve-
rè oĩpotens,ceſſet hæc iniuſta& acer
ba tyrannis inimicorum, & fiat etiã
in illis inuitis voluntas tua. Multam
quoque ſibi mundi partem vſurpauit
iniquitas,atque mores ſeculi huius ad
ſui guſtũ aptauit,oro te domine tol-
latur ex oculis tuis myſterium hoc
abominationis; & tibi tãquam vero
Domino cedat obedientia totius
mundi. Hæc vna , hæc breuiſsima ,
hæc tutiſsima via eſt ad obtinendum
Dei Regnum , ad informandũ illud
in nobis, vt Domini voluntas fiat:
qui nihil lõgius orare ſcit,poteſt,vult
vnũ hoc non prætermittat:& ſaluus
eſt:Non omnis qui dixerit mihi Do
mine domine;ſed qui fecerit volunta
tem patris mei:hic intrabit in regnũ
cœlorũ.Infirmi ſum', à cõcupiſcẽtia
carnis & oculorũ abſtracti & illecti
non diſcernimus bonum à malo,vo-
lũtas Domini ſanat.ſerui ſumus,ſub-
diti peccato, quod dominat in carne
noſtra non quod volumus bonum
agimus &c.voluntas Domini liberat
Pueri ſumus imbecillies, inexperti :
quo vadimus,neſcimus,ductore ege-
mus,voluntas Domini ſecuros nos
ducit.Si etiam ſanati ſumus, per Dei
gratiã, adhuc theſaurum ferimus in
vaſe fictili:facile relabimur.Voluntas
domini ſuſtinet & confortat. Mira
igitur ſecuritate petimus vt fiat vo-
luntas Domini in nobis:olim à prin-
cipio facta eſt,(inquit Bernardus)in
Angelica noſtra,& facta eſt Angeli-
ca:fiat & in nobis humana, vt noſtrã
in ſe ſuſcipiat voluntatem, ſi non in
vnitate perſonæ, vt verbum factum
eſt caro, ſaltem in vnitate amoris ,
Amor autem legem facile imple: Et
ita volũtas Domini in nobis volunta
tem eius,leges,pręcepta,cõſilia im-
plebit:quę obedientia vera eſt via ad
vitam æternam.Ita toties Dauid.Vti
nam dirigantur viæ meę ad cuſtod.
iuſtificationes tuas. da mihi intelle-
ctum & cuſtodiam mandata tua &c.
Mira etiam humilitate, quæcunque
bona, vel mala, proſpera vel aduerſa
immittit Deus,ſilenti animo recipi-
mus.d.fiat voluntas tua. Mea errare
poteſt,ex ignorantia & ex malitia,tua
nequaquam.æquũ igitur eſt, vt mea

cedat, quare fiat in omnib⁹ voluntas tua. Quòd ſi ad implendum voluntatem tuam ex noſtra infirmitate imbecilles, & inepti ſumus: Fiat domine voluntas tua, per gratiam tuam in nobis operantem; Da quod iubes & iube quod vis. Iube me venire ad tę. Tu tibi ſubſterne cor meum, quod paratum eſt, ad te ſequendum. Vt iumentum factus ſum. Doce me facere voluntatem tuam.

Sicut in cœlo & in terra. Audax oſo, inquit Abbas Iſaac, quæ cupit cœleſtibus æquare terreſtria; & angelis homines conformare. Et tamen amor audet omnia pro domini gloria & petit. Vt ſicut in cœlo plena eſt obedientia in angelis, & beatis erga Dei voluntatem in quam vnam reſpiciunt, læta eſt & beata, velox, & expedita, ſimplex, & vnum quærens: virilis & fortis obedientia: Ita ſit in terra. Sicut in cœlo nemo iubet, nemo docet nemo mouet niſi Deus qui eſt oīa in oībus. Ita in terra ſit, vel eſſe ſaltē incipiat. Sicut in cœlo vnū illud quærit, & ſcitur & amatur, vt Deus glorificetur. Ita in terra multiformia iſta corda ad vnum reuocentur. Sicut iuſti etiā in terris, angelici & cæleſtes viri domini voluntatem agnoſcunt & reuerentur: Ita in terris, ideſt pecatoribus impleatur. Vt omnes in domini voluntate exerceamur, & mereamur Ille in volūtatibus noſtris per obediētiam vniuerſalem. glorificeť: Amen.

IN ORATIONEM DOMINICAM.

Homilia Sexta.

Occurrit oranti filio cœleſtis pater, pater miſericordiarum & Deus totius cōſolationis, tū vt ſeipſum in filio recreet; tum vt in ſeipſo filiū reſarciat. Recreat in filio patrem ſummopere Humilitas, fides ſpes, Amor, qbus virtutibus optim⁹ filius tot⁹ fertur in Dei patris gloriam, regnum & obediētiā. Hęc. n. ſunt oīa quæ à creatura creator exigit. Recreat in patre filium Miſericordiæ fons ille, ſuis neceſsitatibus expoſitiſsimus. cui vni aperit omnes neceſsitates ſuas, vt inde ſumat omnia quæ ſibi & pro animæ & pro corporis vita ſunt neceſſaria. Aperit autem bono animo, & tuta cōſciētia. Tū quod prius iā tractauit & præmiſit. quæ præmittenda fuerant, ad gloriam, ſcilicet & regnū patris ſpectantia. Tum præmiſsis ijs, & ſaluis ijs, quæcunque deinde petit, ea lege intendit, vt præmiſsis nō præiudiceť. Petit ergo dari ſibi, quę vitę ſuę ſunt expediētia, ſi tn̄ ī eis ſanctificeť nomē patris: In eis floreat regnū patris. in eis fiat voluntas patris, ſicut in cœlo. Alioqui nihil vult, nihil petit, qn̄ iam voluntatem ſuam, in patris voluntate reſignauit. Ita docuit Paul⁹ omnia in Dei gloriam referēda. 1. Cor. 10. Poſt quam igitur diuinus præceptor noſter docuit nos orando ea petereouę patri ſunt glorioſa: quaſi compatiens egeſtati noſtræ, qua & impellimur ad nobis proſpiciendum, præcipit, vt & ea ſubijciamus, quib⁹ hæc vita noſtra opus habet.

Quartò Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Hic in primis cogitandum, naturam humanam, vt ex contrarijs conflatam, in quocunque ſtatu etiam innocentiæ, ad reparandum in ſe id, quod ex actione, & reactione contrariorum deperdebatur, eguiſſe alimento, quouſque in illam vitam tranſlata fuiſſet, quę vt optima, ita & conſtantiſsima eſt: lignum igitur vitæ habuit à principio quo veſceretur & reficeretur, cibum

F.Franc. Viced. Ffff tam

tam purum,vt ſine vno vitæ decremẽ
to,aut ſenio potuerit naturam ſem-
per in ſtatu conſiſtentiæ conſeruare.
eo itaque ſolo pane tunc egebat ho-
mo,quo ſine vllo labore, dante eum
ſibi ligno illo vitaliſsimo fruebatur.
Ocioſus non erat homo,cui colend⁹
paradiſus traditus fuerat ; ſed erat la-
bor dulciſsimus,nunquam tędium in
ferens,nunquam debita ſpe,& fructu
fraudatus.Declinata natura per cul-
pam,innumeris neceſsitatibus. ſubie
cta eſt,quare & pluribus panibus.i. ci
bi generibus cœpit egere;ac ſi verum
ſeſe alendi modum,quo verè inſtaura
batur,præceptum ſibi ſenſerit.Ad in
finita igitur ciborum genera ſe con-
uertit,quorum tamen omnium baſis
& fundamentum eſt panis ; ita vt per
panem cætera omnia ad uitam con-
ducentia facile intelligamus. Additũ
etiam ex lege culpam, & ingluuiem
uani appetitus uindicante,ut in ſudo
re ueſcatur homo pane ſuo, quo ĩtel
ligimus omnia & infinita illa laborũ,
curarum, induſtriarum genera, qui-
bus humana vita ſeſe tuetur. Et quã
ſępe vanus eſt labor,& ſudor infœlix;
1.Cor. 3. imo ſemper,niſi Deus det incremen
tum:Neque qui plantat,neque qui ri
gat eſt aliquid. Huc itaque reſpicit
quarta petitio, qua panem petim⁹,id
eſt alimenta vitæ,quæ caduca eſt, &
in interitum pergit, niſi inſtauretur,
quin(ſi de corporali eſt ſermo) ſem-
per deſcendit,ita vt paucis annis in ſe-
nium prolabatur.vt verò ampla eſt,&
grauis hæc petitio,quæ ſola vniuerſę
hominis vitæ ꝓuidet. Ita grauiſsimis
verbis eã expreſsit Chriſtus, quæ oĩa
ſigillatim à nobis ſunt expendenda.

Petimus Panem,qua vna voce to-
tam,& vniuerſam congeriem intelli-
gimus rerum,quibus pro tuenda vi-
ta animæ,& corporis egemus. Panis
animæ eſt Dei verbum,quo vno, ve-
lut ſemine generata eſt eccleſia;& ve-
lut pane nutritur. Ita de fame verbi Amos 8.
Dei meminit Amos.Ita & deut.teſta
tur Deus,quod nõ in ſolo pane viuit
homo ſed in omni verbo &c.Panem
ſuper ſubſtãtialẽ verè vocat Matthæ⁹,
quia dat vitam ſuper naturalẽ, & im-
mortalem. Verba mea inquit Chri-
ſtus,ſpiritus,& vita ſunt. Et Petrus.
Domine verba vitæ æternæ habes.
Petimus ergo dari nobis panem ver-
bi,tolli errores mentium, eradicari
zizania malarum doctrinarum; dari
nobis doctores, qui quotidie nos in
vero dei verbo inſtituant Rogate do
minum meſsis, vt mittat operarios.
&c.Cibauit eum dominus pane vitæ,
& intellectus, & aqua ſapientiæ ſal.p.
cum:quottidie Satan ſeminat zizania
quottidie nouos confingit,doctores
ad pernitiem.Tu Domine pater qui
ſolus verax,& veritas es, da nobis pa-
nem. & cætera. Panis etiam ani-
mæ eximius, & ſuperſubſtantialis, vi-
tam præſtans, & recreans, eſt ſacra-
mentum euchariſtiæ;panis de cœlo,
pro mũdi vita datus. Et panis noſter
eſt.i. Fidelium quottidianus quot-
tide pro nobis oblatus ; petimus igi-
tur,vt ſacræ menſę huius participes
nos efficiat quottidie,quando quot-
tidie deperdim⁹ è vita ſpirituali, atq;
quottidiano egemus alimento. Vel
igitur ſumamus quottidie, qđ prima
eccleſia conſueuerat,vnde & animos
illos ardētes ad martyria ſuggerebat.
Vel tales ſimus,vt ſumere ſine culpa
poſsim⁹:vel ſi nõ ſacrãliter,ſaltẽ ſpũa
liter vbi vel ad Myſteria tremẽda de
uotos nos ſtare iubet, vel ĩ nobis ip-
ſis ẽt ſanctiſsimæ cenę, & ſacrificij
myſteria meditãtes, sũmo deſiderio
agnũ illum,& panẽ cęleſtẽ ſpũ attin-
gimus,& rem ſacramenti, ſine ſacra-

men-

mento petimus. Panis tandem eſt, quicquid ad alendam,& tuendam vitam corporis huius conferre poteſt, cœlum,terra,acqua;lac,panis &c,omnia ſub nomine panis comprehendit
Gen.28. Hæc quoque petimus à patre bona cum conſcientia,modo(vt diximus) ratæ ſtēt pmiſſæ petitiones.Ita Iacob orabat & petebat,ſe cuſtodiri in via per quam ambulabat;dari ſibi panem
Prou.38. ac ueſcendum, & veſtimentum &c.
Matt.24. Ita Salom.Tribue victui meo neceſſaria,Ita dominus noſter, orate ne fuga veſtra fiat hyeme,vel ſabbato.Iacobus. c.5. Triſtatur aliquis veſtrũ? oret.Vocat autem hæc omnia Panē. Tũ quia phraſis,ſ.ſcripturę eſt,ſic de ædulijs vna voce loqui,vt monet Elyſeus regem,vt præbeat panem militi
4.Reg.6. bus Aſsirijs,quibus tam magna ciborum copia data eſt.Et Lucas dicit dominum ingreſſum in domum cuiuſdam principis ſabbato manducare panem.Et pſal.homo pacis meæ,qui manducabat panes meos &c.Tum quia ſic monet naturam ſolo pane contentam, non debere ſuperfluis ſollicitari. Cur enim peregrinus ſeſe oneret ijs quibus non eget? Cauete, inquit Chriſtus; explicãs quæ ſint naturæ humanæ pondera,ne corda veſtra grauentur crapula,& ebrietate.Si panis ſufficit,quid terram, & maria ſollicitas,& commoues vt ventrem ſuperfluis impleas? Nihil horum quærũt Angeli, pro vita ſua tuēda; quo pauciora, & tu quæris, eo propius ad angelicam vitam accedis. quo plura,eo longius diſtas. Subſtantia epularũ omnium Panis eſt, cœtera inuexit ambitio,gula,voluptas:Panem, & frumentum ex quo fit panis ſeminauit Deus in agro ſuo. Cœtera omnia ſunt zizania quæ ſeminauit Satanas,ad alenda in nobis ocia, ad animos diſſoluendos,ad naturam cõfundendam, ad libidines nutriendas.Ita à pincipio ſuaſit Euam mulierem vanam; vt præter cibum neceſſarium, ſumeret pulchrũ:ita quæ ſunt alimēta naturæ, vertuntur in ſplendores vanitatis, vt non quærantur tantum ad alendam naturam, quantum ad apparatum, ad pompam, ad oculos paſcendos. Panem ergo, id eſt cibum neceſſarium,non ſuperfluum petim⁹ à patre,qui ſi aliter petimus dicit.Neſcitisquid petatis.Vtile eſt nobis,non exaudiri.Noſtrum.i.nobis debitum, tum ex naturæ neceſsitate, quam tu optime pater ſic cõſtituiſti, & ad culpã caſtigandam,& ad ſuperbiã noſtrã continua egeſtate mortificandam. Tum ex paterna tua promiſsione,qui miſericordiam tuam ſic precibus noſtris deuinxiſti,vt confidamus noſtra eſſe quæ tua ſunt;quando filij tui ſumus,atque ideo bonorum tuorum participes.Tum ex iuſto labore, quo tuam prouidentiam vtcunque poſſumus,te ſic volente iuuamus:Raptũ panem nolumus, alienum quē impij ex oppreſsione pauperum corradũt, nolumus, ocioſum etiam, qui nullo labore,ſeu induſtria quæſitus ſit, nolumus.Da panem noſtrum,nobis rectè, & iuſte contingentem, qui non ſtranguletʼ,ſed recreet,& nutriat nos.
Ita pſ.labores manuum tuarum quia Pſalm.127.
manducabis,beatus es,& bñ tibi erit.

Quotidianũ.Quottidie egem⁹,iō & quottidie petimus:quotidiana ſicegeſtas,in bonum cedit, qđ ſic in nobis quttidianam,& continuam parit religionem,qua dei miſericordiã agnoſcimus, & imploramus. Vita diaria eſt,ſufficit diei malitia ſua; quælibet dies ſuam habet famem:ſuam & habere debet induſtriam:quare merito taxat Eſai.illos qui coniungunt do- Eſa.5.

mum ad domum,& agrum agro co-
pulant,quaſi ipſi ſoli habitare in ter-
ra,& tota frui terra velint.Cupit opti
mus pater filios ſuos ſic quotidie fa-
mē ſentire, vt quotidie in ſui amore
ferueant,& de manu ſua viuant.Quid
hic dicturi ſunt ij,qui vna die,vna cœ
na, conſumunt tantum bonorum,
quantum ad alendam domum toto
menſe ſufficeret?quomodo iſti con-
queri deinde poſſunt ſi incidunt in
intolerabiles neceſsitates?ſi non ſem
per accipiunt panem quotidianum?
Da.Reſpicit hæc vox fidei in ditiſsi-
mam manum Domini ſeſe exhibenti
quaſi dicat.en ego egeo, tu abundas
omnibus, & omnia tibi ſuperſunt;:
da ergo,qui ſolus dare potes.pollici-
tus etiam es petentibus,en ego humi
liter peto. Vt iuſtificeris in ſermoni-
bus tuis. Da. Mentitur Diabolus, dū
offert quæ ſua non ſunt.d. Cuicun-
Luc. 4. que volo;do illa. Domini eſt terra,&
plenitudo eius. Neque qui plantat,ne
que qui rigat aliquid eſt, ſed qui in-
1. Tim. 6. crementum dat. Ex hoc monet Apo
ſtolus. Diuites non ſublime ſapere,ne
que ſperare in incerto diuitiarum,
ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis
omnia abunde ad fruendum. Da er-
go tu pater, qui fons es indeficiens,
da tu,ne ſine te,ſumamus, aut rapia-
mus nos: Aperi tu manū tuā,& imple
omne animal benedictione. Tu enim
dabis in tempore opportuno, quādo
quantum, quomodo ſufficit, nos in
omnibus facile errare poſſum'. Tuta
res eſt,ſi tu das;qui enim das, & tueri
& conſeruare data facile potes. No-
bis.omnibus bene volumus, commu
nia bona rogamus; ſine fratribus no
ſtris non oramus; Chriſtiana charitas
neſcit eſſe ſola petimus ergo vt om-
nibus prouideat: Et quæ etiam de
manu patris accipimus,vt accepta re-
limus eſſe fratribus;& proximis no-
ſtris communia.non ergo vt in Dei
bonis ocioſè, & luxurioſè viuamus,
ſed vt ſi quid nobis ſuperfuerit,neceſ-
ſitatibus fratrum deberi intelliga-
mus: Alioqui in auare poſsidētes cla
mant Ambroſius,& Baſilius, eſurien
tium panis eſt,quem tu detines, nu-
dorum indumentum eſt,quod tu re-
cludis.&c. Nobis.creaturis tuis, qui-
bus dediſti vitam. Nonne anima eſt
pluſquam eſca? Hodie. Sic ergo tam
pauper es mi homo,vt neque pro die
vna tibi ſufficias? Ita planè,quid verò
aliud eſt vita hominis,quam dies vna
veſpere,& mane, & nihil amplius. Sol
recedit,& redit,& iterum recedit, &
vitam noſtram ſecum rapit. At certus
eſt ille de reditu ſuo,non ſic certi ſu-
mus vt nos hic inueniat.quare dum
ſplendet hodie,prouideamus. Tollit
hæc vox curā de craſtino, cum igno-
remus. quid futurum de nobis ſit.
Collocat deinde,conſtituit vitam no-
ſtram coram oculis dei perpetua hac
dependentia, vt ſentiamus nos non
tantū à principio creationis noſtræ,
vitam & eſſe ex Deo ſuſcipere;ſed &
hodie, & quotidie, ab eo ſic in eſſe
& vita conſeruari,vt hodie ab eo nō
minus quā à principio vitam accipia-
mus. Ita Elyas. Viuit Dominus in cu
ius conſpectu hodie ſto. Et ſic quali-
bet die de nouo, quaſi nuper natus,
imo interim naſcens, ſeſe debet crea
tura coram Deo,quaſi fonte vitæ cō-
ſtituere,& ex eo panem hodiernę hu-
ius vitæ expoſcere,quaſi viaticū vitæ,
ſine quo ad patriā tēdere nō poſſum.
Ita de tempore hoc tranſitiuo parū
curare vult nos Deus pater noſter,
vt de toto tempore diem vnam tantū
cogitemus, & illi proſpiciam':futura
vero,quæ æterna ſunt,illa aſsidue cō-
templemur. Nos verò in præſentia

de vita hac corporali quæ diem tantũ
vnam,& hanc non ſecuram habet,cu
rioſiſsimi ſumus. De vita verò ſpiri-
tuali,quæ tendit & ędificat ad immor
talem, nunquam cogitamus. Aduer
ſus quam iniquam ſollicitudinem iuſ
ſit nos petere panem quotidianum.
& vt detur hodie. Reliqua omnia re-
ponentes in pectore & ſinu optimi
ac ſanctiſsimi patris noſtri, cui cura
eſt de nobis. Amen.

IN ORATIONEM DOMINICAM.

Hom ilia Septima.

SVſcipere de manu do
mini bona corporis,
& animi,ſuaue eſt,in
ſpem nutrit,ſollicitu
dinem omnem, &
anxietatem tollit, vi-
tam quietam,& affluentem parat;mo
do ea tanquam filij,& ſerui grati pe-
tere,ſumereque poſsimus; ſic enim
ſunt patris dona,ſic minora ſunt ma-
iorrum,præſentia ſunt futurorum pi
gnora;ſcimus enim quod ſine pœni-
tentia ſunt dona Dei,de quo ſcriptũ
eſt. Firmabitur in illo, & non flecte-
tur. Quod ſi mala cum conſcientia,&
petim',& recipimus;volumusq; Deũ
nobis omnia pro voluntate, & guſtu
noſtro facere,dum nos quicquam iu
xta voluntatem & guſtum eius face-
re nolum';dũ leges ei' trãſgredimur
dum iniquitatem velut plauſtro tra-
himus,quid hoc aliud eſt, quam fera
quædam, & impudens audacia ſine
fronte?quod ſi peccantes, & Deum
aſsidue hoſtiliter offendentes, Patrẽ
inuocamus, & verbis innuimus nos
cupere,vt ſanctificetur nomen eius,
adueniat regnum eius &c.quid aliud
eſt, quam Patrem illudere? quod ſi
voluntatem eius atrociter violantes,
petimus voluntatem eius fieri, quid
aliud eſt,quam contraria, & pugnan
tia ſimul connectere?quod ſi nihil il-
li dantes,panem,& omnia ab illo pe-
timus, quid aliud eſt quam eum &
bona illius oĩa vel ſpernere, vel uelle
rapere illo ẽt inuito? quod ſi ẽt peccã
tes, in ira eius petita accipimus: vt
de Iſraelitis ſcriptum eſt. Dedit eis pe
titiones ipſorum:quid aliud eſt, quã
ſic magis bonitatem eius,& malitiam
atque ingratitudinem noſtram teſta
ri? in dies augere debita?in dies dete-
riorem conditionem ſubire? Adhuc,
inquit,eſcæ erant in ore eorum,&ira
dei venit ſuper illos. Ob hoc prudẽtiſ
ſimus, & pientiſsimus præceptor no
ſter, quam primum abſoluit eam ora
tionis particulam, qua docuit nos bo
na vitæ huius poſtulare; poſt cibum
(inquit Cyprianus)docet nos petere
delicti veniã,vt qui à Deo paſcimur,
in Deo viuamus.nec tantũ vitæ huic
temporali,quam æternæ conſulamus
à qua nos excludunt peccata: Addit
etiam quintam petitionem.

Dimitte nobis debita noſtra. Re
ſpicit petitio ſummũ illud beneficiũ
à Chriſto ſeruatore nobis collatũ,qđ
eſt remiſsio peccatorum, ad quã pro
phetæ tanquam de proprio Meſsiæ
munere: Tunc delebitur iniquitas,ad
ducetur iuſtitia ſempiterna. De qua
Dauid. Ipſe redimet Iſrael, ex oĩbus
iniquitatibus eius:ob hoc vocauit co Pſalm. 31.
pioſam redemptionem. Et exclama-
uit pſal. Beati quorũ remiſſæ ſunt ini
quitates &c. Hæc aũt petitio primo
inducit orãtem vt cognoſcat ſtatum
ſuum,ſeſe ſtatuat coram oculis, &
lege Domini ſui, qua concluditur
ſub peccato:numeret debita ſua, &
ſen-

ſentiat ſe deliquiſſe. ſæpe repetat ea ſpiritus ſancti verba. Non eſt homo qui non peccet: Neque infans vnius diei &c. In conſpectu tuo non iuſtificabitur omnis viuens. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus. ſtatuat ergo apud ſe, ita eſſe culpā naturæ humanæ immixtam, quòd ſolus Chriſtus ex natura ſola Chriſti Mater ex gratia fuerit ſine peccato. Cum itaq; quælibet creatura, & ex vi creationis, & ex ratione bonorum ſuſceptorum, & ex promiſſis, teneatur viuere ſine peccato .i. voluntatem Dei implere, ſæpe autem præuaricetur. reſta⁊ debita hominis eſſe erga Deum & innumerabilia, & quotidiana. Septies in die cadit iuſtus Agnito, & numerato debitorū numero & pōdere, reqriť ſcđo, vt de pĉtīs doleat, ingemat, tibi ſoli peccaui &c. Sic enim iuſtitia exigit; ſic turpitudo culpæ requirit; ſic damna illata ex culpa mærorem inducunt. In fundo doloris huius, dum velut onus graue iniquitates premunt conſciētiam, agnoſcat inſuper homo peccator, tot eſſe debita ſua coram deo, cuius infinitā bonitatem læſerunt, quòd ſoluere, & compenſare nullo modo poſſit, tametſi quicquid habet, quicquid eſt vendatur: quæcunque habet, quodcunque eſt, Dei eſt: minus eſt etiam quā compenſare valeat. Conſideret quarto, compenſationem iſtam coram Dei iuſtitia neceſſariam eſſe, apud quam nullum malum impunitum: reſtare igitur ſibi ingentia mala, tormēta, pœnas, quibus violatam dei legem ſuo magno malo reminiſcatur. quare iam duplici ratione dolere eum neceſſe eſt: & ob læſam Domini bonitatem, & ob flagella ſuæ iniquitati parata. In hac preſſura, qua cor confunditur, ſubuenit fides, ac Dei miſericordiam, Chriſti meritum, promiſſam remiſsionem ingerit, exempla quibus omnia ſunt firmata, repetit, ſuadetque ſperandum de Domini bonitate, quod per Chriſti ſanguinem reconcilietur iis qui debita agnoſcūt de admiſsis dolent, & debitorum per Chriſtum, petunt remiſsionem. Ex hac fiducia oritur petitio. d. Dimitte nobis &c. Verbum humilitatis eſt quæ agnoſcit debita: & agnoſcit quotidie, quare & quotidie rogat ſibi dimitti. vt nunquam homo ſe coram deo iuſtificet: Nihil mihi conſcius ſum, inquit Apoſtolus, & tamen in hoc iuſtificatus non ſum. Verbum ſpei eſt, quæ vincula ſentit, & optat laqueum conteri per dei manum. d. Adiutorium noſtrum in nomine Domini: ſolus Deus ex poteſtate poteſt peccata dimittere, quia læſus eſt, quia ſolus poteſt gratiam infundere. Ex miniſterio poteſt eccleſia, ſed tamen authoritate Diuina ſibi collata: Accipite ſpiritum ſanctum. A Domino igitur, tanquam à potente petimus vt dimittat; tanto magis, quòd præcipit ipſe vt petamus: non enim iubere poteſt nobis impoſsibilia. Nobis. Verbum eſt Humilitatis, qua nos ipſos nos agnoſcimus, & fatemur, diuinæque gratiæ neceſsitatem exprimimus verbum eſt charitatis, qua non ſibi tantum orans proſpicit, ſed fratrum communitati; pro quibus omnibus eandem Dei gratiam implorat, ſicque mutuo ſeſe alit, & roborat chriſtiana charitas: ſic nullam facit orationem vanam; ſemper enim aliquis impetrat. Debita. Sunt nobis omnia debita, quando omnia accepimus, quæ de tua manu ſuſcepimus, damus tibi: Sunt debita, à quibus abſolui neque poſſumus, neque volumus. Debita eſt ſeruitus, qua Deum colimus;

mus, & illa ſuprema quam lex iubet, toto corde,tota,anima, tota mente, ex omnibus viribus. Debeo me Deo meo,qui me fecit,& ſibi fecit.Iterum debeo ex vita ſua quam mihi tradidit. Empti eſtis precio magno.Non eſtis veſtri. Teneor ergo me totum tot rationibus Deo meo reddere, & eius ſeruitio totum mancipare. Quòd ſi aliter facio, iam reus ſum, & ex hac defectione tanquam deſertor innumeris malis adiudicor.Hęc debita cupio & ſupplex poſco remitti. Debeo in me habere animam rectam, corpus ſanum,iuſtitiam originalem, gratiam Dei, cumulum virtutis, quibus ornauit Deus creaturam ſuam, his oībus ergo me; quare & horum omnium debitor ſum,rogo hæc mihi vel ſaltem æquiualentia reſarciri, & carētiam non imputari.Noſtra. Vere noſtra ſunt debita, noſtra peccata; quę à nobis totaliter ſunt, quæ à noſtra fluunt voluntate. Perditio tua ex te. Non excuſamus ea,vt olim Adam, & Eua:ſed accuſamus. Tentati ſumus. prouocati,illecti,at non coacti, quare noſtra ſunt debita; Nos iniquè egimus,iniquitatem fecimus. Dimitte nobis,Dimitte fratribus.Communia ſunt debita;non minus pro fratribus,quam pro nobis ipſis inſtamus. Quòd ſi nos quoque gratia tua,non ſentimus in nobis ipſis grauia peccatorum pondera;tuam in primis miſericordiam,qua vna ſuſtinemur agno ſcimus bonorum omnium cauſam: Deinde & pro fratrum noſtrorum ſalute affligimur: vt olim Moiſes, & Paulus optabant deleri de libro vitæ & anathemata fieri pro fratribus.

Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.Notabiliſsima eſt hæc additio, vel enim dicit ſimilitudinē, vel conditionem.Similitudinem, vide ad qualem gradum fiduciæ prouehit oratio, vt homo velit Deum ſibi aſsimilari. quod Deum homo imitetur, & expreſſe iuſsit Apoſtolus.d. eſtote imitatores Dei ſicut ſilij chariſsimi, & ipſemet Dei filius.Eſtote perfecti ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.Et ipſe pater,ſancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.Et ipſa ratio docet,vt optimum imitemur, & optimo cupiamus aſsimilari.At quod hominem Deus imitetur,hoc vero mirabile eſt,videtur planè indignum.Et tamen hoc petimus hoc loco,vt Deꝰ remittat nobis ſicut nos remittimus: ac ſi dicat Creatura creatori ſuo.Obſecro te mi Domine,quod ego feci, tu quoq; fac. Remiſi ego debitoribꝰ meis, & tui grā atque amore potiſsimū remiſi. Tu quoq; remitte,imitare, ſeqre ſerui tui charitatē, qđ ſi dicat. At longè plura tu mihi debes,quā illi tibi debeāt,aut debere potuerint. Ita Dn̄e,fateor ſed & lōgè maior eſt mīa, & charitas tua,quam mea. Auget aūt mirum in modum ſpem petitionis huius, ſi cogitemus quantum animi tribuat hoc loco humanitati, Diuina illa inclinatio,qua Dei charitas vt hominem ſimilem ſibi redderet, non modo ſimilem homini, ſed verè hominem filium ſuum fecit, quo facto iam audet homo Deitatem,velut ſuā & ſuæ naturæ prorſus accommodā, ad ſuas regulas reuocare, petereque, vt ſuā dimiſsionē imitēt. Ac ſi dicat, dulcis clemensq; iniuriarū remiſſor, dulciſsimā & clementiſsimā charitatem tuam cōpello.Quod ſi dicat cōditionem; Reſpicit in legem illam. Date & dabitur, remitte, & remittetur vobis,qua ſtante,velut tuta conſcientia, quando iam de remittenda iniuria ſtatuit apud ſe,rogat ſibi dimitti.ſi dimiſeritis dimittet & vobis

pater

pater veſter cœleſtis. Nunc itaque amorem præcipit nobis dominus, vt remittamus: quaſi ſemen amoris ſui, quo certi ſimus, eũ nobis remiſſurũ. Eſtque conditio tam neceſſario requiſita, vt ſine hac remiſsione nulla ſuperſit ſpes, aut via remiſsionem impetrandi; quodcunque facias, quodcunque des, quodcunque fiat, etiam martyr non ſufficit; quodcunque hoſtiæ genus nihil, ſi fratri debita non remittas. Relinque ibi munus, inquit Chriſtus, ad altare, & vade prius recõciliari fratri &c. Ex qua neceſsitate ſequitur, te prorſum in Dei iudicio inexcuſabilẽ fore niſi remiſeris; quin te ſuomet ore dãnatũ qñ ĩterpres Diuinæ volũtatis, ſic iuſtitiã reqris, vt remittat ſi tu remittis. Tu ergo tibi iudex es, tu in te ſnĩam profers: ſcis iam quid tibi ſperandum ſit. Quia tamen remiſsio iſta noſtra põt habere gradus; vt primò odium & rãcorem omnem tollamus, hoc ſi prorſus requiritur & præcipitur, non tamen pœnam iudicio debitam remittamus. Secũdò vt pęnam etiam remittamus, ad oculos tamen noſtros non admittamus. Tertiò cum omnium obliti; omnia libere condonamus rogati. Quartò etiam non rogati, illis quoque non cogitantibus, aut curantibus, ex amore Dei, vt nos & illos ſimul lucremur, ſpõte cõciliamus. Hæc autem omnia non ęqualiter ab omnibus exiguntur. Nam à perfectis requiruntur omnia; & de omnibus exempla præbuit Dñs noſter Ieſus perfectionis Magiſter. A reliquis autem qui communem vitam ſequuntur, quibus ſat eſt præcepta domini non deſpicere, non ſic omnia requiruntur: præſertim dum iniuria recens; dum vulnus acerbum. ſat erit ſi iſtis odium remittãt & rancorem ex animo tollant: ſi rogati pacem dent & offenſam remittant. ſi non ſtimulent tribunalia: Plura ab his non exigemus quouſque ſpiritus adoleuerit. Sunt enim infixa vulnera quæ cito ſanari nequeunt, quin ſaltẽ iniuriæ acceptæ reminiſcantur: quin ex occurſu inimici commoueantur, quin & quandoque nolentes etiam incitentur & contriſtentur ſuper accepta iniuria. Imperfectis iſtis Satanas conſulit, ne dicant particulã hanc orationis dominicæ. Dimitte nobis, ſicut dimittimus: cum.n. ſentiant in ſe reliquias amaritudinis, quibus intelligunt ſe non perfectè remiſiſſe, timent ne ſibi oratio noceat. Quo loco valde falluntur. Non enim vana vnquam eſt oratio: Tum quia communis eſt eccleſiæ, in qua ſunt ſemper qui ex animo remittunt, & quorum nomine verè dici poteſt. Dimitte, ſicut dimittimus, quorum etiam merito potes tu ad perfectiora promoueri. Tum quia intentio orationis eſt, quæcunque poteſt Deo patri, vt eius dona offerre; quæ verò nõ poteſt, ab eius charitate ſic petere: vt in ſufficientiam noſtram ille adiuuet; ſi ergo ex animo remittimus, remiſſionem illam à Deo nobis donatam offerimus, & per eam tanquam per nobile ſpiritus ſancti pignus Diuinam ſuper nos miſericordiam imploramus. Si quid verò debemus, & volumus: non autem poſſumus, velle adiacet mihi, perficere nõ inuenio. Modo voluntas & portio animi ſuperior ſana ſit: infirmitatem noſtram Domino commendamus: vt auferat cor lapideum, det carneũ: doceat nos amare: quin & amorem inimicorũ cordibus noſtris immittat. Vt verè & ex toto animo remittam' offenſas, & ipſos offenſores noſtros ſic amemus, vt ab eo & integrã eiuſmodi

modi

modi remiſsionem & amorem, bona omnia, etiam indignis præſtantem, obtinere mereamur. Per Ieſum Christum dominum noſtrum. Amen.

IN ORATIONEM DOMINICAM.

Homilia Octaua.

Remiſsio peccatorum lætificat cor, quod & culpa exonerat, & replet diuina gratia: Pacificaret ēt, ſi tale perſeuerantiæ donum ſecum duceret; qua homo iuſtificatus, non poſſet amplius à ſuſcepta gratia recidere: ſed pacem hanc non admittit cōditio vitæ huius; niſi Deus ex priuilegio ſpeciali id agat. Alioqui poteſt homo ex libertate inſita cadere, ex infirmitate inclinatur ad caſum, habetque in ſinu flammas concupiſcentiæ vrgentes, habet ſtimulos carnis incitantes: habet habitus prauos in culpa contractos, quibus ad malum facile, quin & cum delectatione perducitur Sunt etiam extra hominem, & viſibilia mundi huius commoda, proſpera aduerſa, dulcia & amara quæ cōtinuè ſenſibus noſtris illudunt, quaſi parata ſcena ad excitandos & cōcitādos affectus noſtros. Sūt & inuiſibilia multa, quaſi retia ad nos fallendos, à Satana mūdi hui⁹ & tenebrarū harū rectore multa arte & fraude tecta; vt vel incautos opprimat: ve impotentes ſuperet, vel dolo, vel vi in ſuam trahat perniciem, quā ex inuidia, & ex odio Dei nobis cupit eſſe communem. Qui ergo ſic nouit humanam imbecillitatem, quin & impuritatem naturæ admixtam. Qui mundi ſcandala & velut maris cuiuſdā vaſti ſcopulos & pericula: qui vires inimicorum, & artes tum viſibilium, tum inuiſibilium. Qui caſus ſanctorum patrum, apoſtolorum, quorum exempla ſunt frequentiſsima: qui & proprias diſſicultates quas frequēter paſſus eſt quiſque noſtrum tum ad fugiendum malum, tum ad perſequendum bonum. Is facile intelliget qua ratione, quin & quanta neceſsitate, poſt petitam & impetratam remiſsionem debitorū, ad declinādum futura pericula iubet Chriſtus addi ſextam petitionē.

Ne nos inducas in tentationem. Sic æquum eſt timentem filium, ſeſe parenti optimo commendare. ſic patrem delectat, filium à ſe, à manu, à vi à charitate, & à tabula ſua perpetuo pendere. Infirma & imbecilla in primis eſt natura humana. multa neſcit, multa nequit. multas in ſe habet mixturas, carnis ſpūs, ſenſus rōnis, iuſtitiæ cōcupiſcētiæ, quibus ſcinditur, & ad perpetuā incōſtantiā prouocatur. ſpiritus promptus eſt caro infirma. Mundi hui⁹ diſpoſitio, exempla, conſilia, fortunæ, ab omni latere augent pericula: nam omne quod eſt in mundo vel eſt concupiſcentia carnis, vel oculorum; vel ſuperbia vitæ: plenus eſt laqueis. Miſerere mei, quoniam multi bellantes aduerſum me. Quod per ſeipſum nequit mundus ad damna noſtra, ſupplet mundi dominus; & ſeculi huius Deus Satan: Hic ſi animū ſpectes, plenus eſt odio implacabili cōtra Deum & Dei gloriam, cui coniunctam intelligit ſalutem noſtrā plenus inuidia, plenus rabie: ſi vires, viribus cōpares, pōt oīa contra nos; nō eſt ptās inquit Iob, quæ comparetur ei. Si cor, audaciſsimum habet, præſumit omnia; etiam in cœlo empyreo, etiam in paradiſo terreſtri; etiam cō- Pſal. 54.

F. Franc. Viced. Gggg tra

tra prophetas Dei & apoſtolos;etiam
Matt. 4. contra ipſummet Dei filium. ſi dolos & artes, innumeras habet; draco eſt, leo eſt, Aſpis eſt, loca omnia, tempora omnia, præoccupat, nunquam ſatur, nunquam laſſus. Circuit tanquam leo rugiens, quærens quem deuoret. Si numerum ſpe
1. Pet. 5. ctes;legio, inquit, mihi nomẽ eſt, quia
Eph. 6. multi ſumus, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates. Ergo inter tot pericula, ad patris miſericordiam confugimus; & rogam⁹. Ne nos inducas in tentationem. Tentatio multiplex eſt. Tentare in primis eſt exercere, & exercendo probare, ac probando augere, & illuſtrare virtutem; Ita Deus tentauit Abrahã. Ita quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. Tentat nos dominus Deus vt palam fiat an
Eccl. 34. diligatis eum. Ita dictum eſt Anto-
Pſalm. 15. nio abbati. Adcrã hic Antoni, ſpectabam certamen tuum &c. Sic deus tentat ſeruos, & facit cum tentatione prouentum, quia in tentatione non derelinquit, qa vires auget, & certãtes coronat. Ita vtile eſt tentari. qui non eſt tentatus quid ſcit? Ita pſal. proba me domine, & tenta me. Beatus vir qui ſuffert tentationem. Ita in auxiliũ & in exemplum noſtrum, ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu vt tẽtaret. ſic ergo nos nõ rogamus, aut petim⁹ nõ tẽtari; aut nõ duci à ſpũ ſancto in tentationem. Experti enim ſæpe ſumus quod lucta iſta, præter id quod nobis inſita eſt, ferè eſt neceſſaria ad tollendum ociũ, certe ad vires agnoſcendum, ad virtutes exercendũ, ad augendum gratiam, & tandem ad coronam. Tentare deinde eſt prouocare ad malum culpæ & ad offenſam Dei; ita intus tentat delectatio, foris ſuggeſtio. vbique autem inſtat Satanas miniſtrans faces. Hoc modo de⁹, intentator malorum eſt. Dicimur autem propriè, inquit innocẽtius, duci in tentationem ante conſenſum noſtrum; induci autem vbi tentanti cõſenſum præſtamus, & cadimus, quaſi piſces Hamo capti, & in rete concluſi Inductio hæc mortifera eſt; In hanc inducit Satan vt perdat. Inducit etiã Deus iuſto iudicio, vt puniat. non ita quidem vt Deus malum ſuadet, neve eo authore fiat homo deterior, ſed quod peccantem hominem, in peccato perſeuerantem, auertentem ſe à Deo, & voces eius ſpernentem, paulatim ſpoliat gratia & lumine ſuo, ut uidentes non uideant, palpent in meridie, ſicut in nocte: grauẽtur corde: ſublato lumine, tenebrarum rector Diabolus auget pericula, cumulat occaſiones peccandi: aſſumit ſecum ſpiritus nequiores ſe. Et fiunt nouiſsima miſeri illius ſic deſtituti peiora prioribus. ſic Pſalm. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum. Qui ergo à principio ducebatur in tentationem, ſpiritu ſancto duce, & Chriſto tẽtatorũ capite ſeũte, ac vires ſubminiſtrante: iã ſua culpa ſuaque pertinacia, deſertus inducitur & rapitur in tentationem: ſic perit Saul, ſic Salomon. De Saule dicit dominus. Abieci eum. Ita Deus dicitur 4. Reg. 24.
dediſſe Hieruſalem in manus Babilo 3. Reg. 11.
niorum. Et excitaſſe Satanam contra Eſa. 42.
Salomonem peccantem. Et Eſ. Quis dedit in direptionem Iacob & Iſrael? nõ ne Deus cui peccauerunt? ſic Paulus. dicit dari in ſenſum reprobum, immitti ſpiritum erroris, vt credant mendacio &c. Hic igitur coram patre exponimus infirmitatem noſtram cui nihil fidimus. Huic opponimus pericula innumera vitæ huius,

huius, carnis, mundi: Satanæ dolos,& vires quibus impetimur. Interponimus dei patris noſtri maieſtatē & potentiam præualentem,ſine cuius nutu,ne tangere quidem noſtra, aut nos poteſt Satan, vt patet in hiſtoria Iob.neque in porcos intrare. Quòd
Matt. 8. ſi eo permittente, & ſic probante nos tracti ſumus, & ducti in tentationem: eandem patris potentiam rogamus,ne nos inducat,vel induci patiatur,ſed liberet de ore Leonis,vt olim Iſraelem è mari. Ioſeph ex fundo putei. Danielē de lacu Leonum. ſic enim ille ſuis ouibus pollicitus eſt Ioann. Non peribunt in æternum. nemo rapiet de manu patris.
1.Ioan.4. Et Vos ex Deo eſtis, viciſtis maliġnum, maior eſt qui in vobis eſt, quam qui in mundo. Experire ergo ſerui tui vires, ò pater ſancte, duc in tentationem. ad tui nominis, gloriam, ſed nō inducas:ne credentē deleras. Pſalm. Cum defecerit virtus mea,ne derelinquas me. Vt igitur frequētia ſunt pericula,ita & frequenter orare debemus.habet Dauid orationes generales,quibus petit ſe liberari. habet & ſpeciales,quibus aſsiduè modo ab hac, modo ab illa tentationis ſpecie ſibi præmunit. Vigilate inquit Chriſtus,& orate vt nō intretis in tētationem. Oremus primum vt Dei gratia nos cuſtodiat,à nobis ipſis,ne cor noſtrum ſeducat nos,ne caro căptiuet ſpiritum,nec concupiſcentijs noſtris circunueniamur. Oremus deinde,ne mūdi ludicra nos rapiant ad negocia vanitatis, ne proſpera nimis eleuent,ne aduerſa perturbent, aut frangant. Oremus tertio, ne ſerpens ille terram comedens & mordens, ſuperet,vt potius Dei gratia conterat Satanam ſub pedibus noſtris. Orem' vt contra hęc omnia tentationum genera detur nobis cor audax & cōſtās,
Dentur vires, & arma, dona & virtutes,ad præualendum, pſalm. Benedictus,qui docet manus meas ad pręliū. Pſal. 17.
Ita vt quandoque ſentiamus vocem illam optatam. Proiectus eſt draco accuſator fratrum. Apoc. 12.
Oremus tandem vt quando bono animo certamus, & Deo noſtro nos iuuante victoriam ſperamus, ad propoſitam coronā peruenire mereamur. Toties enim in Apocalypſi, ad eleuandos tentatorū animos dictum eſt, qui vicerit nō lædetur à morte ſecunda, qui vicerit, veſtietur veſtibus albis:qui vicerit, faciam illum colūnam in templo Dei mei, qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo,qui vicerit poſſidebit hæc. Apoc. 21.

Sed libera nos à malo.

Hoc & vltimo loco condonari poteſt filio ſupplicanti, vt poſtquam ſatis de Patris gloria,regno, obedientia ſollicitus,fuit; poſtquam puritati conſcientiæ ſuæ conſuluit, petiuitque remitti ſibi peccata commiſſa & ſuper futuris,auxilium detur: formam ſic integræ pęnitētię exprimēs, id eſt de futuris proponens. Tandem & petat liberari à malo. De malo culpę iam ſatis dixit quantum cupiat ſine debitis eſſe,quantum ab imminentibus periculis muniri. Ergo petit hic de malo pęnæ, de anguſtijs ſcilicet, & preſſuris tum animi tum corporis, quib' innumeris hæc præſens vita ſubijcitur, Iob Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Ita quòd nulla dies ſine malo. ſufficit dici malita ſua. Iob 14.

Rogat ergo patrem in fine, vt à malo liberet. Ita Chriſtus in vltima cœna: Rogo te pater ſancte, ſerua eos à malo. Ita quod oratio hæc ſi exaudi-
Matt. 6. tur, vitam quietam & tutam ab incó modis omnibus & præſentibus & futuris, & temporalibus & æternis reddit. Ita exponit eccleſia, dicēs libera nos ab omnibus malis præteritis præſentibus, & futuris. Obſeruandum autem eſt, quòd Deus multis modis filios ſuos à malo liberat: Aut quòd præſeruat, prohibetque mala imminētia veniant: Ita liberauit Iacob Gen. Ita Dauid e manu Saulis. Suſanā &c. Aut q̄ ex fundo ipſo malorū p̄mētiū
Gen. 35. eripit, vt Ioſephū è ciſterna, pueros è fornace. Petrū è mari. Aut quòd in ipſis malis recreat, ita vt dulces ſint carbones Laurentio, lapides Stephano: recreat aūt vel per guſtum gratię ſuæ corroborātis, vel per guſtum nominis ſui, quòd in eorum paſsionem glorificatur. Ibant gaudentes apoſtoli à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt &c. vel per ſpem coronæ paratæ. Gaudete, & exultate. Merces veſtra multa eſt in cęlis. Ita ſtephanus Ecce video cœlos apertos &c. Ita Dauid pſal. ſecundum multitudinem dolorum meorum conſolationes tuæ lętificauerunt animam meam; Apoſtolus momentaneum & leue tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus
Rom. 5. operatur in nobis. Et Ro. Gloriamr vt in tribulationibus, ſciētes quod tribulatio patientiam operatur &c. Oramus ergo patrem vt à malo nos liberet, ſic tamen vt præmiſerimus iam quæ præmitti debuerant: nempe quæ ſpectant ad gloriam eius, ad regnum, ad voluntatis efficaciam, ad puritatē etiam conſcientiæ noſtræ, ſaluis his ſine periculo petimus liberari à malo Filij huius ſeculi, & infideles, quomodocūque liberari petunt & volunt, ſiue cum Dei gloria, ſiue cum Dei probro, ſiue Deus velit, ſiue nolit; ſiue cedat in bonū ſpūs, ſiue in malū, quare, & hinc principiū faciūt orandi: vt tollant malā, vt vita ſit conſolata: q̄cūq; etiam remedia ſibi proponātur vel licita vel illicita, omnia probant, omnibus fidunt, etiam ſigna, incantationes veneficia, magias &c. tantum vt liberent à malo, quodcunq; fiat. Quod ſi ēt remedijs licitis vtūtur ſine ordine, ſine relatione, ſine Dei memoria vtūtur. Ita reprehenditur qui perperam vſus eſt conſilio medicorum. Contra 2. Par. 16.
fideles, ſic liberari cupiunt vt omnia præmittantur & ſalua ſint, quæ ad Dei gloriam, regnum, voluntatem pertinēt: quæ etiam ad puritatem animi conducunt. Liberari quocunque modo Deus voluerit; modo, tēpore medio quocunque; omnia vult de manu Dei. Medicinam vt Dei creaturā admittit: Conſilia, amicos, milites, Reges, fauores potentum, omnia de manu domini. Sciunt Deum poſſe omnia: ſciunt ſibi promiſſa eſſe Dei auxilia: ſciūt innumeros Dei ſeruos è ſimilibus malis, & grauioribus extractos eſſe. Confidunt etiā ſe liberari, ſaluis ijs q̄ diximus, alioqui non orant, vt liberentur, ſed vt tribulatio patientiam operetur. ſciunt & mala quandoque fructuoſa eſſe; ſciunt dictū apoſtolo, ſufficit tibi gratia mea. quare cum humilitate orant; & de voluntate domini ſemper contenti eſſe volunt. d. fiat voluntas tua &c. Si fieri poteſt, inquit tribulatorū Dux Chriſtus. ſi vis, trāſeat à me calix iſte: & ſtatim tutā facit orationē: Nō ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Per malū intelligūt, Baſilius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Diabolū. Et quia ſp eſt, tam malus & in malo firmatus, qd̄ bonus eſſe non

poteſt.

poteſt: Et quia cogitat ſemper mala: ſemper facit & ſuadet mala: ſemper & patitur, & paſſurus, eſt mala. Ab hoc potiſsimùm maligno liberari cupim⁹ tanquam à principio & ſeminario malorum omnium, quo ſublato, aut ligato confidimus nos poſſe ſumma cum pace & Dei voluntatem facere: & Dei charitatem perpetuam in nobis ſentire.

Amen.

Verbum hoc vocat Diuus Hieronymus, ſignaculum orationis. Verbũ fidei eſt, quo ſignificat orationẽ ſuã exauditã iri. Fructus igitur orationis & pignus quoddam eſt verbum hoc. Ecce.n. Deus adiuuat me, & domin⁹ ſuſceptor eſt animæ meæ. Per verbũ Amen, dicit Apoſtolus, confirmatas eſſe in Chriſto oẽs promiſsiones patrũ. Eſt ergo Epilogus totius orationis, quin & epitome oĩum deſiderio rũ noſtrorũ, quæ aĩa Deo patri offert per Chriſtum, vt exaudiat cum gloria ſua', & ſalute noſtra, ac iam exaudita confidit, quare ſequitur vltimo loco gratiarum actio. Confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius, & pſallã nomini domini Altiſsimi.

Pſal. 53.

2. Cor. 1.

Habita Romæ 18. Decembris. 1569.

F I N I S.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z; Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz, Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii KKk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz, Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg.

Omnes ſunt duerniones.

7-3